Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Codicis Dn. Iustiniani sacratiss[imi] principis : ex repetita praelectione libri XII. ex fide antiq. exemplarium, quoad fieri potuit, a? Greg. Haloandro diligentissime purgati recognitiq[ue]. Adiecta sunt in fine operis haec. Catalogus coss. cum ad discernenda constitutionum tempora necessarius, tum ad uniuersam Romanam historiam cognoscendam mirum in modum utilis. Eodem authore. Summulae quaedam Nouellar?[m] constitution?[m] Iustiniani principis, quas Authenticas uulgus appellat, sparsim per IX. Codicis libros a? posteris insertae. Excerpta constitutionum Friderichi Imperatoris, quae sub certis alioqui titulis Codici leguntur apposita. Notae literar?[m] prout per hosce Codicis libros legendae sunt. Variantes subinde lectiones, & notae recogniti operis.

https://hdl.handle.net/1874/433580

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. fol.
283









s positivum et Interpretes

Folio nº. 283.

N 58. c.

N°. 125. L.

Lfol. 283.

CODICIS DN. IVSTINIANI SACRATISS.

PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIbri XII. ex fide antiq. exemplarium, quoad fieri potuit, à GREG. HALOANDRO diligentissime purgati recognitiq.

ADIECTA SVNT IN FINE OPERIS HAEC.

Catalogus COSS. cum ad discernenda constitutionum tempora necessarius, tum ad uniuersam Romanam historiam cognoscendam mirum in modum utilis. Eodem authore.

Summulæ quædam Nouellarū constitutionū Iustiniani principis, quas Authenticas uulgus appellat, sparsim per IX. Codicis libros à posteris insertæ.

Excerpta constitutionum Friderichi Imperatoris, quæ sub certis alioqui titulis Codici leguntur apposita.

Notæ literarū prout per hosce Codicis libros legendæ sunt.

Variantes subinde lectiones, & notæ recogniti operis.

Ex donatione Bucheli

Atq; omnia hæc ne quis per quinquenniū, uel coniunctim, uel separatim imprimat, imprimiue faciat, aut ab alijs impressa uendat, sub pœnis in priuilegio ad hoc impetrato contentis, à D. CAROLO. V. Romanorū Imperatore & Augusto specialiter cautum est.

NOREMBERGAE APVD IO. PETREIVM,
ANNO M. D. XXX.

AMPLISS. DECVRIO-

NVM ORDINI REIPVBL. NVRMBERGENS. SIBIQVE OBSERVANDISS. GREG. HALOANDER.

CVM ab initio, patres magnifici ſapientiſs. q; uiri, partim ueſtra authoritate ſuffultus, partim amicorum precibus adductus, hunc interpolandi reſtituendiq; iuris ciuilis laborem beneficio antiq. exemplariũ ſuſcepi: maiorem'ne gratiam ab ijs, qui liberalibus enutriti ſtudijs, de honeſtis aliorũ conatibus candide & liberaliter iudicare ſolent, an uero apud eos, qui ſophiſticis à puero nugis corrupti, & humaniorum literarum imperiti, præter nænias quaſdam & ſcholaſticas ſordes nihil unquã probare didicerunt, plus habiturus eſſem æmulationis & controuerſiæ: diu ſanè multumq; mecum cogitaui. Videbam enim pleroſq; omnes natura magis ad nectendas calumnias & reprehendenda ea, quæ præclare ab alijs in cõmune elaborarentur, propenſos eſſe, quàm laudabiles aliorum conatus ſibi ad imitandum proponere: deinde ita fermè oĩa in rerũ ordine ac natura cõparata, ut quo quidq; eſſet illuſtrius, & cum uirtute maiorem coniunctionem haberet, plurimumq; ex ſe utilitatis oſtenderet, eo magis eſſet uulgo contemptum, & multorum inuidiæ & maledicentiæ expoſitum. Quod quidem utrum noſtro potius uicio accidat (ut pleraq; alia) an æternæ prouidentiæ attribuendum ſit, quæ uirtutis ſemina, perparua admodum in nobis initio eſſe ſolita, eo pacto uoluerit longa exercitatione ad meliorem frugem perducere: non hoc tantum ſeculo, ſed apud ueteres etiam philoſophos diſceptatum comperimus. Peculiariter certe in re literaria (quod negari non poteſt) hoc æmulationis genus patrum memoria repueraſcens, gliſcente inter Italicos grãmaticos odio, tanta crudelitate per omnes omnium profeſſionum familias & collegia ubiq; terrarum deſæuit, & ad hoc uſq; tempus graſſatur, ut cum uniuerſum penè terrarum orbem concuſſerit, nõ dum tamen prudentes homines rationem inueniant, qua huic malo, ſi non in totum, ſaltem ex parte medeantur. Sed me talia cogitantem ac reputantem in animo, præſertim qui omnes cogitationes, curas, actiones, ſtudia noſtra ad uirtutem & publica commoda referenda eſſe cenſeam: uirulenta iſta ac proterua imperitorum maleuolentia ab inſtituto deterrere neq; initio potuit, neq; (ſi mihi ipſi conſtare uelim) nunc cœpto iam opere debet. Nam ſi quid bene faciendum erat reipublicæ, uirtutis & boni publici amore, imò ſolius uirtutis intuitu faciendum erat. Ipſa ſibi uirtus (inquit ille) ſemper pulcherrima merces. uirtute conſeruantur res mortalium, uirtute augentur res publicæ, cum nihil tam proprium uirtutis exiſtat, quàm in cõmune bene mereri de omnibus. Si uero ulla perſonarum ratio habenda fuit: cuius (obſecro) apud me authoritas potior eſſe debuit, quàm ampliſſimi ordinis ueſtri, qui prudenti reipublicæ adminiſtratione ſummam ſapientiæ laudem non apud Germanos tantum, ſed omnes penè exteras nationes conſecutus eſt: bene uero merendo de genere humano, omniũ oculos in ſe conuertit, incredibilem de ſe expectationẽ excitauit? Atq; ita prorſus iudicandum e-

 rat, &

rat, etsi soli huius rei authores fuissetis, et nullæ amicorū preces, nulla doctorū hoīm iudicia accessissent. nam non numero (quando enim bonos mali multitudine non uicerunt?) sed bonitate expendi debent sententiæ: & crebro usurpare soleo, quod Heraclitum dicere consueuisse commemorat uetustas.

– τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμυσποι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δὲ μὲ ἐπισταμένοις.
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος ἀρισμύριοι, οἱ δ' ἀνάριθμοι
οὐδείς. – Nunc uero passim urgentibus amicis, quibus quippiā negare, præsertim honesta cupientibus, inciuile fuisset: splendide præterea iudicantibus eruditis (plurimi enim testantur neq; inutiles esse reipublicæ labores nostros, & magnam sibi opera nostra (uerbo absit inuidia) in cognoscendo iure ciuili claritatem ac lucem accessisse) ecquid amplius causari imperitos potui, quorum uesaniam & impudentem maliciam glorioſius est contemnere, quàm cauere: quos multo ne audiendos esse cōtendū t. Sed nos animi causa audiamus, magnū (nisi fallor) operæ preciū facturi. Sūt quos ita præcipites per transuersum à uero abripit impudentia, ut affirmare non dubitent, nihil usquam in toto iure ciuili deprauate esse scriptum, aut mendose legi, & propterea superuacuò hanc castigādi operam sumptam, uel certe nudum tantummodo nomen prætendi. Et quidem cum ista de pulpitis corrugata fronte, retortis supercilijs, uoce tubali, cum summa totius corporis contentione apud stupescentē rudiū adhuc discipulorū turbā detonant: dispeream, si non planè se in cælo uersari, & iam deorum conuiuio adhibitos autumant. Ex horum grege cum à cordato & apprime docto uiro quidam insigniter stupidus, sua tamen opinione doctissimus, de tam petulanti calumnia admoneretur, & ferociter reclamanti per occasionem obiectum fuisset, titulum de gradib. & adfinibus inuulgatis Digestorum libris mendosiſs. de gradibus affinitatis inscribi, cū nulli sint adfinitatis gradus, expressis uerbis eodem tractatu idipsum testante iuris consulto: maluit pro sua siue pertinacia, siue stupore, potius inter adfines gradus contra iuris consultū admittere, quàm quædam in iure ciuili perperam à librarijs deprauata, & ideo castigationem ex antiq. exemplariū fide necessariam esse profiteri, & de sua sententia decedere. Sed facile horū importunitatē cōuincet & cōuellet cū rei ipsius ueritas, tum authoritas & cōmunis doctorum hominum consensus. Hos si nō superant stulticia, tamen æquant, aut proxime contingunt, qui falsa persuasione inducti, leges iuris ciuilis, quæ quatuor duntaxat libris, nempe Institutionibus, Digestis seu Pandectis, Codice, & Nouellis Iustiniani constitutionibus continentur, quodammodo pro abolitis tenent, putantq; Bartholi, Baldi & aliorum frigidissimas nōnunquam summulas, manifeste contra D. Iustiniani edicta excogitatas, qui πάππα tantum conscribere permisit, cæteris omnibus scriptis & cōmentarijs ius ciuile interpretantibus postea compositis incendio concremandis, ipsis etiam authoribus tanquam falsarijs damnatis, eandem uim habere, quam ipsa legum uerba sine contradictione per mille ferè annos obtinuerint: ut illorum sententia non magnam admodum iacturam perpessi uideremur, & si omnes hi libri calamitate & iniuria temporum intercidissent, ne dum etiam illis castigandis & restituendis operæ quis

precium

precium faciat. hi quidem satis se magnos progressus in iure ciuili fecisse arbitrantur, si quæstionibus aliquot Bartholi colorati, & tractatibus imbuti, auro doctoratus (ut appellant) insignia redimant, & populo fumos reuendant. Noui plerosq; ex eo genere, qui cum omni copia forensium formularum, cõmentariorum, singularium, consiliorum abundarent, corpus iuris ciuilis pene se non haberent: credo turpe putantes eos coëmere libros, quos non intellectos alijs forte quippiam interrogantibus proponere non auderent. Sed dicant obsecro homines belli & fastuosi, quis unquam iuris ciuilis leges, præterquàm si quid nouellis constitutionibus & ijs, quæ in repetita Codicis prælectione D. Iustiniano. IIII. & Paulino v.c. coss. accesserunt, immutatũ est, abrogarit: quis è cõtrario Bartholi & aliorũ cõmentationibus (pax sit pijs manibus) ut uim legis obtineant, authoritatẽ dederit, & ultro illis arena concedemus. Certe πραπλοις cõparari ista non debent, cũ ea nihil aliud cõplectantur, q̃ breues quasdam notas eorum locorum, quæ uel similitudinem aliquam habent, uel pugnantiam præ se ferre uidentur, dicta quasi tituli cum titulo collatio: id, quod ueteres ante Bartholi ætatem secundum Iustiniani præceptum semper & solum fecisse testantur adhuc uetusti Codices solis eiusmodi πραπλοις insigniti. Si in summulis hærebimus, quis illarum modus? aut cui in tãta scribentium & scripturientium multitudine potius accedendum? Vt demus, summulis sententiam legis exprimi: incertum tamen adhuc erit, an summulæ author fideliter omnia expresserit. Quid si alius aliam sententiam reddat? quis eius controuersiæ arbiter, quis iudex futurus? An lege non excussa, nõ intellecta certi erimus? quomodo se interponere, quomodo aliquid pronũciare poterunt? Mea quidẽ sententia, multo plus tẽporis huiusmodi nugis cõsumitur, quàm ad centũ alioqui & eo amplius leges cognoscendas necesse est. Iurant iudices secundum leges se laturos sententiam. iurant litigatores & aduocati secundum leges se causam dicturos. iurant magistri nihil se docturos, quod cũ legibus pugnet. Quo igitur nomine hosce appellabimus? Iurisne peritos, aut consultos, aut professores legum? sed plus apud illos authoritatis obtinent cõmentationes & summulæ legibus prohibitæ, quàm ipsæ leges, quas non docent aut tractant, sed plane conspurcant. Bartholistas aut Accursianos? at reclamat titulus & professio. Equidem nondum uideo, quid de hoc hominum genere sentiam. Nouus ergo magister (inquiunt) qui omnes leges in numerato habet, qui omnes ciuilis scientiæ proceres eruditione & peritia uincit. lex LECTA nunquam intellecta. quomodo poterit intelligere ille bonus homo? imò quomodo sine glossis nostris omnes leges intelligemus? Si lex LECTA (quod isti dicunt) nunquã fuit intellecta, ergo ne Bartholus quidem, neq; cæteri intellexerunt. quod si uerum est, cur inutilia & uerbosa illorũ commentaria in hanc l. conscripta toleramus? aut cur non potius totam l. ex albo tollimus, ne nostram prodat insciti am? Quantum ego eruditiõe ualeam, quantumq; diligenti & longo studio sim assecutus, ne scio. hoc affirmare ausim, ita me castigatam eam l. edidisse, ut nunquã antea fuerit, ut ab omnibus facile intelligi possit, qui modo aliquid intelligat. Quòd si quid minus intelligunt, cur alios non consulunt, qui & linguarum

cognitione ſuffarcinati, & in tractandis legibus magnam laudem conſecuti ſunt? in quẽ enim uſum habentur in ſcholis publicis magiſtri, ſi hæc nõ præſtant, aut præſtare nõ poſſunt? Sed de his ſatis in præſentia. Multo utriſq; tolerabiliores ſunt, qui pro ſua prudentia ſentiunt quidẽ, quàm multis & atrocibus uulneribus, ulceribus, mendis hi libri ſcateant, intelligunt etiam ſola legum authoritate & iudicia exerceri & uniuerſam rempubl. adminiſtrari debere: ſed leui quodam metu permoti, uereri ſolent, ne non impune ſit, non præeunte iuſſu Cæſaris, ad quem potiſs. cura legum pertinet, horum librorum caſtigationem attentari. Cæterum ſi ſecum in animo reputent, cum omnes omnino libros, qui legibus uetita non contineant, tum uero maxime eos, qui omnem humanitatem & regendæ reipubl. rationem complectuntur, publici iuris exiſtere: præterea ſemper licuiſſe & adhuc licere uel Cæſaris mãdato nõ præeũte (nihil aũt maieſtati in hoc Cæſareæ detrahimus) emendatos Codices deprauatis anteponere, recentiores cum ueteribus conferre, ex illorum fide horum mendas tollere: non dubito, quin facile hunc metum deponent, & omni nos crimine exſoluent. Idem ſæpenumero indicat Accurſius, aliquoties facit Bartholus, qui etiam cum aliquando de unico uerbo incidiſſet controuerſia, nõ dubitauit pro ueritate lectionis Piſas uſq; mittere, & Pandectas, quæ per id tempus ibi locorũ, hodie Florentiæ adſeruantur, ſuper hoc conſulere. Ita pleroſq; locos hac ætate & patrum memoria non infeliciter reſtituerunt Politianus, Beroaldus, Sabellicus, Bartholinus, Nebriſſenſis, Pius, Egnatius, Budæus, Alciatus, Zaſius (& quis omnes enumeret?) partim uetuſtis codicibus adiuti, partim ſola ratione ſubnixi. Ad hæc quoties renouantur tam in Italia, quàm Gallia editiones librorum iur. ciuil. hoc adiecto elogio, multo caſtigatiores & auctiores dari? ſed unde, aut ex quibus exemplaribus? & nemo tamen omnium eſt, qui ſuſpicionem inde concipiat, qui excuſſores eo noĩe in crimen uocet. Prodĩt ſuperiore anno Theodoſij codex nõ ſolũ conciſus, ſed etiam deprauatus, ut ne dicam parũ utilem, cum ex præcepto Iuſtiniani nihil ex eo, quãuis integer eſſet, liceat in iudicium teſtimonij loco producere, acceſſerũt quædã reliquiæ ſentẽtiarũ Pauli, & inſtitutionũ Caij (ſi modo credimus) æque inutiles. Sed quis ad hæc animaduertit? Cur aũt quod omnibus alijs licitum eſſe cenſetur & licet, etiam ſine exemplarium beneficio, & inter eas gentes, quæ qnotidie maieſtati Cæſareæ bella mouent, faceſſuntq; negocium: nobis, qui & ſpectatiſs. nominatiſs.q; exemplaribus utimur, & inter ſubditos fideles à Cæſarea maieſtate numeramur, idẽ fraudi ſit? Deinde quod non mutatur, aut expreſſe non prohibetur, cur non permittitur ſtare ſecũdum uulgatam regulã. l. præcipimus. in fin. C. de appellationibus? Edidimus Digeſta ſeu Pandectas iuris ciuilis altero abhinc anno. an edictũ à Cæſare promulgatum eſt, quod uetaret lectionem & huius editionis uſum? Fuit ſanè quidã, qui tacito inter ſuos edicto prohibuit, ne quis ſuorũ eos libros coẽmeret, neq; id aliã ob cauſam, quàm quod Egidianũ abbatẽtũc tẽporis hoſpitẽ meũ Egidianæ familiæ antiſtitẽ in præfatione Inſtitutionũ appellauerã: ueritus (credo) ne diligenti horũ librorũ lectione peritiores habiturus eſſet cõſiliarios: aut ſperãs fore, ut ea re impotentẽ animũ & irã, qua cõtra ordinẽ & rẽ

publ.

publ. ueſtram affectus eſſet, melius oſtenderet. Sed cur prohibet, qui iubere non poteſt? aut cur innocentem me aliena premit inuidia? ò ſtuporem, ò petulantiam flagris dignam. profecto ſi puer id peccaſſet, antiſtitem indiſtincte epiſcopum intelligens, uapularet haud dubie à pædagogo. nūc ita prodūt inſcitiā ſuā, quibus nō quota pars reipublicæ perſuaſione quadā & opinione eruditionis committitur. Aut etiam cur conditionis ſuæ immemor, alienam poſſeſſionem inuadit, & illicite ſibi uſurpat officia Cæſaris? Sed ut concedamus, grauiter peccatum eſſe, qui mandatum Cæſaris non expectauerimus: tamen qui publice emiſſos & omnium manibus exceptos libros ad hoc uſq; tempus nō ꝓhibuit, utiq; cōſenſiſſe uideri debet. Iam uero quid expectamus? qui Ioan. Petreio gratiam fecit impreſſi operis ergò, ut alios ad cōſimiles conatus ſuſcipiēdos excitaret, ne quis præter ipſum imprimeret, cū cæteris, quæ in priuilegio expreſſe cōtinētur, an nō ratū habuiſſe factū noſtrū cenſendus eſt? aut ratihabitio mandato nō æquiparat per. l. fi. C. ad ſen. conſ. Macedonianum? Quid tandē uero credimus diuinā Cæſaris mentē facturam fuiſſe, ſi tanta maieſtati ſuæ primitus fuiſſet oblata occaſio, quantam uos pro ueſtra ſapientia ultrò arripuiſtis: quandoquidem ex poſtfacto tam clementer & conſilium ueſtrū munificentiamq; probarit, & noſtros labores ſummis extulerit laudibus? Supereſt igitur, ut accedente iam expreſſo Cæſaris conſenſu, quo reipublicæ commoda ad curam maieſtatis ſuæ reuocare dignatus eſt, quotquot fructū ex hiſce noſtris uigiliꝭ & laboribus percepturi ſunt, immortales perpetuo gratias tam ſacræ maieſtati Cæſaris agant, quæ meticuloſis plus iuſto hominibus ea re oēm ſollicitudinē ademptā uoluerit, quàm uobis etiā referāt (ſi modo referre poſſunt) qui tam benigne liberalitatem munificentiamq; in hāc editionē explicuiſtis, ut facto & uirtute ueſtra bonum publicum auctius reddatur.

Quartū hoīm genus meritò cæteris omnibus præponendū erat, niſi in hoc ſolo delinqueret, quòd ob unum nonnunq; & alterum locum, quem corruptum ſuſpicatur, forte non intellectum, totum opus utcunq; alioqui caſtigatum emaculatumq; reiſciendum exiſtimat. Sed (ut Vergiliano uerſu utar)

Quod genus hoc hominum? quæúe hunc tam barbara morem
Permittit patria?

Nam ut maxime hominum more in aliquibus cæcutiſſemus, ut aliquid per imprudentiā admiſiſſet typographus, ut quæpiam deſtituti fide exemplariū per nos reſtituere auſi nō eſſemus: tamē candidi animi erat interim paucis erratulis (ſi quæ eſſent) multa bona, quæ præſtitimus, penſare, donec ab integro totū opus recognitū adiectis notis illuſtraremus, quam nobis recognitionē præcipitata Pandectarum editio præripuit: non ob paucula quædam, priuſquàm cognoſcas, totū opus erroris arguere: præſertim cū ipſe met imperator paulo inferius ſcribat, ſatis ualidū, ſatisq; formoſum eſſe, quod repetita probet prælectio. Iam uero cū & ea quidā, quæ nunquā intellexerūt, nec niſi à doctiſſimis cognita ſunt, ut deprauata redarguūt, & undiq; calūniandi occaſionē quærūt, nihilo meliora proferentes, in hoc tantū, ut apud ſui ſimiles plus doctrinæ ſibi arrogent: quis æquo animo ferat? Libet eius rei unum & alterū exemplū ponere. Secuti fidē Pandectarū Florētinarū ſcripſimus in tractatu de gradib.

& adfin. propius ſobrino, non propior ſobrinus: item in l. Oſidius. lib. iij. de legat. & fideicom. & l. propèmodũ. de uerb. ſignif. centiens aureorum, nõ centum aureos, ut uulgata exemplaria habuerũt. Sed quæ exinde tragœdiæ? qui clamores apud quoſdam exorti? Cum tamen quicunq; tandem illi ſunt, ſi prius, quàm temere de re non cognita, nec intellecta iudicaſſent, uocaſſent in conſilium bonos authores, & latinitatis columina, ſine quibus plurima in latina lingua obſcura ſunt: neq; tam inſignẽ iniuriam operi poſt natos homines præſtantiſſimo feciſſent, neq; nunc uulgo illorũ traduceret imperita arrogantia. Nam Feſtus Pompeius lib. XIIII. ita ſcribit. Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus. Inde haud dubie dictus, quòd ſobrinum gradu præcedat. quod ſignificantius diceretur præpoſito articulo, ſi eius uſus eſſet apud Latinos. Centiens uero ſimile eſt huic deciens, de quo ſcribit M. Varro lib. ij. de analogia, quæ duo ſignificant decies uel centies centena milia: qua ſcilicet ratione & modo loquendi utimur etiam cum dicimus deciens uel quinquiens ſeſtertiũ m, pro decies uel quinquies centena milia numũm. quam ſcripturam manifeſte præ ſe ferũt antiq. adhuc codices manu ſcripti tũ Ciceronis tum aliorũ. Conferat nũc ad l. Oſidius, & l. propèmodũ. hanc noſtram ſententiã, qui uolet, & deprehendet multo accommodatiorẽ eſſe, quàm ſi centum aureos legat. Quàm magna enim ſumma eſt cẽtum aureorũ in patrimonio locupletis, qualis in altera l. deſcribitur fuiſſe Oſidius: cum ea uerba ἡρωνικῶς prolata ab Imperatore intelligant, oblique perſtringẽte actoris illius impudentem auariam? Perſium non curo legere, Lælium Decimũ uolo, dicebat Lucilius poeta, cũ innueret, malle ſe, ut ſcripta ſua à mediocriter doctis potius, quàm uel à doctiſſimis, qui habituri eſſent, quod reprehenderent, uel omniũ imperitiſſimis legerentur, qui quod diceret, non intelligerent: id, quod & M. Cicero, & Plynius auunculus mutuati ſunt. Mihi uero planè contrarium accidit, ut qui quemadmodũ mediocriter doctos non auerſor, modo candidũ adferant animũ: ita nihil magis in uotis habeam, quàm ut doctiſſimus quiſq; labores noſtros conſideret, de q; ijs pronunciet, quorũ etiam me iudicio ultrò ſubmitto. nam quo quiſq; eſt hoc tempore indoctior, eo ad calumniandũ procliuior eſt & paratior. Quæ cũ oĩa ita ſint, ampliſs. patres: recte me atq; ordine feciſſe arbitror, qui ordinis ueſtri authoritatem, qui honeſtas amicorum preces, qui præclara doctorũ hominũ iudicia plus apud me ualere paſſus, quàm imperitæ multitudinis inſanam & omni ratione carentẽ maledicentiam: in eo curſu quem ſemel præeunte deo tenere occœpi, magno animo & indefatigabili ſtudio perrexerim. Longo igitur poſt tempore, quàm ad perueſtiganda uetuſta exemplaria animũ adieceram, omnia perluſtrans, omnia circũſpiciens, dato etiã ſpeciali ad hoc mandato ijs, qui cõmercij cauſa Conſtantinopolim uſq; ueterẽ illã legũ, quibus noſtra adhuc ætate utimur, patriam excurrebant, cũ omni propèmodũ ſpe deſtitutus eſſem, beneficio Io. Egnatij doctiſs. mihiq; amiciſs. uiri uetuſtũ Iuſtiniani codicẽ (præter opinionẽ tamen) nactus, in quo prorſus dubites, plus'ne dignitatis ob uetuſtatẽ, an fidei ob ſcripturæ integritatem, an propter Imperatorum nomina diligenter deſcripta & adiectam tem

porũ

porũ per coss. desiderationem utilitatis ineſſet: nolui committere, præſertim uobis tam obnixe id contendentibus, tamq; benigne omnia ad uſus meos neceſſaria ſuppeditantibus, ut uel uoluntati ueſtræ non ſatisfactum, uel publicis commodis aliquid opera mea detractũ uideretur. Atq; ſanè ea de cauſa collatis inter ſe exemplaribus, tam ante, quàm poſt Accurſiũ ſcriptis & impreſſis, quotcunq; habere potui: reuocatis quoq; ſub incudem & de integro examinatis ſingulis tractatibus: tot in hoc opere uulnera ſanauimus, tot collapſa reſtituimus, tot lacunas expleuimus, ut omnẽ dicentis fidem (nihil mentior, ſatis ſcio) ſuperent. Et licet omnia, quæ paſſim per hoſce XII. Codicis libros per peram admiſſa & deprauata fuerunt, reſtituere & ad priſtinũ nitorem reducere nequiuimus, propterea quòd exemplar, de quo diximus, cuius præcipue fidem ſecuti ſumus, tam in principio uſq; ad tit. de epiſcop. audient. quàm fine à tit. ad SEN. conſ. Turpil. carie conſumptũ, & in quarto libro magna ex parte, in ſeptimo fermè in totũ mutilatũ eſſet: dedimus tamen operã, ut omnes maculæ, ſordes, immundiciæ, quoad eius fieri potuit, detergerentur. Hunc ego Codicem diuina uirtute ueſtra, meis uero laboribus, curis, uigiliis emaculatũ repurgatumq;, uobis (eminentiſs. uiri) & ueſtro munere uniuerſis mortalibus offero: non tantũ ut exinde propenſum meum erga rempub. ueſtram animũ, & ad quæuis iuſſa paratum æſtimetis, ſimulq; temporis ad hoc uſurpati à me rationẽ habeatis: ſed etiam ut is patrocinio ueſtro confirmatus liberius in publicum prodire audeat, nihil inuidorũ morſus, nihil imperitorum calumnias reueritus, quas in poſterum nõ unius æſtimemus aſſis. Vulgi autem morem (ut de noſtro conſilio nõ nihil dicamus) in diuidendis libris Codicis, qui uniꝰ corporis membra ſunt, neq; temere ſeparari (ſi id commode fieri poſſit) debent, ſecuti non ſumus iiſdem de cauſis, quamobrem & digeſtorum libros aliter partiti ſumus. Nam præter quàm quod abſurdiſſimũ eſt, in diuerſas partes diſtrahere, quæ natura cohærere debent: etiam hoc conſecutũ eſt, ut poſteriores libri à paucis admodũ legerentur, nedum intelligerentur, aut producerentur in uſum. Authenticas uero uulgo dictas, hoc eſt breues illas ſententias ex nouellis D. Iuſtiniani conſtitutionibus excerptas, eò quòd longo poſt repetitam prælectionem tempore, & neq; ſuo loco, neq; omnes, neq; fideliter reddita ſententia, & promiſcue prioribus nouẽ libris Codicis eſſent inſertæ: tanquã ſurrepticios ſeruos de familia eiiciendos putauimus. Nam ſi omnia, quæ nouell. conſtitutionibus uel emendata, uel mutata, uel abrogata, uel nouiter conſtituta ſunt, nõ in Codice tantum, ſed etiam in Digeſtis fideliter notanda aut obeliſco ſuffigenda forent: maiorem ea res operam docti & acri iudicio prædiți hominis deſideratura eſſet. Cur autẽ non in Digeſtis, nõ in poſterioribus libris Codicis idẽ facere ſunt conati? Nihilominus tamen, ne quis maligne à nobis factũ interpretaretur, neue illos, qui earũ nomenclaturã in iudiciis & conſiliis publicis teſtimonij loco ſolẽt adducere, defraudaremus: curauimus, ut ſeparatim ſub operis finem, quotquot ſunt, eo ordine deſcriberẽt, quo uulgò in Codice ſunt poſitæ, remittendo interim ad nouellas conſtitutiones, quas breui ad cõmunem ſtudioſorum uſum tam græce, quàm latine uerſas, & pro uirili belliſſime expolitas in lucẽ proferemus. Eandem operis partẽ

catalogo quoq; c oss, de cuius usu tum ad quinquaginta decisiones Iustiniani & eas constitutiones, quæ partim sub cõpositione Digestorum promulgatæ fuerunt, partim in repetita Codicis prælectione accesserunt, internoscendas, tũ ut intelligatur, quid uetus, quid nouũ ius dicatur in tractatu de caducis, & passim in glossis contraria dissoluentibus, cũ primis necessario, alibi plura diximus: neq; nõ excerptis cõstitutionũ Friderichi Imp. quæ alioqui Feudorũ usibus (ut uocant) solent adiungi: & notis recogniti operis adsignauimus. Quæ oĩa prudentiæ uestræ (amplis. patres) à me oblata si benigno animo & hilari fronte susceperitis: quin ab oĩbus doctis & bonis uiris incredibilẽ gratiam sitis inituri, & huius facti gloriã uel ad posteros propagaturi, nulla dubitatio est. mihi certe quàm gratum idipsum futurum sit, quamq; acres ad maiora molienda stimulos addet, facilius animo possum cõcipere, quàm uerbis exprimere. Vt enim ueteres dicere solebant, laudari à laudatis nõ ultima laus est. Enimuero quod reliquum est, Deum Opt. Max. communibus uotis expetemus, ut rempublicam, quam florentissimã uobis iam inde à maioribus, & mirabiliter honestis artibus ornatam, omnium denicq; rerũ affluenti copia abundantem dedit, propicius cõseruet, & in dies florentiorem, ornatiorem, ampliorem reddat.

DIXI.

DE NOVO CODICE FACIENDO.

Imp. IVSTINIANVS Aug. ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.



AEC, QVAE NECESSARIO CORRIGENDA ES se multis retro principibus uisa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est, in præsenti rebus donare communibus auxilio dei omnipotentis censuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano atq; Theodosiano cõtinebantur, illarũ etiã, quæ post eosdẽ codices à Theodosio diuinæ recordationis, alijsq; post eum retro principibus, & à nostra etiã clementia positæ sunt, resecanda: uno aũt codice sub felici nostri numinis uocabulo cõponendo, in quem colligi tam memoratorũ trium codicũ, quàm nouellas post eos positas cõstitutiões oportet. Ideoq; ad hoc maxime opus efficiendũ, & ad ipsius reipublicæ sustentationẽ respicientes, elegimus tanto fastigio laborum tantæq; sollicitudini sufficientes, Ioãnem uirũ excellentissimũ exquæstore nostri sacri palatij cõsularem atq; patriciũ, Leontiũ uirum sublimissimũ magistrũ militum expræfecto prætorio consularẽ atq; patriciũ, Phocam uirũ eminentissimũ magistrũ militũ consularẽ atq; patriciũ, Basilidẽ uirũ excellentissimũ expræfecto prætorio oriẽtis atq; patriciũ, Thomã uirum glorioſissimũ quæstorẽ sacri nostri palatij & exconsule, Tribonianũ uirũ magnificũ magisteria dignitate inter agentes decoratũ, Constantinũ uirũ illustrẽ comitẽ sacrarum largitionum inter agẽtes & magistrum scrinij libellorum sacrarũq; cognitionũ, Theophilum uirũ clarissimũ comitẽ sacri nostri consistorij & iuris in hac alma urbe doctorẽ, Dioscorum & Præsentinũ disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani. Quibus specialiter permisimus, resecatis tam superuacuis (quantũ ad legum soliditatẽ pertinet) præfationibas, quàm similibus, & cõtrarijs, præterq; si iuris alia diuisione adiuuẽtur, illis etiã, quæ in desuetudinẽ abierunt: certas & breui sermone cõscriptas ex ijsdem tribus codicibus & nouellis cõstitutionibus leges cõponere, & cõgruis titulis subdere: adijcientes quidẽ, & detrahentes, imò & mutantes uerba eorũ, ubi hoc rei cõmoditas exigeret, colligentes uero in unam sanctionẽ, quæ uarijs cõstitutionibus dispersa sunt, & sensum earũ clariorẽ efficientes: ita tamẽ, ut ordo temporũ earum constitutionũ non solũ ex adiectis diebus cõsulibusq;, sed etiã ex ipsa cõpositione earũ claresçat, primis quidẽ in primo loco, posterioribus uero in secundo ponendis. & si quæ earũ sine die & consule in tribus ueteribus codicibus, uel in quibus nouellæ cõstitutiones receptæ sunt, inueniantur: Ita ijs ponendis, nullaq; dubietate super generali earũ robore ex hoc oriũda: sicut & illas uim generalis cõstitutionis obtinere palàm est, quæ ad certas personas rescriptæ, uel per pragmaticam sanctionẽ ab initio datæ, eidẽ nouo codici propter utilitatẽ sanctionis insertæ fuerunt. Hæc igitur ad uestram noticiã ferre properauimus, ut sciatis, quanta nos diuturna super rerũ cõmuni utilitate cura sollicitet, studentes certas & indubitatas & in unum codicẽ collectas esse de cætero cõstitutiones: ut ex eo tantũmodo sub felici nostro nomine nuncupando codice recitatio constitutionũ in omnibus ad citiores litium diuisiones fiat iudicijs.

DE IVSTINIANEO CODICE CONFIRMANDO.

Imperator IVSTINIANVS *pius, felix, inclytus, uictor, ac triumphator, semper Augustus. Mennæ præfecto prætorio, ex præfecto huius almæ urbis, ab patricio.*



VMMA Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, armorum atq; legũ ueniens, uimq; suam exinde muniens, felix Romanorũ genus omnibus anteponi nationibus, oĩbusq; gẽtibus dominari tam præteritis effecit tẽporibus, quàm deo propicio in æternũ efficiet. istorũ etenim alterum alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorũ præsidio seruatæ sunt. Merito igitur ad primam cõmunium rerum sustentationem nostram sententiam & mentem laboresq; nostros referentes, militaria quidem agmina multiplicibus & omnem prouidentiam continentibus mo-

tibus modis correximus, & tam legibus ueteribus ad meliorẽ ſtatũ breui tempore reductis, q̃ nouis non ſolum exquiſitis, ſed etiam recta diſpoſitione noſtri numinis, ſiue nouis expenſis publicis cõſtitutis, primò ſeruando poſita, deinde noua ponendo, firmiſſima ſubiectis effecimus.

Sed cum ſit neceſſarium multitudinem conſtitutionum, tam in tribus ueteribus codicibus relatarum, quàm poſt earum confectionem poſterioribus temporibus adiectarum, ad breuitatem reducendo, caliginem earum rectis iudicum definitiõibus inſidiantem penitus exſtirpare: ad hoc cõmune præſtandum beneficiũ deo præſule prono animo nos dedidimus, & electis uiris glorioſiſſimis tam doctrina legum, quàm experientia rerum, ſtudioq̃ reipublicæ indefeſſo, & laudabili propoſito pollentibus, ſub certis finibus magnum laborem cõmiſimus, per quem tam trium ueterum Gregoriani, Hermogeniani atq̃ Theodoſiani codicum conſtitutiones, quã plurimas alias poſt eoſdẽ codices à Theodoſio diuinæ memoriæ cæteriſq̃ poſt eum retro principibus, à noſtra etiam clemẽtia poſitas in unum codicem felici noſtro uocabulo nuncupandũ colligi præcepimus. tollendis quidem tam præfationibus nullum ſuffragium ſanctionibus conferentibus, quàm contrarijs conſtitutionibus, quæ poſteriore promulgatione uacuatæ ſunt, ſimilibus etiam, præter eas, quæ eadem penè ſanciendo, diuiſionem iuris aliquam facere noſcuntur, ex qua diuidendo uetera nouum aliquid naſci uidetur, multis inſuper alijs ad rectam huius codicis cõpoſitionem pertinentibus, ijſdem prudentiſſimis uiris à noſtro numine mandatis: & noſtro ſtudio pro republica inſtituto ſuum præſidium deus omnipotens annuit. Adiſtum enim laborem & tanti operis conſummationẽ electi uir excellentiſſimus exquæſtore noſtri palatij conſularis atq̃ patricius Ioannes, & uir ſublimiſſimus expræfecto prætorio conſularis atq̃ patricius Leontius, uir quoq̃ eminentiſſimus magiſter militũ conſularis atq̃ patricius Phocas, etiam uir excellentiſſimus expræfecto prætorio per orientem & patricius, & nunc præfectus prætorio per Illyricum Baſilides, & uir glorioſiſſimus quæſtor ſacri noſtri palatij & exconſule Thomas, Imò & uir magnificus magiſteria dignitate inter agentes decoratus Tribonianus, & uir illuſtris comes ſacrarum largitionũ inter agentes, & magiſter ſcrinij & libellorum ſacrarũq̃ cognitionum Conſtantinus, & uir illuſtris exmagiſtro, & iuris doctore in hac alma urbe Theophilus, uiri etiam diſertiſſimi togati ampliſſimi fori tuæ ſublimitatis Dioſcorus atq̃ Præſentinus: omnia, quæ eis mandauimus, cum ſedula & peruigili induſtria moderataq̃ digeſtiõe cum dei auxilio ad proſperum tulerunt terminum, & eundem nouum Iuſtinianeum codicem nobis obtulerunt ita cõpoſitum, ut & rebus profuturus eſſet cõmunibus, & noſtro conueniſſet imperio.

Hunc igitur in æternum ualiturum iudicio tui culminis intimare proſpeximus, ut ſciant omnes, tam litigatores, quàm diſertiſſimi aduocati, nullatenus eis licere de cætero cõſtitutiones ex ueteribus tribus codicibus, quorum iam mentio facta eſt, uel ex ijs, quæ nouellæ conſtitutiones ad præſens tempus uocabãtur, in cognitionalibus recitare certaminibus, ſed ſolum eidem noſtro codici inſertis conſtitutionibus neceſſe eſſe uti: falſi crimini ſubdẽdis ijs, qui contra hoc facere auſi fuerint: cum ſufficiat earundem conſtitutionum noſtri codicis recitatio, adiectis etiam ueterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites. Nullaq̃ dubitatione emergenda uel eo, quòd ſine die & conſule quædam compoſitæ ſunt, uel quòd ad certas perſonas reſcriptæ ſunt, cum omnes generalium conſtitutionum uim obtinere proculdubio eſt. ſed & ſiquæ earundem conſtitutionum detractis, uel additis, uel permutatis certis uerbis (quod & ipſum præfatis excellentiſſimis uiris ſpecialiter permiſimus) cõpoſitæ ſunt: nullis concedimus ex libris ueterum iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, ſed ſolam iuris interpretatorum ſententiam cõmendare, ut tunc teneat, cum minime aduerſetur eiuſdem noſtri codicis cõſtitutionibus. Siquæ uero pragmaticæ ſanctiones, quæ minime in eodem noſtro codice receptæ ſunt, ciuitatibus forte, uel corporibus, uel ſcholis, uel ſcrinijs, uel officijs, uel alicui perſonæ impertitæ ſunt: eas, ſiquidem aliquod priuilegium ſpeciali beneficio indulgẽt, omni modo ratas manere. ſi uero pro certis capitulis factæ ſunt: tunc tenere, cum nulli noſtri codicis aduerſanť cõſtitutioni, præcipimus. Sed & ſi qua regeſta in tui culminis iudicio, uel in alijs iudicijs ciuilibus, uel militaribus, uel apud principia numerorum, pro publicis expenſis, uel quibuſcunq̃ titulis ad publicum pertinentibus poſita ſunt: ea etiam, prout cõmunis rei cõmoditas exigit, firma eſſe cenſemus. Illuſtris igiť & magnifica authoritas tua, pro innato ſibi circa rẽpublicam noſtrasq̃ diſpoſitiones explendas ſtudio, ad omnium populorum noticiam eundem codicem edictis ex more propoſitis peruenire faciat: ipſo etiam textu Codicis in ſingulas prouincias noſtro ſubiectas imperio cum noſtra diuina ſubnotatioue mittendo, ut eo modo ad omnium noticiã eiuſdem noſtri codicis conſtitutiones ualeant peruenire, & ut exſtantibus feſtis diebus, id eſt ex die ſextodecimo Kalend. Maij præſentis ſeptimæ indictionis, conſulatu Decij uiri clariſſimi recitationes conſtitutionum ex eodem noſtro codice fiant.

De emenda-

DE EMENDATIONE CODICIS DOMI-
ni Iustiniani, & secunda eius editione.

Imperator Cæsar Flauius IVSTINIANVS, *Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator semper Augustus, senatui urbis Constantinopolitanæ.*



ORDI nobis est (patres conscripti) semper nostri animi curas rebus cõmunibus auidissime impendere, ut nihil à nobis inceptum imperfectum relinquatur. Igitur in primordio nostri imperij sacratissimas constitutiones, quæ in diuersa uolumina fuerãt dispersæ, & quàm plurima similitudine nec non diuersitate uacillabant, in unum corpus colligere, omnique uicio purgare proposuimus: & hoc iam per uiros excelsos & facũdissimos perfectum est, & à nobis postea confirmatum, quod geminæ constitutiones nostræ, quæ ante positæ sunt, ostendunt. Postea uero cum uetus ius considerandum recepimus, tam quinquaginta decisiões fecimus, quàm alias ad cõmodum propositi operis pertinentes plurimas cõstitutiones promulgauimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coartatus est, omneque ius antiquum superuacua prolixitate liberum atque enucleatũ in nostris constitutionibus atque digestis reddidimus. Sed cũ nouellæ nostræ tam decisiones, quàm constitutiones, quæ post nostri codicis confectionem latæ sunt, extra corpus eiusdem codicis deuagabantur, & nostram prouidentiam nostrumque consilium exigere uidebantur, quippe cum earũ quædam ex emersis postea factis aliquam meliorem cõsilio permutationem uel emendationẽ desiderabant: necessarium uobis uisum est per Tribonianum uirũ excelsum magistrum exquæstore & exconsule legitimum operis nostri ministrum, necnõ uirum magnificum quæstorem & Berytiensium legũ doctorem Dorotheũ, Mennam insuper, & Cõstantinum, & Ioannẽ uiros eloquentissimos togatos fori amplissimæ sedis easdem cõstitutiones nostras decerpere & in singula discretas capitula ad perfectarum constitutionum soliditatem competentibus supponere titulis, & prioribus constitutionibus eas aggregare. Supradictis itaque magnificis & prudentissimis uiris permisimus hæc omnia facere: & si qua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, sed nostra authoritate freti. constitutiones uero superfluas, uel ex posterioribus sanctionibus nostris iam uacuatas, uel si quæ similes uel contrariæ inuenirentur, circumducere & à proprij codicis congregatione separare, & tam imperfectas replere, quàm nocte obscuritatis obductas noua elimationis luce detegere: ut undique non solum institutionum & digestorũ uia dilucida & aperta pateat, sed etiã constitutionũ nostri codicis plenũ iubar omnibus clareat, nulla penitus nec simili, nec diuersa, nec inusitata relicta cõstitutione: cũ nemini uenit in dubiũ, quod repetita prælectio probauit, hoc satis ualidum, satisque esse formosum. In antiquis etenim libris nõ solũ primas editiones, sed etiam secundas, quas repetitas prælectiones ueteres nominabant, subsecutas esse inuenimus: quod ex libris Vlpiani uiri prudentissimi ad Sabinum scriptis promptum erat quærentibus reperire. His igitur omnibus ex nostra confectis sententia, cõmemoratus Iustinianeus codex à prædictis gloriosissimis & facũdissimis uiris purgatus & cãdidus factus, omnibus ex nostra iussione & circunductis, & additis, & repletis, necnon transformatis, nobis oblatus est: & iussimus in secundo eum ex integro conscribi, nõ ex priore compositione, sed ex repetita prælectione, & eum nostri numinis authoritate nitentem in omnibus iudicijs solũ (quantũ ad diuales cõstitutiones pertinet) frequẽtari ex die quarto kalendarũ Ianuarij quarti nostri felicissimi cõsulatus & Paulini uiri clarissimi: nulla alia extra corpus eiusdem codicis cõstitutione legenda, nisi postea uaria rerum natura aliquid nouum creauerit, quod nostra sanctione indigeat. hoc eteim nemini dubium est, quin si in posterũ melius inueniatur, & ad cõstitutionem necessariò sit redigendũ, hoc à nobis & constituatur, & in aliam congregationẽ referatur, quæ nouellarũ nomine constitutionũ significetur. Repetita itaque iussione nemini in posterũ concedimus, uel ex decisionibus nostris, uel ex alijs cõstitutionibus, quas antea fecimus, uel ex prima Iustinianei codicis editione, aliquid recitare: sed quod in præsenti purgato & renouato codice nostro scriptum inueniatur, hoc tantũmodo in omnibus rebus & iudicijs & obtineat, & recitetur. Cuius scripturã ad similitudinẽ nostrarũ institutionũ & digestorũ sine ulla signorũ dubietate conscribi iussimus: ut omne, quod à nobis cõpositum est hic, & in scriptura, & in ipsa sanctiõe purũ atque dilucidũ clareat, licet ex hac causa in ampliorẽ numerũ summa huius codicis redacta est. Vtigit, sanctiss. & florentiss. patres, nostri labores uobis manifesti fiant, & per omne tempus obtineant: hanc præsentem legem ad frequentissimum ordinem uestrum duximus destinandam.

IMPERATORVM NOMI

NA, QVORVM CONSTITVTIONES DVODECIM libris Codicis sunt insertæ.

Hadrianus.
Antoninus Pius.
Diui fratres, siue
M. Antoninus & Verus.
M. Aelius Antoninus solus.
Aelius Pertinax.
Seuerus & Antoninus Caracalla.
Antoninus Caracalla solus.
Antoninus Heliogabalus.
Alexander.
Maximinus.
Gordianus.
Philippus.
Decius.
Gallus & Volusianus.
Valerianus & Gallienus.
Gallienus & Valerianus Iunior.
Gallienus solus.
Claudius.
Aurelianus.
Probus.
Carus, Carinus & Numerianus.
Carinus & Numerianus.
Diocletianus
Diocletianus & Maximianus Herculius.
Constantius & Maximianus Galerius.
Constantinus Magnus.
Constantinus Iun. Constantius & Constans.
Constantius & Constans.
Constantius solus.
Iulianus.
Iouinianus.
Valentinianus & Valens.
Iidem & Gratianus
Valens, Gratianus & Valentinianus. II.
Gratianus & Valentinianus. II.
Iidem & Theodosius.
Valentinianus II. Theodos. & Arcadius.
Theodosius & Arcadius.
Iidem & Honorius.
Arcadius & Honorius.
Iidem & Theodosius iunior.
Honorius & Theodosius iunior.
Theodosius iunior solus.
Idem & Valentinianus. III.
Valentinianus. III. solus.
Idem & Martianus.
Martianus solus.
Leo.
Idem & Anthemius.
Leo iun & Zeno.
Zeno.
Anastasius.
Iustinus.
Iustinus & Iustinianus.
Iustinianus solus.

TITVLI OMNIVM LI

BRORVM CODICIS D. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS.

LIB. I.

De ſumma trinitate, & fide catholica, ut nemo publice de ea cõtendere audeat. Tit. 1.
De ſacroſanctis eccleſijs, & de rebus ac priuilegijs earum. 2
De epiſcopis & clericis, orphanotrophis, & xenodochis, & ptochotrophis, & aſcetrijs, & monachis, & priuilegijs eorum, & caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorũ uetitis ſeu permiſſis. 3
De epiſcopali audientia, & diuerſis capitulis, quæ ad curã pertinẽt pontificalem. 4
De hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis. 5
Ne ſanctum baptiſma iteretur. 6
De apoſtatis. 7
Nemini licere ſignũ ſaluatoris Chriſti humi uel in ſilice, uel in marmore ſculpere aut pingere. 8
De Iudæis & cælicolis. 9
Ne Chriſtianum mancipiũ hæreticus, uel paganus, aut Iudæus, uel poſſideat, uel circũcidat. 10
De ſacrificijs paganorum, & templis. 11
De his, qui ad eccleſias confugiunt, uel exclamãt, & ne quis ab eccleſia extrahatur. 12
De his, qui in eccleſia manumittuntur. 13
De legibus & conſtitutionibus principũ. 14
De mandatis principum. 15
De Senatus conſultis. 16
De uetere iure enucleando, & de authoritate iuris prudentiũ, qui in Digeſtis leguntur. 17
De iuris & facti ignorantia. 18
De precibus imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, uel non. 19
Quando libellus principi datus litis faciat cõteſtationem. 20
Vt lite pendente, uel poſt prouocationẽ, aut definitiuam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare. 21
Si cõtra ius uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum uel impetratum. 22
De diuerſis reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus. 23
De ſtatuis & imaginibus. 24
De his, qui ad ſtatuas confugiunt. 25
De officio præfect. prætoriorum orientis & Illyrici. 26
De off. præfecti prætorio Africæ, & de omni eiuſdẽ diœceſeos ſtatu. 27
De off. præfecti urbi. 28
De off. magiſtri militum. 29
De off. quæſtoris. 30
De off. magiſtri officiorum. 31
De off. comitis ſacrarum largitionum. 32
De off. com. rerum priuatarũ, ſacri palatij, ſacriq; patrimonij. 33
De off. proconſulis & legati. 34
De off. comitis Orientis. 35
De off. præfecti Auguſtalis. 36
De off. uicarij. 37
De off. prætorum. 38
De off. rectoris prouinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur. 39
De off. præfecti uigilum. 40
De off. ciuilium iudicum. 41
De off. militarium iudicum. 42
Ne rei militaris comitibus uel tribunis lauacra præſtentur. 43
De off. diuerſorum iudicum. 44
Vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militaris poſt adminiſtrationem depoſitã quinquaginta dies in ciuitatibus certis locis permaneant. 45
De off. eius, qui uicẽ alicuius iudicis uel præſidis obtinet. 46
De adſeſſoribus, & domeſticis, & cancellarijs iudicum. 47
De annonis & capitu adminiſtrãtium, uel adſeſſorum, aliorumue publicas ſollicitudines gerentium, & eorum, qui aliquas conſecuti ſunt dignitates. 48
De cõtractibus iudicum, uel eorum, qui ſunt circa eos, & inhibẽdis donationibus in eos faciendis, & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent. 49
De modo multarum, quæ à iudicibus infliguntur. 50
De defenſoribus ciuitatum. 51
De magiſtratibus municipalibus. 52
De officio iuridici Alexandriæ. 53

LIB. II.

De edendo. 1
De in ius uocando. 2
De pactis. 3
De tranſactionibus. 4
De errore calculi. 5
De poſtulando. 6
De aduocatis diuerſorum iudiciorum. 7
De aduocatis fiſci. 8

Deer

De errore aduocatorum, & libellos seu preces concipientium. 9
Vt quæ desunt aduocatis partium, iudex supleat. 10
De causis, ex quibus infamia alicui irrogatur. 11
De procuratoribus. 12
Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, uel actiones in se transferre. 13
De his, qui potentiorum nomine titulos prædijs adfigunt, uel eorum nomina in litem prætendunt. 14
Vt nemo priuato titulos prædijs suis uel alijs imponat, uel regalia uela suspendat. 15
Vt nemini liceat sine iudicis authoritate signa rebus imponere alienis. 16
Ne fiscus, uel res publica procurationem alicui patrocinij causa illicite præstet. 17
De negociorum gestorum actione. 18
De his, quæ ui metusúe causa gesta sunt. 19
De dolo malo. 20
De in integrum restitutionibus minorũ uiginti quinq; annis. 21
De filio familias minore. 22
De fideiussoribus minorum. 23
Si tutor uel curator interuenerit. 24
Si in communi eademq; causa in integrum restitutio postuletur. 25
Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur. 26
Si aduersus uenditionem. 27
Si aduersus uenditionẽ pignoris. 28
Si aduersus donationem. 29
Si aduersus libertatem. 30
Si aduersus transactionem uel diuisionem in integrum minor restitui uelit. 31
Si aduersus solutionem à tutore uel à se factam. 32
Si aduersus dotem. 33
Si aduersus delictum suum. 34
Si aduersus usucapionem. 35
Si aduersus fiscum. 36
Si aduersus creditorem. 37
Si se abstinuit hæreditate. 38
Si ut omissam hæreditatem, uel bonorũ possessionem, uel quid aliud adquirat. 39
In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est. 40
Qui, & aduersus quos in integrum restitui non possunt. 41
Si minor se maiorem dixerit. 42
Si sæpius in integrum restitutio postuletur. 43
De his, qui ueniã ætatis impetrauerunt. 44
Si maior factus ratum habuerit. 45
Vbi, & apud quem cognitio in integrum restitutionis agenda sit. 46
De reputatiõibus, quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis. 47
Etiam per procuratorem causam in integrũ restitutionis agi posse. 48
In integrum restitutione postulata, ne quid noui fiat. 49
De restitutione militum, & eorum, qui reipublicæ causa absunt. 50
De uxoribus militũ, & eorũ, qui reipublicæ causa absunt. 51
De temporibus in integrum restitutionis tam minorum, aliarumq; personarum, quæ restitui possunt, quàm hæredum eorum. 52
Quibus ex causis maiores in integrum restituantur. 53
De alienatiõe iudicij mutandi causa facta. 54
De receptis arbitris. 55
De satisdando. 56
De iuris formulis, & impetratione actionum sublata. 57
De iureiurando propter calumniam dando. 58

LIB. III.

De iudicijs. 1
De sportulis, & sumptibus in diuersis iudicijs faciendis, & de exsecutoribus litiũ. 2
De pedaneis iudicibus. 3
Qui pro sua iurisdictione iudices dare, dari ue possunt. 4
Ne quis in sua causa iudicet, uel sibi ius dicat. 5
Qui legitimam personam standi in iudicijs habent, uel non. 6
Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur. 7
De ordine iudiciorum. 8
De litis contestatione. 9
De plus petitionibus. 10
De dilationibus. 11
De feriis. 12
De iurisdictione omnium iudicum, & de foro competenti. 13
Quando imperator inter pupillos, & uiduas, uel alias miserabiles personas cognoscit, & ne exhibeantur. 14
Vbi de criminibus agi oportet. 15
Vbi de possessione agi oportet. 16
Vbi fidei commissum peti oportet. 17
Vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit. 18
Vbi in rem actio exerceri debeat. 19
Vbi de hæreditate agat, uel ubi hæredes scripti in pos

pti in poſſeſſionem mitti poſtulare debe-
ant. 20
Vbi de ratiocinijs tam publicis, quàm priua-
tis, agi oporteat. 21
Vbi cauſas ſtatus agi oporteat. 22
Vbi quis de curiali, uel cohortali, aliaúe con-
ditione conueniatur. 23
Vbi ſenatores, uel clariſſimi ciuiliter uel cri-
minaliter conueniantur. 24
In quibus cauſis militantes fori præſcriptio-
ne uti non poſſunt. 25
Vbi cauſa fiſcalis, uel diuinæ domus, homi-
numq; eius agantur. 26
Quando liceat unicuiq; ſine iudice uindicare
ſe, uel publicam deuotionem. 27
De inofficioſo teſtamento. 28
De inofficioſis donationibus. 29
De inofficioſis dotibus. 30
De petitione hæreditatis. 31
De rei uindicatione. 32
De uſufructu, uſu, & habitatione, & miniſte-
rio ſeruorum. 33
De ſeruitutibus & de aqua. 34
De lege Aquilia. 35
Familiæ erciſcundæ. 36
Communi diuidundo. 37
Communia utriuſq; iudicij, tam familiæ erci
ſcundæ, quàm cõmuni diuidundo. 38
Finium regundorum. 39
De cõſortibus eiuſdem litis. 40
De noxalibus actionibus. 41
Ad exhibendum. 42
De religioſis, & ſumptibus funerum, & aleæ
luſu, & aleatoribus. 43

LIB. IIII.

De rebus creditis, & iureiurando. 1
Si certum petatur. 2
De ſuffragio. 3
De prohibita ſequeſtratione pecuniæ. 4
De condictione indebiti. 5
De condictione ob cauſam datorum. 6
De condictione ob turpem cauſam. 7
De condictione furtiua. 8
De condictione ex lege, & ſine cauſa, uel iniu-
ſta cauſa 9
De obligationibus & actionibus. 10
Vt actiones & ab hæredibus, & contra hære-
des incipiant. 11
Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore,
uel mater pro filio conueniatur. 12
Ne filius pro patre, uel pater, p filio emancipa
to, uel libertus pro patrono cõueniat. 13
An ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſſionẽ
teneatur. 14
Quando fiſcus uel priuatus debitoris ſui de-
bitores exigere poſſit. 15
De actionibus hæreditarijs. 16
Ex delictis defũctorum in quantum hæredes
conueniantur. 17
De conſtituta pecunia. 18
De probationibus. 19
De teſtibus. 20
De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorũ,
& apochis, & antapochis faciendis, & de
his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. 21
Plus ualere, quod agitur, quàm quod ſimu-
late concipitur. 22
De commodato. 23
De actione pigneraticia. 24
De exercitoria & inſtitoria actione. 25
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, ne-
gocium geſtum eſſe dicetur, uel de pecu-
lio, ſeu quod iuſſu, uel de in rem uerſo. 26
Per quas perſonas nobis adquiratur. 27
Ad SEN. conſultum Macedonianum. 28
Ad SEN. conſultum Velleianum. 29
De non numerata pecunia. 30
De compenſationibus. 31
De uſuris. 32
De nautico fœnore. 33
Depoſiti, uel contra. 34
Mandati, uel contra. 35
Si ſeruus extero ſe emi mandauerat. 36
Pro ſocio. 37
De cõtrahenda emptione & uenditione. 38
De hæreditate uel actione uendita. 39
Quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere,
uel mercari uetantur. 40
Quæ res exportari non debeant. 41
De eunuchis. 42
De patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt. 43
De reſcindenda uenditione. 44
Quando liceat ab emptione diſcedere. 45
Si propter publicas penſitationes uenditio
fuerit celebrata. 46
Sine cenſu uel reliquis fundum cõparari nõ
poſſe. 47
De periculo & cõmodo rei uenditæ. 48
De actionibus empti & uenditi. 49
Si quis alteri uel ſibi ſub alterius nomine uel
aliena pecunia emerit. 50
De rebus alienis non alienandis, & de prohi-
bita rerum alienatiõe, uel hypotheca. 51
De cõmunium rerum alienatione. 52
Rem alienam gerentibus non interdici rerũ
ſuarum alienatione. 53
De pactis inter emptorem & uenditorem cõ
poſitis. 54
Si ſeruus exportandus ueneat. 55
Si mancipium ita uenierit, ne proſtituat. 56
Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manu
mittatur, uel contra. 57

De ædilitijs actionibus. 58
De monopolijs,& conuentu negociatorũ illi cito,uel artificum, ergolaborũ,necnõ balneatorũ prohibitis illicitis pactiõibus. 59
De nundinis & mercationibus. 60
De uectigalibus & commissis. 61
Vectigalia noua instituí non posse. 62
De cõmercijs & mercatoribus. 63
De rerũ permutatione,& p̃scriptis uerbis. 64
De locato & conducto. 65
De iure emphyteutico. 66

LIB. V.

De sponsalibus,& arris sponsalicijs,& proxeneticis. 1
Si rector prouinciæ,uel ad eum pertinentes, sponsalicias dederint arras. 2
De donatiõibus ante nuptias,uel propter nuptias,& sponsalicijs. 3
De nuptijs. 4
De incestis & inutilibus nuptijs. 5
De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem,seu curatorem,filiosq; eorũ. 6
Si quacunq; præditus potestate,uel ad eũ pertinentes, ad suppositarũ iurisdictioni suæ nuptias tentauerit adspirare. 7
Si nuptiæ ex rescripto petantur. 8
De secundis nuptijs. 9
Si secũdò nupserit mulier,cui maritus usum fructum reliquit. 10
De dotis promissione, & nuda pollicitatione. 11
De iure dotium. 12
De rei uxoriæ actione in ex stipulatu actionẽ trãsfusa,& de natura dotibus præstita. 13
De pactis cõuentis tam super dote,quàm donatione ante nuptias,& paraphernis. 14
De dote cauta non numerata. 15
De donationibus inter uirum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & ratihabitione. 16
De repudijs,& iudicio de moribꝰ sublato. 17
Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur. 18
Si dos cõstante matrimonio soluta fuerit. 19
Ne fideiussores uel mandatores dotium detur. 20
Rerum amotarum. 21
Ne pro dote mulieri bona mariti addicantur. 22
De fundo dotali. 23
Diuortio facto,apud quẽ filij nutriant̃. 24
De alendis liberis ac parentibus. 25
De concubinis. 26
De naturalibus liberis, & matribus eorũ, & ex quibus causis iusti efficiantur. 27
De testamentaria tutela. 28
De confirmando tutore. 29
De legitima tutela. 30
Qui petant tutores uel curatores. 31
Vbi petant̃ tutores uel curatores. 32
De tutoribus uel curatoribus illustriũ uel clarissimarum personarum. 33
Qui dare tutores uel curatores possunt, & q̃ dari non possunt. 34
Quando mulier tutelæ officio fungat̃. 35
In quibus casibus tutorem habenti tutor uel curator dari possit. 36
De administratione tutorũ & curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda,uel deponenda. 37
De periculo tutorum & curatorũ. 38
Quando facto tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri possunt. 39
Si ex pluribus tutoribus uel curatoribus omnes uel unus peragere rem minoris, uel conueniri possint. 40
Ne tutor uel curator uectigal conducat. 41
De tutore uel curatore,q̃ satis nõ dedit. 42
De suspectis tutoribus uel curatoribus. 43
De in litem dando tutore uel curatore. 44
De eo,qui pro tutore negocium gessit. 45
Si mater indemnitatem promisit. 46
Si cõtra matris uoluntatẽ tutor datus sit. 47
Vt causæ post pubertatẽ adsit tutor. 48
Vbi pupilli educentur. 49
De alimentis pupillo præstandis. 50
Arbitrium tutelæ. 51
De diuidenda tutela, & pro qua parte quisq; tutorũ conueniatur. 52
De in litem iurando. 53
De hæredibus tutorum. 54
Si tutor non gesserit. 55
De usuris pupillaribus. 56
De fideiussoribus tutorũ seu curatorũ. 57
De contrario iudicio tutelæ. 58
De authoritate præstanda. 59
Quando tutores uel curatores esse desinant. 60
De actore à tutore seu curatore dando. 61
De excusationibus tutorum & curatorum, & de temporibus earum. 62
Si tutor uel curator falsis allegationibus excusatus sit. 63
Si tutor reipublicæ causa aberit. 64
De excusationibus ueteranorum. 65
Qui numero liberorum se excusant. 66
Qui morbo se excusant. 67
Qui ætate se excusant. 68
Qui numero tutelarum se excusant. 69
De curatore furiosi & prodigi. 70
De prædijs,& alijs rebus minorum sine decreto non alienandis uel obligandis. 71

Quando

Quando decreto opus non est. 72
Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparauerit. 73
Si maior factus uenditionem factam sine decreto ratam habuerit. 74
De magistratibus conueniendis. 75

LIB. VI.

De seruis fugitiuis, & libertis, mancipijsq; ciuitatum artificibus, & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicã pertinentibus. 1
De furtis & seruo corrupto. 2
De operis libertorum. 3
De bonis libertorum & iure patronatus. 4
Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit. 5
De obsequijs patrono præstandis. 6
De libertis, & eorum liberis. 7
De iure aureorum anulorum, & natalibus restituendis. 8
Qui ad bonorum possessionẽ, & infra quod tempus admittãtur. 9
Quando non petentium partes petẽtibus adcrescunt. 10
De bonorũ possessione secundũ tabulas. 11
De bon. possess. contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. 12
De bon. possess. cõtra tabulas liberti, quæ patronis uel liberis eorum datur. 13
Vnde liberi. 14
Vnde legitimi, & unde cognati. 15
De successorio edicto. 16
De Carboniano edicto. 17
Vnde uir & uxor. 18
De repudianda bonorũ possessione. 19
De collationibus. 20
De testamento militis. 21
Qui testamẽta facere pñt, uel nõ possunt. 22
De testamentis, & quemadmodum testamẽta ordinentur. 23
De hæredibus instituendis, & quæ personæ instituí non possunt. 24
De institutionibus, & substitutionibus, seu restitutionibus sub conditione factis. 25
De impuberum, & alijs substitutionibus. 26
De necessarijs, & seruis hæredibus instituendis, uel substituendis. 27
De liberis præteritis, uel exhæredatis. 28
De postumis hæredibus instituendis, uel exhæredandis, uel præteritis. 29
De iure deliberandi, & adeunda, uel adquirẽda hæreditate. 30
De repudianda uel abstinẽda hæreditate. 31
Quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur. 32
De edicto D. Hadriani tollẽdo, & quẽadmodũ script9 hæres in possessionẽ mittat. 33
Si quis aliquem testari prohibuerit, uel coëgerit. 34
De his, quibus ut indignis auferuntur hæreditates, & SEN. consulto Silaniano. 35
De codicillis. 36
De legatis. 37
De uerborum significatione. 38
Si omissa sit causa testamenti. 39
De indicta uiduitate, & de L. Iulia Miscella tollenda. 40
De his, quæ pœnæ nomine in testamẽto uel codicillis scribuntur uel relinquuntur. 41
De fideicõmissis. 42
Cõmunia de legatis & fideicõmissis, & de in rem missione tollenda. 43
De falsa causa adiecta legato uel fideicommisso. 44
De his, quæ sub modo legata seu fideicõmissa relinquuntur. 45
De cõditionibus insertis tã in legatis, quàm fideicommissis, & libertatibus. 46
De usuris, uel fructibus legatorum seu fideicommissorũ. 47
De SEN. consulto Trebelliano. 48
Ad legem Falcidiam. 49
De caducis tollendis. 50
De his, qui ante apertas tabulas hæreditates transmittunt. 51
Quãdo dies legati uel fideicõmissi cedit. 52
Vt in possessionem legatorum uel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat. 53
De legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato uenientibus. 54
Ad SEN. consultum Tertullianum. 55
Ad SEN. consultum Orfitianum. 56
De legitimis hæredibus. 57
Communia de successionibus. 58
De bonis maternis, & materni generis. 59
De bonis, quæ liberis in potestate cõstitutis, ex matrimonio, uel aliter adquiruntur, & eorũ administratione. 60
De hæreditatibus decurionum, nauicularioru, cohortaliũ, militũ, & fabricensiũ. 61

LIB. VII.

De uindicta, & apud cõciliũ manumissiõe. 1
De testamentaria manumissione. 2
De L. Fusia Caninia sublata. 3
De fideicõmissarijs libertatibus. 4
De dediticia libertate tollenda. 5
De latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa. 6
De communi seruo manumisso. 7

De ſeruo pignori dato manumiſſo. 8
De ſeruis reipubl. manumittendis. 9
De his, qui à nõ domino manumiſſi ſunt. 10
Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittantur. 11
Qui non poſſunt ad libertatẽ peruenire. 12
Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatẽ accipiunt. 13
De ingenuis manumiſſis. 14
Communia de manumiſſionibus. 15
De liberali cauſa. 16
De adſertione tollenda. 17
Quibus ad libertatem proclamare non licet, & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur. 18
De ordine cognitionum. 19
De colluſione detegenda. 20
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquenniũ quæratur. 21
De longi tẽporis præſcriptiõe, quæ pro libertate & nõ aduerſus libertatẽ opponit̃. 22
De peculio eius, qui libertatẽ meruit. 23
De SEN. conſulto Claudiano tollendo. 24
De nudo iure Quiritium tollendo. 25
De uſucapione pro emptore, uel pro tranſactione. 26
De uſucap. pro donato. 27
De uſucap. pro dote. 28
De uſucap. pro hærede. 29
Communia de uſucapionibus. 30
De uſucapione tranſformanda, & de ſublata differẽtia rerũ mancipi, & nec mãcipi. 31
De adquirenda & retinenda poſſeſſione. 32
De præſcriptione longi temporis decem uel uiginti annorum. 33
In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio. 34
Quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio. 35
Si aduerſus creditorẽ p̃ſcriptio opponat̃. 36
De quadriennij præſcriptione. 37
Ne rei dominicæ uel templorũ uindicatio tẽporis præſcriptione ſubmoueatur. 38
De præſcriptione triginta uel quadraginta annorum. 39
De annali exceptione Italici cõtractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptiõibus earum. 40
De alluuionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis. 41
De ſententijs præfectorum prætorio. 42
Quomodo & quando iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, uel una parte abſente. 43
De ſententijs ex breuiculo recitandis. 44
De ſententijs & interlocutionibus omnium iudicum. 45
De ſentẽtia, q̃ ſine certa quãtitate pferr̃. 46
De ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. 47
Si à non competente iudice iudicatum eſſe dicatur. 48
De pœna iudicis, q̃ male iudicauit, uel eius, qui iudicem uel aduerſarium cõrumpere curauit. 49
Sententiã reſcindi non poſſe. 50
De fructibus & litium expenſis. 51
De re iudicata. 52
De exſecutione rei iudicatæ. 53
De uſuris rei iudicatæ. 54
Si plures una ſententia condemnati ſunt. 55
Quibus res iudicata non nocet. 56
Cõminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones authoritatem rei iudicatæ nõ habere. 57
Si ex falſis inſtrumentis uel teſtimonijs iudicatum ſit. 58
De confeſſis. 59
Res inter alios acta uel iudicata alijs ne noceat. 60
De relationibus. 61
De appellationibus & conſultationibus. 62
De temporibus & reparationib. appellationum ſeu conſultationum. 63
Quando prouocare non eſt neceſſe. 64
Quorũ appellationes nõ recipiuntur. 65
Si pendẽte appellatiõe mors interuenerit. 66
De his, qui per propter metũ iudicis non appellauerunt. 67
Si unus ex pluribus appellauerit. 68
Si de momentaria poſſeſſione fuerit appellatum. 69
Ne liceat in una eademq; cauſa tertiò ꝓuocare, uel poſt duas ſententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas re tractare. 70
Qui bonis cedere poſſunt. 71
De bonis authoritate iudicis poſſidẽdis, ſeu uenũdãdis, & de ſeparatiõibus bonorũ. 72
De priuilegio fiſci. 73
De priuilegio dotis. 74
De reuocãdis ijs, q̃ ꝑ fraudẽ alienata ſunt. 75

LIB. VIII.

De interdictis. 1
Quorum bonorum. 2
Quorum legatorum. 3
Vnde ui. 4
Si per uim uel alio modo abſentis poſſeſſio turbata ſit. 5
Vti poſſidetis. 6
De tabulis exhibendis. 7
De liberis exhibendis, ſeu deducẽdis, & de libero ho-

bero homine exhibendo. 8
De precario, & Saluiano interdicto. 9
De ædificijs priuatis. 10
De operis noui nunciatione. 11
De operibus publicis. 12
De ratiocinijs operum publicorum & patribus ciuitatum. 13
De pignoribus & hypothecis. 14
In quibus causis pignus tacite contrahit. 15
Si aliena res pignori data sit. 16
Quæ res pignori obligari possunt, uel non, & qualiter pignus contrahatur. 17
Qui potiores in pignore habeantur. 18
De his, q̃ i priorũ creditorũ locũ succedũt. 19
Si antiquior creditor pignus uendiderit. 20
Si cõmunis res pignorata sit. 21
De prætorio pignore, & ut in actionibus etiã debitorũ missio p̃torij pignoris, pcedat. 22
Si in causa iudicati pignus captũ sit. 23
Si pignus pignori datum sit. 24
De partu pignoris, & omni casu. 25
De remissione pignoris. 26
Etiam ob chirographariã pecuniã pignus te
De distractione pignorũ. 28 (neri. 27
Debitorem uenditionẽ pignorum impedire non posse. 29
Si uendito pignore agatur. 30
De luitione pignoris. 31
Si unus ex pluribus hæredibus creditoris, uel debitoris partem suam debiti soluerit uel acceperit. 32
Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non sit. 33
De iure dominij impetrando. 34
De pactis pignorũ. 35
De exceptionibus & p̃scriptionibus. 36
De litigiosis. 37
De cõtrahenda & cõmittẽda stipulatiõe. 38
De inutilibus stipulationibus. 39
De duobus reis stipulandi & ꝑmittendi. 40
De fideiussoribus & mandatoribus. 41
De nouationibus & delegatiõibus. 42
De solutionibus & liberationibus. 43
De acceptilationibus. 44
De euictionibus. 45
Creditorem euictionẽ nõ debere. 46
De patria potestate. 47
De adoptionibus. 48
De emancipationibus liberorũ. 49
De ingratis liberis. 50
De postliminio, & redẽptis ab hostibus. 51
De infãtib9 expositis liberis & seruis, & de ijs, q̃ sanguinolẽtos nutriẽdos acceperũt. 52
Quæ sit longa consuetudo. 53
De donationibus. 54
De donationibus, quæ sub modo, uel sub cõditione, uel ex certo tẽpore cõficiunt. 55
De reuocandis donationibus. 56
De mortis causa donationibus. 57
De infirmãdis pœnis cælibatus, & orbitatis, & de decimarijs sublatis. 58
De iure liberorum. 59

LIB. IX.

Qui accusare non possunt. 1
De accusationibus & inscriptionibus. 2
De exhibendis & transmittendis reis. 3
De custodia reorum. 4
De priuatis carceribus inhibendis. 5
Si reus uel accusator mortuus fuerit. 6
Si quis imperatori maledixerit. 7
Ad L. Iuliam maiestatis. 8
Ad L. Iuliam de adulterijs & de stupro. 9
Si quis eã, cuius tutor fuerit, corruperit. 10
De mulierib9, q̃ se ꝑprijs seruis iunxerũt. 11
Ad L. Iuliam de ui publica seu priuata. 12
De raptu uirginum, seu uiduarũ, necnon sanctimonialium. 13
De emendatione seruorum. 14
De emendatione ꝑpinquorum. 15
Ad L. Corneliam de sicarijs. 16
De his, qui parentes uel liberos occiderũt. 17
De maleficis, & mathematicis, & cæteris si-
De sepulchro uiolato. 19 (milibus. 18
Ad L. Fauiam de plagiarijs. 20
Ad L. Viscelliam. 21
Ad L. Corneliam de falsis. 22
De his, qui sibi adscribunt in testamento. 23
De falsa moneta. 24
De mutatione nominis. 25
Ad L. Iuliam de ambitu. 26
Ad L. Iuliam repetundarum. 27
De crimine peculatus. 28
De crimine sacrilegij. 29
De seditiosis, & de ijs, qui plebẽ audent contra rempubl. colligere. 30
Quãdo ciuilis actio criminali præiudicet, & an utraq; ab eodem exerceri possit. 31
De crimine expilatæ hæreditatis. 32
De ui bonorum raptorũ. 33
De crimine stellionatus. 34
De iniurijs. 35
De famosis libellis. 36
De abigæis. 37
De Nili aggeribus non rumpendis. 38
De his, qui latrones, uel alijs criminibus reos occultauerint. 39
De requirendis reis. 40
De quæstionibus. 41
De abolitionibus. 42
De generali obolitione. 43
Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur. 44
Ad SEN. consultũ Turpilianum. 45

De calumniatoribus. 46
De pœnis. 47
Ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare. 48
De bonis proſcriptorum ſeu damnatorũ. 49
De bonis eorũ, qui morte ſibi cõſciuerũt. 50
De ſententiam paſſis & reſtitutis. 51

LIB. X.

De iure fiſci. 1
De conueniendis fiſci debitoribus. 2
De fide inſtrumentorũ, & iure haſtæ fiſcalis, & de addictionibus. 3
De uenditione rerum fiſcalium cum priuatis communium. 4
Ne fiſcus rem, quam uendidit, euincat. 5
De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. 6
Pœnis fiſcalibus creditores præferri. 7
De fiſcalibus uſuris. 8
De ſentẽtijs cõtra fiſcũ latis retractandis. 9
De bonis uacãtib9, & de incorporatiõe. 10
De delatoribus. 11
De petitionibus bonorũ ſublatis. 12
De his, qui ſe deferunt. 13
Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. 14
De theſauris. 15
De annonis & tributis. 16
De indictionibus. 17
De ſuperindicto. 18
De exactoribus tributorum. 19
De ſuperexactoribus. 20
De capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa. 21
De apochis publicis, & de deſcriptionibus curialiũ, & de diſtributiõibus ciuilibus. 22
De canone largitionalium titulorum. 23
Ne operæ à collatoribus exigantur. 24
De immunitate nemini concedenda. 25
De conditis in publicis horreis. 26
Vt nemini liceat in emptione ſpecierũ ſe excuſare, & de munere ſitoniæ. 27
De collatione donatorum, uel releuatorum, aut translatorum, ſeu adæratorũ. 28
De collatione æris. 29
De diſcuſſoribus. 30
De decurionibus, & filijs eorum, & qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur. 31
Si ſeruus aut libertus ad decurionatũ adſpirauerit. 32
De prædijs decurionum ſine decreto non alienandis. 33
Quando, & quibus quarta pars debeẽ ex bonis decurionum, & de modo diſtributionis eorum. 34
De imponenda lucratiuis deſcriptione. 35
De præbendo ſalario. 36
Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit 37
De municipibus & originarijs. 38
De incolis, & ubi quis domicilium habere uidetur, & de his, qui ſtudiorũ cauſa in alia ciuitate degunt. 39
De honoribus & muneribus nõ cõtinuandis inter patrẽ & filiũ, & de interuallis. 40
De muneribus patrimoniorum. 41
Quẽadmodũ ciuilia munera indicunt. 42
De his, qui ſpõte publica munera ſubeũt. 43
De his, qui à principe uacationem acceperunt. 44
De uacatione publici muneris. 45
De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. 46
De excuſationibus munerũ. 47
De quibus muneribus uel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare. 48
Qui ætate uel profeſſione ſe excuſant. 49
Qui morbo ſe excuſant. 50
De his, qui numero liberorum, uel pauperta te excuſationem meruerunt. 51
De profeſſoribus & medicis. 52
De athletis. 53
De his, qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt. 54
Quibus muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiam uel aduocationẽ per prouincias ſuis commodis uacantes commorantur, & de priuilegijs eorum, & de cõductoribus uectigalium fiſci. 55
De libertinis. 56
De infamibus. 57
De reis poſtulatis. 58
De his, qui in exſiliũ dati, uel ab ordine moti ſunt. 57
De filijſfamiliarum, & quemadmodum pro his pater teneatur. 60
De periculo ſucceſſorum parentis. 61
De mulieribus, in quo loco munera ſexui cõgruentia, uel honores agnoſcant. 62
De legationibus. 63
De excuſationibus artificum. 64
De potioribus ad munera nominandis. 65
Si propter inimicitias creatio facta ſit. 66
De ſumptuum recuperatione. 67
Si poſt creationem quis deceſſerit. 68
De tabularijs, ſcribis, logographis, & cenſualibus. 69
De ſuſceptoribus, præpoſitis & arcarijs. 70
De ponderatoribus, & auri illatione. 71
De auri publici perſecutoribus. 72
De his, quæ ex publica collatione illata ſunt, non uſur-

non usurpandis. 73
De auro coronario. 74
De irenarchis. 75
De argenti precio, q̃d thesauris infertur. 76

LIB. XI.

De nauicularijs seu naucleris publicis species transportantibus, & de tollẽda lustralis auri collatione. 1
De prædijs, & oĩbus rebus nauiculariorũ. 2
De nauibus non excusandis. 3
Ne quid oneri publico imponatur. 4
De naufragijs. 5
De metallarijs, & metallis, & procuratorib9 metallorum. 6
De murilegulis, & gynæciarijs, & pcuratoribus gynæcij, & de monetarijs, & bastagiarijs. 7
De uestibus holobaris, & auratis, & de tinctione sacri muricis. 8
De fabricensibus. 9
De ueteris nomismatis potestate. 10
Nulli licere in frenis, equestribus sellis, & balteis margaritas, smaragdos & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis. 11
De classicis. 12
De curialibus urbis Romæ. 13
De priuilegijs corporatorũ urbis Romæ. 14
De pistoribus. 15
De suarijs, & susceptoribus uini, & cæteris corporatis. 16
De collegiatis, & chartopratis, & numularijs. 17
De studijs liberalibus urbis Romæ & Constantinopolitanæ. 18
De honoratorum uehiculis. 19
De priuilegijs urbis Cõstãtinopolitanæ. 20
De metropoli Beryto. 21
De canone frumentario urbis Romæ. 22
De frumento urbis Cõstantinopolitanæ. 23
De annonis ciuilibus. 24
De mendicantibus ualidis. 25
De nauticis Tyberinis. 26
De frumento Alexandrino. 27
De Alexandriæ primatibus. 28
De iure reipublicæ. 29
De administratione rerũ publicarum. 30
De uendendis rebus ciuitatis. 31
De debitoribus ciuitatum. 32
De periculo nominatorum. 33
De periculo eorum, qui pro magistratibus interuenerunt. 34
Quo quisq; ordine conueniatur. 35
Ne quis liber inuitus actum reipublicæ gerere cogatur. 36
Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. 37
De his, qui ex officio, quod administrarunt, conueniuntur. 38
De solutionibus & liberationibus debitorũ ciuitatis. 39
De spectaculis, & scenicis, & lenonibus. 40
De expensis publicorum ludorum. 41
De aquæductibus. 42
De gladiatoribus. 43
De uenatione ferarum. 44
De maiuma. 45
Vti armorum usus inscio principe interdictus sit. 46
De agricolis, & censitis, & colonis. 47
De capitatiõe ciuiũ censibus eximenda. 48
In quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt. 49
De colonis Palæstinis. 50
De colonis Thracensibus. 51
De colonis Illyricianis. 52
Vt nemo ad suũ patrocinium suscipiat rusticanos, uel uicos eorum. 53
Ne rusticani ad ullũ obsequiũ deuocent. 54
Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre. 55
Vt nullus ex uicaneis pro alienis uicaneorũ debitis teneatur. 56
De censibus, & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus. 57
De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur. 58
De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis, & limitaneis, & castellorũ. 59
De pascuis publicis & priuatis. 60
De fundis patrimonialibus, & saltuẽsibus, & emphyteuticis, & eorũ conductoribus. 61
De mancipijs, & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum. 62
De fugitiuis colonis patrimonialibus, saltuensibus & emphyteuticis. 63
De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum. 64
De fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus. 65
De fundis & saltibus rei tamiacæ. 66
De agricolis & mãcipijs dominicis uel fiscalibus reipublicæ uel priuatæ. 67
De prædijs tamiacis, & his, qui ex colonis tamiacis, alijsq; liberæ conditionis procreantur. 68
De diuersis prædijs urbanis & rusticis templorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili. 69
De locatione prædiorum ciuilium, uel fiscalium, siue templorum, siue rei priuatæ, uel dominicæ. 70

De cõdu-

De conductoribus,& procuratoribus, siue ex actoribus prædiorum fiscalium,& domus Augustæ. 71
Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet. 72
De collatione fundorum fiscaliũ,uel rei priuatæ,uel dominicæ,uel ciuitatis,uel templorum. 73
De priuilegijs domus Augustæ,uel rei priuatæ,& quarum collationum excusationem habent. 74
De grege dominico. 75
De palatijs & domibus dominicis. 76
De cupressis ex luco Daphnensi,uel * Perseis per Aegyptum non excidendis uel uendendis. 77

LIB. XII.

De dignitatibus. 1
De prætoribus, & honore prætoræ,& collatione,& gleba,& claui, & pholi,& septẽ solidorum functione sublata. 2
De consulibus,& non spargendis ab his pecunijs,& de patricijs. 3
De præfectis prætorio,siue urbi, & magistris militum in dignitatibus exæquandis. 4
De præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs,& priuilegijs eorum. 5
De quæstoribus,& magistris officiorũ,& comitibus sacr. largitionũ,& rei priuatæ. 6
De primicerio,& secundicerio,& notarijs. 7
Vt dignitatum ordo seruetur. 8
De magistris sacrorum scriniorũ. 9
De comitibus consistorianis. 10
De præpositis & tribunis scholarum. 11
De comitibus rei militaris. 12
De comitibus & archiatris sacri palatij. 13
De comitibus,qui prouincias regunt. 14
De professoribus, qui in urbe Constantinopolitana docentes,ex lege meruerunt comitiuam. 15
De silentiarijs, & decurionibus eorũ. 16
De domesticis & protectoribus. 17
De præpositis laborum. 18
De præpositis sacrorum scriniorũ,cæterisq; qui in sacris scrinijs militant. 19
De agentibus in rebus. 20
De præpositis agentiũ in rebus 21
De principibus agentium in rebus. 22
De curiosis & stationarijs. 23
De palatinis sacrarum largitionũ & rerum priuatarum. 24
De * statoribus. 25
De castrensiarijs & ministerianis. 26
De decanis. 27
De mensoribus. 28
De priuilegijs eorum, quì in sacro palatio militant. 29
De priuilegijs scholarum. 30
De castrensi omniũ palatinorũ peculio. 31
De equestri dignitate. 32
De perfectissimatus dignitate. 33
Qui militare possunt,uel non,& de seruis ad militiæ dignitatẽ adspirantibus, & ut nemo duplici militia,uel dignitate & militia simul utatur. 34
Negociatores ne militent. 35
De re militari. 36
De castrensi peculio militum, & præfectis annonæ. 37
De erogatione militaris annonæ. 38
De excoctione,& translatiõe militaris annonæ. 39
De militari ueste. 40
De metatis & epidemeticis. 41
De salgamo hospitibus non præstando. 42
De cõmeatu. 43
De tyronibus. 44
De litorum & itinerum custodia. 45
De desertoribus & occultatoribus. 46
De ueteranis. 47
De filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur. 48
De oblatione uotorum. 49
De numerarijs,actuarijs,& chartularijs,& adiutoribus,siue scriniarijs, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorum'q; iudicum tam militarium,quàm ciuilium. 50
De cursu publ. & angarijs,& parangarijs. 51
De tractatorijs & statiuis. 52
De apparitoribus præfectorum prætorio,& priuilegijs eorum. 53
De apparitoribus præfecti urbi. 54
De apparitoribus magistrorum militum, & priuilegijs eorum. 55
De apparitoribus proconsulis & legati. 56
De apparitoribus comitis Orientis. 57
De cohortalibus, & principibus, cornicularijs,ac priuilegijs. 58
De apparitoribus præfecti annonæ. 59
De diuersis officijs, & apparitoribus iudicũ, & probatorijs eorum. 60
De exsecutoribus & exactoribus. 61
De lucris aduocatorum,& cõcussione officiorum seu apparitorum. 62
De primipilo. 63
Publicæ læticiæ, uel consulũ nũciatores, uel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum,uel iudicialium literarum ex descriptione,uel ab inuitis,ne quid accipiant immodicum. 64

FINIS.

CODICIS DOMINI IV-STINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER PRIMVS.

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ut nemo publice de ea contendere audeat. Titulus I.

Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS *&* THEODOSIVS AAA. *ad populum urbis Constantinopolitanæ.*

CVNCTOS POPVLOS, QVOS CLEMENTIAE noſtræ regit imperium, in tali uolumus religione uerſari, quam diuinum Petrum apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio uſq; ad huc ab ipſo inſinuata declarat, quamq; pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ epiſcopum uirum apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt, ut ſecundum apoſtolicam diſciplinam euangelicamq; doctrinã patris & filij & ſpirituſſancti unam deitatem ſub pari maieſtate, & ſub pia trinitate credamus. hãc legem ſequentes, Chriſtianorum catholicorũ nomẽ iubemus amplecti. reliquos uero, dementes ueſanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere: diuina primum uindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cæleſti arbitrio ſumpſerimus, ultione plectendos.

II. *Iidem* AAA. *Eutropio* P.P.

NVllus hæreticis miniſteriorũ locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occaſio. Sciant omnes, etiam ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicito ab huiuſmodi hominum genere impetratum ſit, non ualere. arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ, unius & ſummi dei nomen ubiq; celebretur. Nicænæ fidei dudum à maioribus traditæ, & diuinæ religionis teſtimonio atq; adſertione firmatæ obſeruantia ſemper manſura teneat. Is autem Nicænæ adſertor fidei, & catholicæ religionis uerus cultor accipiendus eſt, qui omnipotẽtem deum, & Chriſtum filium dei uno nomine confitetur, deum de deo, lumen ex lumine: qui ſpiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parente ſperamus & accipimus, negando non uiolat: apud quem intemeratæ fidei ſenſus uiget, incorruptæ trinitatis indiuiſa ſubſtantia, quæ græco uerbo ὁμοούσιον recte credentibus dicit. Hæc profecto uobis magis probanda, hæc ueneranda ſunt. Qui uero non iſdem inſeruiunt: deſinant adfectatis dolis alienum ueræ religionis nomen adſumere, & ſuis apertis criminibus denotentur, atq; ab omni ſubmoti eccleſiarum limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere intra oppida cõgregationes uetemus. at ſi quid eruptio factioſa tentauerit: ab ipſis etiã urbium mœnibus exterminato furore, propelli iubemus: ut cunctis orthodoxis epiſcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicæ eccleſiæ toto orbe reddantur.

III. *Imp.* MARTIANVS A. *Palladio* P.P.

NEmo clericus, uel militaris, uel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Chriſtiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus uel perfidiæ occaſionem requirens. nam & iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere & publice diſputare contenderit: cũ ea, quæ nunc de Chriſtiana fide à ſacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt per noſtra præcepta, ſtatuta ſunt: iuxta apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia urbe definita eſſe noſcantur. nam in cõtemptores huius legis pœna non deerit: quia non ſolum contra fidem uere expoſitam ueniunt, ſed etiam Iudæis & paganis ex huius modi certamine profanant ueneranda myſteria. Igitur ſi clericus erit, qui publice tractare de religione auſus fuerit: à conſortio clericorum remouebitur. ſi uero militia præditus ſit: cingulo ſpoliabitur. Cæteri autem huius criminis rei, ſiquidem liberi ſint: de hac ſacratiſſima urbe repellantur, pro uigore iudiciario etiam competentibus ſupplicijs ſubiugandi. ſi uero ſerui: ſeueriſſimis animaduerſionibus plectentur.

* *Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Iuſtiniano, Ioannes epiſcopus urbis Romæ* S.D.

*INter claras ſapientiæ manſuetudinis ueſtræ laudes, Chriſtianiſſime principum, puriore luce tanquam aliquod ſydus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio, edocti eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reuerentiam cõſeruatis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius deducitis unitatem, ad cuius authorem, hoc eſt apoſtolorum primum, domino loquente præceptũ

a eſt.

eſt. Paſce oues meas. quam eſſe omnium uere eccleſiarum caput, & patrum regulæ, & principum ſtatuta declarant, & pietatis ueſtræ reuerendiſſimi teſtantur affatus. Patet igitur in uobis impletum fore, quod ſcripturæ loquuntur. Per me reges regnant, & potentes ſcribunt iuſticiã. Nihil eſt enim, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe. nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubiacere, quàm uera religio. nam cum authorem uitæ uel luminis utraq; reſpiciant: recte & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubiacere defectui. Quamobrem glorioſiſſime principum uotis omnibus exorabitur diuina potentia, ut pietatem ueſtram in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integræ religionis ſtudio ſine defectu ſui in longiora tempora conſeruet. Hoc enim & ſanctis credimus eccleſijs expedire. ſcriptũ eſt enim. Labijs regit rex. & iterum. Cor regis in manu dei: & ubi uoluerit, inclinabit illud. hoc eſt enim, quod ueſtrum firmat imperium: hoc, quod ueſtra regna conſeruat. nam pax eccleſiæ, religionis unitas, authorem facti in ſublime prouectum grata ſibi tráquillitate cuſtodit. neq; enim parua ei uiciſſitudo à potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis eccleſia diuiſa ſecernitur, nullis inſertis maculis uariatur. ſcriptum eſt enim. Quia cum rex iuſtus ſederit ſupra ſedem, non aduerſabitur ſibi quidquam malignum. proinde ſerenitatis ueſtræ apices per Hypatium atq; Demetrium ſanctiſſimos uiros fratres & coëpiſcopos meos reuerentia conſueta ſuſcepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis propoſuiſtis edictum amore fidei, pro ſubmouenda hæreticorum intentione ſecundũ apoſtolicam doctrinam, fratrum & coëpiſcorum noſtrorum interueniente conſenſu. quod quia apoſtolicæ doctrinæ conuenit, noſtra authoritate confirmamus. *Textus autem epiſtolæ talis eſt.*

VICTOR IVSTINIANVS Pius felix inclytus triumphator ſemper A. Ioanni ſanctiſſimo archiepiſcopo almæ urbis Romæ & patriarchæ. Reddentes honorẽ apoſtolicæ ſedi & ueſtræ ſanctitati, quod ſemper nobis in uoto fuit & eſt (ut decet patrẽ) honorantes ueſtrã beatitudinẽ, omnia, quæ ad eccleſiarũ ſtatum pertinẽt, feſtinamus ad notitiã deferre ueſtræ ſanctitatis. quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium, unitatem ueſtræ apoſtolicæ ſedis & ſtatum ſanctarum dei eccleſiarum cuſtodire: quæ hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoq; omnes ſacerdotes uniuerſi orientalis tractus & ſubijcere & unire ſedi ueſtræ ſanctitatis properauimus. in præſenti ergo quæ commota ſunt: quamuis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundum apoſtolicæ ueſtræ ſedis doctrinam ab omnibus ſemper ſacerdotibus firme cuſtodita & prædicata: neceſſarium duximus, ut ad noticiam ueſtræ ſanctitatis perueniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit, quod mouetur, ut non etiam ueſtræ innoteſcat ſanctitati: quia caput eſt omnium ſanctarum eccleſiarum. Per oñia enim (ut dictũ eſt) properamus honorem & authoritatem creſcere ueſtræ ſedis. Manifeſtum igitur facimus ueſtræ ſanctitati, quod pauci quidam infideles & alieni ſanctæ dei catholicæ atq; apoſtolicæ eccleſiæ contradicere Iudaice atq; apoſtatice auſi ſunt aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum ueſtram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atq; prædicantur: denegantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum filium dei & dominũ noſtrum incarnatum de ſancto ſpiritu, & ex ſancta atq; glorioſiſſima ſemper uirgine dei genitrice Maria hominem factum atq; crucifixum, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum patri & ſpiritui ſancto, cõſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundemq; ipſum impaſſibilem deitate. recuſantes enim dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum filium dei & dominum noſtrum fateri unum eſſe ſanctæ & cõſubſtantialis trinitatis: uidentur Neſtorij malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam dicentis unum filium dei, & alium dicentis dei uerbum, & alium Chriſtum. Omnes uero ſacerdotes ſanctæ catholicæ atq; apoſtolicæ eccleſiæ, & reuerendiſſimi archimandritæ ſanctorũ monaſteriorum ſequentes ſanctitatem ueſtram, & cuſtodientes ſtatum & unitatem ſanctarum dei eccleſiarum, quam habent ab apoſtolica ueſtræ ſanctitatis ſede: nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit, atq; obtinet, uno conſenſu confitentur, & glorificant, prædicantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum filium & uerbum dei & dominum noſtrum ante ſecula & ſine tempore de patre natum, in ultimis diebus deſcendiſſe de cælis, & incarnatum ex ſpiritu ſancto, & ſancta atq; glorioſa uirgine & dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis, & coadorandum, & glorificandum patri & ſancto ſpiritui. nec enim alium deũ uerbum, & alium Chriſtum cognoſcimus: ſed unum atq; eundem ipſum conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatẽ,

paſſibilem

passibilem carne,eundem ipsum impassibilem deitate.ut enim est in diuinitate perfectus,ita idem ipse & in humanitate perfectus est.in una enim substantia deitatem susci pimus & confite mur,quod Græci dicunt ὁμοούσιον.Et quoniam unigenitus filius & uerbum dei ante secula & si ne tempore de patre natus,idem ipse in ultimis diebus descendens de cælis incarnatus ex spi ritu sancto, & sancta atq; glorioſa ſemper uirgine & dei genitrice Maria, homo factus domi nus noster Iesus Christus proprie & uere deus est:ideo & sanctam atq; glorioſam uirginē Mariā proprie & uere dei matrem esse dicimus:nō quia deus uerbum principium ex ipsa sumpserit, sed quia in ultimis diebus descendit de cælis,& ex ipsa incarnatus, & homo factus,& natus est. quē cōfitemur & credimus(sicut dictū est)consubstantialē patri secundū deitatē,& cōsubstanti alē nobis eundē ipsum secundū humanitatem:eiusdē miracula & passiones,quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Suscipimus aūt sancta quatuor cōcilia,id est trecentorū decē & octo sanctorū patrū,qui in Nicæna urbe cōgregati sunt:& centū quinquaginta sanctorū patrū,qui in hac regia urbe conuenerunt:& sanctorum patrum,qui in Epheso primo congregati sunt:& san ctorum patrum,qui in Chalcedone conuenerunt,sicut uestra apostolica sedes docet atq; prædi cat.Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicæ sedis uestræ ita credunt & confi tentur & prædicant. unde properauimus hoc ad noticiam deferre uestræ sanctitatis per Hy patium & Demetrium beatissimos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, quæ à qui busdam paucis monachis male & Iudaice secundum Nestorij perfidiam denegata sunt. Peti mus ergo uestrum paternum affectum, ut uestras ad nos destinetis literas,& ad sanctissimum episcopum huius almæ urbis & patriarcham fratrem uestrum:quoniam & ipse per eosdē scri psit ad uestram sanctitatem,festinans in omnibus sequi sedem apostolicā beatitudinis uestræ. manifestum nobis faciatis,q; omnes,qui prædicta recte confitentur,suscipit uestra sanctitas: & eorum,qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem,condemnat perfidiam.plus enim ita & cir ca uos omnium amor & uestræ sedis crescet authoritas:& quæ ad uos est unitas sanctarū eccle siarum,inturbata seruabitur:quādo per nos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quæ ad uos relata sunt, synceram uestræ sanctitatis doctrinam . Petimus autem uestram beatitu dinem orare pro nobis,& dei nobis adquirere prouidentiā. *Item subscriptio.* Deitas te conser uet per multos annos sancte ac religiosissime pater. LIQVET igitur imperator glorioſiſſi me,ut lectionis tenor & legatorū uestrorū relatio patefecit,uos apostolicis eruditionibus stude re:cum de religionis catholicæ fide ea sapitis,ea scripsistis,ea protulistis,ea populis fidelibus pu blicastis,quæ(sicut diximus)& sedis apostolicæ doctrina,& sanctorū patrum ueneranda decer nit authoritas,& nos confirmauimus in omnib9. Opportunum est ergo uoce proclamare pro phetica. Tibi abundet cælum desuper, & effundant montes iucunditatem,& colles lætitia læta buntur.Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc ut pupillas oculorū conuenit obser uare.neq; enim quisq; est,in quo Christi charitas feruet,qui tam rectæ,tam ueræ confessionis uestræ fidei refragator existat:cum euidenter impietatem Nestorij Eutychetisq;,& omnium hæreticorum damnantes,unam ueram catholicam fidem domini & dei nostri saluatoris Iesu Christi magisterio institutam,& propheticis apostolicisq; prædicationibus ubiq; diffusam ,& sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam,patrum atq; doctorum sententijs ad unatam,& nostræ doctrinæ consentaneā inconcusse atq; inuiolabiliter deuota deo & pia men te seruatis.Soli etenim professionibus nostris aduersantur,de quibus diuina scriptura loquitur dicens. Posuerunt mendacium spem suam,& mendacio operiri sperauerunt.& iterum qui se cundum prophetam dicunt domino.Recede à nobis, uias tuas scire nolumus. propter quod Solomon dicit.per semitas propriæ culturæ errauerunt,colligūt autem manibus infructuosa. Hæc est igitur uera uestra fides.hæc certa religio.hoc beatæ recordationis(ut diximus) patres omnes,præsules q; Romanæ ecclesiæ,quos in omnibus sequimur.hoc sedes apostolica prædi cauit hactenus,& inconcusse custodiuit.huic confessioni,huic fidei quisquis cōtradictor extite rit:alienum sanè à communione,alienum seipsum ab ecclesia iudicauit esse catholica. Nos eñ Cyrum cum sequacibus suis in Romana inuenimus ciuitate, qui de Cumitensi monasterio fu it:quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem uelut oues, quæ perierant,errantes ad ouile cō tendimus reuocare dominicum:ut agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes lo qui, quæ ad pacem sunt.Ad non credentes autem per nos primus apostolorū Esaiæ prophe tæ uerbum dicit. Pergite in lumine ignis uestri,& flammæ,quam accendistis . sed obduratum est cor eorum (ut scriptum est) ut nō intelligerent pastoris uocem.oues,quæ meæ non erāt,au dire minime me ualuerūt. in quibus obseruātes ea,quæ ab ipsorū sunt statuta pontifice, eos mi nime in nostra communione recipimus,& ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos:ni

si errore damnato, doctrinã nostram quantocyus sequi habita regulari professione signauerint. Aequum quippe est, ut qui nostris minime obedientiã accommodant statutis, ab ecclesijs habeantur extorres. Sed quia gremium suum nunc̃p redeuntibus claudit ecclesia: obsecro clementiam uestram, ut si proprio deposito errore, & praua intentione depulsa, ad unitatem ecclesiæ reuerti uoluerint: in uestra communione receptis indignationis uestræ remoueatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonate. Deum autem & saluatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatenus longæuis & pacificis uos dignetur custodire tẽporibus in hac uera religione & unitate & ueneratione apostolicæ sedis: cuius principatum ut Christianissimi & pij conseruatis in omnibus. Præterea sereniſſime principum laudamus legatorum uestrorum personas Hypatij & Demetrij fratrum nostrorum & coëpiscoporum nostrorum, quos clemẽtiæ uestræ gratos fore ipsa manifestauit electio. nam tantæ causæ pondus non nisi perfectis in Christo potuisset iniungi. tantæ uero pietatis, tantæ reuerentiæ plenos affatus nisi peramantes minime dignaremini destinare. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei patris, & communicatio sanctispiritus sit semper uobiscum, amẽ, pijssime fili. *Item subscriptio.* Omnipotens deus regnum uestrum & salutem uestram perpetua protectiõe custodiat, glorioſissime & clementissime fili imperator Auguste.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, ET DE REBVS ac priuilegijs earum. Tit. II.

Imp. CONSTANTINVS A. *ad populum.*

HAbeat unusquisq; licẽtiam, sanctissimo catholico uenerabilic̃q concilio decedens bonorum, quod optauerit, relinquere: & nõ sint cassa iudicia eius. nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, c̃q ut supremæ uoluntatis, post c̃q iã aliud uelle non possunt, liber sit stylus: & licitum, quod iterum non redit, arbitrium.

II. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA. *Pancratio* P.V.

NEmo Apostolorum uel martyrũ sedem humanis corporibus existimet esse concessam.

III. *Impp.* HONORIVS & THEOD. AA. * P.V.

NEmo martyres distrahat, nemo mercetur.

IIII. *Iidem* AA. *Niceno* P.P.

NOn plures, c̃q nongentiquinquaginta decani sacrosanctæ huius amplissimæ urbis deputentur ecclesiæ: nulli c̃q his addendi, uel mutandi, uel in defuncti locum substituendi patet copia: nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa, negata c̃q omni nouationis facultate similia uendicandi ijs, quæ in honorem uel necessaria obsequia sacrosanctæ ecclesiæ indulta sunt.

V. *Iidem* AA. *Melitio* P.P.

PLacet rationabilis consilij tenore perpẽso, districta moderatione præscribere, â quibus specialiter necessitatibus singularum urbium ecclesiæ habeantur immunes. prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus cælestium secretorum dedicata, sordidorum munerum fece uexentur. nil extraordinarium ab hinc, superindictumúe flagitetur: nulla translatione sollicitudo signetur. postremo nihil præter canonicam illationem, quã aduenticiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. si quis contra uenerit: post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur.

VI. *Iidem* AA. *Philippo* P.P. *Illyrici.*

OMni nouatione cessante, uetustatem & canones pristinos ecclesiasticos, qui usq; nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias seruari præcipimus: ut si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absq; scientia uiri reuerendissimi sacrosanctæ legis antistitis, urbis Cõstantinopolitanæ (quæ Romæ ueteris prærogatiua lætatur) conuentui sacerdotali sanctoc̃q iudicio reseruari.

VII. *Iidem* AA. *Asclepiodoto.*

ADinstructiones itinerum pontium c̃q, etiam diuinas domos & uenerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus: quia non est inter sordida munera numeratum.

VIII. *Imp.* CARVS *Præsidoro* P.P.

SAcrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia aperte sciat, propriæ tantũmodo capitationis mo

tis modum beneficio nostri numinis subleuandum: nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam.

IX. *Impp.* THEODOSIVS *&* VALENTINIANVS AA.
Cyro Præfecto urbi.

QVi sub prætextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus nõ impleant, alijs se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus credimus esse obuiandum: ne quis sub specie muneris, quod minus exsequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorũ uel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati uel decani festinant. ideoq; si quis eorum sub nudæ appellationis uelamine collegiatum seu decanum se appellat: sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens adprobetur: subrogatione uidelicet memoratorum, uel eorum, qui moriuntur, primatium eius, qui subrogatur, admissa iudicio: ab hac dispositione neminem excusante sacrosanctarum ecclesiarũ reuerentia.

X. *Iidem* AA. *Florentio* P.P.

IVbemus nullam nauem ultra duorum milium modiorum capacem ante felicem embolam, uel publicarum specierum transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ publicis utilitatibus subtractam excusari posse: nec si cæleste cõtra proferatur oraculũ (siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio) prouidentissimæ legis regulas excusare debebit. quod etiã in omnibus causis cupimus obseruari: ut generaliter, si quid huiusmodi contra ius uel utilitatẽ publicam in quolibet negocio proferatur, non ualeat. quidquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum: id nauigij, quod excusatur, publicatione corrigimus.

XI. *Iidem* AA. *ad Taurum* P.P.

NEminem ab angarijs, uel parangarijs, uel plaustris, uel quolibet munere excusari præcipimus: cum ad feliciss imam expeditionem nostri numinis omnium prouincialium per loca, quà iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi: licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineant.

XII. *Impp.* VALENTIN. *&* MARTIANVS AA. *Palladio* P.P.

PRiuilegia, quæ generalibus constitutionibus uniuersis sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ religionis retroprincipes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quæ circa canones ecclesiasticos interuẽtu gratiæ uel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate uacuatas cessare præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint: salaria etiam, quæ sacrosanctis ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoq; inconcussa & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitatiq; huic promptissime perpetuam tribuimus firmitatem.

XIII. *Iidem* AA. *Palladio* P.P.

GEnerali lege sancimus, siue uidua, siue diaconissa, uel uirgo deo dicata, uel sanctimonialis mulier, siue quocunq; alio nomine religiosi honoris uel dignitatis fœmina nuncupata: uel testamento, uel codicillo suo (quod tamen aliàs omni iuris ratione munitum sit) ecclesiæ, uel martyrio, uel clero, uel monacho, uel pauperibus aliquid, uel ex integro, uel ex parte, in qua cunq; re, uel specie credidit relinquendum: id modis omnibus ratum firmumq; constat: siue hoc institutione, siue substitutione, seu legato, aut fideicommisso per uniuersitatem, seu speciali, siue scripta, siue non scripta uoluntate fuerit derelictum: omni in posterum in huiuscemodi negocijs ambiguitate submota.

XIIII. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS AA. *Armasio* P.P.

IVbemus, nulli post hac archiepiscopo i hac urbe regia sacrosanctæ orthodoxæ ecclesiæ præsidenti, nulli œconomo, cui res ecclesiastica gubernanda mãdatur, esse facultatẽ fundos uel prædia (siue urbana, siue rustica) res postremo immobiles, aut in his prædijs colonos, uel mancipia cõstituta, aut annonas ciuiles cuiuscunq; suprema uel superstitis uoluntate ad religiosas ecclesias deuolutas, sub cuiuscunq; alienationis specie ad quancunq; transferre personam: sed ea etiam prædia diuidere quidem, colere, augere, & ampliare, nec ulli ijsdem prædijs audere cedere. Verum siue testamento quocunq; facto iure, seu codicillo, uel sola nuncupatione legato, siue fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunq; ultimo arbitrio, aut certe inter uiuentes habita largitate, siue contractu uenditionis, siue donationis, aut alio quocunq; titulo quisq; ad præfatam uenerabilem ecclesiam patrimonium suum partemũe certam patrimonij in fundis, prædijs, siue domibus, uel annonis, mancipijs, & colonis, eorumq; peculijs uo-

luerit pertinere: inconcussa ea omnia sine ulla penitus immutatione conseruentur. Scientes nulla sibi occasione uel tempore ad uicissitudinem beneficij collocati aut gratiæ referendæ, donandi, uel certe hominibus uolentibus emere, alienandi aliquam facultatem permissam: nec si omnes cum religioso episcopo & œconomo clerici in earum possessionum alienationem consentiant. ea enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, uel post hac forte peruenerint, tã & ipsam sacrosanctam ecclesiam & religiosa intacta conuenit uenerabiliter custodiri: ut sicut ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum. Sanè si hæc nostræ perennitatis statuta audaci spiritu & mente sacrilega quisq; œconomorum uel hominum temeranda crediderit: ipse quidem, qui proteruo ausu ecclesiastica prædia donationis, uel emptionis, seu commutationis titulo, uel cuiuscunq; contractus alterius nomine (nisi eo modo, quo nunc statuimus) adquirere uel habere tentarit: omnem huiusmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & precia quidem & munera, quæ eius gratia data fuerint œconomo, siue alijs cuiuscunq; personis, ecclesiæ lucris & commodis adquirantur. Prædia autem, & in his omnia constituta, ab ipsis clericis & temporalibus œconomis, cum fructibus, seu pensionibus, uel accessionibus totius medij temporis uindicentur, ut tanq; penitus à nullo empta uel uendita teneant: quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, imò fieri passus fuerit, uel in quacũq; prorsus huiusmodi uenditione, seu donatione, uel commutatione (nisi ea, quæ præsenti lege concedimus) postremo in quacunq; alienatione consenserit: commissa sibi œconomatus administratione priuetur: decq; eius bonis, quodcunq; exinde incommodum ecclesiæ contigerit, reformetur: hæredesq; eius, & successores, ac posteri, super hoc facto siue consensu, competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur. ijs tabellionibus, qui huiusmodi contractuum uetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irreuocabilis exilij animaduersiõe plectendis. ijs quoq; iudicibus, uel ius gestorum habentibus, qui huiuscemodi donationũ uel contractuum gesta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omniũ spoliatione damnandis. Sanè ne omnis religiosis œconomis cõmodæ prouisionis uia & occasio uenerandis ecclesijs profutura uideatur excusa: id, quod utile plerunq; iudicatur, sub cautelæ obseruatione necessariò procedere concedimus. Si quando igitur uir religiosus œconomus huius regiæ urbis ecclesiæ prospexerit expedire, ut desideranti cuiq; certarum possessionum atq; prædiorum (urbanorum scilicet, siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentium, temporalis ususfructus possessio pro ipsius petitione præstetur: tunc eius temporis, quod inter utrosq; conuenerit, siue in diem uitæ suæ ab eo, qui desiderat, postuletur: pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus atq; cõscribat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur, & manifestum sit, quod quisq; acceperit adinuicem huiusmodi beneficij gratia: præstando quidem ecclesiastici prædij pro tempore usufructum, post statutum autem tempus & placitum temporum proprietate ad dominium & ius ecclesiasticum recurrente firmiter: ita scilicet, ut siue completo spacio, quod fuerit inter eos constitutũ, seu mortis suæ tempore (si hoc quoq; conuenerit) is, qui possessionem ecclesiasticam & certorum reddituum usufrumctũ habendi gratia interueniente pacto susceperit: non minus, cq; alterius tantæ quãtitatis, quantam acceperat, redditus cum ipsorum prædiorum dominio & rebus immobilibus, eorumq; colonis & mancipijs ecclesiæ derelinquat. nisi enim hac conditione pacta inita fuerint: ea quoq; decernimus non ualere, sed possessionem ecclesiasticam tanq; nullo iure transcriptam, in iure ipsius atq; dominio permanere, & ab ecclesiasticis siue œconomis decernimus uindicari

XV. *Iidem AA. Sebastiano P. P.*

DEcernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus ijs, quæ cõtra ipsum orthodoxæ religionis dominum quodammodo facta sunt: in integrum restituantur uniuersa, & ad suum ordinem reuocentur, quæ ante professionem nostræ mansuetudinis de orthodoxæ religionis fide & sanctissimarum ecclesiarum & martyriorum statu firmiter obtinebant. Iis, quæ contra hoc tempore tyrannidis innouata sunt tam contra uenerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus episcopus patriarcha nostræ pietatis pater Acacius, cq; cæteras, quæ per diuersas prouincias collocatæ sunt, nec nõ & reuerendissimos earum antistites, seu de iure sacerdotalium creationum, seu de expulsione cuiuscq; â quolibet illis temporibus facta, seu de prærogatiua in episcoporum concilio uel extra concilium ante alios residendi, uel de priuilegio Metropolitano uel patriarchico sub ijsdem impijs temporibus, penitus antiquandis: ut cassatis & rescissis, quæ per huiusmodi sceleratas iussiones, aut pragmaticas sanctiones, aut constitutiones impias, siue formas subsecuta sunt: quæ â diuæ recordationis retro principibus an

bus ante nostrum imperium,& deinceps à nostra mansuetudine indulta uel constituta sunt super sanctis ecclesijs,& martyrijs,& religiosis episcopis,& clericis,aut monachis,inuiolata seruentur. Sacrosanctam quoq; huius religiosissimæ ciuitatis ecclesiam,& matrem nostræ pietatis, & Christianorum orthodoxæ religionis omnium,& eiusdem regiæ urbis sanctissimam sedem:priuilegia & honores omnes super episcoporum creationibus,& iure ante alios residendi,& cætera omnia,quæ ante nostrum imperium,uel nobis imperantibus,habuisse dinoscitur: habere in perpetuum firmiter regiæ urbis intuitu iudicamus & sancimus.

XVI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Mennæ* P.P.

ILlud, quod ex ueteribus legibus,licet obscure positis,â quibusdam attentabatur,ut donationes super pijs causis factæ,licet minus in actis intimatæ essent,tamen ualerẽt:certo & diluci do iure taxamus,ut in alijs quidem casibus iura uetera super intimandis donationibus intacta maneant. Si quis uero donationes usq; ad quingentos solidos in quibuscunq; rebus fecerit,uel in sanctam ecclesiam,uel in xenodochium,uel in nosocomium,uel in orphanotrophium, uel in ptochotrophium, uel in gerontocomium, uel in curotrophium, uel in brephotrophium, uel in ipsos pauperes, uel in quancunq; ciuitatem:istæ donationes etiam citra actorum confectiones conualescant. Sin uero amplioris quantitatis donatio sit(excepta scilicet imperiali donatione)non aliter ualeat,nisi actis intimata fuerit:nulli danda licentia,quacunq; alia causa quasi pietatis iure subnixa,præter eas,quas specialiter exposuimus,introducenda, ueterum sci ta super intimandis donationibus permutare.

XVII. *Idem* A. *Demostheni* P.P.

SAncimus,nemini licere sacratissima atq; arcana uasa,uel uestem,cæteraq; donaria, quæ ad diuinam religionem necessaria sunt: quum etiã ueteres leges ea, quæ iuris diuini sunt,humanis nexibus non alligari sanxerunt:uel ad uenditionem,uel hypothecam,uel pignus trahere:sed ab ijs,qui hæc suscipere ausi fuerint,modis omnibus uindicari, tam per religiosissimos episcopos,cũ œconomos,necnon & sanctorum uasorum custodes:nulla eis actione relinquenda,uel super recipiendo precio,uel fœnore exigendo,pro quo res pignoratæ sunt:sed omnibus huiusmodi actionibus respuendis,ad restitutionem eorum omnibus modis coartari. Sin autẽ uel conflata sunt,uel fuerint,uel alio modo immutata, uel dispersa : nihilominus uel ad ipsa corpora,uel ad ipsa precia eorum exactionem competere,siue per in rem,siue per condictionẽ, siue per in factum actionem,cuius tenor in multis & uarijs iuris articulis sæpe est admissus. Excepta uidelicet causa captiuitatis in locis ijs,in quibus hoc(quod abominamur) contigerit. nã si necessitas fuerit in redemptione captiuorum:tunc & uenditionem præfatarum rerum diuinarum,& hypothecam,& pignorationes fieri concedimus:quoniã non absurdum est, animas hominum quibuscunq; uasis uel uestimentis præferri.hoc obtinente non solum in futuris negocijs,sed etiam in iudicijs pendentibus.

XVIII. *Idem* A. *Demostheni* P.P.

SAncimus,res ad uenerabiles ecclesias,uel xenones,uel monasteria,uel orphanotrophia,uel gerontocomia,uel ptochotrophia,uel nosocomia,uel brephotrophia, uel deniq; ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunq; curialis liberalitate, siue inter uiuos,siue mortis causa,siue in ultimis uoluntatibus habita, lucratiuorum inscriptionibus liberas immunesq; esse:lege scilicet,quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est,in alijs quidẽ personis suũ robur obtinente:in parte autem ecclesiastica, uel aliarum domuum,quæ pijs consortijs deputatæ sunt,suum uigorem pietatis intuitu mitigante.Cur enim non facimus discrimen inter res diuinas & humanas?& quare non competens prærogatiua cælesti fauori conseruetur? Quæ oportet non solum in casibus,quos futurum tempus creauerit:sed etiam in adhuc pendentibus,& iudiciali termino uel amicabili compositione necdum sopitis obtinere.

XIX. *Idem* A. *Iuliano* P.P.

VT inter diuinum publicumq; ius & priuata commoda cõpetens discretio sit : sancimus, si quis aliquam reliquerit hæreditatem,uel legatum,uel fideicommissum, uel donationis titulo aliquid dederit,uel uendiderit,siue sacrosanctis ecclesijs,siue uenerabilibus xenonibus,uel ptochijs,uel monasterijs masculorum uel uirginum,uel orphanotrophijs,uel brephotrophijs,uel gerontocomijs,necnon iuri ciuitatum:uel donatorum, uel uenditorum,uel relictorum eis sit longæua exactio,nulla temporum solita præscriptione coartanda. Sed & si in redemptionem captiuorum quædam pecuniæ uel res relictæ,uel legitimo modo donatæ sunt:& earum exactionem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat,nullis temporũ metis huiusmodi actiones circũcludi:sed ne uideamur in infinitum hanc extendere, longissimum ui

mum uitæ hominis tempus eligimus:& non aliter eam actionem finiri concedimus,niſi centum annorum curricula exceſſerint.tunc enim tantummodo huiuſcemodi exactionẽ euaneſcere ſinimus. Siue itaq; memoratis religioſiſſimis locis uel ciuitatibus hæreditas, uel legatũ, uel fideicommiſſum fuerit relictum: ſiue donatio uel uenditio proceſſerit, in quibuſcunq; rebus,mobilibus uel immobilibus,uel ſe mouẽtibus:ſiue pro redemptione captiuorum quædã fuerint derelicta,uel donata:ſit eorum penè perpetua uindicatio,& ad annos centum (ſecundũ quod dictum eſt)extendatur,nulla alia exceptione temporis inhibenda,ſiue contra primas perſonas,ſiue contra hæredes,uel contra ſucceſſores eorum moueatur. In his autẽ omnibus caſibus non ſolum perſonales actiones damus,ſed etiam in rem,& hypothecariam,ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommiſſariis & hypothecariam donauit:& ſupradictis omnibus unum tantummodo terminum humanæ uitæ imponimus, id eſt centum metas annorum. Hæcautem omnia obſeruari ſancimus,& in iis caſibus, qui uel poſtea fuerint nati,uel iam in iudicium deducti ſunt.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, ORPHANOTROPHIIS, ET XENODOCHIIS,& PTOCHOTROPHIIS,& aſceteriis,& monachis,& priuilegiis eorum,& caſtrenſi peculio,& de redimendis captiuis,& de nuptiis clericorum uetitis ſeu permiſſis. Tit. III.

Imp. CONSTANTINVS A. *clericis ſalutem dicit.*

IVxta ſanctionem,quam dudum meruiſtis,& uos & mãcipia ueſtra nullus nouis collationibus obligabit,ſed uacatione gaudebitis,præterea neque hoſpites ſuſcipietis.

II. *Imp.* CONSTANTIVS A. *Felici epiſcopo.*

OMnis à clericis indebitæ conuentionis iniuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas,nullaq; conuentio ſit contra eos munerum ſordidorum.& cum negociatores ad aliquam præſtationem competentem uocantur, ab his uniuerſis iſtiuſmodi ſtrepitus conquieſcat. ſi quid enim uel parſimonia,uel prouiſione,uel mercatura(honeſtati tamen conſcia) congeſſerint:id in uſum pauperum atq; egentium miniſtrari oportet.at id,quod ex eorundem ergaſteriis uel tabernis conquiri potuerit,& colligi: collectum id religionis exiſtiment lucrũ. Verumetiam hominibus eorundem,qui operam in mercimoniis habent,diui principis genitoris mei ſtatuta multimoda obſeruatione cauerunt, ut iidem clerici priuilegiis pluribus redundarent. Itaq; extraordinariorũ munerum à prædictis neceſſitas atq; omnis moleſtia conquieſcat. ad parangariam quoq; præſtationem non uocentur,nec eorundem facultates atq; ſubſtantiæ. omnibus clericis huiuſmodi prærogatiua ſuccurrat:ut & coniugia clericorum,ac liberi,eorum quoq; miniſteria,id eſt mares pariter ac fœminæ,eorumq; etiam filij & filiæ,immunes ſemper ab huiuſmodi muneribus perſeuerent.

III. *Idem A. ad Taurum* P.P.

DE iis clericis,qui prædia poſſident,ſublimis authoritas tua,non ſolum eos aliena iuga nequaquam ſtatuet excuſare:ſed etiam pro iis prædiis,quæ ab iis poſſidentur,eoſdẽ ad penſitanda fiſcalia perurgere. uniuerſos nanq; clericos poſſeſſores(duntaxat prouinciales) penſitationes fiſcalium,translationesq; faciendas recognoſcere cenſemus.

IIII. *Idem A. ad Taurum* P.P.

OFficiales rationales, ſi exhibitione curſus, ſeu primipili neceſſitate neglecta, interuerſa etiam ratione fiſcali,ad clericatus honorem putauerint tranſeundum:ad priorem cõditionem retrahantur. ſi uero obnoxij ratiociniis uel neceſſitatibus non ſint:ſub notione iudicũ, officiis conſentientibus(ſi probabilis uitæ ſtudium id poſtulauerit)transferentur,nec ceſſionẽ metuant facultatum. Quod ſi clandeſtinis artibus putauerint irrependum:duas partes ſuarum rerum concedant liberis,aut(ſi proles defuerit)propinquis:ex propria ſubſtantia portionẽ tertiam ſibimet retenturi.ſin uero propinquorum neceſſitudo defuerit: geminæ portiones officiis,in quibus militant,relinquentur:portione tantummodo ſibi tertia retenta.

V. *Imp.* IOVINIANVS A. *Secundo* P.P.

SI quis non dicam rapere,ſed attentare tantummodo iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas uirgines auſus fuerit:capitali pœna feriatur.

VI. *Imppp.* VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. *ad Cataphronium.*

Presbyte-

PResbyteros, diaconos, subdiaconos, atq; exorcistas, & lectores, hostiarios, & acoluthos etiam, personalium munerum expertes esse præcipimus.

VII. *Imp.* THEODOSIVS *dixit.*

NEc honore, nec legibus, episcopus ad testimonium dicendum flagitetur. ITEM DIXIT. Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet, nam & persona oneratur, & dignitas sacerdotis exempta confunditur.

VIII. *Idem A. Paulino* PP. *Augustali.*

PResbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicant: ita tamen, ut falsa non simulẽt. cæteri uero clerici, qui eum deinde gradum uel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint: prout leges præcipiunt, audiantur: ut salua tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbyteri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt præcepti, hoc ipso, quòd nihil metuãt, uera suppresserint. multomagis enim pœna digni sunt, quibus quàmplurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si in occulto inueniatur crimen.

IX. *Impp.* VALENTIN. *&* THEOD. AA. *Titiano* P.P.

NVlla, nisi emẽsis quinquaginta annis, secundum præceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur.

X. *Impp.* ARCADIVS *&* HONORIVS AA. *Theodoro* P.P.

SIquis in hoc genus sacrilegij proruperit, ut in ecclesias catholicas irruẽs, sacerdotibus & ministris uel in ipso cultu locoq; aliquid importet iniuriæ: quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atq; ita prouinciæ moderator sacerdotum & catholicæ ecclesiæ ministrorum, loci quoq; ipsius, & diuini cultus iniuriã capitali in conuictos seu confessos reos sententia nouerit uindicandum: nec expectet, ut episcopus iniuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriã dereliquit: sitq; cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias uelut crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. quòd si multitudo uiolenta à ciuilis apparitoris exsecutione & adminiculo ordinum uel ordinatorum possessorumue non poterit flagitari, quòd se armis aut locorum difficultate tueatur: præsides prouinciarum, & militari auxilio per publicas literas appetito, competentem uindictam tali excessui imponere non morentur.

XI. *Idem AA. Eutychiano* P.P.

IN ecclesijs, quæ in possessionibus (ut fieri adsolet) diuersorum uicis, uel etiam quibuslibet locis sunt constitutæ: clerici non ex alia possessione uel uico, sed ex eo, ubi ecclesiam esse constiterit, ordinentur: ut propriæ capitationis onus ac sarcinam recognoscant: ita, ut pro magnitudine uel celebritate unicuiusq; uici, ecclesijs certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur.

XII. *Idem AA. Eutychiano* P.P.

SIquis curialis clericus fuerit ordinatus, nec statim conuentione præmissa pristinæ conditioni reddatur: is uigore & solertia iudicantiũ, ad pristinam sortem ueluti manu iniecta mox reuocetur. clericis enim ulterius legem prodesse non patimur, quæ cessione patrimonij subsecuta, decuriones clericos esse non uetabat.

XIII. *Idem AA. Fidiano uicario.*

SIuenerabilis ecclesiæ priuilegia cuiuscũq; fuerint uel temeritate uiolata, uel dissimulatione neglecta: commissum quinq; librarum auri condemnatione plectetur.

XIIII. *Idem AA. Fidiano uicario.*

QVicũq; residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco & nomine detrusus, si aliquid cõtra custodiam uel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusq; petere sacerdotium, à quo uidetur expulsus: procul ab ea urbe, quam conturbauerit, centum milibus uitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus etiam eorum indignationem subituris.

XV. *Idem AA. Studio* P.V.

CONuenticula illicita etiam extra ecclesiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus: proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos noua ac tumultuosa conuenticula extra ecclesiam celebrantes susceperit.

XVI. *Impp.* HONORIVS *&* THEODOSIVS *Anthemio* P.P.

QVisquis censibus fuerit adnotatus, muito agri domino temperet ab oñi clericatu: adeo, ut etiam si in eo uico, in quo noscitur mansitare, clericus fuerit: sub hac lege religiosum

adſumat ſacerdotium,ut & capitationis ſarcinam per ipſum dominum agnoſcere compellatur,& in ruralibus obſequijs,quo maluerit,ſubrogato utatur: ea ſcilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis uenerandis eccleſijs relaxatur:nullo contra hanc legem unquam ualituro reſcripto.

XVII. *Iidem AA. Maximo P.P.*

PLacet noſtræ clementiæ,ut nihil commune clerici cum publicis actionibus ,uel ad curiam pertinentibus,cuius corpori non ſunt adnexi,habeãt. Præterea eis,qui parabolani uocantur,neq; ad quodlibet publicum ſpectaculum,neq; ad curiæ locum,neq; ad iudicium accedendi licentiam permittimus:niſi forte ſinguli ob cauſas proprias & neceſſitates iudicem adierint, aliquem pulſantes lite,uel ab alio ipſi pulſati,uel in communes totius corporis cauſas ſyndico ordinato:ſub ea definitione,ut ſi quis eorum hæc uiolauerit,& breuibus parabolanis eximatur,& competenti ſupplicio ſubiugetur,nec unquam ad eandem ſollicitudinem reuertatur.

XVIII. *Iidem AA. Maximo P.P.*

PArabolanos ,qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur,ſexcentos conſtitui præcipimus:ita,ut per arbitrium uiri reuerendiſſimi antiſtitis Alexandrinæ urbis de ijs,qui antea fuerant,& qui pro conſuetudine curandi gerunt experientiam,ſexcenti parabolani ad huiuſmodi ſollicitudinem eligantur,exceptis uidelicet honoratis & curialibus.Si quis autem ex his naturali ſorte fuerit abſumptus:alter in eius locum pro uoluntate eiuſdem ſacerdotis , exceptis honoratis & curialibus,ſubrogetur:ita,ut hi ſexcenti uiri reuerendiſſimi ſacerdotis præceptis ac diſpoſitionibus obſecundent,& ſub eius cura conſiſtant:reliquis,quæ dudum latæ legis forma complectitur ſuper his parabolanis,uel de ſpectaculis,uel de iudicijs, cæterisq; (ſicut iam ſtatutum eſt) cuſtodiendis.

XIX. *Iidem AA. Palladio P.V.*

EVm,qui probabilem ſeculo diſciplinam agit,decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet.quicunq; igitur cuiuſcunq; gradus ſacerdotio fulciuntur,uel clericatus honore cenſentur,extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant: hac tantum eis facultate conceſſa,ut matres , filias,atq; germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant. in his enim nihil ſæui criminis exiſtimari,fœdus naturale permittit.illas autem nõ relinqui,caſtitatis hortatur affectio,quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium.neq; enim clericis incompetenter adiunctæ ſunt,quæ dignos ſacerdotio uiros ſui conuerſatione fecerunt.

XX. *Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Taurum P.P.*

SI quis presbyter,aut diaconus,aut diaconiſſa,ſeu ſubdiaconus , uel cuiuslibet alterius loci clericus,aut monachus,aut mulier,quæ ſolitariæ uitæ dedicata eſt,nullo condito teſtamento deceſſerit:nec ei parentes utriuſq; ſexus,uel liberi, uel qui adgnationis cognationisúe iure iunguntur,uel uxor exſtiterit:bona,quæ ad eum uel ad eam pertinuerũt, ſacroſanctæ eccleſiæ, uel monaſterio,cui forte fuerat deſtinatus aut deſtinata,omnifariam ſocientur:exceptis ijs facultatibus,quas forte cenſibus adſcripti,uel iuri patronatus ſubiecti,uel curiali conditioni obnoxij clerici,uel monachi,uel cuiuſcunq; ſint ſexus,relinquunt.neq; enim iuſtum eſt,bona ſeu peculia,quæ aut patrono legibus debentur,aut domino poſſeſſionis,cui quis eorum fuerat adſcriptus,aut ad curias pro tenore dudum latæ conſtitutionis ſub certa forma pertinere noſcuntur,ab eccleſijs aut monaſterijs detineri:actionibus uidelicet competentibus ſacroſanctis eccleſijs uel monaſterijs reſeruatis,ſi quis forte prædictis conditionibus obnoxius,aut ex geſtis negocijs,aut ex quibuslibet alijs eccleſiaſticis actionibus obligatus obierit.

XXI. *Iidem AA. Thomæ P.P.*

AD ſimilitudinem tam epiſcoporum orthodoxæ fidei, quàm presbyterorum,& diaconorum :ij , qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt , per ſubſtitutos periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non uetentur.

XXII. *Iidem AA. Florentio P.P.*

SI qua per calumniam poſtulatio ſuper criminalibus cauſis apud competentem iudicem depoſita exhibitionis cauſa fuerit ſacroſanctæ religionis antiſtitis:triginta pondo auri condemnatione publicis calculis inferenda ut percellatur,præcipimus. quinetiam omnia priuilegia ,quæ ſacroſanctis eccleſijs,confugarum,aut clericorum,decanorum,aut aliorum eccleſiaſticorum cauſa legibus ſunt præſtita,intacta atq; illibata ſeruari.Præterea iubemus,ut omnes clerici atq; monachi,qui de ſuis ciuitatibus ad hanc almam urbem eccleſiaſtici negocij uel religionis cauſa proficiſcũtur : literis epiſcopi,cui unuſquiſq; eorum iter faciens obſequitur,muniti ad-

niſi adueniant: ſcituri, quòd ſi citra hanc fiduciam acceſſerint: ſibimet imputabunt, quòd non clerici uel monachi eſſe putabuntur.

XXIII. *Impp.* VALENTIN. & MARTIAN. *Palladio* P.P.

QVoniam uenerabilis recordationis Fabianus huius almæ urbis epiſcopus, cum uenerabilis ſynodi innumerabilium penè ſacerdotum, qui Chalcedone conuenerunt, tanto & tali decoratus eſt teſtimonio, ut Eutyches, qui contra ſenſerat, cũ ſceleratis dictis ſuis ab omnibus uno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnoſa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio releuetur.

XXIIII. *Idem* AA. *Palladio* P.P.

ID, quod pauperibus teſtamento uel codicillis relinquitur: non ut incertis perſonis relictum euaneſcat, ſed omnibus modis ratum firmumq; conſiſtat.

XXV. *Imp.* MARTIANVS A. *Conſtantino* P.P.

CVm clericis in iudicium uocatis pateat epiſcopalis audientia (uolentibus tamen actoribus) ſi actor diſceptationem ſanctiſſimi archiepiſcopi noluerit experiri: eminentiſſimæ tuæ ſedis examen contra catholicos ſub uiro reuerendiſſimo archiepiſcopo huius urbis clericos conſtitutos, uel contra reuerendiſſimum œconomum, tam de ſuis, quàm de eccleſiaſticis negocijs, ſibimet nouerit expetendum: qui in nullo alio foro uel apud quenquã alterum iudicem eoſdem clericos litibus irretire, & ciuilibus uel criminalibus negocijs tentet innectere. Memorati autem reuerendiſſimi clerici orthodoxarum eccleſiarum, quæ ſub uiro religioſiſſimo antiſtite huius inclytæ urbis ſunt: in cauſa, iu qua ipſi uel procuratores, quos pro ſe dederint, ſententiarũ tuarum authoritate pulſantur: exſecutoribus, per quos cœperint conueniri, fideiuſſorem ſacratiſſimæ huius urbis eccleſiæ œconomum uel defenſorem præbeant, qui uſq; ad quinquaginta libras auri fideiuſſor exiſtat. ipſe uero reuerendiſſimus œconomus almæ huius urbis eccleſiæ lite pulſatus, fideiuſſorem pro ſe non præbeat: utpote qui & aliorum clericorum fideiuſſor futurus eſt: ſed fidei ſuæ committatur. Quòd ſi lis diuerſorum (excepto reuerendiſſimo œconomo) clericorum, quæ agitanda ſit, memoratam ſummam uideatur excedere: clericus lite pulſatus, det exſecutori pro reſidua quantitate cautionem ſuam. cui tamen nullum inſertum erit iuſiurandum: quia eccleſiaſticis regulis & canone à beatiſſimis epiſcopis antiquitus inſtituto, clerici iurare prohibentur. Statuimus autem, ut exſecutoribus idem reuerendiſſimus œconomus, uel alij diuerſi clerici ſub beatiſſimo archiepiſcopo huius ſplendidiſſimæ ciuitatis, ſententiarum tuarum authoritate commoniti, duos ſolidos tantummodo dent pro monitione ſua, & pro inſtitutione procuratoris, ſi per eum uoluerit litigare. quod circa alios quoq; diuerſos apparitores eminentiæ tuæ in ijs, quæ ex conſuetudine præbentur officio, obſeruari in cauſis prædictorum clericorum iubemus: ut litis ſumptus uel expenſæ à clericis pauciores humanioresũe præſtentur.

XXVI. *Imp.* LEO A. *Iuliano* P.P.

DEcernimus, ut poſt hac neq; monachi, neq; quicunq; alij (cuiuslibet ſtatus atq; fortunæ) in ædes publicas, uel in quæcunq; loca populi uoluptatibus fabricata, uenerabilem crucem & ſanctorum martyrum reliquias illicite inferre conentur: uel occupare audeant ea, quæ ad publicas cauſas, uel ad populi oblectamenta conſtructa ſunt. Cum enim religioſæ ædes non deſunt: poſſunt ibi, conſultis prius (ut oportet) religioſiſſimis epiſcopis, reliquias martyrum, non quorundam uſurpatione, ſed arbitrio reuerendiſſimorum antiſtitum collocare. ideo patientiam & modeſtiã ſuam, quam leges noſtræ, & publica diſciplina, & ipſorum monachorum nomen expoſcit, ſtudioſe unuſquiſq; tam monachus, quàm cuiuslibet alterius profeſſionis reti neat, & perpetuò obſeruare procuret.

XXVII. *Idem* A. *Eutychio* P.P.

QViſquis emenſis militiæ ſuæ ſtipendijs, expletiſq; officijs ſiue muneribus, quæ cuicunq; conditione, aut conſuetudine, aut lege debebantur, ad conſortium ſe contulerit clericorum, & inter miniſtros ueræ orthodoxæ fidei maluerit numerari: nullius prorſus ſententiæ acerbitate reuocetur, nec à dei templis, quibus ſe conſecrauit, importunis intentionibus abſtrahatur: ſed in ijſdem beatiſſimis miniſterijs ſecurus permaneat & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſſitudinem, ob reliquæ uitæ requiem, conſilio meliore protractus eſt: his actionibus, ſi quæ contra eum eiuſq; patrimonium legitima intentione competunt, pro iuris ordine reſpon ſurus: exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis, & publicis utilitatibus in perpetuum eſſe ſubiectos, ſacratiſſimæ conſtitutionis ſtatuta ſanxerunt.

XXVIII *Idem* & ANTHEMIVS AA. *Nicoſtrato* P.P.

NVlli licere decernimus, ſiue teſtamẽto hæres ſit inſtitutus, ſiue ab inteſtato ſuccedat, ſeu fideicommiſſarius uel legatarius inueniatur: diſpoſitiones pij teſtatoris infringere, uel improba mente uiolare, adſerendo incertum eſſe legatum uel fideicommiſſum, quod redemptioni relinquitur captiuorum: ſed modis omnibus exactum pro uoluntate teſtatoris piæ rei negocio proficere. Et ſiquidem teſtator ſignificauerit, per quem deſiderat redemptionem fieri captiuorum: is, qui ſpecialiter deſignatus eſt, legati uel fidei commiſſi habeat exigendi licentiam, & pro ſua conſcientia uotum adimpleat teſtatoris. Sin autem perſona non deſignata, teſtator abſolute tantummodo ſummam legati uel fideicommiſſi taxauerit, quæ debeat memoratæ cauſæ proficere: uir reuerendiſſimus epiſcopus illius ciuitatis, ex qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratia fuerit derelictum: pium defuncti propoſitum ſine ulla cunctatione (ut conuenit) impleturus. Cum autem uir religioſiſſimus epiſcopus huiuſmodi pecunias relictas pro arbitrio fuerit conſecutus: ſtatim geſtis interuenientibus earum quantitatem & tempus, quo eas ſuſceperit, apud rectorem prouinciæ publicare debebit. poſt unius uero anni ſpacium & numerum captiuorum, & data pro his precia eũ manifeſtare præcipimus, ut per omnia impleantur piæ deficientium uoluntates: ita tamen, ut gratis & ſine ullo diſpendio prædicta geſta conficiantur, ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ iudiciorum diſpendijs erogentur. Quòd ſi teſtator, qui huiuſmodi legatum uel fideicommiſſum non deſignata perſona reliquit, barbaræ ſit nationis, aut de eius patria aliqua emerſerit ambiguitas: uir reuerendiſſimus epiſcopus ciuitatis eius, in qua idem teſtator defunctus eſt, habeat legati uel fideicommiſſi petitionem, defuncti propoſitum modis omnibus impleturus. Quòd ſi in uico uel in territorio mortem teſtator obierit: illius ciuitatis uir reuerendiſſimus epiſcopus exactionem habebit, ſub qua uicus uel territorium eſſe dignoſcitur. & ne pium defuncti propoſitum improba fraudatorum calliditate cæletur: quid quid pro huiuſmodi cauſa à teſtatore relictum fuerit, uniuerſi, qui quocunq; modo cognouerunt, uel in uiri clariſſimi rectoris prouinciæ, uel in urbis epiſcopi noticiam deferendi liberam habeant facultatem. nec delatoris nomen ſuſpitionem q; formident: cum fides atq; induſtria eorum tam laude, quàm honeſtate, ac pariter pietate non careat, cum ueritatem in publicas aures lucem q; deduxerint.

XXIX. *Idem* AA. *Armaſio* P. P.

SI quencq; uel in hac urbe regia, uel in cæteris prouincijs, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad epiſcopatus gradum prouehi deo authore contigerit: puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſyncero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum ſacerdotij uenalitate precij mercetur. quantum quiſq; meretur, uon quantum dare ſufficit, æſtimetur. profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata: ſi ueneranda dei templa pecunijs expugnentur? quem murum integritatis, aut uallum fidei prouidebimus: ſi auri ſacra fames penetralia ueneranda proſerpat? denicq; quid cautum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? ceſſet altaribus imminere profanus ardor auariciæ, & à ſacris adytis repellatur piacular flagitium. ita caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur epiſcopus, ut quocunq; locorum peruenerit, omnia uitæ propriæ integritate purificet. nõ precio, ſed precibus ordinetur antiſtes. tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat. ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. profecto enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus. Cum ſanè, ſiquis hanc ſanctam & uenerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interuentu ſubiiſſe, aut ſi quis ut alterum ordinaret, uel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur: inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis accuſatione propoſita, à gradu ſacerdotij retrahatur. nec hoc ſolum deinceps honore priuari, ſed perpetuæ quoq; infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat, & æquat, utroſq; ſimilis pœna comitetur.

XXX. *Idem* AA. *Dioſcoro* P. P.

ORphanotrophos huius inclytæ urbis (nulla ſubtilitate iuris obſiſtente) qui quidem pupillorum ſunt quaſi tutores, adoleſcentium uero quaſi curatores: ſine ullo fideiuſſionis gravamine in emergentibus cauſis, tam in iudicio, quàm extra iudicium (ut opus exegerit) ad ſimilitudinem tutoris & curatoris perſonarum, & negocia eorum (ſi qua poſſint habere) defendere, ac uindicare iubemus: ita uidelicet, ut præſentibus publicis perſonis, aut interuenientibus geſtis in hac quidem inclyta urbe apud uirum perfectiſſimum magiſtrum cenſus, in prouincijs uero apud moderatores eorum uel defenſores locorum, res eorum eis tradantur, à quibus ſunt cuſtodiendæ: ut ſi quas earundem rerum propter fœnus forſitan, uel aliam urgentem cauſam, uel eo, quòd ſeruari non poſſunt, alienare proſpexerint: prius habita æſtimatione, liceat eis alienationis iure contractum, ut precia eorum, quæ exinde colligũtur, ab ijſdem perſonis cuſtodiantur

antur. Huiuſmodi autem pium atq; religioſum officium pro tẽpore orphanotrophos ita peragere cõuenit: ut minime ratiocinijs tutelaribus ſeu curationibus obnoxij ſint. graue enim atq; iniquum eſt, callidis quorundam (ſi ita contigerit) machinationibus eos uexari, qui propter timorem dei parentibus atq; ſubſtantijs deſtitutos minores ſuſtentare, atq; uelut affectione paterna educare feſtinant.

XXXI. *Idem AA. Eutropio P.P.*

OMnes, qui ubiq; ſunt, uel poſthac fuerint orthodoxæ fidei ſacerdotes & clerici, cuiuſcunq; ſint ordinis, monachi quoq;, in cauſis ciuilibus ex nullius penitus maioris minorisúe ſententia iudicis cõmonitoria ad extranea iudicia protrahantur, aut prouinciam, aut locum, aut regionem, quã habitãt, exire cogantur: nullus eorum eccleſias uel monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere miſerabili neceſſitate iubeatur: ſed apud ſuos iudices ordinarios (id eſt prouinciarũ rectores) in locis, quibus degunt, eccleſiarũ miniſterijs obſecundent, omniumq; contra ſe agentiũ excipiant actiones: ut his horis ſaltẽ atq; temporibus, quibus religioſos uiros à turbulenta obſeruatione prætorij uacare contigerit, cumq; eos ad tempus petitorum intentio calumnioſa laxauerit: ad ſua ſe monaſteria & uenerabiles eccleſias conferentes, ſapienti animo, precatione ſollicita, faciliusq; de proximo ſacroſanctis altaribus obſecundent, in ſuis laribus domicilijsq; cõſtituti. In hac autẽ regia urbe, ſi quando cuiuſcũq; rei cauſa epiſcopos, uel presbyteros, cæterosq; clericos, qui ſacroſanctis eccleſijs obſequuntur, ſiue monachos, ex alijs quibuſcunq; prouincijs contigerit reperiri: quos tamen in litem quiſq; uocare uoluerit: in nullo alio ſit licitum memoratos cuiq; pulſare iudicio, niſi in tuæ ſublimitatis examine duntaxat, ubi eis & beatitudinis honor debitus reſeruetur, & oratorum affluens in defenſionibus copia large præſtetur. Præterea cum in prouincijs ex eius, qui regit prouinciam, fuerint ſententia uel interlocutiõe conuenti: ſiue illi ſacerdotes, ſiue cuiuſcunq; gradus clerici, ſiue monachi habeãtur: dummodo adprobentur orthodoxi, qui in proprijs cauſis contractibusúe pulſantur: nõ alios, q; eccleſiæ propriæ defenſores, ſeu quos œconomos appellant, fideiuſſores præbeant: ne dum exſecutoris pertinax & auara proteruitas extraneos & idoneos fideiuſſores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum. In hac autem urbe inclyta inuenti, ex quacũq; prouincia uenientes, cũ in tuæ amplitudinis iudicio (quod eis ſolũ delegauimus) lite pulſati fuerint reuerẽdiſſimi orthodoxæ fidei ſacerdotes, ſeu certe œconomi, aut eccleſiæ defenſores, ſeu clerici: in cauſis ciuilibus ſuis, ſiue eccleſiaſticis, nulla præbendi fideiuſſores moleſtentur iniuria: ſed aut uicarijs fideiuſſionibus contradantur, quas tamen ſtipulationum cautela ſolennis uallauerit: aut cautioni & profeſſioni propriæ, aut facultatum ſuarum obligationibus committantur. Hoc nihilominus obſeruando, ut in cauſis eccleſiaſticis nullum alium conueniri fas ſit, niſi eum, quem diſpenſatorem pauperum, id eſt œconomum eccleſiæ epiſcopi tractatus elegerit. hunc enim ſine dubio à ſacerdote conuenit ordinari. quem tamen conuentum, defenſoris eccleſiæ fidei committi præcipimus. Exſecutoribus in minoribus quidem iudicijs omnibus, in ipſa conuentione ſacerdotum ſiue clericorum non amplius, quàm unum ſemiſſem aut ſperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verum ſi apparitor tuæ magnitudinis ex ſententia tuæ ſedis ampliſſimæ in prouincia degentes, eos conueniri monuerit: iubemus non amplius eum, quàm duos ſolidos ſportularum nomine accipere. In hac uero urbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis uno aureo ſportularũ gratia à prouincialibus clericis contentus ſit, quantæ libet ſummæ, qui conuentus fuerit, exponatur obnoxius. Præterea nullus exſecutor uexare contumelijs clericos, nullis impulſionibus moleſtare, nullis exprobrare conuicijs, aut corporalibus iniurijs fatigare conetur: ijs, qui eiuſmodi aliquid adgreſſi fuerint, poſt amiſſionem cinguli & patrimonij, ultima protinus animaduerſione plectendis. Priuilegijs ſanè ſingulis quibuſcunq; ſacroſanctis eccleſijs orthodoxæ fidei, xenodochijs, ſeu ptochijs, tã generaliter, q; ſpecialiter attributis, perpetuò obſeruãdis. Nullis eas earũq; ſacerdotes aut clericos (cuiuſcũq; gradus ſint) aut monachos, aut ptochijs, aut xenodochijs orthodoxæ fidei deputatos, extraordinarijs muneribus præcipimus prægrauari. Eas etenim ſarcinas oneris, quas pleriſq; perſonis diuerſa ratione remittimus, imponi beatiſſimis uiris noſtro ſeculo inconueniens eſſe iudicamus. Præterea ne cui temeritas ſua lucratiua concedatur, & ut imprudens calumniantium refrenetur audacia: iubemus, quoties ij, qui ſacerdotes, ſeu clericos, ac monachos, cæterosq; ſuperius deſignatos, uel in tuæ magnitudinis examine, uel in prouinciali iudicio propoſita actione conuenerũt: ſi cauſa cognita cõuicti fuerint, ſine iuſta eos cauſa legitima petitiõe pulſaſſe: omnes eis legitimas expenſas ſumptusq;, quos ab exordio cœptæ

controuerſiæ ipſorum uicio toleraſſe eos conſtiterit,reddere cogantur: ut hac ſaltem cenſuræ iuſtiſſimæ formidine reuocati,qui improbis aſſidue conflictationibus occupantur, adquieſcãt, iamq; ſopitis clamoribus iurgiorum magiſtra deinceps neceſſitate continere ſe adſueſcant.

XXXII. *Idem A. & C. Eutropio P.P.*

SAcroſanctæ orthodoxæ fidei epiſcopi atq; presbyteri,diaconi q̃q;,qui ſemel probatis moribus integritate caſtiſſima ad hunc gradũ meruerint peruenire: ea,quæcunq; in eodẽ clericatus gradu locoq; uiuẽtes adquirere & habere potuerint:etiam ſi in patris auiq; aut proaui poteſtate conſtituti ſint,& adhuc ſuperſtites habeantur:tanq; propria bona uindicent. De his, ſi quando libitum fuerit, eis teſtandi,uel donandi,uel quolibet alio titulo alienandi libera facultate conceſſa:ut ea bona quoquo tempore nunq; ad diuiſionem ueniant, nunq; fratribus & ſororibus aut ex eis genitis conferantur:ſed ad eorum filios,poſteros, & quoſcunq; extraneos hæredes perueniãt,nec à patribus auis aut proauis,ſed ab ipſorum liberis tãq; præcipua uindicentẽ. Et certe his lucro cedant,quibus ipſi ad peculium,uel inter uiuos alienatione habita,uel mortis tẽpore ultima & iure cognita uoluntate conceſſerint.

XXXIII. *Iidem AA. Dioſcoro P.P.*

OMnia priuilegia,quæ à retro principibus,aut à noſtra ſerenitate,uel à iudiciarijs diſpoſitionibus,aut liberalitatibus pro ſingulis quibuſcunq; temporibus, uel conſuetudine, ſiue circa ius metatorũ,ſiue in alijs q̃buslibet reb9 præſtita ſunt orphanotrophijs, ſiue aſceterijs,uel eccleſijs,uel ptochijs,ſeu xenodochijs,aut monaſterijs,aut cæteris hominib9 ac rebus iuris eorũ ad curã œconomi uiri religioſiſſimi presbyteri & orphanotrophi,uel ad eos,qui poſt eum loco eius ſucceſſerint,pertinẽtib9:ad ſimilitudinẽ Zotici beatiſſimæ memoriæ,qui prim9 huiuſmodi pietatis officium inueniſſe dicitur,per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataq; in perpetuum cuſtodiri decernimus. ualde enim hoc uidetur neceſſarium : cum exinde ſuſtentatio & educatio orphanis,atq; egenis,& uſibus eccleſiaſticis,ac ptochijs,& aſceterijs comparetur. domus etiam,aliasq; res ſuperius nominatas ad curam memorati uiri pertinentes, uel poſtmodum quolibet modo ad eius ſolicitudinem,uel eorum, qui poſt eũ ad eiuſdẽ orphanotrophij curam uocati fuerint,peruẽturas: inſtar maioris uenerabilis eccleſiæ huius inclytæ urbis omnibus priuilegijs, quæ eadem ſancta eccleſia uel nunc apiſcitur,uel poſtea merebitur,perpotiri pietatis intuitu decernimus.

XXXIIII. *Iidem AA. Sebaſtiano P.P.*

IVbemus adſcripticiorum creationes ſecundum ueterem conſtitutionem (niſi dominorum poſſeſſionum,unde oriundi ſunt, eiuſdem concurrerit conſenſus) nullius penitus eſſe momenti:ſed ijſdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (ſicut dictum eſt) euidenter cõſenſerint, ius proprium ad ſimilitudinem cæterorum colonorum in ſuos adſcripticios exercendi,tanq; ſi nulla creatio interceſſiſſet,tribui facultatem. Idemq; hoc ſuper illis quoq; agricolis decernimus obſeruari,qui cum eſſent adſcripticiæ conditionis nexibus adſcripti,ſolitariam uitam uidelicet apperentes,quibuslibet ſeſe monaſterijs contra uoluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos. Omnes præterea uirorum clariſſimorum prouincias moderantium ſententijs abſq; ulla priuilegij differentia(qui tamẽ præſidali iuriſdictioni ſubiecti ſunt)ſiue epiſcopi,uel quilibet clerici,aut monachi,aut cuiuslibet conditionis ſint,pariter reſpondere decernimus:nulla in poſterum uiris clariſſimis prouinciarum rectoribus ad loca,in quibus incuſatæ perſonæ conſiſtunt,perueniendi neceſſitate penitus imponenda : cũ nõ ſolũ legibus,uerũ etiam naturali quoq; iuri conueniat, quos res exegerit iudicialibus ad iudicium uocari ſententijs,non ipſos iudices(quod dictu etiam iniuſtum eſt)ad ſubiectos deduci,ſed per datos ab his iudices ad cauſæ examinationem in locis, ubi incuſati degunt,procedere.

XXXV. *Iidem AA. Sebaſtiano P.P.*

SEruis,ſi dominorum fuerint uoluntate muniti,ſolitariam uitam participandi licentia non denegetur:dum tamen eorum domini nõ ignorent.& ſi ſeruis ſuis ad monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatẽ:eorundem ſeruorum dominio, donec ijdem ſerui in eodẽ monachorum habitu duraverint,ſpoliandos eſſe cenſemus. alioquin ſi relicta forte uita ſolitaria,ad aliam ſeſe conditionem tranſtulerint:certum eſt,eos ad ſeruitutis iugum,quam monaſticæ profeſſionis cultu euaſerant,reuerſuros.

XXXVI. *Imp. IVSTINVS A. Archelao P.P.*

REpetita promulgatione,non ſolum iudices quorumlibet tribunalium,uerũetiam defenſores eccleſiarum huius almæ urbis,quos turpiſſimum inſinuandi ultimas deficientium uoluntates genus irrepſerat,remouendos eſſe cenſemus:ne rem attingãt,quæ nemini prorſus

omni

omnium secundum constitutionum præcepta, præterq; magistro census competit. absurdum etenim clericis est, imò etiam opprobriosum, si peritos se uelint ostendere disceptationum esse forensium: temeratoribus huius sanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis.

XXXVII. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Ioanni P.P.*

SI quis ad declinandam legem falcidiam, cum desiderat totam suam substãtiam pro redemptione captiuorum relinquere, eosipsos captiuos scripserit hæredes: ne uideatur quasi incertis personis hæredibus institutis iudicium suum oppugnãdum reliquisse: sancimus, eiusmodi & talem institutionem pietatis intuitu ualere, & non esse respuendam. Sed etsi pauperes quidem scripserit hæredes, & nõ inueniatur certum ptochium, uel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitauerit, sed sub incerto uocabulo pauperes fuerint hæredes instituti: simili modo & huiusmodi institutionem ualere decernimus. Et siquidem captiuos scripserit hæredes ciuitatis, in qua testator larem fouere ac degere noscitur: episcopus & œconomus hæreditatem suscipiant, & omni modo in redemptionem captiuorum procedat hæreditas: siue per annuos redditus, siue uenditionem mobilium, siue se mouẽtium rerũ sit: nullo penitus hoc ex lucro uel œconomo, uel episcopo, uel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Si enim propter hoc â speciali hærede recessum est, ut non falcidiæ ratio inducatur: quomodo ferendum est hoc, ꝙd in sacro uenerit, per falcidiam uel aliam occasionem minui? Vbi autem indiscrete pauperes scripti sunt hæredes: ibi xenonem eius ciuitatis omnimodo hæreditatem nanciscì, & per xenodochum in ægrotantes fieri patrimonij distributionem, secundum quod in captiuis cõstituimus, uel per reddituum annalium erogationem, uel per uenditionem rerum mobilium uel sese mouentium, ut ex his res immobiles comparentur, & annuus uictus ægrotãtibus accedat. quis em̃ pauperior est hominibus, qui & inopia tenti sunt, & in xenone repositi, & suis corporibus laborãtes, necessarium uictum sibi non possunt adferre? Licentia omnimodo danda & in priore & in secunda specie, & actionem mouere, & debita exigere, ut in captiuos & in ægrotantes cõsumantur. si enim hæredum eis & ius & nomen dedimus, sine falcidiæ tamen legis emolumento: necesse est eos debita exigere, & creditoribus respondere. Sin autem ampliores in ciuitate xenones uel ptochia sunt: ne incerta uideatur pecuniarum datio: tunc ei xenoni uel ptochio, qui pauperior esse dignoscit, easdem res uel pecunias adsignari: hoc uidelicet discutiendo â uiro uenerãdissimo locorum anstitite & sub eo constitutis clericis. Sin autem nullus xenon in ciuitate inueniatur: tunc secundum de captiuis sanctionem, p tempore œconomus sacrosanctæ ecclesiæ uel episcopus hæreditatem accipiat, & sine falcidiæ ratione pauperibus, qui in ciuitate sunt uel penitus mendicantes, uel alia sustentatione egentes, eædem pecuniæ distribuantur. Hæc tamen omnia locum habere sancimus, quando non certi xenonis, uel certi ptochij, uel certæ ecclesiæ nominatio à testatore subsecuta est, sed incertus est eius sensus. Sin autem in personã certam uenerabilemúe certam domum respexerit: ei tantummodo hæreditatem uel legatum competere sancimus, nulla falcidia nec in hac parte intercedente. In omnibus autem huiusmodi casibus cælestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores exspectent, si qualecunq; lucrum ex huiusmodi gubernationibus sibi adquisierint: uel si hoc committi ab alio consenserint, & non grauissima pœna & interminatione, quod perperam factũ est, studeant corrigere.

XXXVIII. *Idem A. Ioanni P.P.*

CVm lege Leonina uiris reuerendissimis episcopis & presbyteris & diaconis peculium habere quasi castrense concessum est, eo addito, ut & in ipso testari possint: dubitabatur, si huiusmodi testamẽta debeant DE INOFFICIOSO querela expugnari, cũ de oñibus personis, quæ huiusmodi peculiũ meruerunt, eadẽ fuerat quæstio exorta. sancimus itaq; uiris reuerendissimis episcopis & presbyteris & diaconis, qui tale peculium quasi castrense possident, super his tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculij sunt, non solum ultima condere secundũ leges elogia licere (quod ex Leonina constitutione descendit) sed etiam eorũ ultimas uolũtates super his tantũmodo habitas DE INOFFICIOSO querelæ minime subiacere.

XXXIX. *Idem A. Ioanni P.P.*

SI quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, nõ usurum fori præscriptione propter sacerdotij prærogatiuã: sancimus, non licere ei aduersus sua pacta uenire, & contrahentes decipere: cum regula sit antiqui iuris, omnes licentiam habere, ijs, quæ pro se indulta sunt, renunciare. quam generalem legem in omnibus casibus obtinere sancimus, qui necdum per iudicialem sententiam uel amicabilem conuentionem sopiti sunt.

XL. *Idem A. Ioanni P.P.*

GEnerali sancim9, oẽs uiros reuerẽdissimos epos, necnõ pbyteros, siue diaconos, & subdiaconos

conos,& præcipue monachos(licet non ſint clerici)immunitatem ipſo iure omnes habere tute læ, ſiue teſtamentariæ, ſiue datiuæ, ſiue legitimæ:& non ſolum tutelæ eſſe eos expertes,ſed etiam curæ,nõ ſolum pupillorũ & adultorũ,ſed & furioſi,& ſurdi,& muti,& aliarum perſonarum, quibus tutores uel curatores à ueteribus legibus dantur. Eos tamen clericos & monachos huiuſmodi habere beneficiũ ſancimus, q apud ſacroſanctas eccleſias uel monaſteria permanent, non deuagantes,neq; circa diuina miniſteria deſides:cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgemus,ut omnibus alijs derelictis, dei omnipotentis miniſterijs inhæreant. & hoc non ſolũ in uetere Roma,uel in hac regia ciuitate,ſed in omni terra,ubicũq; Chriſtianorum nomẽ excolitur, obtinere ſancimus.

XLI. *Idem A. Hermogeni magiſtro officiorum.*

RAptores uirginum,uel diaconiſſarum,uel uiduarum,quæ deo fuerint dicatæ,peſſima criminum peccantes,capitis ſupplicio plectendos eſſe decernimus:quod non ſolũ ad iniuriam hominum,ſed ad ipſius omnipotentis dei irreuerentiam committitur.qui itaq; huiuſmodi crimen commiſerint,& qui eis auxilium tempore inuaſionis præbuerint,ubi inuenti fuerint in ipſa rapina,& adhuc flagrante crimine deprehenſi: à parentibus ſanctimonialium uirginũ, uel uiduarum,uel diaconiſſarum,aut earum conſanguineis,uel tutoribus,ſeu curatoribus, conuicti interficiant. Sin aũt poſt cõmiſſum tã deteſtabile crimen,aut potentatu raptor ſe defendere,aut fuga euadere potuerit:in hac quidẽ regia urbe,tam uiri excellẽtiſſimi præfecti prætorio, quàm glorioſiſſimus præfectus urbis:in prouincijs autem tam uiri eminentiſſimi præfecti prætorio per Illyricum & Aphricã,quàm magiſtri militum p diuerſas noſtri orbis regiones,necnõ uir ſpectabilis præfectus Aegypti,& uicarij,& procõſules,& nihilominus uiri ſpectabiles duces, & uiri clariſſimi rectores prouinciarum,necnon alij cuiuslibet ordinis iudices,qui in locis illis inuenti fuerint:ſimile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant,ut eos poſſint comprehẽdere,& cõprehenſos in tali crimine poſt legitimas & iuri cognitas probatiões ſine fori præſcriptione duriſſimis pœnis adficiant,& mortis condemnent ſupplicio. Bona autẽ eorum, ſi hoc cõmiſſum fuerit in ſanctimonialem uirginem,quæ uel in aſceterio uel monaſterio degit: ſiue eadem uirgo diaconiſſa conſtituta ſit,ſiue non:eidem monaſterio uel aſceterio, ubi conſecrata eſt,addicantur:ut ex rebus & ipſa ſolatiũ habeat,dũ uiuit,ſufficiens: & res oẽs ſacro ſanctũ aſceteriũ ſeu monaſteriũ pleno habeat dominio.Sin autẽ diaconiſſa cuiuſcũq; eccleſiæ ſit, in nullo tñ monaſterio conſtituta, ſed per ſe degit:raptoris eius ſubſtantia eccleſiæ, cuius diaconiſſa eſt, adſignetur:ut ex his facultatibus ipſa quidẽ uſumfructũ,dũ ſupereſt,ab eadẽ eccleſia cõſequat: eccleſia uero oẽm proprietatẽ & plenã poſſeſſionẽ earundẽ rerũ noſtro habeat beneficio, nemine uel iudice uel quacũq; alia pſona hæc audẽte cõtemnere. Pœnas aũt,quas prædiximus,id eſt mortis & bonorũ amiſſionẽ cõſtituimus,nõ tantũ aduerſus raptores,ſed etiã cõtra eos,qui hos comitati fuerint in ipſa inuaſione & rapina. Cæteros aũt oẽs,q cõſcij & miniſtri huius criminis reperti & conuicti fuerint,uel eos ſuſceperint,uel quancũq; opem eis attulerint,ſiue maſculi,ſiue fœminæ ſint,cuiuſcunq; conditionis,uel gradus,uel dignitatis:pœnæ capitali tantummodo ſubijcimus,ut huic pœnæ oẽs ſubiaceant,ſiue uolentibus,ſiue nolentibus ſanctimonialibus uirginibus,ſiue alijs ſupradictis mulieribus,tale facinus fuerit perpetratum.

XLII. *Idem A. Ioanni P.P.*

DEo nobis auxilium præbẽte,omnia,quæ pro honore ſanctæ eccleſiæ catholicæ ad dei placitũ fieri properamus, legibus cõſtituere, & operibus adimplere deſideramus.& iam quidem multa cum eius auxilio ſtatuimus, quæ eccleſiaſticæ doctrinæ atq; ſtatui conueniunt. in præſenti uero hoc pia deliberatione duximus corrigẽdum,quod hactenus contra dei timorẽ fiebat.cognitum etenim nobis eſt, q ſi quis ſponſus uel ſponſa poſt datas & acceptas arras uoluerit ſe diuino deputare ſeruitio,& à ſeculari conuerſatione recedere,ac in ſanctimoniali uita uiuere,atq; in dei timore permanere:compellebat uir quidem ea,quæ arrarum nomine dederat, amittere:ſpõſa uero in duplũ id, quod acceperat,reddere.quod noſtræ manſuetudini religioni contrarium eſſe uiſum eſt.unde per præſentem legem in perpetuum ualituram iubemus, ut ſi quis ſponſus uel ſponſa deſiderauerit ſeculi iſtius uitam contemnere,& in ſanctimonialium cõuerſatiõe uiuere:ſponſus quidẽ omnia, quæ arrarũ nomine futuri cauſa coniugij dedit,ſine ulla deminutiõe recipiat.ſponſa aũt non duplũ(ſicut hactenus)ſed hoc tantũmodo ſponſo reſtituat,quod arrarũ nomine acceperat:& nihil amplius reddere cõpellatur, niſi quod probata fuerit accepiſſe.nam & maritis & uxoribus,qui ſeculo renunciant,iã anteriore lege à nobis prouiſum eſt:ut ſiue maritus,ſiue uxor,religionis cauſa à cõiugio receſſerit,& ſolitariam uitam elegerit: unuſquiſq; eorum res ſuas recipiat,quas pro dote uel ante nuptias donatione præſtiterat,& hoc

tantũ-

tantummodo lucri nomine consequatur ab eo,qui solitariam uitam elegerit,quod debuit legitime uel ex pacto per casum mortis exigere. Hoc etiam cognitũ nobis correctione nostra dignum esse iudicamus:ut si quis in parentum potestate constitutus,uel constituta, uel forsitan iure huius absolutus,uel absoluta,elegerit se monasterio uel clerico sociare,& reliquum uitæ suæ tempus sanctimonialiter degere uoluerit:nõ liceat parentibus eosdem uel easdem quocunq; modo abstrahere,uel propter hanc tantummodo causam,quasi ingratum uel ingratam à sua hæreditate uel successione repellere:sed necesse sit eis omni modo,cum ultimam uoluntatem suam,siue per scripturam,siue alio legitimo modo perficiunt,quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere.sin autem & amplius uoluerint eis largiri:hæc eorum uoluntati concedimus. Sin uero ultimam uoluntatem parentes neq; per testamentum, neq; alio ultimo elogio declarasse monstrati fuerint:omnem parentum substantiam hæredes, quibus ab intestato competit, secundum leges nostras sibi defendant:nullo eis impedimento ex sanctimoniali conuersatione generando,siue soli,siue cum alijs ad successionem uocantur. Huius autem perpetuæ legis nostræ beneficia eos uolumus obtinere,qui in monasterio uel clericatu perseuerauerũt.nam si qui eorum, de quibus præsentem legem posuimus,sanctimoniale uitam elegerint,ad secularem autem conuersationem remeauerint:iubemus omnes eorũ res ad iura eius ecclesiæ uel monasterij,à quo recesserint,ptinere. His ita dispositis, repetita lege iubemus,ut nullus Iudæus,uel paganus,aut hæreticus Christianos seruos habeat.quòd si inuenti fuerint in tali reatu:sancimus seruos omnibus modis liberos esse secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In præsenti autem hoc amplius decernimus,ut si quis de supradictis Iudæis,uel paganis,aut hæreticis habuerit seruos nondum catholicæ fidei sanctissimis mysterijs imbutos,& prædicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem uenire:postq; catholicæ ecclesiæ sociati fuerint,in liberratem modis omnibus ex præsenti lege eripiantur:& eos tam iudices prouinciarum,q; sacrosanctæ ecclesiæ defensores,necnon beatissimi episcopi defendãt, nihil pro eorum precijs penitus accipientibns dominis. Quòd si forte post hac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conuersi fuerint:non liceat eis ad seruitutẽ reducere illos, qui eos ad orthodoxam fidem præcesserint.Sed si quis talia usurpauerit:pœnis grauissimis subiacebit. Hæc igitur omnia,quæ pietatis intuitu nostra sanxit æternitas:omnes iudices & religiosissimi antistites,siue Africanæ diœceseos,in qua maxime huiusmodi uicia frequẽtari cognouimus,seu aliarum prouinciarum: gnauiter & studiosissime obseruari procurẽt.Nam contemptores non solum pecuniaria multa,sed & capitis supplicio ferientur.

DE EPISCOPALI AVDIENTIA, ET DIVERSIS CAPITVlis,quæ ad curam pertinent pontificalem. Tit. iiij.

Impp. VALENTINIANVS *&* VALENS. AA. *ad Iulianum comitem orientis.*

NEgociatores,si qui ad domum nostram pertinent,ne commodum mercandi uideantur excedere:Christianos,quibus uerus cultus est,adiuuare pauperes & positos in necessitate prouideant. D. XV. Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano & Valente AA. COSS.

II. *Idem* AA. *ad Claudium* P.P.

SI clericus ante definitiuam sententiam frustratoriæ dilationis causa ad appellationis auxilium conuolauerit :multam quinquaginta librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit,cogantur expendere,hanc autem non fisco nostro uolumus accedere,sed pauperibus fideliter erogari. D. VI. Idus Iul. Valentiniano N P. & Victore COSS.

III. *Imppp.* VALENTIN. THEOD. *&* ARC. AAA. *Neoterio* P.P.

NEmo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis exspectet. exsequantur iudices,quod indulgere consueuimus.ubi primus dies paschalis exstiterit: nullum teneat carcer inclusum,omnium uincula dissoluantur.sed ab his secernimus eos,à quibus contaminari potius gaudia lætitiam q; communem,si dimittantur,animaduertimus.quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero,uel stupri,uel incæsti reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem uirginis in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? nullam accipiat uinculorum requiẽ,qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non si-

nit. Patiatur tormenta uenefícus, maleficus, adulter, uiolatorq; monetæ, homicida, & parricida, quod fecit, exſpectet. reus etiã maieſtatis de domino, aduerſus quem talia molitus eſt, ueniam ſperare non debet. His ergo tali ſub adſtrictione damnatis indultum ſerenitatis noſtræ eo præcepti fine concludimus, ut remiſſionem ueniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant: nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem ueteris admiſſi non emendationi potius, quàm conſuetudini deputauerint. D. Kal. Maij. Arcadio A. & Bautone V.C. COSS.

IIII. Imppp. THEOD. ARC. & HONO. AAA. *Rufino* P.P.

MImæ, & quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt: publice habitu earum uirginum, quæ deo dicatæ ſunt, non utantur,

V. Impp. ARC. & HONORIVS AA. *Eutychiano* P.P.

ARchigerontes, & diœcetæ ergaſioctonorum, non niſi Chriſtiani dirigantur, quod officium tuum ſollicitis obſeruet excubijs.

VI. *Iidem* AA. *Rufino* P.P.

ADdictos ſupplicio & pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum uel monachorum (eorum etiam, quos ſynoditas uocant) per uim atq; uſurpationem uindicare liceat, ac tenere: ſed & reos ad locum pœnæ ſub proſecutione pergentes nullus teneat aut defendat: ſed ſciat ſe cognitor, triginta librarum auri multa, & primates officij capitali eſſe ſententia feriendos, niſi uſurpatio iſta uindicetur. at ſi tanta clericorum uel monachorum audacia eſt, ut bellum potius, cẽq; iudicium futurum eſſe exiſtimetur: ad clementiam noſtram commiſſa referantur, ut arbitrio noſtro mox ſeuerior ultio procedat. Ad epiſcoporũ ſanè culpam (ut cætera) redundabit, ſi quid forte in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur, ex ijs, quæ fieri hac lege prohibuimus, à monachis perpetratum eſſe cognouerint, nec uindicauerint: quibus in cauſa criminali humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus.

VII. *Iidem* AA. *Eutychiano* P.P.

SI quì ex conſenſu apud ſacræ legis antiſtites litigare uoluerint: non uetabuntur, ſed experiẽt illius in ciuili duntaxat negocio more arbitri ſponte reſidẽtis iudiciũ. quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen coactos potius adfuiſſe, cẽq; ſponte ueniſſe conſtiterit. D. VI. Kal. Aug. Mediolani. Honorio. A. IIII. & Eutychiano COSS.

VIII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Theodoro* P.P.

EPiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint: eamq; illorum iudicationi adhibendam eſſe reuerentiam iubemus, quam ueſtris referre neceſſe eſt poteſtatibus, à quibus non licet prouocare. per iudicium quoq; officia, ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni exſecutio tribuatur. D. Id. Decemb. Baſſo & Philippo COSS.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Cæciliano* P.P.

IVdices dominicis diebus productos reos de cuſtodia carcerali uideant, & interrogent, ne ijs humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur. uictualem ſubſtantiam nõ habentibus faciant miniſtrari, libellis duobus aut tribus diurnis, uel quot exiſtimauerint cõmentarienſes, decretis: quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum. quos ad lauacrum ſub fida cuſtodia duci oportet: multa iudicibus uiginti librarum auri, & officijs eorum eiuſdẽ ponderis conſtituta: ordinibus quoq; trium librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint: nec deerit antiſtitum cura laudabilis Chriſtianæ religionis, quæ ad obſeruationem conſtituti iudicis ingerat hanc monitionem. D. VII. Idus Febr. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. COSS.

X. *Iidem* AA. *Cæciliano* P.P.

MAthematicos, ſi non parati ſunt, codicibus erroris proprij ſub oculis epiſcoporũ incendio concrematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunc̃q; ad errorem primum redituri: non ſolum urbe Roma, ſed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus. quod ſi hoc non fecerint, & cõtra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in ciuitatibus fuerint comprehenſi, uel ſecreta erroris ſui & profeſſionis inſinuauerint: deportationis pœnam excipiant. D. Kal. Septemb. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. COSS.

XI. *Iidem* AA. *Theodoro* P.P.

CHriſtianos proximorum locorũ uolumus ſollicitudinem gerere, ut Romanos captiuos, qui reuerſi fuerint, nemo teneat, nemo iniurijs aut damnis adficiat. D. III. Idus Decemb. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. COSS.

Impp.

XIII. *Imp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *Florentio* P.P.

SI lenones patres & domini suis filiabus uel ancillis peccandi necessitatem imposuerint: licet filiabus & ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui. D. Kal. Maij. Felice & Tauro COSS.

XIIII. *Imp.* MARTIANVS A. *Constantino* P.P.

DEcernimus, ut quicunq; catholicarum ecclesiarum, quæ sub uiro religioso archiepiscopo huius almæ urbis sunt, reuerendissimum œconomum (siue de ecclesiasticis, siue de propriis, & ad ipsum pertinentibus causis) uel alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua uoluerit lite pulsare: apud memoratũ beatissimum archiepiscopum causam dicat, in negocijs audiendis fidem ac synceritatem geminam præbiturum, & sacerdotis, & iudicis. uolentibus tamen actoribus pateat episcopale iudicium: ac nullus, qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, uel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem ducatur inuitus. D. VIII. April. Varari & Ioanne COSS.

XV. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS. AA. *Nicostrato* P.P.

NEmo uel in foro magnitudinis tuæ, uel in prouinciali iudicio, uel apud quenc̃q; iudicem accedat ad consortium togatorum, nisi sacrosanctæ catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. Sin autem aliquid quoquo modo aliqua machinatione factum uel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. Idem uero, quicunq; ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit: aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis atq; perpetui exsilij specialiter sustinebit: scituris etiam prouinciarum rectoribus, quòd is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnã exsilij per quinquennium sustinebit. D. prid. Kal. Aug. Costantinop. Anthemio A. II. COS.

XVI. *Iidem* AA. *Erythrio* P.P.

SI legibus prohibitæ non sint speratæ nuptiæ, & post arras sponsalicias sponsa coniugium sponsi propter religionis diuersitatem recusauerit: siquidem probatum fuerit ante datas easdem sponsalicias arras hoc idem mulierem uel parentes eius cognouisse: sibi debeant imputare. Si uero horum ignari sponsalicias arras susceperint, uel post datas arras talis causa pœnitentiæ interceſſerit: ijsdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis, necnõ arris præstitis custodiri censemus. D. Kal. Iul. Martiano & Zenone COSS.

XVII. *Imp.* ANASTASIVS A. *Eustachio* P.P.

IVbemus, eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti mysterijs, hæc in primis subiectorum testificatione, præsente quoq; religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per depositiones cum sacraměti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, ut reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur. D. XIII. Kal. Maij. Sabiniano & Theodoro COSS.

XVIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Mennæ* P.P.

SI præsens sit, qui pecuniam numerasse, uel alias res dedisse scriptus est, aliquam uero administrationem in prouincijs gerat, ut difficile esse uideatur, denunciationem eidem pecuniæ non numeratæ mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti uelit, alios iudices adire, & per eos ei manifestare, quia exceptionem huiusmodi obijcit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. quod si non sit alius administrator ciuilis, uel militaris: uel per aliquam causam ei sit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea, quæ dicta sunt, facere: licentiam damus etiam per uirum reuerendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere. quod etiam in exceptione dotis non numeratæ locum habere receptum est. D. Kal. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano A. II. COS.

XIX. *Idem* A. *Demostheni* P.P.

NEmini licere uolumus, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus expositus sit: eum puerum in suum dominium uindicare, siue nomine domini, siue adscripticiæ, siue colonariæ conditionis. sed neq; ijs, qui eos nutriendos sustulerint, licentiam concedimus, penitus cum quadam distinctione eos tollere. sed nullo discrimine habito, ij, qui ab huiusmodi hominibus educati, uel nutriti,

uel aucti sunt,liberi & ingenui appareant,& sibi adquirant,& in posteritatem suam uel extraneos hæredes omnia,quæ habuerint,quo modo uoluerint,transmittant. hæc obseruantibus non solum præsidibus prouinciarum,sed etiã uiris religiosissimis episcopis. D.Chalcedone. VIII. Kal.Iul.Lampadio & Oreste VV.CC. COSS.

XX. *Idem A. Iuliano P.P.*

DE creationibus curatorum,qui furiosis utriusq; sexus dantur, necessarium nobis uisum est constituere,quẽadmodum eas celebrari oporteat. Et siquidem pater curatorem furioso uel furiosæ in ultimo elogio hæredibus institutis uel exhæredatis dederit, ubi & fideiussionem cessare necesse est,paterno testimonio pro eius satisdatione sufficiẽte:ipse,qui datus est, ad curationem perueniat:ita tamen,ut in prouincijs apud præsides earum,præsente eis tam uiro religiosissimo locorum antistite,cũ tribus primatibus,actis interuenientibus,tactis sacrosanctis scripturis depromat, omnia se recte & cũ utilitate furiosi gerere, neq; prætermittere, quæ utilia esse furioso putauerit,neq; admittere ea,quæ non utilia furioso esse existimauerit: & inuentario cum omni subtilitate publice conscripto,res suscipiat, & secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium,ad similitudinem tutorum & curatorũ adulti. Sin autem testamentum quidem parens non confecerit,lex autem curatorem utpote adgnatum uocauerit:uel eo cessante,aut non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit:tunc scilicet & in prouincijs apud præsides cuiuscunq; prouinciæ,& uirum religiosissimum episcopum ciuitatis,necnon tres primates creatio procedat:ita, ut siquidem curator substantiam idoneam possidet,& sufficientem ad fidem gubernationis,sine aliqua satisdatione creatio procedat. Sin autem non talis census eius inueniatur:tunc & fideiussio,in quantum possibile est,ab eo exploretur,creatione omnimodo sacrosanctis scripturis propositis in omni causa celebrãda. Ipso autem curatore,cuiuscunq; substantiæ uel dignitatis est,præfatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis præstante, & inuentarium publice cõscribente,& hypotheca rerũ curatoris modis omnibus adhibenda,quatẽnus res possint furiosi undiq; utiliter gubernari. D. Kal. Sept. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

XXI. *Idem A. Iuliano P.P.*

TAm dementis,cũ furiosi liberi,cuiuscunq; sexus, possunt contrahere legitimas nuptias: tam dote,cũ ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda:æstimatione tamen in hac quidem regia urbe excellentissimi præfecti urbi, in prouincijs autem uirorum clarissimorum earum præsidum, uel locorum antistitum,tam opinione personæ, cũ dotis moderatione & ante nuptias donationis statuenda:præsentibus tam curatoribus dementis,cũ furiosi, necnõ ijs,qui ex genere eorum nobiliores sunt:ita tamen,ut nulla ex hac causa oriatur, uel in hac regia urbe,uel in prouincijs ,iactura substantiæ furiosi,uel demẽtis , uel mente capti:sed gratis omnia procedant,ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

XXII *Idem A. Ioanni P.P.*

SAncimus,ut siquãdo abfuerit is,qui res alienas uel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei uel creditor suam intentionem proponere,& non ei licentia fit absente aduersario suo,qui rem detinet,uel infantia,uel furore laborante,& neminem tutorem,uel curatorẽ habente,uel in summa potestate constituto,eãdem rem authoritate sua usurpare: licentia ei detur adire præsidem,uel libellum porrigere,& hæc in querimoniam deducere,& intra constituta tempora interruptionem facere. Sin autem nullo poterit modo præsidem adire : saltem ad episcopum locorum eat , & suam manifestare uoluntatem in scriptis deproperet. D. Constantinop. Kal. Octob. post consulatũ Lampadij & Orestis VV. CC. COSS.

DE HAERETICIS, ET MANICHAEIS, ET SAmaritanis. Tit. V.

Imp. CONSTANTINVS A. *ad Gracilianum.*

PRiuilegia,quæ contemplatione religionis indulta sunt, catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet. hæreticos nõ solum huiusmodi priuilegijs alienos esse uolumus,sed aduersis muneribus constringi & subijci. D. prid. Kal. Sept. Constantio II. & Constante COSS.

II. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *ad Hesperidum P.P.*

OMnes uetitæ legibus diuinis & imperialibus constitutionibus hæreses perpetuò quiescãt. nemo ulterius conetur,quæ reppererit pfana præcepta,uel docere,uel discere:nec antistites eorum-

eorundem audeant fidem insinuare,quã nõ habent,& ministros creare, qui non sunt: nec per conniuentiam iudicantiũ,omniumq;,quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est,eiusmodi audacia negligatur,& crescat. Hæreticorũ autem uocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui uel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint,deuiare. D.III.Non.Mediol.Ausonio & Olybrio COSS.

III. *Impp.* ARCAD. & HONORIVS AA. *Clearcho* P.V.

CVncti hæretici proculdubio nouerint omnia sibi loca adimenda esse: siue sub ecclesiarũ nomine teneantur,siue diaconica appellentur,uel etiam decanica,siue in priuatis domibus uel locis huiusmodi cœtibus copiam præbere uideantur:his ædibus uel locis priuatis ecclesiæ catholicæ uindicandis.ad hoc interdicatur his omnibus ad litanias faciendas nocte uel die profanis coire conuentionibus:statuta uidelicet condemnatiõe centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ, uel præsidale quinquaginta,si quid huiusmodi fieri,uel in publicis, uel priuatis ædibus concedatur. D. V. Kal. Mart. Arcadio IIII.& Honorio III.AA. COS.

IIII. *Iidem* & THEODOSIVS AAA.*ad Senatorem.* P.V.

MAnichæos seu Manichæas,uel Donatistas meritissima seueritate psequimur.huic itaq; hominum generi nihil ex moribus,uel legibus sit commune cum cæteris. ac primum quidem uolumus esse publicũ crimen:quia quod in religionẽ diuinam cõmittit,in oĩm fertur iniuriã,qs bonorũ etiam publicatiõe persequimur,ipsos quoq; uolumus amoueri ab oñi libertalitate & successione qlibet titulo uenientes. Præterea nõ donandi,nõ emẽdi,nõ uendendi,nõ postremo cõtrahendi cuicq; cõuicto relinquimus facultatẽ.in mortẽ quoq; inquisitio tendat.nã si in criminibus maiestatis licet memoriã accusare defuncti:nõ immerito & hic debet subire iudiciũ.ergo & suprema illius scriptura irrita sit,siue testamẽto,siue codicillo,siue epistola,siue q libet genere dereliquerit uoluntatẽ,qui Manichæus fuisse cõuincit.sed nec filios hæredes existere aut adire pmittimus,nisi à paterna prauitate discesserint.delicti eñ ueniã pœnitẽtibus damus.in eos etiã authoris aculei dirigant,qui eos domibus suis damnanda ꝓfessione defendũt. seruos insuper extra noxã esse uolumus,si dominũ sacrilegũ euitantes,ad ecclesiam catholicã seruitio fideliore trãsierint. D.VIII.Kal Maij Romæ.Honorio VII.& Theodosio II.AA. COSS.

V. *Imp.*THEOD. A. & VALENTINIANVS *Cæs.Florentio* P.P.

ARiani,& Macedõiani,Pneumatomachi,Apollinariani siue Sabatiani,Eunomiani,Tetraditæ siue Tessarescædecaditæ,Valentiniani,Papianistæ,Montanistæ seu Priscillianistæ, uel Phryges,uel Pepuzitæ:Marciõistæ,Borboriani,Messaliani,Euchitæ siue Enthusiastæ, Donatistæ,Audiani,Hydroparastatæ,Ascodrogitæ,Batrachitæ,Hermogeniani,Photiniani,Paulĩani,Marcelliani,Ophitæ,Encratistæ,Apotactitæ,Saccophori,& q ad imã usq; scelerũ nequitiã puenerũt Manichæi,nusq; in Romanũ locũ cõueniẽdi orãdiq; habeãt facultatẽ. Manichæis etiã de ciuitatibus pellendis,& ultimo supplicio tradendis:qñ his nihil relinquendũ loci est, in quo ipsis etiã elementis fiat iniuria:cunctis quoq; legibus,quæ cõtra eos,cæterosq;,qui nostræ fideĩ refragant,olim diuersisq; tpibus latæ sunt,semp uiridi obseruãtia ualituris:siue de donationibus in hæreticorũ cõuenticula,quæ ipsi audaciter ecclesias nũcupare conant,factis:siue ex ultima uolũtate rebus qualitercũq; relictis:siue de priuatis ædificijs,in q dño pmittẽte uel cõniuente cõuenerint,uenerãdæ nobis catholicæ ecclesiæ uindicandis:siue de,pcuratore,q hoc nesciẽte dño fecerit,decẽ librarũ auri multã,uel exiliũ(si sit ingenuus)subituro,metallũ uero post uerbera,si seruilis cõditiõis sit:ita,ut nec in publicũ cõuenire locũ,nec ædificare sibi q̃si ecclesias, nec ad circũscriptionẽ legũ quidq; meditari ualeãt,oñi ciuili & militari,curiarũ etiã,& defensorũ,& iudiciũ,sub uiginti librarũ auri interminatiõe ꝓhibendi auxilio:illis etiã oĩbus in sua manentibus firmitate,quæ de militia,pœnisq; uarijs,deq; diuersis sunt hæreticis ꝓmulgata,ut nec speciale quidẽ bñficiũ aduersus leges ualeat ipetratũ. D. Const. III.Kal.Iul.Felice & Tauro COSS.

VI. *Iidem* AA. *ad Leontium* P.V.

DAmnato portentosæ supstitionis authore Nestorio,nota congrui noĩs eius inuratur gregalibus,nec Christianorũ appellatione abutant:sed quẽadmodũ Ariani ab Ario lege diuæ memoriæ Constãtini ob similitudinẽ impietatis,Porphyriani à Porphyrio nuncupantur: sic ubiq; participes nefariæ sectæ Nestorij Nestoriani uocent:ut cuius scelus sunt in deserendo deũ imitati,eiꝰ uocabulũ iure esse uideant sortiti.nec uero impios libros nefãdi & sacrilegi Nestorij aduersus uenerabilẽ orthodoxorũ sectã decretaq; sctissimi cœtus antistitũ Ephesi habiti scriptos,habere,uel legere,aut describere quisq; audeat:quos diligẽti studio requiri,ac publice cõburi decernimus:ita,ut nemo in religionis disputatione aliquã supradicti noĩs faciat mentionem,aut quibusdam eorum habendi concilij gratia in ædibus,aut uilla,aut suburbano suo,

aut quolibet alio loco cõuenticulum clàm aut aperte præbeat. quos omneis cœtus celebrandi licentia priuari ſtatuimus: ſcientibus uniuerſis, uiolatorẽ huius legis publicatione bonorũ eſſe coërcendũ. D. III. Kal. Aug. Conſtantinop. Theodoſio. XV. & Valentiniano. IIII. AA. COSS.

VII. *Idem A A. Florentio P.P.*

CVriales omnium ciuitatum oneroſis, quinetiam militiæ, ſiue diuerſis officijs facultatum & perſonalium munerum obligatos, ſuis ordinibus (cuiuſcunq; ſectæ ſint) inhærere cenſemus: ne uideamur hominibus exſecrandis cõtumelioſo ambitu immunitatis beneficiũ præſtitiſſe, quos uolumus huius conſtitutionis authoritate damnari. D. prid. Kal. Febr. Theodoſio A. XVI. & Fauſto. COSS.

VIII. *Impp* VALENTIN. & MARTIAN. AA. *Palladio.* P.P

QVicunq; in hac ſacra urbe, uel Alexãdrina, uel in oñi Aegyptiaca diœceſi, diuerſiſq; alijs prouincijs, Eutychetis pfanam peruerſitatẽ ſequunt: & ita nõ credunt, ut trecẽti decẽ & octo ſancti patres tradiderunt, catholicã fidẽ in Nicæna ciuitate fundantes: centũ quoq; & quinquaginta alij uenerabiles epiſcopi, qui in alma urbe Cõſtantinopolitana poſtea conuenerũt: & ſicut Athanaſius, & Theophilus, & Cyrillus ſanctæ recordatiõis epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis credebãt, quos etiã Epheſina ſynodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorij error expulſus eſt) in uniuerſis ſecuta eſt, quos & nuper uenerabilis Chalcedonẽſis ſynodus eſt ſecuta, prioribus concilijs ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilq; adimens ſacroſancto ſymbolo, neq; adijciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe hæreticos Apollinariſtas. Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti: ideoq; hi homines, qui Apollinaris uel Eutychetis peruerſitatem ſequuntur, illis pœnis, quæ diuorum retro principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas, uel ſerenitatis noſtræ poſtmodũ ſanctiões cõtra Eutychianiſtas, uel hac ipſa auguſtiſſima lege cõtra eoſdem decretæ ſunt, nouerint ſe eſſe plectendos. idcirco Apollinariſtæ, hoc eſt Eutychianiſtæ: quibus etſi eſt in appellatione diuerſitas, tamen eſt in hæreſis prauitate coniunctio, & diſpar quidem nomen, ſed idem ſacrilegium: ſiue in hac alma urbe diuerſiſq; prouincijs, ſiue in Alexandrina ciuitate, ſiue intra Aegyptiacã diœceſim ſunt, & neq; ita credunt, ut ſupradicti uenerabiles patres credebãt, neq; uiro reuerẽdiſſimo Alexandrinæ urbis antiſtiti pro certo fidẽ orthodoxam tenenti communicãt: epiſcopos, & presbyteros, alioſq; clericos & creare & habere prohibemus: ſcientibus tam ijs Eutychianiſtis & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiq; epiſcopi uel presbyteri uel clerici nomen imponere, quàm ijs, qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomẽ ſacerdotale retinere, pœnam exilij cum facultatum ſuarum amiſſione ſe ſubituros. Vniuerſi præterea Apollinariſtæ & Eutychianiſtæ non eccleſias, nõ monaſteria ſibi conſtruant: paraſynaxes & conuenticula, tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neq; ad domum uel poſſeſſiones cuiuſquam, neq; ad monaſterium, uel quencunq; alterum locum operaturi, ſectæ funeſtiſſimæ congregẽtur. Quòd ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino uolente conſtiterit: poſt rẽ in examine iudicis adprobatã, domum, uel poſſeſſionem eius, in qua cõuenerint, uel monaſterium, eius ciuitatis orthodoxæ eccleſiæ, in cuius territorio eſt, iubemus addici. ſi uero ignorante domino, ſciente uero eo, qui penſiones domus exigit, uel actore prædij paraſynaxes & cõuenticula interdicta collegerint: conductor, uel procurator, ſiue actor, uel quicunq; eos in domum, uel poſſeſſionẽ, uel monaſteriũ receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxes conuentusq; celebrari: ſi uilis & abiectæ ſint cõditionis: fuſtibus publice & in pœnam ſuam, & in aliorum coërceantur exemplum. ſi honeſtæ uero ſunt perſonæ: decem libras aurimulctæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinariſtam uel Eutychianiſtam ad aliquam iubemus adſpirare militiam. Et ſi inuenti fuerint: militari cingulo ſoluti, honeſtorum hominum & palatij communione priuentur: nec in aliqua, nec in qua nati ſunt, ciuitate, uel uico, aut regione uerſentur. ſi qui uero in hac urbe alma nati ſunt: tam ſacratiſſimo comitatu, q; oñi per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nullibi inſuper Eutychianiſtæ uel Apollinariſtæ publice uel priuatim conuocandi cœtus, uel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi, ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis adſerendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra uenerabilem Chalcedonenſem ſynodum liceat uel aliquid dictare, uel ſcribere, uel edere, atq; emittere, aut aliorum dicta uel ſcripta ſuper eadem re proferre. nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. quòd ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi: perpetua deportatione damnentur. Eos uero, qui diſcendi ſtudio adierint, de infauſta hæreſi diſputantes: decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, iubemus ſubire diſpendium. Vltimo etiã ſupplicio coërceãtur, qui illicita docere tentauerint. Omnes uero huiuſcemodi char

di chartæ ac libri, qui funestum Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, in cendio concrementur: ut facinorosæ peruersitatis uestigia flāmis combusta depereant. Aequū nanq; est, ut immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat: sciētibus moderatoribus puinciarum, eorūq; apparitoribus, defensoribus etiā ciuitatū, quòd si ea, quæ legis huius religi osissima sanctiõe custodire decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate uio lari: denarū librarum auri multam fisco nostro inferre cogantur, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. D. Constantinop. Id. August. Constantio & Rufo COSS.

IX. *Imp.* ANASTASIVS A. *Erythrio* P.P.

SI qui orthodoxæ religionis emptione uera uel ficticia, aut quocunq; alio iure uel titulo, præ dia, uel possessiones, res q; immobiles, in quibus orthodoxæ fidei ecclesiæ uel oratoria con stituta sunt, in hæreticæ sectæ & contrarie orthodoxæ fidei sentientem quancunq; personam transferre uoluerint: nullam huiusmodi, uel inter uiuos habitam, uel secreto iudicio composi tam ualere uolumus uoluntatem, etiam si ab orthodoxæ fidei uenditore, uel quocunq; modo alienatore cõmenticio sub qualibet occasione fuerint adsignata: sed irrita oñia huiusmodi do cumenta, & tanq; penitus nec scripta essent, censemus. hæc enim prædia & possessiones, quæ in hæreticas personas quocunq; modo translatæ fuerint uel collatæ, fisci nostri iuribus decerni mus uindicari. siue enim apud dominos possessores, siue orthodoxos ea prædia maneant, seu ad fisci nostri iura peruenerint: necesse est in his ecclesias & oratoria constituta diligentius & sollicitius instaurari. Nostræ etenim serenitatis undiq; ad hunc exitum prouidentia ducit, ut o mnipotētis dei templa, in quibus nostræ fidei instituta perdurant, cultu assiduo per oñia secula rediuiua seruentur. nec enim dubitari potest, si in hæreticos tales ueniant possessiões, in quibus ueræ fidei ecclesiæ uel oratoria constituta sunt, & integritas colitur: omnino ab ijsdē deseri at q; destitui, & omni cultu uacare, omnibus sacris & solitis uiduari mysterijs, omni splendore pri uari, nullis populorum conuentionibus, nullis clericorum obseruationibus celebrari, & ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire, ruere, complanari. nec enim de earum instauratione hæreti ci potuerūt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant. quæ omnia resecantes, ad præsen tem legem peruenimus. D. V. Id. August. Boëtio V. C. COS.

X. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni* P.P.

Constitutio Græca.

XI. *Idem A. Iuliano.* P.P.

COgnouimus, multos esse orthodoxos liberos, quibus nec pater, nec mater orthodoxæ sunt religionis. Et ideo sancimus, ut non tantum in casu, ubi alter non orthodoxæ religio nis est, sed etiam in ijs casibus, in quibus uterq; parēs alienæ sectæ sit, id est pater & mater: hi tan tummodo liberi ad eorum successionem, siue ex testamento, siue ab intestato, uocentur: & do nationes, seu aliæ liberalitates his accedere possint, qui orthodoxorum uenerabili sunt nomi ne decorati: cæteris liberis eorum, qui non dei omnipotentis amorem, sed paternam uel ma ternam impiam adfectionem secuti sunt, ab omni beneficio repellendis. liberis autem orthodo xis non existentibus: ad adgnationem uel cognationem eorum (orthodoxos tamen) easdem res uel successiones peruenire. Quod si nec adgnatio uel cognatio recte inueniatur: tunc easdē res fisci nostri iuribus uindicari. Sed ne uideamur morientibus quidem genitoribus prouidere liberis, uiuentibus autem nullam inferre prouidentiam, quod etiam ex facto nobis cognitum est, necessitatem imponimus talibus genitoribus, orthodoxos liberos secundum uim patrimo nij alere, & oñia eis præstare, quæ ad quotidianæ uitæ conuersationem sufficiant. sed & dores pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filijs uel nepotibus præscribere: in omni casu secundum uires patrimonij huiusmodi liberalitatibus æstimādis: ne pro diuini amo ris electione paterna uel materna sint prouisione defraudati. oñibus uidelicet, quæ nostræ con stitutiones de pœnis Paganorum Borboritarumq; & Samaritarum, ac Montanistarū, & Asco drogitarum, & Ophitarum, cæterorumq; hæreticorum causa constituerunt, ex hac nostra lege confirmandis, & in perpetuum ualituris. D. Constantinop. X. Kal. Decemb. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

XII. *Idem A. Ioanni* P.P.

QVoniam multi iudices in dirimendis litigijs nos interpellauerunt, indigentes nostro ora culo, ut eis respondeatur, quid de testibus hæreticis statuendum sit: utrum ne accipiant eorum testimonia, an respuantur. Sancimus contra orthodoxos litigantes quidem nemini hæ retico, uel

retico, uel ijs etiam, qui Iudaicam superstitionem colunt, esse in testimonia communionē: siue utraq; pars orthodoxa sit, siue altera. Inter se autem hæreticis uel Iudæis, ubi litigandum exisi mauerint, concedimus fœdus permistum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere: ex ceptis scilicet ijs, quos uel Manichaïcus furor, cuius parte & Borboritas esse manifestum est, uel pagana superstitio detinet: Samaritis nihilominus, & qui illis non absimiles sunt, id est Montanistis, & Ascodrogitis, & Ophitis, quibus pro reatus similitudine omnis legitimus actus interdictus est. sed his quidem, idest Manichæis & Borboritis, & paganis, necnon Samaritis, & Montanistis, & Ascodrogitis, & Ophitis omne testimonium, sicut & alias conuersationes legitimas, sancimus esse interdictum. Alijs uero hæreticis tantummodo iudicialia testimonia cōtra orthodoxos, secundum quod constitutū est, uolumus esse inhibita. Cæterum testamentaria testimonia eorum, & quæ in ultimis elogijs uel in contractibus consistūt, propter utilitatem necessarij usus eis sine ulla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur. D. v. Kal. Augusti. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

XIII. *Idem A. Ioanni P.P.*

Diuinam nostram sanctionem, per quam iussimus, neminem errore constrictum hæretico rum, hæreditatem uel legatum siue fideicommissum accipere: etiam in ultimis militum uoluntatibus locum habere præcipimus, siue communi iure, siue militari testentur. D. Kal. Septemb. Lampadio & Oreste VV. CC. II. COSS. Anno. VI. imperij Iustiniani.

NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR. Tit. VI.

Imppp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. *ad Florianū Vicariū Asiæ.*

Antistitem, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio indignū esse censemus. eorum enim condemnamus errorem, qui apostolorū præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incæstant, lauacri nomine polluentes. D. XVI. Kal. Nouemb. Constantinop. Gratiano A. IIII. & Merobaude COSS.

II. *Impp.* HONORIVS & THEODOSIVS AA. *Anthemio* P.P.

Si quis rebaptizare quempiá de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus: unà cum eo, qui piaculare crimen cōmisit (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic, cui persuasum sit, ultimo supplicio percellatur. D. XV. Kal. Apr. Lucio & Herodiano VV. CC. COSS.

III. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Floriano* P.P.

Nvlli hæreticorum danda licentia est, uel ingenuos, uel seruos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysterijs, ad suū rursus baptisma deducendi: nec uero illos, quos emerint, uel qualitercunq; habuerint, ne dum suæ superstitioni coniunctos prohibendi catholicæ sequi religionem ecclesiæ. quod qui fecerit, uel cum sit ingenuus, in se fieri passus sit, uel factum non detulerit: exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: testamenti & donationis faciendæ utrisq; deneganda licentia. quæ omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicū licet delatum ad se crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare: nisi ipse idem pati uelit, quod alijs dissimulando concesserit. D. III. Kal. Ianuar. Constantinop. Felice & Tauro COSS.

DE APOSTATIS. Tit. VII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Taurum* P.P.

Si quis lege uenerabili constitutus, & ex Christiano Iudæus effectus, sacrilegis cœtibus aggregetur: cum accusatio fuerit adprobata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus uindicari. D. Non. Iul. Constantio A. VIII. & Iuliano. Cæs. COSS.

II. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *ad Hypatium* P.P.

Si quis defunctum uiolatæ atq; desertæ Christianæ religionis accusat, eumq; ad sacrilegia explorū, uel in ritus Iudaicos transisse cōtendit, eaq; gratia testari minime potuisse cōfirmat: intra iuge quinquēniū, qd in officiosis actionibus constitutū est, proprias exigat actiōes, futuriq; iudicij huiusce modi sortiatur exordiū. D. XV. Kal. Ianuar. Grati. A. IIII. & Merobaude COSS.

II. *Imppp.* THEOD. VALENT. & ARCAD. AAA. *Fabiano* P.P.

Hi, qui sanctam fidem prodiderunt, & sanctum baptisma hæretica superstitione profanarunt: à consortio omnium segregati sint, testimonijs alieni, testimonij (ut ante iam sanximus) non habeant factionem, nulli in hæreditate succedant, à nemine scribantur hæredes. quos etiam

etiã præciperemus procul abijci, ac longius mãdari: niſi pœnæ uiſum fuiſſet eſſe maioris, uerſari inter hoſtes, & hominũ carere ſuffragijs. ſed nec unq̃ in ſtatũ priſtinũ reuertantur, nec flagicium morum obliterabitur pœnitentia, neq; umbra aliqua exquiſitæ defenſionis aut munimnis obducetur: quoniam eos, qui fidẽ, quam deo dedicauerant, polluerunt, & prodentes diuinũ myſterium in profana migrauerunt: tueri ea, quæ ſunt commenticia & concinnata, non poſſunt. lapſis etenim & errantibus ſubuenitur: perditis uero, hoc eſt ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, quæ ſolet alijs criminibus adeſſe, ſuccurritur. D. v. Id. Iul. Tiano & Symmacho COSS.

IIII. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Baſſo P.P.

APoſtatarum ſacrilegũ nomen ſingulorum uoces continuæ accuſationis inceſſent, & nullis finita temporibus huiuſcemodi criminis arceatur indago. quibus quamuis præterita interdicta ſufficiant: tamen etiam illud iteramus, ne poſtquam à fide deuiauerint, teſtandi aut donandi quippiam habeant facultatem. ſed nec uenditionis ſpecie facere legi fraudem ſinãtur, totumq; ab inteſtato Chriſtianitatem ſectãtibus propinquis potiſſimum deferatur. In tantum autem contra huiuſcemodi ſacrilegia perpetuari uolumus actionẽ, ut uniuerſis ab inteſtato uenientibus, etiam poſt mortem peccantis, abſolutam uocem ſimulationis congruæ non negemus: nec id patiemur obſtare, ſi nihil in conteſtatione profano dicatur uiuente productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius in incerto uagetur errore: eos præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia uel fecerint, uel facienda mãdauerint: quorum etiam poſt mortem comprobata perfidia ac ratione plectenda eſt, ut donationibus teſtimonijſq; reſciſſis, ij, quibus hoc deferret legitima ſucceſſio, huiuſmodi perſonarum hæreditate potiantur. D. VIII. Id. April. Rauennæ. Theodoſio XIIII. A. & Maximo COSS.

V. Iidem AA. Florentio P.P.

EVm, quicunq; ſeruum uel ingenuum inuitum ſeu ſuaſione plectenda ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumũe tranſduxit: cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus. D. prid. Kal. Febr. Theodoſio XV. & Valentiniano IIII. AA. COSS.

VI. Impp. VALENTIN. & MARTIAN. AA. Palladio P.P.

EOs, qui catholicarum eccleſiarum clerici uel orthodoxæ fidei monachi, relicto uero orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris uel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſecuti fuerint: omnibus pœnis, quæ prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtitutæ ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum quoq; Romani imperij ſolum repelli: ſicut de Manichæis præcedẽtium legum ſtatuta ſanxerunt. D. Kal. Auguſt. Valentiniano A. VII. & Auieno COSS.

NEMINI LICERE SIGNVM SALVATORIS CHRISTI HVMI uel in ſilice, uel in marmore ſculpere aut pingere. Tit. VIII.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Eudoxio P.P.

QVm ſit nobis cura diligens, per omnia ſuperni nominis religionem tueri: ſignum ſaluatoris Chriſti nemini licere uel in ſolo, uel in ſilice, uel in marmoribus humi poſitis inſculpere, uel pingere, ſed quocũq; reperitur, tolli: grauiſſima pœna multandis, ſi qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerint: ſpecialiter imperamus. D. XII. Kal. Iun. Hierio & Ardaburio COSS.

DE IVDAEIS ET CAELICOLIS. Tit. IX.

I. Imp. ANTONINVS A. Claudio Triphonino.

QVod Cornelia Saluia uniuerſitati Iudæorũ, qui in Antiochienſiũ ciuitate cõſtituti ſunt, legauit: peti nõ poteſt. D. prid. Kal. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Euagrium P.P.

IVdæis, & maioribus eorũ, & patriarchis uolumus intimari, q̃ ſi quis poſt hanc legẽ aliquẽ, qui eorũ feralẽ fugerit ſectã, & ad dei cultũ reſpexerit, ſaxis aut alio furoris genere (quod nũc fieri cognouimus) auſus fuerit attentare: mox flãmis dandus eſt, & cũ oĩbꝰ ſuis participibꝰ cõcremãdus. D. XV. Kal. Nouẽb. Conſt. Cõſtantino A. II. & Licinio Cæſ. II. COSS.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Remigio magiſtro offic.

INſynagogã Iudaicæ legis, ueluti hoſpitij merito irruentes, iubeas emigrare: q̃s priuatorũ domus, nõ religionũ loca habitationũ merito cõuenit attingere. D. prid. Non. Mart. Valentiniano & Valente AA. COSS.

IIII. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Hypatio P.P.

IVſſio, qua ſibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur imunitas, reſcindat. D. XVIII. Kal. Maij. Mediolani. Merobaude II. & Saturnino COSS.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

NE quis Chriſtianam mnlierem in matrimonium Iudæus accipiat, neq; Iudææ Chriſtianus coniugium ſortiatur. nam ſiquis aliquid huiuſmodi admiſerit: adulterij uicem commiſſi huiuſmodi crimen obtinebit, libertate in accuſandum publicis quoq; uocibus relaxata. D. prid. Id. * . Theodoſio A. II. & Cynegio COSS.

VI. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Infantio comiti orientis.

NEmo Iudæorum morem ſuũ in coniunctionibus retinebit, nec iuxta legem ſuam nuptias ſortiatur, nec in diuerſa ſub uno tempore coniugia conueniat. D. III. Kal. Ianuar. Theodoſio A. III. & Habundantio COSS.

VII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Eutychiano.

IVdæi, cõmuni Romano iure uiuentes, in ijs cauſis, quæ tam ad ſuperſtitionẽ eorum, cꝫ ad foru & leges ac iura pertinent, adeãt ſolẽni more iudicia, omneſq; Romanis legibus conferant & excipiant actiones. ſi qui uero & communi pactione ad ſimilitudinem arbitrorum apud Iudæos in ciuili duntaxat negocio putauerint litigandum: ſortiri eorum iudicium iure publico non uetentur. eorum etiam ſententias iudices exſequantur, tanꝫ ex ſententia cognitoris arbitri dati fuerint. D. VI. Non. Febr. Honorio A. IIII. & Eutychiano COSS.

VIII. Iidem AAA. ad Iudæos.

NEmo exterus religionis Iudæorum Iudæis precia ſtatuet, cum uenalia proponunt: iuſtum eſt enim ſua cuiq; commitere. itaq; rectores prouinciarum uobis nullum diſcuſſorem aut moderatorem eſſe concedent. Quòd ſiquis ſumere ſibi curam (præter uos proceresq; ueſtros) audeat: eum uelut aliena appetentem ſupplicio coërcere feſtinent. D. III. Kal. Mart. Conſtantinop. Arcadio IIII. & Honorio. III. AA. COSS.

IX. Iidem AAA. Eutychiano P.P.

QVicunq; ex Iudæis obnoxij curiæ comprobantur, curiæ mancipentur. D. III. Kal. Ianuar. Theodoſio A. I. & Rumoridio COSS.

X. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

IVdæos quoſdã feſtiuitatis ſuæ ſolennia ad pœnæ quandam recordationẽ incendere, & ſanctæ crucis adſimilatã ſpeciẽ in cõtemptũ Chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarũ rectores prohibeãt: ne locis ſuis fidei noſtræ ſignũ immiſceãt, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis retineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint. D. III. Kal. Iun. Baſſo & Philippo COSS.

XI. Iidem AA. Iouino P.P.

CAelicolarum nomẽ inauditum quodãmodo nouũ crimẽ ſuperſtitionis uindicauit. hi niſi ad dei cultũ, uenerationemq; Chriſtianam conuerſi fuerint: ijs legibus, quibus præcipimus hæreticos adſtringi, ſe quoq; nouerint attinendos. ædificia autem eorum (quæ neſcio cuius noui dogmatis conuentus habent) eccleſijs uindicentur. certum eſt enim, quidquid à fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium.

XII. Iidem AA. Iouino P.P.

DIe ſabbato ac reliquis ſub tempore, quo Iudæi cultus ſui reuerẽtiam ſeruant, neminẽ aut facere aliquid, aut ulla ex parte conuenire eos debere præcipimus: ita tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire, nec Chriſtiani ex interpellatione Iudæorum ab officialibus præfatis diebus aliquam ſuſtineant moleſtiam: cum fiſcalibus cõmodis & litigijs priuatorum conſtat reliquos dies poſſe ſufficere. D. VII. Kal. Auguſt. Rauennæ, Honorio IX. & Theodoſio V. AA. COSS.

XIII. Iidem AA. Philippo P.P.

NVllus tanꝫ Iudæus, cum ſit innocens, obteratur: nec expoſitum eum ad contumeliã religio qualiſcũq; proficiat. nõ paſſim eorũ ſynagogæ uel habitacula concrementur, uel peream ſine ulla ratione lædãtur: cũ alioqui, etiã ſi ſit aliqs ſceleribus implicitus, idcirco tamẽ iudiciorum uigor iuriſq; publici tutela uidetur in medio cõſtituta, ne quiſq; ſibi ipſi permittere ualeat ultionẽ. ſed ut in hoc perſonis Iudæorũ uolumus eſſe, puiſum: ita id quoq; monendũ eſſe cẽſemus, ne Iudæi forſitan inſoleſcant, elatiq; ſui ſecuritate quidꝫ præcipites in Chriſtianã reuerentiã ultionis admittãt. D. VIII. Id. Aug. Conſt. Honorio X. & Theodoſio VI. AA. COSS.

XIIII. Iidem AA. Aureliano P.P.

Si qua

SI qua inter Christianos & Iudæos sit intentio: non à senioribus Iudæorum, sed ab ordinarijs iudicibus dirimatur. D. XIII. Kal. Nouēb. Honorio XII. & Theodosio VIII. AA. COSS.

XV. *Iidem AA. Asclepiodoto P.P.*

IVdæi & bonorū proscriptione & perpetuo exilio damnabuntur, si nostræ fidei hoiem circūcidisse eos, uel circumcidendum mandasse constiterit. D. Kal. Decēb. superiorib. COSS.

XVI. *Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Ioan. Comiti sacrarū largitionū.*

IVdæorum primates, qui in utriusq; palæstinæ synedrijs dominant, uel in alijs prouincijs degunt, periculo suo anniuersariū canonē de synagogis oībus, palatinis cōpellantibus, exigant ad eā formā, quā patriarchæ quondā coronarij auri nomine postulabāt. & hoc, quod de occidētalibus patriarchis conferri cōsueuerat, nostris largitionibus inferatur.

XVII. *Iidem AA. Florentio P.P.*

HAc ualitura in omne æuum lege sancimus, neminē Iudæorū (quibus oēs administratiōes seu dignitates interdictæ sunt) nec defensoris ciuitatis fungi saltē officio, nec patriæ honorē arripere concedimus: ne adquisiti sibi officij authoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerunq; sacræ religionis antistites, ueluti insultantes fidei nostræ, iudicādi uel pronuncian di quālibet habeant potestatē. Illud etiā pari cōsideratione rationis arguentes præcipimus, ne qua Iudaica synagoga in nouā fabricā surgat: fulciendi ueteres permissa licentia, quæ ruinā minantur. Quisquis igitur uel insulas acceperit, quæsitis dignitatibus nō potiatur: uel si ad officia uetita subrepserit, his penitus repellatur: uel si synagogā exstruxerit, cōpendio catholicæ ecclesiæ nouerit se laborasse: & qui ad honores & dignitates irrepserit, habeatur ut antea, cōditionis extremæ, & si honorariā illicite promeruerit dignitatē. & qui synagogæ fabricam cœperit, non studio reparandi: cū damno quinquaginta librarū auri fraudetur ausibus suis, præterea cernat bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus, quasi qui fidē alterius expugnauit peruersa doctrina. D. prid. Kal. Febr. Theodosio A. XVII. & Festo COSS.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HAERETICVS, VEL paganus, aut Iudæus, uel possideat, uel circūcidat. Tit. X.

I. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Euagrium P.P.*

IVdæus seruum Christianū nec cōparare debebit, nec largitatis, uel alio quocūq; titulo cōsequatur. q; si aliquis Iudæorū mancipium uel Christianū habuerit, uel sectæ alterius seu nationis crediderit ex quacunq; causa possidendū, & id circūciderit: non solum mancipij damno multetur, uerū etiam capitali sententia puniatur, ipso seruo pro præmio libertate donando. D. Idib. Aug. Constantinop. Constantio II. & Constante COSS.

DE SACRIFICIIS PAGANORVM, ET TEMPLIS. Tit XI.

I. *Imp. CONSTANTIVS A. ad Taurū P.P.*

PLacuit omnibus locis atq; urbibus uniuersis claudi protinus templa, & accessu uetito oīnibus licentiā delinquēdi perditis abnegari. uolumus etiā cūctos sacrificijs abstinere. q; si aliqd forte huiusmodi ppetrauerint: gladio ultore sternant, facultates etiā perēpti fisco decernim9 uindicari. & similiter puniri rectores, puinciarū, si facinora uindicare neglexerint. D. prid. Non. Mart. Arbitriōe & Lolliano COSS.

II. *Imppp. GRAT. & VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P.P.*

NE quis mortaliū ita faciendi sacrificij sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorūq; præsagio uanæ spem promissionis accipiat, uel (quod est deterius) futura sub exsecrabili consultatiōe cognoscat. acerbioris etem imminebit supplicij cruciatus ei, qui contra uetitū præsentiū uel futurarū rerū explorare tentauerit ueritatē. D. VII. Kal. Iun. Arcadio & Bautone COSS.

III. *Imppp. ARCAD. & HONOR. AA. Macrobio & Præliano.*

SIcut sacrificia prohibemus, ita uolumus publicorū operum ornamenta seruari. ac ne sibi aliqua authoritate blandiantur, q; ea conātur euertere: si quod rescriptū, si qua lex forte prætēditur: abreptæ huiusmodi chartæ ex eorū manibus ad nostram scientiā referantur. D. XIII. Kal. Febr. Constantinop. Theodosio & Rumoridio COSS.

IIII. *Iidem AA. Apollodoro proconsuli Africæ.*

VT profanos ritus iam salubri lege submouimus, ita festos conuētus ciuiū & cōmunē omni

um lætitiam non patimur submoueri. unde absq; ullo sacrificio, atq; ulla superstitiõe damnabili, exhiberi populorum uoluptates secundum ueterem consuetudinem, ministrari etiam festa conuiuia, quando exigũt publica uota, decernimus. D. VIII. Kal. Septemb. Honorio VII. & Theodosio II. AA. COSS.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA. populo Carthaginensi.

OMnia loca, quæ sacris error ueterum deputauit, nostræ rei iubemus sociari. quod autem ex eo iure ubicunq; ad singulas quascunq; personas, uel præcedentium principum largitas uel nostra maiestas uoluit peruenire: id in eorum patrimonijs æterna firmitate perduret. ea uero, quæ multiplicibus constitutis ad uenerabilẽ ecclesiã uolumus pertinere: Christiana sibi merito religio uindicabit. D. III. Kal. Septemb. Rauennæ. Honorio X. & Theodosio VI. AA. COSS.

VI. Iidem AA. Asclepiodoto P.P.

CHristianis, qui uere sunt, uel esse dicunt̃, specialiter demandamus, ut Iudæis & paganis quiete degentibus, nihil tentantibus turbulentũ legibusq; contrariũ, non audeant manus inferre religionis authoritate abusi. nam si cõtra securos fuerint uiolenti, uel eorum bona diripuerint: nõ ea sola, quæ abstulerint, sed cõuicti in duplũ, quæ rapuerint, restituere compellent̃. rectores etiam prouinciarũ, & officia, & principales cognoscant se (si nõ ipsi talia uindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint) ut eos, qui fecerint, puniẽdos. D. VII. Id. Iun. Asclepiodoro & Mariniano COSS.

VII. Impp. VALENTIN. & MART. AA. Palladio P.P.

NEmo uenerantis adorãtisq; animo delubra, quæ olim iam clausa sunt, referet. absit à seculo nostro, infandis exsecrandisq; simulachris honorẽ pristinũ reddi, redimiri sertis tẽplorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in ijsdem thura, uictimas cædi, patris uina libari, & religionis loco existimari sacrilegium. quisquis contra hanc serenitatis nostræ sanctionẽ, & contra interdicta sacratissimarũ ueterum constitutionum sacrificia exercere tentauerit: apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitime accusetur, & conuictus proscripti onem omnium bonorũ suorum & ultimum supplicij subeat. Conscij etiam ac ministri sacrificiorũ eandem pœnam, quæ in illũ fuerit irrogata, sustineant: ut hac legis nostræ seueritate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quòd si uir clarissimus rector prouinciæ post accusationẽ legitimam, & post crimen in cognitione conuictum, tantum scelus dissimulauerit uindicare: quinquaginta libras auri ipse iudex, quinquaginta etiam officiũ eius fisco nostro inferre cogatur. D. prid. Id. Nonemb. Martiano A. & Adelphio COSS.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Diosco P.P.

NEmo ea, quæ sæpius paganæ superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare: sciens, quòd crimen publicum committit, qui hæc ausus fuerit perpetrare. in tantum autem huiusmodi facinora uolumus esse resecanda, ut etiam si in alieno prædio uel domo aliquid tale perpetretur, scientibus uidelicet dominis: prædium quidem uel domus sanctissimis iuribus ærarij addicentur. Domini uero pro hoc solo, quòd scientes concesserint sua loca talibus contaminari sceleribus, siquidem dignitate uel militia quadam decorantur: amissione militiæ uel dignitatis, necnon rerum suarum proscriptione plectant̃. priuatæ uero conditionis uel plebeiæ constituti: post cruciatus corporis operibus metallorũ, aut perpetuo deputabunt̃ exilio.

DE IIS, QVI AD ECCLESIAS CONFVGIVNT, VEL EXclamant, & ne quis ab ecclesia extrahatur. Tit. XII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Archelao P. Augustali.

IVdæi, qui reatu aliquo uel debitis fatigati, simulant se Christianæ legi uelle coniungi, ut ad ecclesias confugientes, euitare possint crimina uel pondera debitorũ: arceantur, & nec ante suscipiantur, quàm debita uniuersa reddiderint, uel fuerint purgati innocentia demonstrata. D. XV. Kal. Iul. Constantinop. Cæsario & Attico COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iouino P.P.

FIdeli deuotaq; præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere: sub hac uidelicet definitione, ut si quisq; contra hanc legem uenire tentauerit: sciat se maiestatis crimine esse retinendum. D. X. Kal. April. Constantio & Const. COSS.

III. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Imperio P.P.

SI seruus cuiusq; ecclesiam altariaũe armatus, nullis hoc suspicantibus, inopinaus irruerit: exinde

exinde protinus abstrahatur, uel continuo domino, uel ei, unde eum tam furiosa formido pro ripuit, indicetur, eiq; mox abstrahendi copia non negetur. sed si armorũ fiducia resistendi animos insania impellente conceperit: abripiendi extrahendiq; eum domino, quibus id potest efficere uiribus, concedatur. quòd si illum etiam configi in certatione pugnaq; contigerit: nulla erit eius noxa, nec conflandi criminis relinquetur occasio, si is, qui ex statu seruili in hostilis & homicidæ conditionem transilijt, sit occisus. D. v. Kal. April. Valerio & Aëtio COSS.

IIII. *Imp.* MARTIANVS A. *ad populum.*

DEnunciamus uobis omnibus, ut in sacrosanctis ecclesijs, & in alijs quidem uenerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete uota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione. nemo conclamationibus utatur, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, uel cõuenticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, uel uici, uel cuiuscunq; loci colligere ac celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges à quibusdam sibi existimet perpetrari: liceat ei adire iudicem, & legitimum postulare præsidium. Sciant sanè omnes, quod si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit: ultimo supplicio subiacebit. D. III. Id. Iul. ipso Martiano A. & Adelphio COSS.

V. *Imp.* LEO A. *Erythrio* P.P.

PRæsenti lege decernimus per omnia loca ualitura (excepta hac urbe regia, in qua nos diuinitate propicia degentes, quoties usus exegerit, inuocati singulis causis atq; personis præsentanea constituta præstamus) nullos penitus, cuiuscunq; conditionis sint, de sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei expelli, aut tradi, uel ,ptrahi cõfugas: nec pro his uenerabiles episcopos, aut religiosos œconomos exigi, quæ debeantur ab eis: his, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatiõe atq; tractatu ausi fuerint tentare, capitali & ultimi supplicij animaduersione plectendis. Ex his ergo locis, eorumq; finibus, quos anteriorum legũ præscripta sanxerunt, nullos expelli aut eijci aliquãdo patimur: nec in ipsis ecclesijs reuerẽdis ita quenq; detineri, atq; cõstringi, ut ei aliquid uictualiũ rerum, aut uestis denegetur, aut requies. Sed siquidẽ ipsi refugæ apparent publice, & se in sacris locis offerunt quærentibus cõueniendos: ipsis seruata locis reuerentia, iudicum, quibus subiacent, sententijs moneãtur, responsum daturi, quale sibi quisq; perspexerit conuenire. Quod si in finibus ecclesiasticis latitant: religiosus œconomus, seu defensor ecclesiæ, uel certe quem his negocijs commodiorem authoritas episcopalis elegerit: reconditã latentemq; personam decenter sine ullo incommodo monitus intra fines ecclesiæ (si inuenit) præsentet. Cum autem monitus fuerit in publico priuatoúe contractu actione ciuili: in eius sit arbitrio, siue per se, siue (si magis elegerit) instructo solenniter procuratore directo, in eius iudicis, cuius pulsatur sententijs, examine respondere. Sed si hoc facere detrectat, aut differt: iudicio rum legumq; solitus ordo seruetur. Itaq; si res immobiles possidet: post edictorum solennium citationem, sentẽtia iudicantis usq; ad modum debiti bonorum eius, siue prædiorum traditio, siue uenditio celebretur. Quod si res mobiles habet, easq; extra terminos occultat ecclesiæ: sententia iudicantis & executoris sollicitudine perquisitæ, quocunq; occultanẽ, erutæ, pro æquitatis tramite modoq; debiti publicis rationibus priuatisq; proficiant. Sanè si intra fines habentur ecclesiæ, uel apud quemlibet ex clericis absconditæ, siue depositæ fuisse firmantur: studio & prudentia uiri reuerendissimi œconomi, siue defensoris ecclesiæ diligentia inquisitæ, eæ quolibet modo ad sacrosanctam ecclesiam peruenientes proferantur: ut pari æquitatis ordine ex eisdem bonis fisco, uel rei publicæ, siue creditoribus, & quibuscunq; iustis petitoribus admodum debiti consulatur. Si cubi depositæ uel commodatæ dicuntur: inquirendi talem uolumus esse cautelam, ut si sola suspitione apud aliquem adserantur absconditæ: de sua etiam conscientia satisfacere authoritate uenerabilis antistitis iubeatur. Adijcientes, quòd ea, quæ de principalibus personis decernimus in causis fideiussorum, siue mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, uel familiarium, & sociorum seu participum: & omnino in ijsdem causis obnoxiorum personis præcipimus obseruari: scilicet si ipsos quoq; secum confugæ intra ecclesiarum terminos habere uoluerint, ut eorum quoq; bonis publica debita priuataq; soluantur: & per eos reũ, ubicunq; depositæ sunt, procedat inquisitio. Et hæc quidem de ingenuis liberisq; personis.

Sanè si seruus, aut colonus, uel adscripticius, familiaris, siue libertus, & huiusmodi aliqua persona domestica, uel conditioni subdita, cõquassatis rebus certis atq; subtractis, seu seipsum furatus, ad sacrosancta loca contulerit: statim à religiosis œconomis, siue defensoribus, ubi primum hæc scire potuerint, per eos uidelicet, ad quos hoc pertinet, ipsis p̃sentibus, pro ecclesiastica disciplina, & qualitate cõmissi, aut ultione cõpetenti, aut intercessione humanissima, pceden

 te: remissione ueniæ & sacramenti interuentione securi, ad locũ statumq; proprium reuertantur: re-

tur: rebus, quas secum habuerint, reformandis. diutius enim eos in ecclesijs non conuenit morari: ne patronis, seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, & ipsi per incõmodum ecclesiæ egentium & pauperum alantur expensis. Inter hæc autem, quæ sedulo ad religiosi œconomi, siue defensoris ecclesiæ sollicitudinem curamq; respiciunt: erit etiam illud obseruandum, ut singulorum intra ecclesias confugientium personas causasq; incessanter conquirant. deinde iudices, uel eos, ad quos causæ & personæ pertinent, instantius instruãt, ut æquitatis conuenientiam diligentius exsequantur. D. prid. Kal. Mart. Leone A. III. COS.

*Græca Constitutio.

DE HIS, QVI IN ECCLESIIS MANVmittuntur. Tit. XIII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. *ad Protogenem Episcopum.*

IAmdudum placuit, ut in ecclesia catholica libertatem domini suis famulis præstare possint, si sub aspectu plebis, adsistentibus Christianorum antistibus, id faciant: ut propter facti memoriam uice actorum interponatur qualiscunq; scriptura, in qua ipsi uice testium signent. unde quoq; à uobis ipsis non immerito dandæ & relinquendæ sunt libertates, quo quisq; uestrum pacto uoluerit: dummodo uestræ uoluntatis euidens appareat testimonium. D. VI. Id. Iun. Sabino & Rufino COSS.

II. *Idem A. Osio.*

QVi religiosa mente in ecclesiæ gremio seruis suis meritam concesserint libertatem: eam eodem iure donasse uideantur, quo ciuitas Romana solennitatibus decursis dari consuetuit. sed hoc duntaxat ijs, qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. Clericis autẽ amplius concedimus, ut cum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiæ ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur: uerumetiam cum postremo iudicio dederint libertates, seu quibuslibet uerbis dari præceperint: ita, ut ex die publicatæ uoluntatis sine aliquo iuris teste uel interprete competat directa libertas. D. Kal. Mart. *.

DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS PRINcipum, & edictis. Tit. XIIII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. *Basso P. V.*

INter æquitatem & ius interpositam interpretationẽ nobis solis & oportet & licet inspicere. D. III. Non. Decemb. Sabino & Rufino COSS.

II. Impp. THEOD. A. & VALENTIN. *Cæsar ad Senatum.*

QVæ ex relationibus uel suggestionibus iudicantiũ, uel consultatione in cõmune florẽtissimorum sacri nostri palacij procerum auditorium introducto negotio statuimus, uel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ, uel ciuitati, aut curiæ donauimus: nec generalia iura sint, sed leges faciant ijs duntaxat negotijs atq; personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur: notam infamiæ subituro eo, qui uel astute ea interpretari uoluerit, uel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per subreptionẽ eliciti: & iudice, si dissimulauerit, uel ulterius litigantẽ audierit, uel aliquid allegandũ admiserit, & sub quodã ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarũ auri condemnatione plectendo. D. VIII. Id. Nouẽb. Theodosio A. XI. & Valentiniano Cæsare COSS.

III. *Iidem A. & Cæsar ad Senatum.*

VT leges generales ab omnibus æqualiter in posterum obseruentur, quæ uel missæ ad uenerabilem cœtum oratione conduntur, uel inserto edicti uocabulo nuncupantur: siue eas nobis spontaneus motus ingesserit, siue precatio, siue relatio, uel lis mota legis occasionem postulauerit. nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, uel per omnes populos iudicum programmate diuulgari: uel expressius continere, quod principes censuerunt ea, quæ in certis negotijs statuta sunt, similium quoque causarum facta componere. Sed et si generalis lex uocata est, uel ad omnes iussa est pertinere: uim obtineat edicti: interlocutionibus, quas in uno negocio iudicantes protulimus, uel postea pferemus, non in commune præiudicantibus: nec ijs, quæ specialiter quibusdã cõcessa sunt ciuitatibus, uel prouincijs, uel corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentibus. D. VIII. Id. Nouemb. Rauennæ. Theodosio A. XII. & Valen-

& Valentiniano Cæsare II. COSS.

IIII. *Iidem* AA. *ad Volusianum* P.P.

DIgna uox maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri: adeo de authoritate iuris nostra pendet authoritas. Et reuera maius imperio est summittere legibus principatum: & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, indicamus. D. III. Id. Iun. Rauennæ. Florentio & Dionysio COSS.

V. *Iidem* AA. *Florentio* P.P.

NOn dubium est, in legem cõmittere eum, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem: nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua uerborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos uideri uolumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam ueteres, q̃ nouellas, trahi generaliter imperamus: ut legislatori, quod fieri non uult, tantum prohibuisse sufficiat. cætera quasi ex pressa ex legis liceat uoluntate colligere: hoc est, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantũ, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est. Sed & quod fuerit subsecutũ ex eo, uel ob id, quod interdicente lege factum est: istud quoq; cassum & inutile esse præcipimus. Secundum itaq; prædictam regulam, quam ubicunq; seruari factum lege prohibente censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti. D. VII. Id. April. Constantinop. Theodosio A. XVII. & Festo COSS.

VI. *Iidem* AA. *Florentino* P.P.

QVod fauore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum noluimus inuentum uideri. D. Kal. Aug. Theodosio. A. XVII. & Festo COSS.

VII. *Iidem* AA. *Cyro* P.P. *& Consuli designato.*

LEges & constitutiones futuris certum est dare formam negocijs, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs cautũ sit. D. Non. April. Constantinop. Valentiniano A. V. & Anatolio COSS.

VIII. *Iidem* AA. *ad Senatum.*

HVmanum esse probamus, si quid de cætero in publica uel priuata causa emerserit necessarium, quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposcat: id ab omnibus antea tam proceribus nostri palacij, q̃ gloriosissimo cœtu uestro (patres cõscripti) tractari. & si uniuersis tam iudicibus, q̃ uobis placuerit: tunc legata dictari, & sic ea denuo collectis oñibus recenseri. & cum omnes consenserint: tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari, ut uniuersorum consensus & nostræ serenitatis authoritate firmetur. Scitote igitur patres conscripti, non aliter in posterum legem â nostra clementia promulgandam: nisi supradicta forma fuerit obseruata. bene etenim cognoscimus, quod cum uestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinẽ nostri imperij, & ad uestram gloriã redundare. D. XVI. Kal. Nouemb. Aëtio III. & Symmacho COS.

IX. *Impp.* VALENTIN. *&* MARTIAN. AA. *ad Palladium* P.P.

LEges sacratissimæ, quæ constringunt omnium uitas, intelligi ab omnibus debent: ut uniuersi præscripto earũ manifestius cognito, uel inhibita declinẽt, uel permissa sectentur. Si qd uero in ijsdẽ legibus latũ fortassis obscurius fuerit: oportet id ab imperatoria interpretatiõe patefieri, duriciãq; legũ nostra humanitate incõgruã emendari. D. VI. Id. Febr. Anthemio COS.

X. *Impp.* LEO *&* ZENO AA.

CVm de nouo iure, quod inueterato usu adhuc stabilitum nõ est, dubitatio emergat: necessaria est tam suggestio iudicantis, q̃ sententiæ principalis authoritas. D. X. Kal. Maij. Leone iuniore A. COS.

XI *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni* P.P.

SI imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus cõstitutis sententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant hoc esse legem, non solum illi causæ, pro qua producta est, sed omnibus similibus. quid enim maius, quid sanctius imperiali est maiestate? uel quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalẽ sensum contemnat: cũ & ueteris iuris conditores constitutiones, quæ ex imperiali decreto processerũt, legis uicem obtinere, apte dilucideq; definiunt? Cum igitur & hoc in ueteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem uanam subtilitatem tam risimus, quãm corrigen-

rigendam esse censuimus. Definimus autem oẽm imperatorum legum interpretationem: siue in precibus, siue in iudicijs, siue alio quocunq; modo factam: ratam & indubitatam haberi. Si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est: & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & sese nõ esse idoneos uel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurratur? & quare ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostræ: si non â nobis interpretatio mera procedat? uel quis legum ænigmata soluere, & omnibus aperire ideneus esse uidebitur, nisi cui legislatorem esse concessum est? Explosis itaq; his ridiculosis ambiguitatibus: tam conditor, q̃ interpres legum solus Imperator iuste existimabitur: nihil hac lege derogante ueteris iuris conditoribus, quia hoc eis maiestas imperialis permisit. D. VI. Kal. Nouemb. Decio V. C. COS.

DE MANDATIS PRINCIPVM. Tit. XV.

Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *ad Eugenium* P.P.

SI quis adserat cum mãdatis nostris secretis se ueniſſe: omnes sciant, nemini quid q̃, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum: nec ullius dignitate terreri, siue ullius tribuni, siue notarij, siue comitis proferant dignitatem: sed sacras nostras literas esse quærendas. D. XVI. Kal. Iul. Heracleæ. Merobaude II. & Saturnino COSS.

*Græca Constitutio.

DE SENATVSCONSVLTIS. Tit. XVI.

Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Senatum.*

QVamuis senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem: tamen etiam nostris legibus id prosequimur: adijcientes, ut si quisq; speciali supplicatione elicendum aliquod rescriptum tentauerit, ut transire ei formam liceat statutorum: tertia patrimonij parte multetur, & damnatus ambitus crimine maneat infamis. D. VII. Kal. Aug. Heracleæ. Ricomere & Clearcho COSS.

DE VETERE IVRE ENVCLEANDO, ET DE AVTHORITATE iuris prudentium, qui in Digestis leguntur. Tit. XVII.

I. Imp. IVSTINIANVS A. *Triboniano V. eminentiß. Quæst. sacri Palatij.*

DEo authore, nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum rei publicæ sustentamus: & ita animos nostros ad dei omnipotentis adiutorium erigimus, ut neq; armis confidamus, neq; nostris militibus, neq; bellorum ducibus, uel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus summæ trinitatis, unde & mundi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaq; nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab urbe condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: prius nobis studium fuit à sacratissimis retro principibus initium sumere, & eorum constitutiões emendare, ac uiæ dilucidæ tradere: quatenus in uno codice congregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquissima discordia absolutæ, uniuersis hominibus promptum suæ serenitatis præbeant præsidium. Hoc q̃ opere consummato, & in uno uolumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenissimã iuris emendationem peruenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot authorum dispersa uolumina uni codici indita ostendere (quod nemo alius neq; sperare, neq; optare ausus est) res quidem difficillima, imò magis impossibilis uidebatur. Sed manibus ad cælum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoq; curã nostris animis reposuimus: freti deo, qui & res penitus desperatas donare, & cõsummare uirtutis magnitudine potest: & ad tuæ syn-

tuæ synceritatis optimũ respeximus ministerium, tibiq; primo & hoc opus commisimus (ingenij tui documentis ex codicis nostri ordinatione acceptis) & iussimus, quos probares, tam ex facũdissimis antecessoribus, quàm ex iuris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaq; collectis, & in palatium nostrum introductis, nobisq; tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, ut tui uigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur uobis antiquorum prudentium, quibus authoritatem conscribendarum interpretãdarumq; legum sacratissimi principes præbuerũt, libros ad ius Romanum pertinentes, & legere, & elimare: ut ex his omnibus materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neq; similitudine, neq; discordia derelicta, sed quod ex his unum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturæ à nullis authoribus receptæ, nec usitatæ sunt: neq; nos eorum uolumina nostram inquietare sanctionem dignamur. Cumq; hæc materia summi numinis liberalitate collecta fuetit: oportet ea pulcherrimo opere exstruere, & quasi proprium & sanctissimum templum iusticiæ consecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam secundum codicis nostri constitutionem, quàm edicti perpetui imitationem (prout hoc uobis cõmodius esse patuerit) ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per mille & quadringentos ferè annos confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro uallatum, nihil extra se habeat: omnibus authoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa, uel meliores, uel deteriores inueniũtur. Sed neq; ex multitudine authorum, quod melius & æquius est, iudicatote: cum possit unius forsitan & deterioris sententia & multos, & maiores aliqua in parte superare. Et ideo ea, quæ in notis Aemilij Papiniani ex Vlpiano, & Paulo, necnon & Martiano adscripta sunt, quæ antea nullam uim propter honorẽ splendidissimi Papiniani obtinebant, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum uel interpretationum necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis uim obtinens non moremini. Et omnes, qui relati fuerint in hoc codice prudentissimi uiri, habeant anthoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & à nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim merito nostra facimus: quia ex nobis omnis eis impartietur authoritas. nam qui non subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus inuenit. Sed in hoc studium uobis esse uolumus, ut si quid in ueteribus libris nõ bene positum inueniatis, uel aliquod superfluum, uel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectũ est, repleatis, & omne opus moderatum & quàm pulcherrimũ ostendatis. hoc etiam nihilominus obseruando, ut si quid ex ueteribus legibus uel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerint, non recte scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & moderato ordini tradatis: ut hoc uideatur esse uerum, & optimum, quasi ab initio scriptum, quod à uobis electum, & ibi positum fuerit: & nemo ex comparatione ueteris uoluminis, quasi uiciosam scripturam, arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, omne ius, omnisq; potestas populi Romani in imperatoriam translata sit potestatem: nos uestro sanctionem omnem non diuisimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse uoluimus: quid possit antiquitas nostris abrogare legibus? Et in tantum uolumus eadem omnia, cum reposita sunt, obtinere: ut si aliter fuerint apud ueteres conscripta, in contrarium autẽ in compositione nostra inueniantur: non scripturæ, sed nostræ electioni hoc adscribatur.

Nulla itaq; in omnibus prædicti codicis membris ἀντινομία (sic enim à uetustate græco uocabulo nuncupatur) aliquem sibi locum uindicet: sed sit una concordia, una consequentia, adhuersario nullo constituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi cõsummatione uolumus exsulare: & ea, quæ sacratissimis constitutionibus, quas in codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex uetere iure non concedimus: cum diualium cõstitutionum sanctio sufficiat ad eorũ authoritatem: nisi forte uel propter diuisionem, uel propter repletionem, uel pleniorem indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Sed & si quæ leges in ueteribus libris positæ, iam per desuetudinem abierunt, nullo modo uobis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere uelimus, quæ uel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, uel longa consuetudo huius almæ urbis comprobauit, secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat, debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligendum est non solum uetere, sed etiam regiam nostram, quæ deo propitio melioribus condita est auguriis. Ideo iubemus:

bemus duobus istis codicibus omnia gubernari: uno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurũ codicẽ componendi: uel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum institutionum uicem obtinens, ut rudis animus studiosi simpliciter enutritus, facilius ad altioris prudentiæ rediga tur scientiam. Nostram autem consummationem, quæ à nobis adnuente deo componetur, Digestorum uel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi adplicare, & uerbositate sua supradicti codicis compendium confundere, quemadmodum & antiquioribus temporibus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum penè ius conturbatum est. sed sufficiat per indices tantũmodo & titulorum subtilitatem, quæ πρόχειρα nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum uicio oriundo. Ne autem per scripturam aliquam fiat in posterum dubitatio: iubemus non per signorum captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & per suum uicium ἀντινομίας induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significabitur, aut aliud quidpiam. neq; etenim hæc per specialia signa numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia deo placido facere tua prudentia unà cum alijs facundissimis uiris studeat, & tam subtili, quàm celerrimo fini tradere: ut codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, deiq; omnipotentis prouidentiæ argumentum, nostriq; imperij, & uestri ministerij gloriam. D. XIIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

II. *Imp. Cæs. Fl.* IVSTINIAN. A. *ad Senatus & oẽs populos.*

TAnta circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postq; Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, imò magis omnem Lybiam Romano imperio iterũ sociatam: & leges antiquas iam senio prægrauatas, per nostram uigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium unquam sperauit, neq; humano ingenio possibile esse penitus existimauit. erat enim mirabile Romanã sanctionem ab urbe condita usq; ad nostri imperij tempora, quæ penè in mille & trecentos annos concurrunt, intestinis prælijs uacillantem, hocq; & in Imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere concordiam: ut nihil neq; contrarium, neq; idem, neq; simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ usq; appareant. namq; hoc cælestis quidã prouidentiæ peculiare fuit: humanæ uero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaq; more solito ad immortalitatis præsidium respeximus, & summo numine inuocato, deum authorem & totius operis præsulem fieri optauimus: & omne studium Triboniano uiro excelso, magistro officiorum, exquæstore sacri nostri palatij & exconsule credidimus, eiq; omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus, ut ipse unà cum alijs illustribus & prudentissimis uiris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoq; maiestas semper inuestigando & perscrutando ea, quæ ab his componebantur, quidquid dubium & incertum inueniebatur, cum cælesti numine recte emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta sunt domino & deo nostro Iesu Christo possibilitatem, tam nobis, quàm nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam ante in codicem nostro nomine præfulgentem contulimus. postea uero maximũ opus aggredientes, ipsa uetustatis studiosissima opera iam penè confusa & dissoluta, eidem uiro excelso permisimus tam colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cũ omnia percontabamur, à præfato uiro excelso suggestum est, duo penè millia librorum esse conscripta, & plusquàm tricies centena uersuum à ueteribus effusa, quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutati, & ex his quod optimũ fuisset, eligere. Quod cælesti fulgore & summæ trinitatis fauore confectum est secundum nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum uirum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectum est: & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto. nomenq; libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum: quia omnes disputationes ac decisiones in se habent legitimas, & quod undiq; fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt, in centũ quinquaginta penè millia uersuum totum opus consummantes. & in septem partes eos digessimus, non perperam, neq; sine ratione: sed in numerorũ naturam & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partium cõficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ græco uocabulo τὰ πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros sepositа est. Secundus autem articulus septem libros habet, qui de iudicijs appellatur. In tertia uero congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris ei deputatis. Quartus

autem

autem locus, qui & totius compositionis quasi quidam inuenitur umbilicus, octo libros fuscepit: in quorum primo omnia, quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, ut non à pignoraticia actione in libris de rebus posita multum distarent. Alio libro eidem inserto uolumini, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ euictionibus adposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & uenditionum consentanea sunt: & præ dictæ actiones quasi pedisequæ illarum ab initio processerunt: in uetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multum distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiam his congregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius deniq; liber post duos primum nobis excogitatus est de usuris, & traiecticijs pecunijs, & de instrumentis, & testibus, seu probationibus, necnon præsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos quæ de sponsalibus, & nuptijs, de dotibus, & legibus earum dicta sunt, reposuimus, tribus librorum uoluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia undiq; tam utilissima, quàm pulcherrima iura continentem. Quintus autem uobis exoritur Digestorum articulus, in quem de testamentis, & codicillis, tam priuatorum, quàm militum, omne, quidquid antiquitus dictum est, inueniat quis depositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fidei commissis quinq; librorum numerus adgregatus est. Cumq; nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem, quàm senatus consulti Trebelliani: singulis libris utriq; eorũ adplicatis, tota pars quinta in nouẽ libros coadunata est. Solũ autem senatus consultum Trebellianum ponendum esse. existimauimus. captiosas etenim, & ipsis ueteribus odiosas Pegasiani senatus consulti ambages, & utriusq; senatus consulti inter se tam superuacuas, quàm scrupulosas diuersitates respuentes: totum ius super his positum Trebellia no senatus consulto adiudicauimus. Sed & in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne caussa, quæ in rebus non prospere gestis & tristibus temporibus Romanis increbruit calamitatibus, bello coalescens ciuili, in nostris remaneat temporibus, quæ fauor cælestis & pacis uigor firmauit, & super omnes gentes in bellicis uictorijs posuit: ne luctuosum monumentum læta secula inumbrare concedatur. Sexta deinde Digestorum pars exoritur, in qua omes bonorũ possessiones positæ sunt, quæ tam ad ingenuos, quàm ad libertinos respiciunt: & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimæq; hæreditatis, & omnis ab intestato successio, & Tertyllianum, & Orphitianum senatus consultum, ex quibus matres & filij inuicem sibi hæredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionis multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea, quæ de operis noui nunciationibus, damnicq; infecti, & de ædificijs dirutis, & eorum insidijs, & de aqua pluuia arcenda ueteribus authoribus placita sunt: necnon quæ de publicanis, & donationibus, tam inter uiuos, quàm mortis caussa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, & de liberali caussa, alius liber respondet: quemadmodum & de adquisitione tam dominij, quàm possessionis, & titulis, qui eam inducunt, multæ & uariæ lectiones uti sunt insertæ uolumini: alio libro deputato his, qui iudicati, uel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & uenditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Post hæc omnia interdicta conglomerata sunt: & deinceps exceptiones, de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber itẽ singularis extendit: ut perfecta sexta pars totius Digestorum uoluminis octo libris definiatur. Septimus autem & nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est: in quo de stipulationibus, & de fideiussoribus & mãdatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætorijs stipulationibus, omneq; ius inuenitur gemino uolumine inscriptum esse, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hæc duo terribiles libri sunt de delictis priuatis, & extraordinarijs, necnon publicis criminibus, qui omnem cõtinent seueritatem pœnarumq; atrocitatem. Quibus permista sunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta sunt, & qui se cælare conãtur, & cõtumaces existunt: & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur uel conceduntur, necnon de eorum substantijs. Liber autem singularis de appellationibus nobis excogitatus est contra sententias, tam ciuiles, quàm criminales caussas finientes. Cætera autem omnia, quæ de municipialibus, uel decurionibus, & muneribus, uel publicis operibus, uel nundinis, & pollicitationibus, ac diuersis cognitionibus, & censibus, aut significationibus uerborum ueteribus inuenta sunt, quæq; regulariter definita, in se recipit quinquagesimus, totius consumationis perfectio. Quæ omnia per uirum excelsum, necnon prudentissimum magistrum, ex-

quæstore & exconsule Tribonianum,qui similiter eloquentiæ,& legitimæ scientiæ artibus decoratus,& in ipsis rerum experimentis emicuit,nihilq; maius,nec carius nostris unquam iussionibus duxit:necnon per alios uiros magnificos & studiosissimos perfecta sunt. id est Constantinum uirum illustrem,comitem sacrarum largitionum,& magistrum scrinij libellorum, sacrarumq; cognitionum,qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit. necnon Theophilum uirum illustrem magistrum iurisq; peritũ in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimã legum gubernationem extendentem. & Dorotheum uirum illustrem & facundissimum antecessorẽ,quem in Berytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus,participemq; huius operis fecimus. sed & Anatolium uirum illustrem magistrum ,qui & ipse apud Berytienses iuris interpres constitutus ad hoc opus electus est,uir ab antiqua stirpe legitima procedens: cum & pater eius Leontius post Patricium inclytæ recordationis quæstorium & antecessorem & auus eius Eudoxius post Leontium uirum gloriosissimum præfectoriũ consularem atq; Patricium filios eius,optimam sui memoriam in legibus reliquerint.necnon & Cratinum uirum illustrem,& comitem sacrarum largitionum,& optimum antecessorem huius almæ urbis constitutum.qui omnes ad prædictum opus electi sunt unà cum Stephano,Mœna,Prosdocio,Eutolmio,Timotheo,Leonide,Leontio,Platone,Iacobo,Constantino,Ioanne, iuris prudentissimis,qui patroni quidẽ sunt caussarũ apud maximã sedẽ præfecturæ,quæ orientalibus p̃toriis p̃sidet.Omnes autẽ suæ uirtutis testimoniũ undiq; accipientes,& à nobis ad tanti operis cõsummationẽ electi sunt:& cũ omnes in unũ conuenerũt gubernatione Triboniani uiri excelsi,ut tm̃ opus nobis authoribus possent cõficere ,deo ꝓpicio in quinquaginta libris opus consummatũ est. Tanta autẽ à nobis antiquitatis habita est reuerentia,ut nomina prudentiũ taciturnitati tradere nullo modo patiamur:sed unusquisq; eorũ,qui author legis fuit,nostris Digestis inscriptus est:hoc tantummodo à nobis effecto,ut si quid in legibus eorum superuacuũ,uel imperfectũ,aut minus idoneum uisum esset:uel adiectionem,uel deminutionem necessariam accipiat, & rectissimis regulis tradatur.sed & ex multis similibus uel cõtrariis quod rectius habere apparebat,hoc pro aliis omnibus positum est,una omnibus authoritate indulta:ut quidquid ibi scriptum est,hoc nostrum appareat,& ex nostra uoluntate compositum:nemine audente comparare ea,quæ antiquitas habebat,cum iis,quæ nostra authoritas introduxit: quia multo maxima sunt,quæ propter utilitatem rerum transformata sunt:adeo, ut & si principalis constitutio fuerat in ueteribus libris relata,neq; ei pepercerimus,sed & hanc corrigendã esse putauerimus, & in melius restaurandam.nominibus etenim ueteribus relictis,quidquid legum ueritati decorum & necessarium fuit,hoc nostris emendationibus seruauimus:& propter hanc caussam,& si quid inter eos dubitabatur,hoc iam in tutissimam peruenit quietem,nullo titubante relicto.

Sed cum prospeximus,quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sint ideonei homines rudes,& qui in primis legum uestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem præparandam esse censuimus,ut sub ea colorati,& quasi primitus omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano uiro excelso,qui ad totius operis gubernationem electus est,necnon Theophilo & Dorotheo uiris illustribus & facundissimis antecessoribus arcessitis:mandauimus,quatẽnus libris,quos ueteres composuerunt,qui prima legum argumenta continebant,& institutiones uocabantur,undiq; separatim collectis:quidquid ex his utile,& aptissimum,& undique elimatum,& rebus,quæ in præsenti æuo uertuntur,consentaneum inueniatur:hoc & capere studeant,& quatuor libris imponere, & totius eruditionis prima fundamenta atq; elementa ponere,quibus iuuenes suffulti , possint grauiora & perfectiora scita legum sustentare.Admonuimus autem eos, ut memores etiam nostrarum sint constitutionum,quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in confectione institutionũ etiam eandem emendationem ponere non morentur:ut sit manifestum,& quid ante uacillabat,& quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum,ut nobis oblatum & relectum est:& prono suscepimus animo,& nostris sensibus non indignum esse iudicauimus, & prædictos libros constitutionum uicem habere iussimus : quod in oratione nostra, quam in eisdẽ libris præposuimus,apertius declaratꝫ. Omni igitur Romani iuris dispositione cõposita,& in tribus uoluminibus,id est institutionũ,& Digestorũ seu Pandectarũ,necnõ constitutionũ,perfecta, & tribus annis cõsummata,quæ ut primũ cœpit,neq; in toto decennio cõpleri sperabatur:omnipotenti deo & hanc operam ad hominum sustẽtationem piis obtulimus animis, uberesq; gratias maximæ deitati reddidimus : quæ nobis præstitit, & bella feliciter peragere,

& hone-

& honesta pace potiri, & non tantum nostro, sed etiam omni æuo, tam instanti, quàm posteri-
ori leges optimas ponere. Omnibus itaq; hominibus eandem sanctionem manifestam fa-
cere, necessarium esse perspeximus: ut sit eis cognitum, quanta confusione & iniquitate abso-
luti, in quantam moderationem & ueritatem legitimam peruenerint: leges q; in posterum ha-
beant, tam directas, quàm compendiosas, omnibus q; in promptu positas, & ad possidendi li-
bros earum facilitatem idoneas: ut non mole diuitiarũ expensa possint homines superuacuæ
legum multitudinis adipisci uolumina, sed uilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat
tam ditioribus, quàm tenuioribus, minimo precio magna prudentia reparanda. Si quid au-
tem in tanta legum compositione, quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsi
tan rarum inueniatur: nemo uituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati hu-
manæ, quæ naturaliter inest, hoc adscribat: quia omnium habere memoriã, & penitus in nullo
peccare, diuinitatis magis, quàm mortalitatis est: quod & à maioribus dictum est. deinde sciat,
quòd similitudo in quibusdam, & his breuissime adsumpta non inutilis est, & citra propositũ
nostrum hoc subsecutum. aut enim ita lex necessaria erat, ut diuersis titulis propter rerum co-
gnationem adplicari eam oportuerit: aut cum fuerat alijs diuersis permista, impossibile erat
eam per partes detrahi, ne totum confunderetur. & in his partibus, in quibus perfectissime iussi-
ones ueterum expositæ fuerant, quod particulatim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere ac separa
re penitus erat inciuile: ne tam sensus, quàm aures legentium ex hoc perturbarentur. Simili q;
modo si quid in principalibus constitutionibus cautum est: hoc in digestorum uolumine poni
nullo modo concessimus, quasi constitutionum recitatione sufficiente: nisi & hoc raro ex ijs-
dem caussis, ex quibus similitudo assumpta est. Contrarium autem aliquod in hoc codi
ce positum nullum sibi locum uindicabit, nec inuenietur, si quis subtili animo diuersitatis ra-
tiones excutiat: sed est aliquod nouum inuentum, uel occulte positum, quod dissonantiæ que-
relam dissoluit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugientẽ. Sed & si quid forsitã
prætermissum est, quod in tantis millibus quasi in profundo positum latitabat, & cum idone-
um fuerat poni, obscuritate inuolutum necessariò derelictum est: quis hoc reprehendere recto
animo possit? primo quidem propter ingenij mortalis exiguitatem. deinde propter ipsius rei
uitium, quod multis inutilibus permistũ, nullam sui ad eruendum præbuit copiã. denuo, quod
multo utilius est, pauca idonee effingere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. Mi-
rabile autem aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua præsente breuitate paucior
inuenitur. hoies etenim, qui ante lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ: tamen ex pau-
cis lites perferebantur, uel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, uel
propter ipsam insscientiam: & uoluntate iudicum magis, quàm legitima authoritate lites diri
mebantẽ. In præsenti autem cõsummatione nostrorum Digestorũ ex tantis leges collectæ sunt
uoluminibus, quorum etiã nomina antiquiores homines, non dicimus nesciebant, sed nec un-
quam audiebant. quæ oñia collecta sunt subsstantia amplissima congregata: ut egena quidem
antiqua multitudo inueniatur, opulentissima aũt breuitas nostra efficiatur. Antiquæ autẽ
sapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus uir excellentissimus præbuit, in quibus
multi fuerant & ipsis eruditissimis hominũ incogniti: quibus oñibus perlectis, quidq; quid ex his
pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam cõpositionem nostram peruenit. Sed huius ope
ris conditores non solum ea uolumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiam alia
multa, quæ isti nihil uel utile uel nouũ in eis inuenientes, quod excerptũ nostris Digestis adpli
carent, optimo animo respuerunt. Sed quia diuinæ res quidẽ perfectissimæ sunt, humani ue
ro iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eo, quod stare possit perpetuò (mul
tas etenim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus, quædam postea emergi ne
gocia, quæ adhuc legũ laqueis non sunt innodata. Si quid igitur tale contigerit: Augustum im-
ploretur remedium: quia ideo imperialem fortunam rebus humanis deus præposuit, ut possit
omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis ac regulis com-
petentibus tradere. & hoc non primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia:
cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus conditor, suis libris hoc retulerit: ut si
quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur. & hoc non ipse solus, sed &
diuus Hadrianus in compositione edicti & senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc aper
tissime definiuit: ut si quid in edicto positum non inueniatur, hoc ad eius regulas, eius q; con-
iecturas, & imitationes possit noua instruere authoritas. Hæc igitur omnia scientes,
patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite sum-
mæ diuinitati, quæ nostris temporibus iam salubertimum opus seruauit. quo enim antiquitas

digna diuino non est uisa iudicio: hoc nostris temporibus indultum est. Has itaq; leges & adorate, & obseruate, omnibus antiquioribus quiescētibus: nemoq; uestrum audeat uel comparare eas prioribus, uel si quid dissonans in utroq; est, quærere: quia omne, quod hic positum est, hoc unicum & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariæ sunt, ex alijs libris, nisi ab eisdem, Institutionibus, nostrisq; Digestis, & constitutionibus à nobis compositis, uel promulgatis, aliquid uel recitare, uel ostendere conetur: nisi temerator uelit falsitatis crimini subiectus, unà cum iudice, qui ei audientiam accommodauerit, pœnis grauissimis laborare. Ne autem incognitum sit uobis, ex quibus ueterum libris hæc consummatio ordinata sit: iussimus & hoc in primordijs Digestorum nostrorum inscribi: ut manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus, quibusq; libris eorum, & quot milibus hoc iusticiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem uel cōmentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores pijssimi principes admittere non sunt dedignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi quoq; aliquam prærogatiuam uindicante. cum enim constitutionum uices & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in qubusdam esse intelligatur, cum una dignitas, una potestas omnibus est indulta? Hoc autem, quod ab initio nobis uisum est, cum hoc opus fieri deo annuente mandabamus: tempestiuum nobis esse uidetur & in præsenti sancire: ut nemo nec eorum, qui in præsenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint, audeant commentarios ijsdem legibus annectere: nisi tantum si uelint eas in græcam uocem transformare sub eodem ordine, eademq; cōsequentia, sub qua uoces Romanæ positæ sunt, hoc quod græci κατὰ πόδας dicunt. & si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea, quæ πρόϊτλα nuncupantur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis peruersiones, eos iactare non concedimus: ne uerbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui commētatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atq; illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, ut penè omnem Romanam sanctionem esse confusam cerneres. Quod si non passi sumus: quemadmodum posteritatis admittetur uana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituantur, uolumina autem eorum omnino corrumpantur. Si quid uero (ut supra dictum est) ambiguum fuerit uisum: hoc ad imperiale culmen per iudices referatur, & ex authoritate Augusta manifestetur, cui soli leges condere, & interpretari cōcessum est. Eandē autem pœnam falsitatis constituimus & aduersos eos, qui in posterum leges nostras per signorum obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentiam literarum uolumus, nō per signa manifestari: ita, ut qui talem librum sibi parauerit, in quo signa posita sunt in qualicūq; loco libri uel uoluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. neq; enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitari, qui in quacunq; sua parte signorum habet maliciam. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit, non solum criminali pœna (secundum quod dictum est) plectetur, sed etiam libri æstimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librū uel comparauerit, uel confici curauerit. quod & ante à nobis dispositum est constitutione, quā ad legum professores demisimus. Leges autem nostras, quas in his codicibus uel institutionum seu elementorum, digestorum seu pandectarū posuimus: suum obtinere robur ex nostro tertio felicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omni æuo ualituras, unà cum nostris constitutionibus pollentes, & suum uigorem iudicijs ostendentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue in iudicijs adhuc pendent, nec eas iudicialis uel amicalis forma compescuit. quæ etenim iam uel iudiciali sententia finita sunt, uel amicali sopita pacto: hæc resuscitare nullo uolumus modo. Bene autē properauimus in tertio nostro consulatu & has leges edere: quia maximi dei & domini nostri Iesu Christi auxilium felicissimum æuum nostræ rei publicæ donauit: cū in hūc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars totius mundi nobis adcreuit. post Europam enim & Asiam tota Libya nostro imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositum, & omnia cælestia dona nostro tertio consulatui indulta. Omnes itaq; iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant: & tam in suis iudicijs, q̄ in hac regia urbe habeant, & proponant, & præcipue uir excelsus huius almæ urbis præfectus. curæ autem erit tribus excelsis prætorijs, tam Orientalibus, quàm Illyricis, necnon & Libycis per suas authoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. D. XVII. Kal. Ian. Constantinop. DN. Iustiniano P.P. A. III. COS.

Deiu

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA Tit. XVIII.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Maximo militi.*

QVamuis cum cauſam tuam ageres, ignorantia iuris propter ſimplicitatem armatæ militiæ allegationes competentes omiſeris: tamen ſi nondum ſatisfeciſti: permitto tibi, ſi cœperis ex ſententia conueniri, defenſionibus tuis uti. D. VII. Kal. Maij. duobus Aſperis COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Iuuenali.*

CVm ignorantia iuris excuſari facile non poſſis, ſi maior annis uiginti quinq; hæreditati matris tuæ renunciaſti: ſera prece ſubueniri tibi deſideras. D. XIII. Kal. Maij. Ariano & Papo COSS.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. *Marcellæ.*

SI emancipata à patre intra annum poſſeſſionem petere ceſſaſti: prætendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. D. XVI. Kal. Iul. Peregrino & Aemyliano COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. *Iulianæ.*

SI poſt diuiſionẽ factã teſtamenti uicium in lucẽ emerſerit: ex iſs, quæ per ignorantiã confecta ſunt, præiudiciũ tibi nõ comparabit. oſtende igit hoc apud correctorẽ uirum clariſſimũ amicũ noſtrũ teſtamentũ, uel fide ueri deficere, uel iuris ratiõe ſtare nõ poſſe: ut infirmata ſcriptura, quæ teſtamenti uice prolata eſt, ſolidam ſucceſſionem obtineas. D. VIII. Id. Iul. Diocletiano IIII. & Maximiano III. AA. COSS.

V. *Iidem* AA. & CONSTANTIVS & MAXIMIAN. *Cæſs. Martiali.*

CVm falſa demonſtratione mutari ſubſtantia ueritatis minime poſſit: reſpondendo id, quod paternum erat, ex maternis eſſe bonis, nihil egiſti. D. prid. Kal. Ianuar. Diocletiano V. & Maximiano IIII. AA. COSS.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Tauro & Pollioni.*

SI non tranſactionis cauſa, ſed indebitam errore facti olei materiam uos Archontico ſtipulãti ſpopondiſſe rector prouinciæ animaduerterit: reddito, quod debetis, reſidui liberationẽ condicentes audiet. D. V. Kal. Maij. CC. COSS.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Zoæ.*

ERror facti, necdum finito negocio, nemini nocet. nam cauſa deciſa uelamẽto tali non inſtauratur. D. VI. Non. Iul. CC. III. COSS.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Dionyſiæ.*

CVm teſtamentũ nullo iure cõſtiterit: ex eius, quæ ab inteſtato ſucceſſit, pfeſſione ſola, uelti ex teſtamẽto liberos per errorẽ profitentis, orcini uel pprij liberti, ſi nõ ipſius acceſſit iudiciũ (cum errantis uoluntas nulla ſit) effici nõ potuerũt. D. V. Kal. Septemb. CC. IIII COSS.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Cato & Anthemio.*

NOn idcirco minus, quod à uobis uelut à liberis debitam accepiſſe pecuniam Sanius dicitur (cum nullus ſit errantis conſenſus) mouere ſtatus quæſtionem prohibentur eius hæredes. D. VI. Id. Decemb. CC. V. COSS.

X. *Iidem* AA. & CC. *Araphiæ.*

CVm quis ius ignorans, indebitam pecuniam ſoluerit: ceſſat repetitio. per ignorantiã eĩ facti repetitionẽ tantũ indebiti ſoluti cõpetere, tibi notũ eſt. D. V. Kal. Ian. CC. VI. COSS.

XI. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Valeriano uicario.*

QVamuis in lucrõ nec fœminis ius ignorantibus ſubueniri ſoleat: tamen contra ætatem adhuc imperfectam locum hæc non habere, retro principum ſtatuta declarant. D. III. Kal. Maij. Gallicano & Symmacho COSS.

XII. *Impp.* VALENTIN. & THEOD. AA. *Flauiano* P. P.

CONſtitutiones principum nec ignorare quenquam, nec diſſimulare permittimus. D. III. Kal. Iul. Tatiano & Symmacho COSS.

XIII. *Impp.* LEO & ANTHEMIVS AA. *Erythrio* P. P.

NE paſſim liceat mulieribus omnes ſuos contractus retractare in iſs, quæ prætermiſerint, uel ignorauerint: ſtatuimus, ſi per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius uel ſubſtantiam ſuam patiantur: in iſs tantummodo, in quibus præteritarũ legum authoritas eis ſuffragatur, ſubueniri. D. Kal. Iul. Martiano & Zenone COSS.

De preci

DE PRECIBVS IMPERATORI OFFERENDIS, ET DE quibus rebus supplicare liceat. Tit. XIX.

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Firminæ.

LIcet seruilis conditio deferendæ precis facile capax non sit: tamen admissi sceleris atrocitas & laudabilis fidei exemplum super uindicanda nece domini tui hortamento fuit, ut præfecto prætorio iuxta adnotatiõis nostræ decretum demandaremus (quem adire cura) ut auditis ijs, quæ in libello cõtulisti, & reos inuestigare, & seueriſſimam uindictam iuxta legũ censuram exigere curet. D. VIII. Id. Octob. Diocletiano IV. & Maximiano III. AA. COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS A. Seuero P.V.

QVoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicãdi pandatur. Quod autem totius negocij cognitionem tollit, & uires principalis negocij exhaurit: sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest. nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. D. Kal. Iul. Paulino & Iuliano COSS.

III. Idem A. ad populum.

NEc damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet. D. prid. Kal. Octob. Constantio II. & Constante CC. COSS.

IIII. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Volusianum P.P.

SI quis aduersus præfectorum prætorio sententias duxit supplicandũ, uictusq; fuerit de uno: nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi. D. X V. Kal. Octob. Romæ. Valentiniano & Valente AA. COSS.

V. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Floriano P.P.

VNiuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgãtur non aliter ualeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti præbeatur. D. VIII. Kal. Mart. Constantinop. Antonio & Syagrio COSS.

VI. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Isidoro P.V.

VNiuersis simul hanc obseruantiam remittimus, ut à quocunq; liberæ conditionis constituto, uel seruo supplicante impetratum fuerit rescriptum: minime requiratur, per quem preces oblatæ sint. D. III. Id. Nouemb. Theodosio A. VII. & Palladio COSS.

VII. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

REscripta cõtra ius elicita ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: nisi forte aliquid est, quod non lædat alium, & prosit petenti, uel crimen supplicantibus indulgeat. D. VIII. Id. Nouemb. Rauennæ. Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. COSS.

VIII. Iidem AA. Florentio. P.P.

INstrumentorum exempla non prosit precibus adiunxisse: sed necesse sit eorum in supplicatione uim exprimi, ut responsuro principi uera precatio spem aperiat cognoscendi: ijs solis (cum necessitas exegerit) uerbis precibus inserendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut merito nostrum exspectet iudicium. D. VI. Kal. April. Constantinop. Florentio & Dionysio COSS.

QVANDO LIBELLVS PRINCIPI DATVS, litis faciat contestationem. Tit. XX.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Remigio P.P.

DVbium non est, contestationem intelligi, etsi nostræ fuerint tranquillitati preces oblatæ: easq; aduersus hæredem quoq; eius, in quem porrectæ sunt, uel ab hærede eius, qui meruit, exerceri. D. XII. Kal. April. Arcadio & Honorio AA. COSS.

II. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ P.P.

TEmporales actiones, quæ per oblationem precum & ad eas rescriptionem perpetuantur, definire necessariũ esse duximus: ne quis putet ad alias etiã, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum & ad eas rescripta perpetuari, quæ à prætore constitutæ annali tempore coartatæ sunt. D. Kal. April. Constantinop. Decio V. C. COS.

Vt lite

VT LITE PENDENTE, VEL POST PROVOCATIONEM, aut definitiuam sententiam nulli liceat supplicare. Tit. XXI.



I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Caperio*

Licet postꝯ supplicasti, priusꝯ rescriptum impetrares, præses prouinciæ uir clarissimus pronunciauerit: cũ tamen à sententia nõ prouocaueris: rescriptũ quod postea secutum esse suggeris, ad retrahenda ea, quæ decreto terminata sunt, non patrocinatur. D. Kal. Mart. Lupo & Maximo COSS.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Probiano suo.* S.

SVpplicare causſa pendente non licet: nisi uel actorũ, uel pronunciationis editio denegetur. qui autem terminatam rescripto uel consultatione quæstionem exquisito suffragio refricare conabitur: in omnem litis æstimationem aduersario suo protinus cõdemnetur: omni uenia denegãda, si quis cõtra hæc uenire tẽtauerit. D. Idib. Aug. Arelate. PP. Seuero & Rufino. COSS.

III. *Idem A. ad uniuersos prouinciales.*

QVi licitam prouocationem omiserit: perpetuò silere debebit, nec à nobis impudens petere per supplicationem auxilium. quòd si fecerit: desiderio suo carebit, & ignominiæ pœna notabitur. D. Kal. Septembr. Basso & Ablabio COSS.

SI CONTRA IVS, VEL VTILITATEM PVBLICAM, VEL per mendaciũ fuerit aliquid postulatũ, uel impetratum. Tit. XXII.



I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Consulibus Græcorum.*

NOn idcirco minus is, cui ex nostro rescripto cognitio delata est, iudicare potest, q̃ ex gestis quædam in precibus omissa proponis. D. V. Non. Maij. Diocletiano. IIII. & Maximiano. III. AA. COSS.

II. *Iidem* AA. & CONSTANTIVS & MAXIMIAN. CC. *Statio.*

PRæscriptione mendaciorũ oppositа: siue in iuris narratione mendacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude: pro tenore ueritatis non deprecantis adfirmationem, datum iudicem cognoscere debere, & secundum causam conuenit proferre sententiam. D. Kal. Decembr. Sirmij. CC. COSS.

III. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Bassum.* P. P.

PVniri iubemus decem librarum auri multa iudices, qui uetuerunt precum argui falsitatem. D. Kal. Octobr. Constantino. A. III. & Licinio Cæs. III. COSS.

IIII. *Idem A. ad Pompeianum cõsularem Campaniæ.*

ET si nõ cognitio, sed exsecutio mandatur, de ueritate precũ inquiri oportet: ut si fraus interuenit, de oñi negotio cognoscat̃. D. III. Idib. Nouẽbr. Dalmatio & Zenophilo COSS.

V. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *ad senatum.*

ET si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit: precator careat penitus impetratis. & si in una mentiẽtis inuenitur improbitas: etiam seueritati subiaceat iudicantis. D. VII. Id. Nouẽbr. Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. COSS.

VI. *Imp.* ANASTASIVS. A. *Matroniano* P. P.

OMnes, cuiuscunq; maioris uel minoris administrationis nostræ uniuersæ rei publicæ iudices monemus, ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionẽ, nullã sacrã adnotationẽ, quæ generali iuri uel utilitati publicæ aduersa esse uideat̃, in disceptationẽ cuiuslibet litigij patiant̃ proferri: sed generales sacras constitutiones oĩbus nõ dubitẽt obseruandas.

DE DIVERSIS RESCRIPTIS, ET PRAGMATICIS sanctionibus. Tit. XXIII.



I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Supero.*

SI libellũ de cõmuni causa tu, fraterue tuus dedisti: quãuis rescriptũ ad unius personã directũ sit, utriq; tamẽ, pspectũ est. D. Idib. Iul. Alexãdro A. II. & Marcello COSS.

II. *Imp.* CLAVDIVS. A. *Epagatho.*

FAlsò adseueratur, authoritatẽ rescriptorũ deuoluto spacio anni obtinere firmitatẽ suã non oportere: cũ ea, quæ ad ius rescribũtur, perennia esse debeant: si modo tẽpus, in quo allegari uel audiri debent, non sit cõpræhensum. D. VII. Kal. Nouẽbr. Antiochiano & Orphito COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Criſpino præf. ꝓuinc. Phœnicæ.

SAncimus, ut authentica ipſa atq; originalia reſcripta, & noſtra etiam manu ſubſcripta, non exempla eorum inſinuentur. D. prid. Kal. April. Annibaliano & Aſclepiodoto COSS.

IIII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Lyſitanos.

SI qua beneficia perſonalia ſine die & conſule fuerint deprehenſa, authoritate careant. D. VII. Kal. April. Probiano & Iuliano COSS.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCA. AAA. ad Nicænũ P. F. amonæ.

SAcrilegij inſtar eſt, ſuper quibuſcunq; adminiſtratiõibus uel dignitatibus promulgandis diuinis obuiare beneficijs. D. Kal. Febr. Mediolani · Arcadio A. & Bautone COSS.

VI. Imp. LEO. A. Hilariano mag. officiorũ & patricio.

SAcri affatus, quoſcunq; noſtræ mãſuetudinis in quacunq; parte paginarũ ſcripſit authoritas, nõ alio uultu penitus aut colore, niſi purpurea tatũmodo ſcriptione luſtrentur: ſcilicet ut cocti muricis & triti conchilij ardore ſignentur: eaq; tantũmodo fas ſit ꝓferri uel dici reſcripta in quibuſcunq; iudicijs, quæ in chartis ſiue mẽbranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptiõis impreſſerit. hanc aũt ſacri encauſtri confectionem nulli ſit licitũ aut cõceſſum habere, aut quærere, uel à quo quam ſperare: eo uidelicet, qui hoc aggreſſus fuit tyrãnico ſpiritu, poſt proſcriptionẽ bonorũ omniũ, capitali nõ immerito pœna plectendo. D. VI. Kal. April. Iordane & Seuero COSS.

VII. Imp. ZENO. A. Sebaſtiano. P. P.

VN uerſa reſcripta, ſiue in perſonam precantiũ, ſiue ad quemlibet iudicẽ manauerint: quãuis adnotatio, uel pragmatica ſanctio nominetur: ſub ea conditiõe proferri præcipimus, ſi preces ueritate nituntur: nec aliquem fructũ precator oraculi percipiat impetrati (licet in iudicio adſerat ueritatem) niſi quæſtio fidei precũ imperiali beneficio monſtretur inſerta. nam & uir magnificus quæſtor, & uiri ſpectabiles magiſtri ſcriniorũ, qui ſine præfata adiectione qualecunq; diuinũ reſponſum dictauerint, & iudices, qui ſuſceperint: repræhenſionẽ ſubibunt. & qui illicite dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunq; ſcrinij memoriales, ſeu pragmaticarij, uel adiutores primicerij: amiſſione cinguli ferientur. pragmaticas præterea ſanctiones nõ ad ſingulorum preces ſuper priuatis negocijs proferri præcipimus, ſed ſi quando ſcilicet corpus, aut ſchola, aut officiũ, uel ſi quãdo curia, uel ciuitas, uel prouincia, uel quædam uniuerſitas hominũ ob cauſam publicam fuerit preces, manare decernimus: ut his etiã ueritatis quæſtio reſeruetur. D. X. Kal. Ianuar. Conſtantinop. poſt conſulatũ Baſiliſci. II. & Armatij.

DE STATVIS ET IMAGINIBVS. Tit. XXIIII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P. P.

SI quis iudicũ accepiſſe æneas, uel argẽteas, uel marmoreas ſtatuas extra imperiale beneficiũ in adminiſtratiõe poſitus detegẽt: emolumẽta, quæ accepit in ea poſitus dignitate, quã polluit cũ extortis titulis uel ꝑſumptis, in quadruplũ fiſco nr̃o inferat, ſimulq; nouerit exiſtimatiõis ſuæ pœnã ſe ſubiturũ. nec eos ſanè à piculo pudoris haberi uolumꝰ ĩmunes, q adulãdi ſtudio, aut metu incõſtãtis ignauiæ trãſire, q̃ ſunt interdicta, tẽtauerint. D. XII. Kal. Jan. Mediolani. Honorio A. IIII. & Eutychiano COSS.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Aëtio P. P.

SI quando noſtræ ſtatuæ uel imagines erigũtur: ſeu diebus (ut adſolet) feſtis, ſiue cõmunibus, adſit iudex ſine adoratiõis ambitioſo faſtidio, ut ornamentũ diei uel loco & noſtræ recordationi ſua ꝓbet acceſſiſſe ꝑſentia. D. III. Kal. Maij Theodoſio XIII. & Valẽtiniano III. AA. COSS.

III. Iidem. AA. Florentio P. P.

IN noſtræ ſerenitatis imaginibꝰ ac ſtatuis erigẽdis priuatæ collectiõis iniuriã ꝓpulſari præcipimꝰ, ne qd in eo ſuũ collator cognoſcat. D. III. Non. April. Theodoſio A. XVII. & Feſto COSS.

IIII. Iidem AA. ad Nomum comitẽ & magiſtrũ officiorum.

ET uirtutũ præmia tribui merentibus cõuenit, & aliorũ honores alijs damnorũ occaſionem fieri nõ oportet. idcirco quoties uel iudicibus noſtris, uel cuilibet alteri ſtatua fuerit à quocũq; collegio ſeu officio, uel in hac ſacratiſſima ciuitate, uel in ꝓuincijs poſtulata: nequaq; ex deſcriptiõe ſumptus colligi patimur: ſed eius, cuius ad honorẽ petit, expenſis propꝛijs ſtatuã collocari præcipimus. D. V. Kal. April. Theodoſio. A. XVIII. & Albino COSS.

DE HIS, QVI AD STATVAS CONFVGIVNT. Tit. XXV.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

Qui

QVi ad ſtatuas uel uiſtãdi metus, uel creãdæ inuidiæ cauſa cõfugerint: ſi certas habu rint cauſas, quib9 cõfugere ad imperatoria ſimulachra debuerint: iure ac legibus uindicent. ſi uero, pbati fuerint artib9 ſuis inuidiã inimicis creare uoluiſſe: ultrix in eos ſentẽtia, pferatur. D. prid. Non. Iul. Conſt. Honorio NP. & Euodio COSS.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIORVM, Orientis & Illyrici. Tit. XXVI.

I. *Imp.* ALEXANDER. *A. Theodoro.*

IBellus præfecto prætorio datus pro conteſtatione haberi non poteſt. D. prid. Kal. Octobr. Agricola & Clementino COSS.

II. *Idem A. Reſtituto.*

FOrmam à præfecto prætorio datam, etſi generalis ſit, minime legibus uel con ſtitutionibus contraria, ſi nihil poſtea ex authoritate mea innouatum eſt, ſer uari æquum eſt. D. Idib. Aug. Seuero & Quintiano COSS.

III. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Tatiano* P.P.

SI quos iudices uel propter aduerſam, uel longam corporis ualetudinem, uel propter ne glegentiam, aut furtũ, uel ſimile aliquod uicium, ſublimitas tua inutiles eſſe reppererit: his ab adminiſtratione remotis, & in uicem eorum alijs ſubrogatis, furibus q̃ pœnis legitimis ſub iectis, ad noſtræ manſuetudinis ſciẽtiam non crimina, ſed uindicta referatur. D. VII. Non. Maij. Mediolani. Timaſio & Promoto COSS.

IIII. *Iidem.* AAA. *Addeo comiti & magiſtro utriuſq; militiæ.*

DE ordinario iudice ſemp illuſtris eſt cognitio præfecturæ, licet militari uiro ab eo facta fue rit iniuria. D. prid. Kal. Ianuar. Conſtantinop. Theodoſio A. III. & Habũdantio COSS.

V. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Anthemio.* P.P.

SI qui poſt hac uelut indebitis oneribus ad preces crediderint cõuolandũ, ſiue de nauicularijs ratiõibus, ſiue trãſuectiõib9: reſcripta, quæ de oĩbus his atq; huiuſmodi ordinatiõibus mitti cõtigerit, ad ſedẽ ſublimitatis tuæ reſcribant. D. Idib. Decẽb. Stilichone. II. & Anthemio COSS.

DE OFFICIO PRAEF. PRAET. AFRICAE, ET DE omni eiuſdem diœceſeos ſtatu. Tit. XXVII.

In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Imperator Cæſar Flauius IVSTINIANVS, *Alemanicus, Gothicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, Victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, Archelao.* P. P. *Africæ.*

QVas gratias aut quas laudes domino deo noſtro Ieſu Chriſto exhibere debeamus: nec mẽs noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre. multas quidẽ & antea à deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eiuſdẽ beneficia cõfitemur, pro quibus nihil dignũ nos egiſſe cognoſcimus: præ oñibus tamẽ hoc, quod nũc oñi potens deus per nos pro ſua laude & pro ſuo noĩe demõſtrare dignat9 eſt, excedit oñia mirabilia opera, quæ in ſeculo cõtigerunt: ut Africa per nos tã breui tẽpore reciperet liber tatem, antea nonaginta quinq; annos à Vandalis captiuata, qui animarũ fuerant ſimul hoſtes & corporũ. nã animas quidẽ diuerſa tormẽta atq; ſupplicia nõ ferentes, rebaptizando ad ſuã per fidiã trãſferebant: corpora uero liberis natalibus clara iugo barbarico duriſſime ſubiugabant: ipas quoq; dei ſacroſanctas eccleſias ſuis perfidijs maculabãt: aliquas uero ex eis ſtabula fecerũt. uidimus uenerabiles uiros, qui abſciſſis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebãtur. alij uero poſt diuerſa torméta per diuerſas diſperſi, puincias uitã in exilio peregerũt. q̃ ergo ſer mone, aut quibus operibus dignas deo gratias agere ualeamus: qui per me ultimũ ſeruũ ſuũ ec cleſiæ ſuæ iniurias uindicare dignat9 eſt, & tantarũ, puinciarũ populos à iugo ſeruitutis eriperet quod beneficiũ dei anteceſſores noſtri nõ meruerũt: q̃bus non ſolum Africã liberare non licuit, ſed etiam ipſam Romã uiderũt ab eiſdem Vandalis captã, & oĩa imperialia ornamenta in Afri cã exinde tranſlata. nũc uero deus per ſuam miſericordiã nõ ſolũ Africã & oñes eius prouincias nobis tradidit: ſed & ipſa imperialia ornaméta, quæ captiua Roma fuerãt ablata, nobis reſtituit. ergo poſt tãta beneficia, quæ nobis diuinitas cõtulit, hoc de dñi dei noſtri miſericordia poſtula mus: ut puincias, q̃s nobis reſtituere dignatus eſt, firmas & illæſas cuſtodiat, & faciat nos eas ſe cundũ uoluntatẽ ſuã ac placitũ gubernare, & uniuerſa Africa ſentiat dei miſericordiã: & cogno ſcãt ei9 habitatores, q̃ à dura captiuitate & iugo Barbarico liberati, in quãta libertate ſub felicif ſimo nr̃o iperio degere meruerũt. hoc etiã deprecãtes exoramus p̃cib9 ſanctæ & glorioſæ ſemp

uirginis dei genitricis Mariæ,ut quidquid minus est,reipublicæ nostræ per nos ultimos seruos suos restituat in suo nomine deus,& dignos nos faciat seruitium eius adimplere. deo itaq; auxiliante,pro felicitate rei publicæ nostræ per hanc diuinam legem sancimus,ut omnis Africa, quam nobis deus per ipsius misericordiam præstitit,optimum suscipiat ordinem,& propriam habeat præfecturam:ut sicut Oriens atq; Illyricum,ita & Africa prætoriana maxima potestate specialiter à nostra clementia decoretur:cuius sedem iubemus esse Carthaginem,& in præfatione publicarum chartarum præfecturis alijs eius nomen adiungi,quam nunc tuam excellentiã gubernare decernimus:& ab ea auxiliante deo septem prouinciæ cum suis iudicibus disponantur,quarum Tingi,quæ procõsularis antea uocabatur,Carthago,Byzantium ac Tripolis recto res habeãt cõsulares:reliquæ uero,id est Numidia,& Mauritania,& Sardinia à præsidibus cũ dei auxilio gubernẽtur. Et in officio quidẽ tuæ magnitudinis,necnon pro tempore uiri magnifici præfecti prætorio Africæ trecẽtos nonagitasex uiros per diuersa scrinia & officia militare decernimus.in officijs uero consularium ac præsidum quinquaginta homines per singula officia esse sancimus.quæ uero emolumenta,siue magnificentia tua,siue cõsulares,& præsides,& quod unusquisq; ex officio eorum de publico consequi debeat:noticia subtus adnexa declarat.

Optamus ergo,ut omnes iudices nostri secundum uoluntatem & timorem dei & nostram electionem atq; ordinationem,sic suas administrationes gubernare studeant,ut nullus eorum aut cupiditati sit deditus,aut uiolentias aliquas uel ipse inferat,uel iudicibus,aut officijs eorũ, aut quibuscunq; alijs collatoribus inferre permittat.licet enim per omnes,puincias nostras deo iuuante festinemus,ut illæsos habeant collatores:maxime tamen tributarijs diœceseos Africanæ consulimus,qui post tantorum temporum captiuitatem meruerunt deo iuuante lumen libertatis aspicere.ergo iubemus omnes uiolentias & omnem auariciam cessare:& iusticiam atq; ueritatem circa omnes nostros tributarios reseruari.sic etenim deus placatur,& ipsi possunt celerius,sicut alij rei publicæ nostræ,collatores releuari atq; florere. Sportulas etiam ab officio tam uiri magnifici præfectiprætorio Africani,cũq; reliquorũ iudicum sic exigi iubemus,quomodo in nostris legibus est dispositum,& ab omni republica nostra custoditur:ut nullus audeat quocunq; tempore uel quocunq; modo earum excedere quantitatem.Hoc etiam in præsenti sanctiõe credimus ordinandum,ut non multa dispendia pro completione chartarum uel codicillorum,uel in nostro laterculo,uel in scrinijs præfectiprætorio per Africam iudices sustinere uideantur:quia si ipsi dispendijs læsi non fuerint,nullam habent necessitatem eiusdem nostræ Africæ tributarios prægrauandi.Iubemus ergo,ut iudices diœceseos Africanæ tam ciuiles,cũq; militares,in nostro laterculo pro codicillorum atq; chartularum promotionis suæ consuetudinibus,nihil ultra sex solidos præbeant.at uero in scrinio præfectorum non ultra duodecim solidos cogãtur inferre.quem modum si quis excesserit:ipse quidem iudex triginta librarum auri dispendio subiacebit.officium uero eius non solum simile dispendium,sed & capitale periculum sustinebit.nam si aliquis ex quacunq; parte ausus fuerit iussiones nostras excedere,& non festinauerit cum dei timore eas seruare:non solum dignitatis aut substantiæ periculum sustinebit,sed etiam ultimo supplicio subiacebit.

II. Idem A. BASILIANO *magistro militum per Orientem.*

IN nomine domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia omnesq; actus semper per deum progredimur.per ipsum enim iura imperij suscepimus.per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmauimus.per ipsum acerbissimos hostes & fortissimos tyrannos deiecimus.per ipsum multas difficultates superauimus.per ipsum & Africam defendere,& sub nostrum imperium redigere nobis concessum est.per ipsum quoq;,ut nostro moderamine recte gubernetur, & firme custodiatur,confidimus.unde iam per eius gratiam etiam ciuilium administrationum iudices & officia singulis Africanis prouincijs constituimus:attribuentes,quid emolumentorum unusquisq; percipere debeat.Ad eius igitur prouidentiam etiamnum animum nostrum referentes,& armatas militias,& duces militum ordinare disposuimus. Sancimus itaq;,ut dux militũ Tripolitanæ prouinciæ in Leptimagnensi ciuitatesedes interim habeat. Dux uero Byzacenæ prouinciæ & in Capsa & altera Lepte ciuitatibus interim sedeat. Dux uero Numidiæ prouinciæ in Constantinẽsi ciuitate sedes interim habeat. Dux autem Mauritaniæ prouinciæ in Cæsariensi ciuitate interim sedeat. Iubemus etiam,ut in Traiecto,qui est cõtra Hispaniam, qui Septa dicitur,quantos prouiderit tua magnitudo de militibus unà cum tribuno suo homine prudente & deuotionem seruante reipublicæ nostræ per omnia constituas,qui possint & ipsum Traiectũ seruare semper,& omnia,quæcũq; in partibus Hispaniæ,uel Galliæ,seu Francorum aguntur,uiro spectabili duci denunciare,ut ipse tuæ magnitudini referat.in quo Traiecto etiam

cto etiam dromones, quantos prouideris, ordinari facias. In Sardinia autẽ iubemus ducem ordinari, & eum iuxta montes, ubi Barbaricæ gentes uidentur ſedere, habentem milites pro cuſtodia locorum, quantos & ibi tua magnitudo prouiderit: & omnes diligenter pro commiſſis ſuæ cuſtodiæ prouincijs inuigilent, & ab omni hoſtium incurſione ſubiectos noſtros tueantur illæſos: et feſtinent die noctęq; dei inuocando auxilium, & diligenter laborando, uſq; ad illos fines prouincias Africanas extendere, ubi ante inuaſionem Vandalorum & Maurorum reſpublica Romana fines habuerat, & ubi cuſtodes antiqui ſeruabant: ſicut ex clauſuris & burgis oſtenditur. maxime autem ciuitates, quæ propè clauſuras & antea tenebantur, cum eſſent ſub Romano imperio conſtitutæ, auxiliante diuina miſericordia, cum hoſtes per partes expelluntur, feſtinent compræhẽdere, atq; munire: & in illis locis duces & milites per partes accedant, ubi antea fines & clauſuræ prouinciarum erant, quando integræ Africanæ ſeruabantur ſub Romano imperio, puinciæ, quod deo annuente, cuius auxilio nobis reſtitutæ ſunt, ſperamus cito noſtris prouenire temporibus: ut & in ſecuritate & pace prouinciæ cum antiquis finibus integræ reſeruentur, & uigilijs & laboribus deuotiſſimorum militum & cura ſpectabilium pro tempore ducum cuſtodiantur illæſæ. quoniã ita cõuenit, ut ſemper cuſtodes fines prouinciæ ſeruent, ne detur hoſtibus licentia incurrendi aut deuaſtãdi loca, quæ noſtri ſubiecti poſſidẽt. Quantos autem milites, ſiue pedites ſiue equites, per unumquenq; limitem collocari oportet, ad cuſtodiendas prouincias & ciuitates: tua magnitudo, prout conſiderauerit, ordinet, & nobis referat: ut ſi prævideremus ſufficientem eſſe ordinationem, cõfirmemus eam. ſin autem proſpexerimus & aliquid amplius fieri: ut eam augmentemus. Quid autem dux ſtipendiorum nomine pro ſe ſuiſq; hominibus, & quid eius officium conſequetur: hoc in ſubdita declaratur noticia. Sicut ergo prædictum eſt, interim nunc duces ac milites ſecundum noſtram diſpoſitionem in locis ſeu ciuitatibus, in quibus iuſſimus, ſedeant, donec deo auxiliante nobis ac reipublicæ noſtræ per labores noſtros in illis locis conſtitui poſſint, in quibus uniuſcuiuſq; prouinciæ antiquus limes conſtitutus erat, quãdo florente Romana rep. memoratæ prouinciæ integræ tenebãtur. Prolimitaneis uero ordinãdis, quia neceſſariũ nobis eſſe uidetur, ut extra Comitatẽſes milites per caſtra milites limitanei conſtituantur, qui poſſint & caſtra & ciuitates limitis defendere, & terras colere, & ut alij prouinciales uidentes eos per partes ad illa loca ſe conferant: exemplum fecimus unius numeri limitaneorum, ut ſecundũ exemplum, quod nos miſimus, per caſtra & loca, quæ prouiderit tua magnitudo, eos ad ſimilitudinem noſtri exempli ordinet: ſic tamen, ut ſi inueneris de prouincijs idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant, limitaneorum conſtituas numero in unoquoq; limite: ut ſi forſitan commotio aliqua fuerit, poſſint ipſi limitanei ſine Comitatẽſibus militibus unà cum militibus & ducibus ſuis adiuuare loca, ubi diſpoſiti fuerint, non longe limitem exeuntes, nec ipſi limitanei, nec duces eorũ: ut nullum etiam diſpendium à ducibus uel ducianis prædicti limitanei ſuſtineant, nec aliquas ſibi cõſuetudines de eorum ſtipendijs per fraudẽ ad ſuum lucrũ conuertant. Hæc autem non ſolum in limitaneos uolumus obſeruari, ſed etiam in Comitatenſes milites. & unumquenq; ducem, & tribunos eorundem militum iubemus, ut ſemper milites ad exercitationem armorum tendant, & non concedãt eos deuagari, ut ſi quando neceſſitas contigerit, poſſint inimicis reſiſtere. & nullum audeant duces uel tribuni commeatalem de ipſis dimittere: ne dum ſibi lucrũ ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. nam ſi uſurpauerint memorati duces, uel officia eorum, ſeu tribuni, commeatalẽ de militibus relinquere, aut aliquod lucrũ de eorum emolumentis ſibi adquirere: hoc non ſolum in quadruplũ iubemus publico rependere, ſed etiam dignitate eos priuari. magis enim debent duces & tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores ſuos de noſtra largitate remunerationem ſperare, & nõ de cõmeatis militum aut de eorum ſtipendijs lucrum ſibi adquirere: quoniam ideo ordinati ſunt milites, ut per ipſos prouinciæ uindicentur: præcipue, cum ſufficienter & ipſis ducibus & eorũ officijs emolumenta præſtitimus, & ſemper prouidemus unumquenq; ſecundum labores ſuos ad gradus meliores & maiores dignitates perducere. poſtq; uero deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes omnis in antiquum ſtatum peruenerit, & bene ordinatus fuerit: tũc ubi cunq; neceſſitas emerſerit, uiri ſpectabiles duces inuicem ſibi, quando uſus exegerit, auxilium præbeant, ut prouinciæ ſeu limites earum uigilijs & laboribus deo iuuante illæſi cuſtodiantur. Sicut autem iubemus, audaces & feroces contra iniquos iudices ac milites noſtros eſſe: ſic uolumus eos mites & beniuolos circa collatores noſtros exiſtere, & nullum damnum nullãq; læſionem in eos efficere. Sin autem quiſq; de militibus auſus fuerit quancunq; læſionem tributarijs noſtris inferre: periculo uiri ſpectabilis ducis ſeu tribuni & principis digna uindicta affi-

ciatur,ut indemnes tributarij nostri custodiantur. Si uero pro quibusdam causis interpellatio apud nostros iudices facta fuerit:iubemus,non amplius sportularum nomine,cꝫ nostris legibus definitum est,exsecutores accipere:pœnam eisdem legibus insertam ex transgressione formidantes. Cum autem deo annuente Africanæ nostræ prouinciæ per tuam magnitudinem secundum nostram dispositionem ordinatæ,& limites in antiquum statum reducti,& omnis Africa sic detenta fuerit,sicut erat. Cum ergo hæc omnia,iuuante deo,præsente tua magnitudine,disposita & perfecta fuerint,& per labores tuos antiquos fines omnis Africa receperit,& docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceseos,id est quanti & qui milites in quibus locis uel ciuitatibus collocati sunt,& quanti limitanei,& in quibus locis & militijs constituti sunt:tunc iubemus tuam magnitudinem ad nostram clementiam remeare. Interea uero si aliquas ciuitates seu castella per limites constituta prouiderit tua magnitudo nimiæ esse magnitudinis,& propter hoc non bene custodiri:ad talem modum ea cõstrui disponat,ut possint per paucos bene seruari. Cum autem magnitudo tua omnibus dispositis ad nos remeare iussa fuerit:tunc duces uniuscuiuscꝫ limitis,quoties pro componendis ciuitatibus seu castris pro stipendijs suis ac pro annonis aliquod opus habuerint:celerius ad uirum magnificum præfectum per Africam significent:ut ipse,quæ necessaria fuerint,festinet facere,ne aliqua protractio prouincijs noceat. ea uero,quæ ipse fecerit,uel quæ adhuc necessariò procuranda sunt:postea & uir memoratus magnificus præfectus prætorio Africæ,& uiri spectabiles duces,& de alijs oĩb9,quæ agũtur,frequenter ad nos referãt:ut benefacta confirmemus,& quæ opportunius debẽt fieri,ex nostra dispositione peragãtur. Hoc etiã decernimus,ut iudices,qui ordinandi sunt per Africanos limites,nihil amplius in sacratissimo palatio cuilibet personæ aut dignitati,uel in prætorio per Africam præfecturæ & magisteriæ potestati præbeant,nisi quantum subter adnexa declarat noticia. Nã si quis amplius,cꝫ in subdita noticia taxatum est, usurpauerit seu acceperit: triginta libras auri multæ dependat nomine,cum & periculo indignationis nostræ serenitatis subiacebit:nulla alia qualibet persona aut dignitate aut officio accipiente aliquid ab eis,præter illos,quorum nomina in subiecta noticia cõtinentur. Ad hoc iubemus,ut(deo iuuante) unusquisqꝫ dux seu eorum officia,secundum quod noticia subter annexa detinet,emolumenta sua ex tributis Africanæ prouinciæ ex Kalendis Septembribus instantis felicissimæ tertiædecimæ indictionis percipiant.

Et hæc noticia(deo uolente)debet delegari iudicibus,& eorum officijs in Africa constitutis, pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Ita uero duci Tripolitanæ prouinciæ,& hominibus eius anno * nonagesimo singula annona solidos quinꝫ cap. centũ quinquaginta nouem singuli cap.solidos ducentos octogintaduos. Adsessori ducis & officio ac hominibus eius quadraginta an.nonaginta & septem. Item uiro clarissimo duci Numidiæ & hominibus eius similiter. Item duci Sardiniæ & hominibus eius similiter. Item noticia consuetudinum,quas in sacro laterculo & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africã & in officio magistri militum pro tempore dux præbere solet unuscuiuscꝫ limitis sic.in sacro laterculo sex solidos.in officijs magisteriæ militum potestatis pro insinuandis diuinis administrationibus,seu diuinæ serenitatis affatibus,solidos duodecim.pro officio amplissimæ præfecturæ per Africã pro insinuandis eius chartis solidos duodecim. Gloria itaqꝫ tua,quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectu mancipari obseruariꝫ præcipiat.

DE OFFICIO PRAEFECTI VRBI. Tit. XXVIII.

I. *Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA. *Volusiano* P.P.



Tudentibus nobis statum urbis & annonariam rationem aliquando firmare: in animo subijt,eiusdem annonæ curam non omnibus deferri potestatibus.ac ne pfectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset:eidem præfecturæ sollicitudinis necessitatem mandamus.Sed non ita,ut lateat officium annonariæ præfecturæ:sed ut ambæ potestates,in quantum sibi negocij est,tueantur ciuilem annonam,sitꝫ societas muneris:ita,ut inferior gradus meritum superioris agnoscat,atqꝫ ita superior potestas se exserat,ut sciat ex ipso nomine,quid præfecto debeatur annonæ.

II. *Iidem* A A. *ad Pelium* P.V.

QVod promulgatis sanctionibus tua synceritas scriptum esse non nescit,etiam ex præcepto nostro competenter obseruet:nec quasdam personas de prouincia existimet aduocandas,

candas,nisi tantummodo suos officiales & homines populares huius almæ urbis seditioni obnoxios.

III. Imppp. VALENTIN. VALENS. & GRAT. AAA. *ad Rufinum.*

PRæfectura urbis cunctis,quæ intra urbem sunt,antecellat dignitatibus & potestatibus:tantum ex omni parte deriuatis,quantum sine iniuria atq; detrimento alieni honoris usurpat. D. VI. Kal. Iul. Valente. A. V. & Valentiniano Iun. COSS.

IIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Seuerino comiti sacrarum largitionum.*

OMnia corporatorũ genera,quæ in Constantinopolitana ciuitate uersantur, uniuersosq; ciues ac populares præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoscas.

V. Imp. THEOD. A. *Constantino* P. P.

PRimicerius adiutor tuæ sedis officij per biennium,quod in eodem gradu ex consuetudine priscæ ordinationis meruit,curam insuper personarum usurpatione omni atq; ambitione cessante suscipiat:hoc etiam adiecto,ut si quis memorato ordine,uel conditionis humanæ fine præuentus,uel alia quacunq; ratione militiæ gradũ propriæ amisisse monstrabitur: solitæ ambitionis iniuria uacante,locum is,qui iuxta matriculæ ueritatem sequitur,obtineat.

DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM. Tit. XXIX.

I. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. *ad Eugenium* P. P.

VIri illustres comites & magistri peditum & equitum in prouinciales nullam penitus habeant potestatem,nec amplissima præfectura in militares uiros.

II. Impp. THEOD. & HONOR. AA. *ad Hypatium magistrum militum.*

APparitores per orientem statutos officij tui ad aliud iudicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua sub te,siue ciuiliter,siue criminaliter appetantur,eos litigare debere.

III. Imp. ZENO. A. *Sebastiano* P. P.

EOs,qui ultra statutos in officio magisteriæ per orientem potestatis militant,ciuiliũ quoq; iudicum sententijs super quolibet negocio subiacere præcipimus:ipsis quinetiam statutis in tributarijs collationibus ciuilium quoq; iudicum dispositionibus proculdubio parituris.

IIII. Imp. ANASTASIVS. A. *Ioanni magistro militum per Illyricum.*

MIlites de locis,in quibus consistunt,ad alia loca sine speciali nostræ serenitatis authoritate nullatenus transferri præcipimus:ne eorum expensæ in locis, in quibus consistunt, minuantur. sed si forte quædam urgens & necessaria causa emerserit:utilitati ac securitati publicæ tam amplissimam prætorianam præfecturam,cq; tuam sedem sine ulla procrastinatione prospicere penitus oportet:& suggestiones ad nostras aures destinare, iudicantes tam loca, de quibus milites transferendi sunt,quàm ea,ad quæ peruenire eos oportet,nominaq; fortissimorum numerorum,in quibus ijdem milites referuntur,necnon quantitatem annonarum,& ante omnia causam,ob quam ijdem milites transferendi sunt:ut post talem suggestionem à nostra authoritate competentia procedant.

V. Imp. IVSTINIANVS. A. *Zetæ uiro illustri magistro militum per Armeniam & Pontum Polemoniacum, & cæteras gentes.*

CVm propicia diuinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura,cauta diligentia pertractantes,prospeximus oportere etiam partibus Armeniæ,& Ponto Polemoniaco,& gentibus proprium magistrum militum per hanc legem constituere: tuamq; magnitudinem confidentes eligimus,certasq; prouincias,id est magnam Armeniam, quæ interior dicebatur,& gentes Anzitenam uidelicet,Acilisenam,Hobordenam, Sophenam, & primam & secundam Armeniam,& Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum suis ducibus commisimus,comite Armeniæ penitus sublato:cunctosq; subdimus numeros,non modo quos in præsenti nouos constituimus,sed etiam de præsentalibus & orientalibus & alijs agminibus segregatos:non tamen eorum quantitatem agminum minuentes, sed quia plures addidimus sine reipublicæ grauamine,& sine augmento sumptuum aliquantos subtraximus: ita tamen, ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quàm usq; ad nostra felicia fuerant tempora.

DE OFFICIO QVAESTORIS. Tit. XXX.

I. THEODOSIVS. A. *Sallustio quæstori.*

TOtius minoris laterculi curam scias ad tuæ sublimitatis sollicitudinem pertinere: ita, ut tuo arbitratu & scrinio memoriæ toti9 minoris laterculi dignitates, hoc est præfecturæ, omneis tribunatus, & præposituræ castrorum, iuxta consuetudinē priscam clemētiæ meæ authoritate deinceps mittantur. D. VI. Kal. Maij. Constantinop. Castino & Victore COSS.

II. *Idem A. Hælioni comiti & mag. officiorum.*

OMnes minoris laterculi dignitates, quæ sub cura quidē ac sollicitudine uiri illustris quæstoris esse antea uidebantur, postea uero uel uniuersæ uel mediæ ad magistrorum militū potestatem dispositionem'q; transierant: placuit nunc clementiæ meæ, uetusti temporis more reuocato, ad prisca deinceps iura reuocare. D. III. Kal. Maij. suprascriptis COSS.

III. *Imp.* ANASTASIVS. *A. Eusebio mag. officiorum.*

OFficia & conditiones, quæ pertinent ad uiros deuotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini liceat sub quacunq; occasione sine ulla diuinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo, quicunq; in hoc fuerit postea facinore conuictus, publicatione bonorum suorū multando: officio quoq; rectoris prouinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto, aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet usurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. D. Kal. Mart. Constantinop. Anastasio A. & Rufino COSS.

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM. Tit. XXXI.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Agentes in rebus.*

PRiuilegijs dudum scholæ uestræ indultis & integris reseruatis, ad ducenariam, centenariam, & biarchiam nemo suffragio, nisi labore, unusquisq; perueniat. principatum uero adipiscatur matercula decurrente: ita, ut ad curas agendas & cursum illi exeant, quos ordo militiæ uocat, & eius laborum adiutor. præterea in quo totius scholæ status & magistri securitas constituta est: idoneus probitate morū, ac bonis artibus præditus, nostris per magistrū obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio.

II. *Imppp.* VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Patricium mag. off.*

NEmo agentiū in rebus ordinem militiæ atq; stipendia præuertat, etiam si nostri numinis per obreptionem detulerit indultum. ac si quis formam istiusmodi docebitur obtulisse: in locum, ex quo indecenter emerserat, reuertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia longiora, uel labor prolixior fecerit anteire.

III. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Plcitio comiti & mag. off.*

SCholarium nostrorū deuotio probata à nostris parentibus circa nostræ maxime serenitatis affectionem enituit. unde quidquid ad fouenda seruandaq; eorum priuilegia postulatur, statim credidimus admittendum. ideoq; suggestionem tui culminis adprobantes, uiris spectabilibus comitibus scholarū uerberandi regradandiúe senatores & ducenarios licentiā denegamus. ea nāq;, quæ tali cōmotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis uolumus referri noticiā.

IIII. *Iidem AA. Nomo mag. off.*

CVræ perpetuæ tui culminis credidimus iniungendum, ut super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorum'q; ac clausurarum cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. D. II. Id. Septemb. Constantinop. Maximo II. & Paterio COSS.

V. *Impp.* IVSTINVS & IVSTINIAN. AA. *Tatiano mag. off.*

IVbemus eum ad militiam deuotissimorum scholarium de cætero peruenire, qui nostrū meruit iudicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti sine huiusmodi probatoria aliquem inter eosdem uiros deuotos scholares suis referre præscriptionibus: sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit, non solum ea se priuari, uerum etiam pœnæ uiginti librarum auri subijci. Illud etiā obseruari de cætero uolumus, ut si quis locus statusúe scholarium in quacūq; schola uacauerit: ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum uacantem subire locū præceperit. ad hæc quadrimenstruos breues eorundem scholariū cura tuæ sublimitatis & pro tempore uiri excellentissimi magistri officiorum

ficiorum

ficiorum conſcribi uolumus,& eos ſacro ſcrinio laterculi præſtari ibi deponẽdos,ut ſemper no ticia eorundẽ ſcholariũ certa ſit, neq; publico damnum aliquod infligatur. D.x. Kal. Maij. Con ſtantinop. Mauortio v.c. COS.

DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGI tionum. Tit. XXXII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Limenio comiti.*

PAlatinis hæc cura debet eſſe præcipua, ut periculo proprio notarijs deſtinatis,ſu per neglegentia iudicum (ſi ita res exegerit) conquerãtur,ne eorum ſit impunita deſidia. Iudices quoq; de eorum nominibus referre cõuenit,quos commodis pro prijs magis,quàm utilitatibus publicis ſtudere prouiderint. breues uero quadri mẽſtruos ad officiũ palatinũ nouerint dirigendos, aurũq; exactũ ad ſacras largiti ones ſine ulla dilatiõe eſſe mittendũ. D. III. Kal. Maij. Honorio VII. & Theodoſio II. AA. COSS.

DE OFFICIO COMIT. RERVM PRIVATARVM, ſacri palatij, ſacriq; patrimonij. Tit. XXXIII.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Honoratum cõſularem Bizantij.*

SIquid negotiorũ actitatũ fuerit,in quibus aliqd cõmodi fiſcalis appareat: ad offi ciũ rei priuatæ tua grauitas acta trãſmittat, ut inſtructiõe pcepta,qd ſibimet iuris auxilio debeat,agnoſcat. D. VI. Kal. Ianuar. Valẽtiniano & Valente AA. II. COSS.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Mineruio comiti* R.P.

AD palatinorũ curã & rationaliũ officia oĩm rerũ noſtrarũ & totius perpetuarij,hoc eſt em phyteuticarij iuris exactio reuertat. D. Kal. Ianuar. Mediolani. Cæſario & Attico COSS.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Vrſatio Comiti* R.P.

SI quis iudicũ uir illuſtris,uel præfectus urbi cognitionẽ comitiuæ rerũ priuatarũ examini de bitã ſibimet uindicandã cenſuerit,uel tuitionẽ cõtra eiuſdẽ ſtatuta ſedis præſtiterit:ad quin quaginta librarũ auri illationẽ pœnæ noĩe officiũ eius teneat, quã decet in articulo exigi mãſue tudinis noſtræ ærario ſociandã. D. VI. Id. Aug. Rauẽnæ. Conſtantio & Conſtantino COSS.

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI. Tit. XXXIIII.

I. Imp. CONSTANT. A. *Aeliano proconſuli Africæ.*

LEgati nõ ſolũ ciuiles,ſed etiã criminales cauſas audient:ita,ut ſi ſententiã in reos ferendã prouiderint,ad proconſules eos tranſmittere nõ morentur.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Simplicio proconſuli Aſiæ.*

OFficium Helleſponti conſularis æternæ recordationis patrẽ ſerenitatis no ſtræ adijt,& expoſitis ſuis incõmodis,in quibus à Vicarianis apparitoribus urgetur, orauit ſub imperio tuæ ſublimitatis agere poteſtatem. cuius allegationes humanæ procliuius pium principẽ cõmouerunt.quas & nos obtinere cenſemus.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS. Tit. XXXV.

I. Imp. LEO. A. *Vſeo* P.P.

TItulos,qui Lyciarchiæ & Syriarchiæ muneribus in prima Syria deputati ſunt,per officia tã uiri ſpectabilis comitis Orientis, cũ uiri clariſſimi rectoris prouinciæ fla gitari præcipimus:Lyciarchiæ quidẽ ludi cura uiri ſpectabilis comitis Orientis & eius officio,Syriarchiæ uero ſollicitudine uiri clariſſimi moderãtis prouinciam, eiuſq; apparitionis exerceantur:nulliq; penitus curialium,nec ſi uoluerint, idem munus uel honorem ſubeundi licentia permittatur.

DE OFF. PRAEFECTI AVGVSTALIS. Tit. XXXVI.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARC. AAA. *Florẽtio præf. Auguſtali.*

OMnia tributa per Aegyptiacã diœceſim cura & prouidentia claritatis tuæ à mo deratoribus prouinciarũ exigi iubemus. Si qui tamen ex poſſeſſoribus, ſiue mili taribus,ſiue nõ militaribus,ad inferẽda,quæ debent,audaces exſtiterint: eos per militare etiã auxilium,ſi opus exegerit,ad ſolutionẽ cõpelli cenſemus.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. Rufino P.P.

PRæfectus prætorio Auguſtali ordinariorũ ſub ſe iudicũ examinandi flagicia, & ſuper his referendi, non amouendi, uel puniendi habeat poteſtatem.

DE OFFICIO VICARII. Tit. XXXVII.

I. Imppp. VALENTIN. VALENS. & GRAT. AAA. Antonio P.P.

IN ciuilibus cauſſis uicarios comitib9 militũ cõuenit anteferri, in militarib9 negocijs comites uicarijs anteponi. quoties ſocietas in iudicãdo contigerit: priore loco uicarius ponet, comes adiunctus accedat. Si quidẽ præfecturæ meritũ cæteris dignitatibus antiſtat, & uicaria dignitas ipſo noie eius ſe trahere indicat portionẽ: ſacræ cognitiõis habeat poteſtatẽ, & iudicatiõis nr̃æ ſoleat repræſentare reuerentiã.

II. Idem AAA. ad Heſperium P.P.

RElationes uicariorum, ſi quando uſus attulerit, ad noſtram manſuetudinem referantur. relationes em̃ iudicũ libẽter audimus, ne adminiſtratorũ decreſcere uideatur authoritas, ſi eorum conſulta ueluti profanorũ preces à noſtris adytis repellamus.

DE OFFICIO PRETORVM. Tit. XXXVIII.

I. Imp. CONSTANTIVS. A. ad ſenatum.

PRætori defertur hæc iuriſdictio ſanctiõibus nobis, ut liberale negociũ ipſe diſceptator examinet. ſanè interponi ab eo decreta cõuenit, ut ſiue in integrũ reſtitutio referẽda eſt (pbatis duntaxat cauſſis) ab eodẽ etiã interponat̃ decretũ: ſeu tutoris dandi, ſeu ordinãdi curatoris ſpleat̃ ab eo interpoſitio decretorũ: qppe cũ apud eũ quoq; adipiſci debeat patronorũ iudicio ſedula ſeruit9 libertatẽ. nec ſanè debita filiorũ uotis patrũ uota ceſſabũt, ut patenti copia liberos ſuos exuant poteſtate, magis ppriſs obſequijs mãcipatos: cũ ſeſe intelligãt his obſequij plus debere, à quibus ſe meminerint ſacris uinculis exutos. D. VI. Kal. Ianuar. Euſebio & Hypatio COSS.

II. Impp. VALENTIN. & MARTIAN. AA. Tatiano P.P.

TRes tantũmodo prætores electæ opinionis in hac urbe per ſingulos annos iudicio ſenatus præcipimus ordinari: qui competentes cauſſas & debitos actus integre diſceptare atq; tractare debebũt: ut hi tamen tres ex ijs, qui pprium larẽ in hac alma urbe habeãt, nõ ex prouincijs eligant̃. nec ſi quis forte ppter alias cauſſas ad hãc urbẽ de prouincijs uenerit, ad præturæ mun9 efferat̃: ſed ij tantũmodo (ut dictũ eſt) qui hic domiciliũ fouẽt: ita tamẽ, ut nec ipſi ſumpt9 quoſdã inferre cogantur inuiti, ſed habeãt ſpontaneũ liberalitatis arbitrium.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE, ET VT NVLLI PAtriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali pmiſſu principis permittat̃. Tit. XXXIX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Iuliano.

POteſt de falſo cauſſam cognoſcẽs præſes prouinciæ, incidentẽ pprietatis quæſtionem dirimere. D. VI. Kal. April. Maximo. II. & Vrbano. COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Maximianũ

PRæſides puinciarũ oportet, ſi quis potẽtiorũ exſtiterit inſolẽtior, & ipſi uindicarenõ poſſunt, aut examinare, aut pnũciare nequeũt: de eius noie ad nos, aut certe ad prætorianæ præfecturæ ſcientiã referre: quo prouideatur, qualiter publicæ diſciplinæ & læſis tenuioribus conſulatur. D. V. Kal. Maij. Probiano & Iuliano COSS.

II. Idem. A. ad prouinciales.

IVſtiſſimos & uigilantiſſimos iudices publicis acclamatiõibus collaudãdi damus oĩbus poteſtatẽ, ut honoris eis auctiores proferam9 pceſſus: & è cõtrario iniuſtos & maleficos querelarũ uocibus accuſandi, ut cẽſuræ nr̃æ uigor eos abſumat. nã ſi ueræ uoces ſint, nec ad libidiné per clientelas effuſæ, diligẽter iueſtigabim9: pfectis prætorio & comitibus, q per puincias cõſtituti ſũt, puincialiũ noſtrorũ uoces ad noſtrã ſcientiã referẽtibus. D. prid. Kal. *. Baſſo & Ablabio COSS.

IIII. Idem A. ad Periclem Præſidem.

IN officiales præfectorũ curſum publicũ laniantes, uel praua cõtra utilitatẽ publicã moliẽtes, uindicandi tibi dedimus poteſtatẽ: ita, ut præfectos de eorũ culpa facias certiores. D. X. Kal. Nouẽb.

Nouemb. Nicopoli. Constantio & Albino COSS.

V. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Apronianum* P.V.

POtioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. sed ubi publica tractatur utilitas: & si minor iudex ueritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria: sanè qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis iniurijs existimet afficiẽdos eos, qui officia cum potestate moderantur: non declinabit nostræ indignatiõis aculeos. D. V. Kal. Iun. Arintheo & Modesto COSS.

VI. Imppp. VALENTIN. GRAT. & THEOD. AAA. *Cynegio* P.P.

CIuitas Rhodiorum iniuriam suam non tam decenter, q̃ sero conquesta est. unde inuiolabili obseruatione sancimus, ut quoniam tempore hyemis nauigatio sæpe periculosa est, semper incerta: in illis quinq; urbibus, quæ potiores esse cæteris adseruntur, uicissim hyemandum sibi iudices recognoscãt. quod si cuiq; tale existat ingeniũ, ut præcepta nostra contemnat: quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

VII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Cynegio* P.P.

QVi ordinariã gesserit potestatẽ, quidquid ex uetere iure delegationis titulis profligauerit: cum dispendio pudoris atq; fortunæ de proprijs facultatibus intra prouinciã positus inferre debebit. D. VII. Kal. Iun. Constantinop. Honorio nobilis. puero & Euodio COSS.

VIII. Iidem AAA. *Cynegio* P.P.

NEquis iudicum in prouincia sua præfectianum, uel palatinum, uel militem, uel ex ijs etiam omnibus, qui antea in huiusmodi officijs fuerint commorati, intercessorem, id est exsecutorem cuiusq; litigatoris petitione in quolibet, seu priuato, seu publico negocio, putet esse tribuendum. nam peccantem contra consulta cælestia cũ suo officio non solum detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. D. Non. August. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio COSS.

IX. Iidem AAA. *Polemio* P.P. *Illyrici.*

NVllus prouinciæ moderator augustissimã urbem sine iussione nostra adire audeat. nam si patuerit quem contra decreti nostri præcepta uenisse: is congrua condemnatione plectetur. D. X. Kal. Ianuar. Mediolani. post consulatum Timasij & Promoti.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Limenio comiti sacr. larg.*

NVllum palatinis tibi obsecundantibus cum prouincialibus uolumus esse commercium: sed iudices scire debebunt, hoc sibi præcipue esse commissum, ut ipsi à prouincialibus exigant, & consueta deposcant. palatinum uero possessor non horreat, qui non sibi, sed iudicibus atq; officijs præceptus est imminere. D. VI. Kal. April. *.

XI. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Theodoro* P.P.

MOderatores prouinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam iniuste q̃ committant. D. VI. Kal. Decẽb. Rauennæ. Basso & Philippo COSS.

XII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Monachio* P.P.

OMnes prouinciarum apparitores pro inueterata authoritate iuxta motum iudicis nudatos uerberibus (si ita res tulerit) subiacere præcipimus: ut & facilis exsecutio rerum publicarum fit, & officiorum insolentia comprimatur, & iudicum seueritati competens reddatur authoritas. D. VI. Kal. Ianuar. Honorio. IX. & Theodosio V. AA. COSS.

XIII. Imp. LEO. A. *Constantino* P.P.

SI quis cohortalibus adhuc obsequijs obligatus, regimen prouinciæ, uel cingulũ cuiuslibet militiæ dignitatisue quoquo modo meruit: cõtra licitũ usurpatis impetratisue careat, etiã si ultro in eum nostra liberalitate ius regendæ prouinciæ, uel militiæ, seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit delatum fuisse. D. VII. Id. August. Leone. A. III. & Probiano COSS.

XIIII. Imp. ANASTASIVS. A. *Viuiano* P.P.

NVlli iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus sacra palatia aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum ueluti prætoria uindicare: sed sacratissima modis omnibus habitare palatia seu prætoria, ut hac necessitate compellantur eorũ reparationi prouidere. ubi autem & palatium est & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium autem suscipiendis conseruandisq; speciebus publicis horreorũ uice, uel aliæ necessariæ rei deputetur. quòd si quis aliquando dissimulare tentauerit: protinus eum atq; officium quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum, quod neglexerit, palatium soluere sancimus. D. VI. Id. Febr. Clementino & Probo COSS.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM. Tit. XL.

I. Impp. THEOD. & ARCAD. AA. Nephridio P.V.

PRæfecti uigilum huius urbis nihil de capitalibus cauſis ſua authoritate ſtatuere debent: ſed ſi quid huiuſmodi euenerit, culmini tuæ poteſtatis referre, ut de memoratis cauſis celſiore ſententia iudicetur.

DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM. Tit. XLI.

I. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Curtio P.P.

HOnorati, qui litē habere noſcunt̄, his horis atq; tēporibus, quibus cauſarū uel merita uel fata pandunt̄, reſidendi cū iudicibus nō habeant facultatē. D. III. Non. Februar. Rauennæ. Baſſo & Philippo COSS.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P.P.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitant̄, aliquo ſe defendere tentet munimine: adeat iudicē, & pmat, quæ duxerit adſerenda. quē ſi iudex (quod nō arbitramur) minus audire maluerit: ipſe quidē adminiſtrator uiginti librarū auri, apparitio uero eius quinquaginta feriatur diſpendio. D. XIII. Kal. Aug. Cōſtantinop. Honorio. VIII. & Theodoſio. III. AA. COSS.

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM. Tit. XLII.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. magiſt. & comit. utriuſq; militiæ.

NVnc̄p omnino in negocijs priuatorum uel tuitio militaris uel exſecutio tribuat̄. D. prid. Id. Feb. Conſtantinop. Theodoſio. A. III. & Habundantio COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P.P.

PRæcipimus, ne quando curiales, uel priuatæ conditionis homines ad militare exhibeantur iudicium, uel contra ſe agentium actiones accipiant, uel litigare in eo cogantur. interminationem autem quinquaginta librarum auri aduerſus comitiani officium proponi decernimus, ſi quid contra hoc aliquando tentauerit. D. VI. Kal. Septemb. Theodoſio. A. VII. & Palladio COSS.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Anatolio magiſt. militum.

NEmo de his, qui in uirorum ſpectabilium ducum officijs militauerit, ſcholæ agentium in rebus quacunq; ſubreptione poſt completam militiam ſocietur, nec agendi uices uiri clariſſimi principis accipiat facultatem. Si quis autem aduerſus hoc perennitatis noſtræ decreta uenire conetur: militia ſpoliatus, proſcriptione pro parte bonorum tertia conſtringatur. D. V. Kal. Febr. Conſtantinop. Maximo. II. & Paterio COSS.

IIII. Idem AA. Nomo magiſt. officiorum.

DVces militū, & præcipue quibus gentes (quā maxime cauendæ ſunt) adpropinquant, in ipſis limitibus commorari, & milites ad propriū redigere numerum, imminentibus magiſtris poteſtatibus, diurniſq; eorū exercitatiōibus inhærere p̄cipimus. caſtrorū, quinetiā refectionis luſtratiōiſq; curā habeāt, q̄bus cū principib9 caſtrorūq; p̄poſitis pro laborū uiciſſitudine limitaneorū militum duodecimā annonarū partē, diſtribuendā inter eos uidelicet magiſteriæ poteſtatis arbitrio, deputamus. D. II. Id. Septēb. Conſtantinop. Maximo. II. & Paterio COSS.

* Conſtitutio Græca.

NE REI MILITARIS COMITIBVS VEL TRIBVnis lauacra præſtentur. Tit. XLIII.

I. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P.P.

OMnē inquietudinē à curijs & ciuitatibus p̄cipimus, phiberi: nec ulla priuata ab his ſuccēdi balnea ad tribunorū, uel ducū aliorū, uel militariū comitū uſus: nec adæratione aliquā, p hac cauſa infligi. illuſtribus em̄ tantū comitibus, ac magiſtro militū (ſi tamē id uoluerint) hoc miniſteriū indulgemus: dupli pœna uiolatoribus huius ſanctionis imminente. D. V. Kal. Decemb. Arcadio. A. VI. & Probo COSS.

De offi-

DE OFFICIO DIVERSORVM IVDICVM. Tit. XLIIII.

I *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Domitium Celsum uicarium.*

NEmo iudex aliquem officialem ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat: cum certum sit, debita eius, quæ intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius uel cuiuscunq; rei habita distractione, publicis necessitatibus seruari posse. quòd si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam: inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectetur. D. IIII. Id. Augusti. Sabino & Rufino COSS.

II. *Imppp.* VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad principes populi.*

SInguli quiq; iudices sciant celsioribus uiris & ijs, quorum nonnunq; iudicio prouehuntur, honorificentiam debitam esse præstandam, nec in proscriptionibus suis fratres audeat nominare: apparitiõe multanda, cuius hæc est cura. D. Idib. Febr. Richomere & Clearcho COSS.

III. *Iidem* AAA. *Constan. præposito Galliarum.*

SCiant principes, & cornicularij, & primates officiorum, & iudices etiam ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis uiris (quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretarij iudicum non patuerint ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cũ iudice societas denegata. D. VI. Id. Nouemb. Tyberiade. Timasio & Promoto COSS.

VT OMNES IVDICES, TAM CIVILES, QVAM MILITARES post administrationem depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus, certis locis permaneant. Tit. XLV.

I. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P. P.

NEmo ex uiris clarissimis præsidibus prouinciarum, uel consularibus, aut correctoribus, uel qui administrationis maioris insulas meruerint, id est uiri spectabiles proconsules, aut præfectus augustalis, aut comes Oriẽtis, aut cuiuslibet tractus uicarius, aut quicunq; dux uel comes cuiuslibet militis, uel diuinarum comes domorum, postq; sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexisse nosciatur, anteq; quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur. sed per id tempus præsides quidem, & consulares, necnon correctores in Metropoli: spectabiles uero iudices, tam ciuiles, q; militares, in ciuitatibus administratæ diœce seos illustrioribus, publice, non domi, uel intra sacro sanctos terminos, uel regiones, aut potentes domos latitantes: sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernauerũt, ora uersentur: ut pateat omnibus facultas libera super furtis aut criminibus querimoniam commouendi: ita, ut ab omni defensus iniuria prouisione post eum administrantis, ac periculo officij, nec minus curialium, & defensoris ciuitatis: iuratoriæ tantum cautioni commissus, postq; fuerit in querimoriam deuocatus, pulsare uolentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat. nec ullam ante præfinitum tempus de prouincia discedendi excusationem ei tribuat: uel diuina reuocatoria, uel codicillis alterius administrationis oblatis, uel præcepto amplissimæ tuæ sedis, ut alterius prouinciæ moderatoris uicem obtineat, aut præcepto præfatæ uel alterius ciuilis seu militaris cuiuscunq; potestatis, ut quamcunq; sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, ant deducatur, aut postremum cuiuslibet occasionis excogitata calliditate excludatur: ut modis omnibus, quæ pro uniuersarum prouinciarum salute sancimus, fortiantur effectum. Quod si quis temeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam uel uiolandam crediderit: licet & maiestatis reus non immerito iudicetur: attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: simili pœna plectendo, qui post eum administratione susceptа minime eum curauerit honeste retinendum, aut super eius fugam protinus requirendum. Administrationem autem deponere non uolumus decessorem, antequàm successor ad prouinciæ fines peruenerit: licet literis ad eum, seu programmate, uel edicto ad officium & prouinciales usus fuerit. Ipse autem, qui præsentem fugiens non obseruauerit legem: ubicunq; repertus fuerit, licet in hac florentissima ciuitate, ad prouinciam sine ullo penitus obstaculo præceptione tui culminis, cura etiam uiri clarissimi rectoris prouinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per sex mensium curricula ibi

dem moraturus: quatenus inter ea minime possint crimina uel furta cælari. Officium etiam, quod eum (debito tamen honore seruato) non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. Quod si intra quinquaginta dierum numerum forte fuerit pulsatus, & præfato elapso tempore necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi. accusatione uero super criminibus facta, per inscriptionum laqueos irretitus, usq; ad terminum causæ ibidem necessario perdurabit. Sciant autem uniuersi iudices, apud quos uel administrationis iure, uel ex præceptione amplissimæ tuæ sedis huiusmodi controuersiæ ciuiliter uel criminaliter uentilantur, infra uiginti dierum spacium debere se præfata litigia, postq; orta fuerunt, terminare. nam si supersederint: ipsos quidem decem librarum auri cõdemnationem subire censemus. accusationem uero seu ciuilem intentionem semel in iudicium deductã, præfato modo legitime terminari. D. V. Id. Octob. Constantinop. Zenone A. II. COSS.

DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM ALICVIVS iudicis obtinet. Tit. XLVI.

I. Imp. GORDIANVS. A. Domitio P.P.

IN causa, quæ spectat ad utilitatem reipublicæ, eum, qui uice præsidis prouinciæ administrat, potuisse cognoscere, in dubium non uenit. sanè si in aliquo captum est ius reipublicæ: iuxta scita diuorum principum, defensores reipublicæ (si modo adesse fiduciam negocio putant) restitutionis auxilium possunt flagitare. D. III. Non. Nouemb. Sabino. II. & Venusto COSS.

II. *Mandata* Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. *missa Antiocho, cæterisq; P.P. per Referendarium, quæ sic habent.*

SVggerente magnificentia uestra, docta imperialis æternitas, debere eos, qui præceptione principali, seu uestræ sedis amplissimæ, tueri locum rectorũ prouinciarũ noscuntur: authoritatem habere tutores seu curatores petentibus dare, decretũ etiam interponere ad alienandas minorũ, similiumq; eis personarũ, seu curialiũ facultates, & emancipationes quoq; legibus celebrare, & oñia, quæ ad iurisdictionẽ rectoris prouinciæ pertinent, actitare: præcipere dignata est. pro dispositione uestræ celsitudinis præfatos huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. D. prid. Id. Octob. Constantinop. Hierio & Ardaburio COSS.

DE ADSESSORIBVS, ET DOMESTICIS, ET CANCELlarijs iudicum. Tit. XLVII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Paulino.

STudiorum labor meretur, ut ij, qui in publicis administrationibus constituti, fociari sibi consiliorum participes cupiunt: spe præmiorum atq; honorificentia sua prouocent eos, quorũ prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, & necessitate incongrua libertati. D. prid. Id. Iul. Tyberio & Maximo COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Bassum P.V.

PRæsides, non per adsessores, sed per se subscribant libellos. quòd si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit: mox adsessor, qui subscripsit, exilio puniatur. præsidis uero nomen ad nos referri iubemus, ut in eum seuerius uindicetur. D. XV. Kal. Septembr. Constantino. A. VI. & Constantino Cæsare COSS.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P.P.

CONsiliarios iudicum, & cancellarios, & eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta dies in prouincijs residere præcipimus. pro confesso autem tenebitur, qui accusatus, huiusmodi personam subtraxerit: eaq; in quadruplũ restitui iubemus, quæ desiderantur ablata: ut duplum spoliatus accipiat, & duplum noster fiscus adquirat. D. VI. Kal. Ianuar. Mediolani. Theodosio & Rumoridio COSS.

IIII. Idem, & THEOD. AAA. ad Cæcilianum uicarium.

DOmesticus iudicis à publicis actibus arceatur. quod si necessitatibus publicis sese contractus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eo uindicta promatur. D. VI. Id. April. Honorio. A. VI. & Aristæneto COSS.

Impp.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P.P.

NEmo in ꝓuincijs,qui semel domestici uel cãcellarij ministeriũ gesserit,ad eandẽ obseruationẽ aliqua ambitione iterũ remeare concedatur. D.III. Id. Decẽb. Rauen. AA.X.&.VI. COSS.

VI. Iidem AA. Vitaliano duci Lybiæ.

NEmo de domesticis ducum uel comitum militariũ officijs eorũ connumeratus,post cõpletum sui temporis actũ,ad eandẽ rursum sollicitudinẽ audeat adspirare:decem librarũ auri condemnatione ꝓposita,si quis hanc uiolare uoluerit sanctionẽ:eadẽ pœna officio quoq; eius coërcendo,si per ambitionem,uel auariciam,ex his aliquid temerari concesserit. D.VIII. Kal.Nouemb.Honorio. A.XI.& Constantio. II. COSS.

VII. Iidem AA. Eustachio P.P.

VElut castrense peculium filij familiarũ adsessores,etiam post patris obitum uindicẽt, qui consilijs ꝓpijs administratores iuuare consuerunt,si quid licitis honestisq; lucris coadunare potuerunt. D.Kal April.Constantinop. Honorio XIII.& Theodosio X. AA. COSS.

VIII. Iidem AA. Asclepiodoto P.P.

NVllus iudicum ad prouinciã sibi cõmissam quenq; secum ducere audeat, cui domestici uel cancellarij nomen imponat, nec ꝓfectum ad se undecunq; suscipiat:ne famæ nota cũ bonorum publicatione plectatur.periculo enim primatum officij, cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos,iudicibus applicari iubemus:ita,ut post depositam administrationem,nec militiam deserant,& prouincialibus præsentiam sui exhibeant, quo uolentibus sit accusandi eos facultas. si enim idonea causa exegerit:ad detegenda iudicis flagicia,& quæstioni eos subdi oportet. D.prid. Kal.Iul.Asclepiodoto & Mariniano COSS.

IX. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Taurum.

SI post depositam administrationẽ,iudicum præsentiã,uel exhibitionẽ domesticorũ, querimonia ꝓuincialiũ,aut curialiũ,uel aliqua publica necessitas postulauerit:per eosdẽ administratores,quorum domestici fuerint,iudicio legibusq; tradantur. D.V.Non.Iul.Constantinop. Theodosio.A. XIIII.& Maximo COSS.

X. Iidem AA. Florentio P.P.

IN consiliarijs obseruari censemus,ut in eũ,qui in sua prouincia ultra quatuor menses mode ratoribus adsederit aduersus leges antiquas & diuorum retro principũ scita :proscriptio bonorum,& accusatio publici criminis immineat:nisi per cæleste oraculum,uel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. D.XIII.Kal.Febr. Theodosio XVII.& Festo COSS.

XI. Iidem AA. Zoilo P.P. orientis.

NOn minus adsessoribus maiorum magistratuum,q; ipsis iudicibus nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est. ideoq; cõsiliarios uirorũ illustrium p̃fectorum tam prætoriorũ, q; huius inclytæ urbis,eminentissimorũq; magistrorũ militum,necnõ & uiri illustris magistri officiorũ:siue p̃dicto officio iam functi sunt,seu fungent in posterũ:post depositũ etiam officiũ ab omni indictionis onere,seu ciuilium,seu militarium iudicum,prorsus immunes esse præcipimus:ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando,si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit. D.V.Kal. Mart.Theodosio.A.XVIII.& Albino COSS.

XII. Impp. VALENTIN. & MARTIAN. AA. Palladio P.P.

LIceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate,cõsiliarios sibi eosdem secundo, ac tertio,& sæpius adiungere:quia qui semel recte cognitus est,ob hoc solum non debet, quod iam probatus est,improbari. D.VI.Kal.Iul. post consulatum Decij & Longini.

*Constitutio Græca.

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.

NEmo ex ijs,qui aduocati causarum constituti sunt,uel fuerint,& in hac regia urbe in quo cunq; iudicio deputati,& in alijs omnibus prouincijs nostro subiectis imperio,audeat in uno eodemq; tempore tam aduocatione uti, quàm consiliarij cuiuscunq; magistratus , quibus respublica gerenda committitur,curam arripere:cum satis abundeq; sufficiat, uel per aduocationem causis perfectissime patrocinari, uel adsessoris officio fungi : ne cum in utrunq; festinet,neutrum bene peragat. sed siue aduocatus esse maluerit : hoc cum debita solertia implere possit.uel si adsessionẽ elegerit:in ea uidelicet ꝓmaneat:ita tamẽ,ut post consiliarij sollici

tudinẽ

tudinem depositã, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit cõcessum cuicq; duobus magistratibus adsidere, & utriusq; iudicij curam peragere (neq; enim facile credendum est, etiã duabus necessarijs rebus unum sufficere. nam cum uni iudicio adfuerit, altero abstrahi necesse est, sicq; nulli eorum idoneum in totum inueniri) sed altera adsessione penitus semota, unius magistratus esse contentum iudicio. Nec callidis machinationibus huiusmodi legem putet quis esse circumscribendam: & si non consiliarij signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adsimulauerit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen umbra latere: cum in legem committãt & ij, qui uigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinãt. Neq; sibi blandiri quenq; oportet, quòd præsentis legis aculeos possit euadere, quemadmodum anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inuentus: sciat se de matriculis aduocatorũ penitus esse delendum, & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturũ, per uirum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam, & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est, & sciens prudensq; hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit. eidem pœnæ quidem subijciendo etiam eo uel eis, qui in ijs causis, quarum patrocinium adepti sunt, quibusq; aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunq; magistratus colore audeat uel audeant uindicare: ne affectionis suæ aduocationis memor, incorrupti iudicis nomen perferre non possit. D.v.Kal. Octob. Chalcedone, Decio v.c. cos.

DE ANNONIS ET CAPITV ADMINISTRANTIVM, VEL adsessorum, aliorumúe publicas sollicitudines gerentium, & eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates. Tit. XLVIII.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Florentio P.P.

OMnibus tam uiris spectabilibus, q; uiris clarissimis iudicibus, qui per prouincias, siue militarem, siue ciuilem administrationem gerunt, necnon comiti cõmerciorum, magistro æris, siue priuatæ rei rationali per Ponticam & Asianam diœcesim, item & adsessoribus iudicum singulorum, in præbendis solatijs annonarum hic fixus ac stabilis seruabitur modus: ut ea pro annonis & capitu dignitatis suæ debitis precia consequantur, quæ particularibus delegationibus solent contineri. D.III.Kal. Iun. Constantinop. Theodosio. XVII. & Festo coss.

DE CONTRACTIBVS IVDICVM, VEL EORVM, QVI SVNT circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent. Tit. XLIX.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

QVicunq; administrationem in hac florentissima urbe gerunt, emere quidem mobiles res, uel immobiles, uel domum exstruere non aliter possunt, nisi specialem nostri numinis hoc eis permittentem diuinam rescriptionem meruerint. Donationes uero omnimodo recusent, scientes non esse ualidas eas in quibuscunq; rebus & quacunq; æstimatione: nisi post administrationem depositam, uel speciali ter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, uel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela super ijsdem donationibus, uel ab ipso donatore, uel ab eius successoribus facta sit. Prouincias uero moderantibus non solum donationes, sed etiã emptiones quarumcunq; mobilium uel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimonias, uel uestes pertinent) & ædificationes, licet sacri apices aliquid eorum permiserint, penitus interdicimus: nec ratum sit, quod his donatione uel uenditione datũ est, licet quinquẽnale tempus post depositam administrationem excesserit, uel consensus donatoris uel uenditoris post eandem administrationem adiectus sit. hæc autem etiam ad domesticos & consiliarios eorum trahi necessariũ duximus: illud etiam adijcientes, ut nec per interpositam personam aliquid eorum sine periculo possit perpetrari * (quæ etiam ad præterita negocia referri sancimus, nisi trãsactione uel iudicatione sopita sint) D.v.Id.Decemb. Constantinop. DN. Iustiniano A.II. cos.

*Hæc aliàs desunt.

DE MODO MVLTARVM, QVAE A IVDICIbus infliguntur. Tit. L.

Impp.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Firmo.

MVlta damnum famæ non irrogat. D.v. Id. April. Antonino. A. & Geta utrisq; II. COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Decimio P.P.

PRocuratores meos uel rationales multæ indicendæ ius non habere, sæpe rescriptum est. D.XIII. Kal. Septembr. Modesto & Probo. COSS.

III Imp. GORDIANVS. A. Celeri P.P.

CVrator rei publicæ, qui græco uocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet. D. Idib. Septembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

IIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio. P.P.

ILlustres uiros præfectos prætorio usq; ad quinquaginta librarum auri multam, cum peccatũ grauissimũ erit, puenire sinimus. D. VIII. Id. Ianuar. Gratiano. V. & Theodosio. AA. COSS.

V. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Prætextatum. P.P.

MVltarum seuera compendia ærario nostro protinus esse quærenda, nullus ignoret: nisi ipse iudex id, quod ad pœnam admissi facinoris exsculpitur, uel publicis operibus, uel cursui publico, uel alijs necessarijs causis specialiter deputauerit. D. V. Id. Septembr. Aquileiæ. Richomere & Clearcho. COSS.

VI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Meßalæ P.P.

EOs, qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra duarum unciarum auri summam cõdemnare non patimur. proconsulare uero potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit. in qua forma etiam comes Orientis, atq; præfectus Augustalis erit. cæteri uero spectabiles iudices, & qui uice uestra administrationis gubernacula susceperunt: ultra tres auri uncias sibi intelligant licentiam denegatam. Id quoq; obseruandum à moderatore esse censemus, ut in unius correctione personæ (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ tantum in anno cõdemnationis sub præstituta summa seueritas exerceatur. Quod si quis prædictum modum excesserit: huius author admissi cõdemnato ad dupli restitutionẽ: fisco uero nostro ad inferẽdam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus, aut manubijs, id est deprædationibus, aut concussionibus, furtis, alijsq; flagitijs, quæ coërceri seuerius conuenit, fuerint deprehensi: scilicet ut scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. nec putent factu facile esse, ut aut præcipiti persuasione condemnẽt, quem culpa nõ ingrauet: aut erubescenda uarietate iudicij pro arbitrio, pprio immutandũ esse, quod iusserint. nili paupertas cõdẽnati hoc psuaserit. D. XII. Kal. Septemb. Theodosio A. II. & Cynegio. COSS.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM. Tit. LI.

I. Impp. VALENTINIAN. & VALENS. AA. Senecæ defensori.

SI quis de tenuioribus ac minuscularijs rebus interpellandum te esse crediderit: in minoribus cauſis, id est usq; ad quinquaginta solidorũ summã acta iudicialia cõficiat: scilicet ut si quando quis uel debitũ iustum, uel seruum, qui per fugam fuerat elapsus, uel quod ultra delegationem dederat, postulauerit, uel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. cæteras uero, quæ dignæ forensi magnitudine uidebuntur, ordinario insinuato rectori. D. XV. Kal. Ianuar. * Terici. Valentiniano & Valente. AA. COSS.

II. Iidem, AA. ad Probum P.P.

DEfensores ciuitatum, non ex decurionum, seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis personis huic officio deputentur. D. III. Non. Nouembr. Iisdem COSS.

III. Iidem, & GRATIANVS. AAA. ad Senatum.

VTili ratione perspectum est, ut innocens & quieta rusticitas peculiaris patrocinij, id est defensoris locorum beneficio perfruatur, et apud eum in pecuniarijs causis litigandi habeat facultatẽ. D. IIII. Id. August. Hierapoli. Valentiniano & Valente. AA. utrisq. II. COSS.

IIII. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. AAA. Theodoro defensori.

IN defensoribus uniuersarum prouinciarum erit administrationis hæc forma, & tẽpus quinquennij spacij metiendum: scilicet ut in primis parentis uicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos urbanosq; non patiaris affligi, officialium insolentiæ, & iudicum procacitati (salua

reuerentia pudoris)occurras.ingrediendi,cũ uoles,ad iudicẽ liberã habeas facultatẽ. super exigenda damna,uel spolia plus petentiũ ab ijs,quos liberorum loco tueri debes,excludas: nec patiaris quidquam ultra delegationẽ solitã ab ijs exigi,quos certũ est,nisi tali remedio, non posse reparari. D.XI.Non. Ianuar. Constantinop. Arcadio & Bautone COSS.

V. Impp. VALENT.THEOD. & ARCAD.AAA. Potamio PF. Augustali.

DEfensores nihil sibi insolenter, nihil indebitũ uindicantes, nominis sui tantũ fungantur officio:nullas infligant multas,sæuioresnõexerceant quæstiões, plebẽ uel decuriones ab omni improborũ insolentia & temeritate tueantur:ut id tantũ,quod esse dicuntur, esse nõ desinant. D. III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

VI. Iidem AAA. Tatiano P.P.

PEr omnes regiones,in quibus fera & periculi sui nescia latronũ feruet insania,probatissimi quoq; & districtissimi defensoris adsint disciplinæ:& quotidianis actibus præsint,qui non sinant crimina impunita coalescere:remoueant patrocinia,quæ feruorẽ reis,& auxiliũ scelerosis impertiẽdo,maturari scelera fecerunt. D.V. Id. April. Arcadio A. II. & Rufino COSS.

VII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano P.P.

DEfensores ciuitatũ oblatos sibi reos in ipso latrocinio,uel cõgressu uiolentiæ,aut perpetrato homicidio,aut stupro,uel raptu,uel adulterio deprehensos,& actis publicis sibi traditos:expresso crimine cũ ijs,à quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutiõe ad iudicium dirigant. D. prid. Kal. Ianuar. Mediolani. Stilicone. II. & Anthemio COSS.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD.. AA. Cæcilio P.P.

DEfensores ita præcipimus ordinari,ut sacris orthodoxæ religionis imbuti mysterijs,reuerendissimorũ episcoporũ,necnon clericorum,& honoratorũ,ac possessorum,& curialium decreto cõstituant̃,de quorũ ordinatiõe referẽdũ est ad illustrissimã prætorianã potestatẽ,ut litteris eiusdẽ magnificæ sedis eorũ solidet̃ authoritas. Quod si quid à qualibet persona cõtra publicam disciplinã in læsionẽ possessorũ fieri cognouerint defensores:referẽdi habeant potestatẽ ad illustres & magnificos uiros p̃fectos p̃torijs,& illustres uiros magistros equitũ & peditum,magistros etiã officiorum,& comites tam sacrarũ largitionũ,quàm rerũ priuatarũ. D.XV.Kal. Febr. Rauennæ. Honorio VIII.& Theodosio. III. AA. COSS.

IX. Iidem AA. Cæcilio P.P.

IVbemus,cura ac solertia defensorũ,minime possessores maioribus mensuris & põderibus à susceptoribus prægrauari,sed eos deprehensos ad iudiciũ dirigi cũ ipso cõmissæ fraudis indicio. Illud etiã fieri pmittimus, ut si ,puincialib9 nostris cõtestari iniuriæ læsiões suas cupiẽtib9 actorũ cõfectio à defensoribus denegetur: licẽtia eis tribuat̃ querelæ ,ppriæ libellũ conscriptũ eo tẽpore ,quo fuerat contestandũ, in frequẽtioribus ciuitatũ locis proponendi,conueniẽdiq; scribas,tabularios,& cætera officia publica cõmonendi,per quæ libellũ colligi oportebit, atq; inuitis supra memoratis personis sub actorũ cõfectione ingerendi,quorũ quæstiõe fides possit inquiri. qua probata: in eos,quos gestorũ petitã confectionẽ negasse cõstiterit,uigor iudiciarius exerceatur. D.XI.Kal. Febr. Rauennæ. Honorio VIII.& Theodosio III.AA. COSS.

X. Impp. THEOD. & VALENTIN.AA. Cyro P.P.

NVlli defensorum licere decernimus,si de publica sollicitudine uoluerit se liberari,nisi diui nos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio:triginta librarũ auri pœnã tã moderatoribus ,puinciarũ,cq; cæteris iudicibus, uel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit authoritas principalis. D.XV.Kal.Septẽbr. Constantinop. Cyro. V. C. COS.

DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS. Tit. LII.

I. Imp. CONSTANTINVS.A. ad Florentium P.P.

DEcuriones ad magistratum,uel exactionem annonarũ,ante tres menses,uel amplius,nominari debent: ut si querimonia eorũ iusta uideatur,sine impedimento in absoluẽdi locũ alius subrogeẽ. D. Id. April. Const. Seuero & Rufino COSS.

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Germanianum.

MAgistratus conficiendorum actorum habeant potestatem. D. Kal. XIII. Ianuar. Gratiano N.P.& Dagalaipho COSS.

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIAE. Tit. LIII.

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexãdro duci & PF. Augustali.

Iubemus

IVbemus apud Alexandrinæ duntaxat clarissimæ ciuitatis iuridicũ licitum & concessum esse, singulis quibuscunq; uolentibus donationis conscriptæ solenniter instrumenta reserare: eisdemq; robur adijciet gestorũ series apud eũ uirum cõfecta, tanq; si apud uirum clarissimũ moderatorẽ prounciæ, uel magistratus, uel defensores plebis habita fuisse dicerentur.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER SECVNDVS.

DE EDENDO. Tit. I.

I. *Imp.* ANTONINVS PIVS. A. *Acmilio.*

IPse dispice, quemadmodum pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes. nam quod desideras, ut rationes suas aduersaria tua exhibeat: id ex causa ad officium iudicis pertinere solet. P P. IIII. Kal. Octobr. Sabino. II. & Seuero COSS.

II. *Imp.* SEVERVS. A. *Fausto.*

IS, apud quem res agit̃, acta publica, tam ciuilia, qnãm criminalia, exhiberi inspicienda ad inuestigandam ueritatis fidẽ iubebit. P P. Non. Iul. Seuero A. & Albino COSS.

III. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Valenti.*

EDicta actio spem futuræ litis mõstrat. quã emẽdari uel mutari licet, put ppetui edicti monet authoritas, uel ius reddẽtis decernit æqtas. D. II. Kal. Sept. Seuero III. & Anton. AA. COSS.

IIII. *Imp.* ANTONINVS. A. *Epaphrodito.*

QVi accusare uolũt, probatiões habere debẽt: cũ neq; iuris, neq; æquitatis ratio permittat, ut alienorũ instrumentorum inspiciendorũ potestas fieri debeat. actore enim nõ probãte, qui conuenitur, & si nihil ipse præstat, obtinebit. PP. V. Id. Mart. Duobus & Aspris COSS.

V. *Imp.* ALEXANDER A. *Valentinianæ.*

NOn est nouũ, eum, à quo petitur pecunia, implorare rationẽ creditoris, ut fides constare possit. PP. VII. Id. Mart. Maximo. II. & Aeliano COSS.

VI. *Idem. A. Vranio.*

IVstum est desideriũ eius, à quo pecunia petit̃ (licet, noïe publico) ut ratiõbus publicis exhibitis cõstet, quantũ sub noïe suo solutũ sit. PP. XVI. Kal. Decẽb. Maximo II. & Aeliano. COSS.

VII. *Idem. A. Valenti.*

PRocurator priuatæ rationis instrumentorum, quæ communia tibi esse dicis cum fisco, describendorum facultatẽ secundum morem fieri iubebit: & si quando res exegerit ad fidẽ petitionis tuæ apud alium iudicẽ, aliquid eorũ proferri desiderante eo, qui cõuenitur, ut id fiat, præcipiet. PP. X. Kal. Mart. Fusco & Dextro COSS.

VIII. *Idem. A. Floro.*

ET quæ à diuo Antonino patre meo, & quæ à me rescripta sunt, cũ iuris & æquitatis rationibus cõgruũt. nec enim diuersa sunt uel discrepantia, q̃ multum interfit, ex parte eius, qui aliquid petit, quic̃q; doli exceptione submoueri ab intentione petitionis suæ potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit (quod utiq; ipsa rei æquitas suadet) an uero ab eo, à quo aliquid petit̃, actor desideret ratiões exhiberi. quãdo hoc casu nõ oportet origine petitiõis ex instrumẽto eius, qui cõuenitur, fundari. PP. Kal. Octobr. Fusco & Dextro COSS.

DE IN IVS VOCANDO. Tit. II.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Trophinio.*

SIcut bonis moribus conuenit, reuerentiam manumissoris uxori præberi: ita re exigente, in ius eam sine permissu prætoris uocari, prohibitum est. P P. IIII. Kal. April. Agricola & Clementino COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Nocturno.*

GRatia edicti non petita, patronum seu patronã, eorumq; parentes, & liberos, hæredes insuper, et si extranei sint, à liberis, seu liberis eorum, nõ debere in ius uocari, ius certissimũ est: nec in ea re rusticitati uenia præbeatur, cum naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. cum igitur confitearis patroni tui filium sine permissu præsidis te in ius uocasse: pœnã edicto perpetuo præstitutam rescripto tibi cõcedi temere desideras. PP. VIII. Id. Nouemb. Gordiano. A. & Auiola COSS.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Rosanæ.

QVi in potestate patrum agunt, aduersus eos experiri nõ possunt. si igitur emancipata es: uenia edicti petita, hoc facere non prohiberis. quod & in matris persona est obseruandũ. PP. VIII. Id. Nouemb. Diocletiano. II. & Maximiano. AA. COSS.

* Constitutio Græca.

DE PACTIS. Tit. III.

I. Imp. SEVERVS. A. Philino.

COnditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum est. cum igitur uerbis fidei commissi petitum à patre tuo profitearis, ut si uita sine liberis decederet, hæreditatem Licinio Frontoni restitueret: pactum eo tempore de sextante Licinio Frontoni dando, cum liberos Philinus non sustulerit, interpositũ, non idcirco potest iniquũ uideri, quod facta (sicut placuit) diuisiõe, diem suum te filio eius superstite functus esset. PP. VII. Kal. Decemb. Seuero. A. II. & Victorino COSS.

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Claudio.

POstuenditionem hæreditatis à te factam, si creditores contra emptores actiones suas mouisse probare poteris, eosq; eas spontanea uoluntate suscepisse: exceptiõe taciti pacti nõ inutiliter defenderis. PP. prid. Id. Febr. Seuero. III. & Antonino. AA. COSS.

III. Idem AA. Restituto.

SEruus creditoris meliorem causam domini facere potest: in deterius autem reformare nouo pacto non potest obligationem recte constitutam. PP. VIII. Kal. April. Seuero. III. & Antonino. AA. COSS.

IIII. Idem. AA. Valeriæ.

POstq̃ liti de prædio motæ renunciasti: causam finitam instaurari posse, nulla ratio permittit. PP. IIII. Id. Febr. Albino & Aemyliano COSS.

V. Imp. ANTONINVS. A. Demagoræ.

CReditori tuo si partẽ pecuniæ exsoluisti, de parte uero nõ petenda inter te & eũ conuenit, ob causas negociaq; eius tuo patrocinio fideq; defensa: ea obligatione partim ciuili iure, partim honorario liberatus es. nam exceptio perpetua pacti conuenti uel doli residui petitionẽ repellit: cum & exsolutum per ignorantiam repeti potuisset. PP. VIII. Kal. August. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

VI. Idem A. Basiliæ.

PActa, quæ contra leges, constitutionesq;, uel contra bonos mores fiunt, nullam uim habere: indubitati iuris est. PP. Kal. August. ijsdem COSS.

VII. Idem. A. Maximo.

DEbitori tuo si hæres exstitisti: actio, quã contra eum habuisti, adita hæreditate cõfusa est. Sed si eam hæreditatem postea, cũ in iudicio obtinuisti, tradidisti ei, quẽ sententia superaueras, ea cõditione pactoq;, ut tam cæteris creditoribus, cũ tibi in eo, quod tibi deberetur, si eã hæreditatẽ nõ adisses, satisfaceret: pacti cõuentionisq; fides seruãda est. quæ si non seruat: ex stipulatu, si modo pacto subiecta est, actio dabit. PP. III. Kal. Aug. Antonin. A IIII. & Balbino COSS.

VIII. Imp. ALEXANDER. A. Dionysio.

CVm postea, cũ aduersarius matris tuæ uictus esset, matrem tuam circumuenerit, ut ei caueret, nullam de seruis controuersiam moturam: id pactum mala fide factum, irritum est: & cum ex ea conuentione cum matre tua agi cœperit, iudex eam liberabit. PP. prid. Id. Septemb. Alexandro. II. & Marcello COSS.

IX. Idem. A. Mucatraulio.

SI pascenda pecora partiaria, id est, ut fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum

num & pastorem diuidantur, Apollinarem suscepisse probabitur: fidem pacto præstare per iudicem compelletur. PP. IIII. Kal. Octobr. Alexandro. A. II. & Marcello. COSS.

X. *Idem. A. Nicæ.*

LEgem, quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, seruari oportet: nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci. tunc enim hoc iure utimur, cum pactum nudum est. alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit: utilis est cõdictio. PP. III. Kal. Mart. Albino & Maximo COSS.

XI. *Idem. A. Capitoni.*

EX conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, ut creditoribus, quibus fuerant prædia obligata, usuras solueret: actio tibi aduersus eam competere non potest, etsi pactum in stipulationem deductum probetur. Sed si fundus æstimatus ita, ut pars instrumenti significat, in dotem datus est: ex uendito actio, ut placitis stetur, competit. PP. Non. Decemb. Ipso. A. III. & Dionysio COSS.

XII. *Idem. A. Flacillæ.*

PActa nouissima seruari oportere, tam iuris, cẽ ipsius rei æquitas postulat. quapropter si conuentione, quæ præcessit, diuersa pars usuram se non esse consensit, & maxime si (ut proponis) id etiam apud acta præsidis adseuerauit: actionem, quæ super prima conuentione fuerat, exercere non prohiberis. PP. III. Kal. Mart. Agricola & Clementino COSS.

XIII. *Imp. MAXIMINVS. A. Mario.*

IN bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si in continenti fiat. nã quod postea placuit: id non petitionem, sed exceptionem parit. PP. V. Id. Ianuar. Maximino. A. & Africano COSS.

XIIII. *Imp. GORDIANVS. A. Cælio militi.*

SI pacto, quo pœnam aduersarium tuum promisisse proponis, si placito non stetisset, stipulatio subiecta est: ex stipulatu agens uel id, quod in conuentionem deuenerat, ut fiat, consequeris: uel pœnam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges. nam bona aduersarij tui in te transferri citra solennem ordinem, frustra deprecaris. PP. Kal. April. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

XV. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. nobilis Cæs. Pactumeio.*

PActum, quod dotali instrumento comprehensum est, ut si pater uita fungeretur, ex æqua portione ea, quæ nubebat, cum fratre hæres patri suo esset: neq; ullam obligationem contrahere, nec libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. PP. X. Kal. Mart. Aemyliano & Basso COSS.

XVI. *Imppp. CARVS CARINVS & NVMERIANVS. AAA. Diaphanto.*

CVm proponas filios testamento scriptos hæredes rogatos esse, ut qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hæreditatis restitueret: quoniam precariam substitutionem fratrum cõsensu remissam adseris: fideicommissi persecutio cessat. PP. IIII. Id. Feb. Maximo. II. & Aquilino COSS.

XVII. *Idem. AAA. Deximacho.*

PActum, quod bona fide interpositum docebitur, etsi scriptura non existente, tamen si aliis probationibus rei gestæ ueritas comprobari potest, præses prouinciæ secundum ius custodiri efficiet. PP. IX. Kal. Iul. ijsdem COSS. quibus supra.

XVIII. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Iulio & Aemylio.*

SI creditores uestros ex parte debiti admisisse quenq; uestrum pro sua persona soluentem probaueritis: aditus rector prouinciæ pro sua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit. PP. VII. Id. Ianuar. Diocletiano. II. & Maximiano. AA. COSS.

XIX. *Idem. AA. Victoriano militi.*

LIcet inter priuatos huiusmodi scriptum, quo comprehenditur, ut is, qui superuixerit, alterius rebus potiatur, ne donationis quidem mortis causa gestæ efficaciter speciem ostendat: tamen cum uoluntas militum, quæ super ultimo uitæ spiritu, deq; familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, uim postremi iudicij obtineat: proponas q; te ac fratrem tuum ad discrimen prælij pergentes, ob communem mortis fortunam inuicem esse pactos, ut ad eum, qui superstes fuisset, res eius, cui casus finem uitæ attulisset, pertinerent: existente conditione intelligitur ex fratris tui iudicio, quod principalium constitutionum prompto fauore firmatur, etiam rerum eius compendium ad te delatum esse. PP. XIII. Kal. Decembr. Firmij. Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

XX. Iidem AA. & CC. Martiali.

TRaditionibus & usucapionibus dominia rerum, nō nudis pactis transferuntur. PP. Kal. Ianuar. Ipsis V. & IIII. AA. COSS.

XXI. Iidem AA. & CC. Eusebio.

CVm proponas inter uos sine scriptura placuisse, fratrum tuorum successiones ex æquis partibus diuidi, & transactionis causa probari possit hanc intercessisse conuentionem: exceptione te tueri potes, si possides. Quod si aduersarius tuus teneat: ex hoc placito nullam actionem natam esse, si tibi stipulatione non prospexisti, debes intelligere: nec aduersario tuo transactione uti cōcedendum est, nisi ea, quæ placita sunt, adimplere paratus sit. PP. Kal. Maij. Fausto II. & Gallo COSS.

XXII. Iidem AA. & CC. Archelao.

PActum curatoris recipere minorem quātitatem paciscentis, adultæ ætatis suffragium, ne noceat, efficiet. tutores enim & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, non etiam remittentes, præstant liberationem obligationis. PP. XVIII. Kal. Decemb. Sirmij. Ipsis VII. & VI. AA. COSS.

XXIII. Iidem AA. & CC. Honorato.

FIlius paciscendo, aut debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi. PP. XVII. Kal. Decemb. Sirmij. Ipsis VII. & VI. AA. COSS.

XXIIII. Iidem AA. & CC. Dominæ.

SI actionem legati uel fideicommissi, quam aduersus hæredes quōdam mariti tui habuisti, te affectione hæredum alijs remisisse probetur: exceptionem pacti contra debitores instituenti actiones nocere tibi minime posse, intelligis. PP. XVII. Kal. Ianuar. CC. III. COSS.

XXV. Iidem AA. & CC. Euhemero.

DEbitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari potest. S. IIII. Kal. Maij. CC. III. COSS.

XXVI. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

PActum successorum debitoris ex lege duodecim tabularum, ad æs alienum hæreditarium pro portionibus quæsitum singulis, ipsoq; iure diuisum, in solidum unum obligare non potest creditori. quod & in honorario succedentibus iure locum habet. de chirographis itaq; conuenientibus exhibendis cum cohærede, uel non perfectis in diuisione placitis, conuenire quanti tua interest potes. PP. III. Id. Octobr. * Variani CC. COSS.

XXVII. Iidem. AA. & CC. Aurelio Chresimo.

PEtens ex stipulatione, quæ placiti seruandi causa secuta est: seu antecessit pactum, seu post pactum statim interposita sit: recte secundum se ferri sententiam postulat.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Leontio.

SI certis annis, quod nudo pacto conuenerat, datum fuit: ad præstandum in posterum indebitum solutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit: nisi placitis stipulatio intercesserit. S. III. Non. Decembr. * Burtodis. Ipsis VIII. & VII. AA. COSS.

XXIX. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

SI quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usurum fori præscriptione propter cingulum militiæ suæ, uel dignitatis, uel etiam sacerdotij prærogatiuam: licet antea dubitabatur, si oporteret eandem scripturam tenere & eum, qui hoc pactus est, nec deberet aduersus suam conuentionem uenire, uel licentiam ei præstare, decedere quidem ab scriptura, suo autem iure uti: sancimus nemini licere aduersus sua pacta uenire, & contrahentes decipere. si enim & ipso prætoris edicto pacta conuenta, quæ neq; contra leges, neq; dolo malo inita sunt, omnimodo obseruanda sunt: quare in hac causa pacta uon ualeant: cum alia sit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, ijs, quæ pro se introducta sunt, renunciare? Omnes itaq; iudices hoc in litibus obseruent: & huiusmodi obseruatio & ad pedaneos iudices, & ad compromissarios, & arbitros electos perueniat: scituri, quòd si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur. D. Kal. Septemb. Cōstantinop. post consulatū Lampadij & Orestæ. VV. CC.

XXX. Idem. A. Ioanni P.P.

DE quæstione tali à Cæsariensi aduocatione interrogati sumus. duabus uel pluribus personis spes alienæ hæreditatis fuerat ex cognatione forte ad eos deuoluendæ, pactaq; inter eos inita sunt pro aduentura hæreditate, quibus specialiter declarabatur, si ille fuisset mortuus, & hæreditas ad eos peruenisset, certos modos in eadem hæreditate obseruari: uel si forte ad quosdam ex ijs commodum hæreditatis peruenisset, pactiones certas euenire. & dubitabat, si hu-

si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autẽ eis quæstionem, quia adhuc superstite eo, de cuius hæreditate sperabatur, huiusmodi pactio processit: & quia non sunt ita confecta, quasi omnimodo hæreditate ad eos peruẽtura, sed sub duabus conditionibus cõposita sunt, SI ILLE MORTVVS FVERIT, et SI AD HAEREDITATEM VOCENTVR II, QVI PACTIONEM FECERVNT. Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ esse uidentur, & plenæ tristissimi & periculosi euentus. quare enim quodam uiuente & ignorante de rebus eius quidam paciscentes conueniunt? Secũdum itaq; ueteres regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obseruari: ni si ipse forte, de cuius hæreditate pactum est, uoluntatem suam eis accommodauerit, & in ea usq; ad extremum uitæ suæ spacium perseuerauerit. tunc enim sublata acerbissima spe, licebit eis illo sciente & iubente huiusmodi pactiones seruare: quod etiam anterioribus legibus & constitutionibus non erat incognitũ, licet à nobis clarius est introductum. Iubemus etenim neq; donationes talium rerum, neq; hypothecas penitus esse admittendas, neq; alium quenq; contractũ: cũ in alienis rebus contra domini uoluntatem aliquid fieri uel paciscí, secta horũ temporũ non patitur. D. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Oresteæ VV. CC.

DE TRANSACTIONIBVS. Tit. IIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Celerio.*

Neq; pactio, neq; transactio cum quibusdam ex tutoribus siue curatoribus facta, auxilio cæteris est in ijs, quæ separatim communiterue gesserunt, uel gerere debuerunt. cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex ijs transegeris: tertiũ conuenire non prohiberis. D. Kal. Maij. Gentiano & Basso COSS.

II. *Idem. A. Luctatio.*

CVm te proponas cum sorore tua de hæreditate transegisse. & ideo certam pecuniam te ei debere cauisse: & si nulla quæstio fuisset hæreditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia recte cauta intelligitur, ex qua causa si fisco soluisses, repetere non posses. si nõ soluisses, tamẽ iure cõuenireris. PP. III. Id. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Tulliæ.*

AGe cum Gemmiano, quod pater eius curator tibi datus negocia tua gesserit: & si apud iudicem negabit se actione teneri, quoniam transactio & Aquiliana stipulatio interposita est: iudex contemplatione iudicij, quod bonæ fidei est, quæret de quanta pecunia nominatim transactũ sit. & si apparuerit de minore transactum esse quantitate pecuniæ, quàm ex administratione curæ deberi probatum fuerit: soluere eum iubebit, quòd non in stipulationem Aquilianam obligationis iure tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ, quæ debebatur. D. prid. Id. August. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. *Idem* A. *Numidio.*

ACtione administratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis annos compleuit, in Aquilianam stipulationem deducta, & per acceptilationem exstincta: nullam aliam superesse, nisi de dolo intra concessa tempora, nõ ambigitur: nisi specialiter etiam de dolo transactum sit. PP. II. Non. Mart. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

VI. *Idem* .A. *Euocato.*

CVm te transegisse cum hærede quondam tutoris tui profitearis: si id post legitimam ætatem fecisti: frustra desideras, ut à placitis recedatur. licet enim (ut proponis) nullum instrumentum interceserit: tamen si de fide contractus, confessione tua constet: scriptura, quæ solet probationem rei gestæ continere, necessaria non est. PP. Kal. Mart. Albino & Aemyliano COSS.

VII. *Idem. A. Pomponijs.*

CVm mota inofficiosi querela, matrem uestram cum diuersa parte transegisse ita, ut partem bonorum susciperet,, & à lite discederet, proponatis: instaurari quidem semel omissam querelam per uos, qui matri hæredes exstitistis, iuris ratio non sinit. uerum si fides placitis præstita non est: in id, quod interest, diuersam partem recte conuenietis. aut enim stipulatio conuentioni subdita est, & ex stipulatu actio competit. aut si omissa uerborum obligatio est: utilis actio, quæ præscriptis uerbis rem gestam demonstrat, danda est. PP. VIII. Id. Ianuar. Agricola & Clementino COSS.

Imp.

VII. Imp. GORDIANVS. A. Licinio.

DE alimẽtis præteritis, si quæstio defertur, transigi potest: de futuris autem sine prætore siue præside interposita transactio, nulla authoritate iuris censetur. PP. x. Kal. Ianuar. Pio & Pontiano COSS.

VIII. Idem A. Iunio militi.

TRansactionis placitum ab eo interpositum, cui causæ actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuæ derogauit. PP. XIIII. Kal. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

IX. Idem. A. Agrippino.

SI de possessione, quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris à fratre uxoris tuæ, pactum conuentum & stipulatio inter uos (ut allegas) interposita est, ut si intra diem certum idem aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes: uel si eam inferre quantitatem non curasset, ulterius quæstionem non patereris: & is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequens est, te, ad quem res pertinet, uim ab eo pati non debere. cuius rei gratia uir clarissimus præses prouinciæ interpellatus, uim prohibebit: præcipue, cum etiam si in rem diuersæ parti actio competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem posset submoueri. PP. VI. Id. April. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

X. Imp. PHILIPPVS. A. Apollophaniæ.

FRatris tui filijs de paterna successione ac statu etiamnum contra fidem sanguinis, itemq; placitorum, quæstionem inferre, parum probe postulas. nullus etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facile discedi. PP. prid. Kal. April. Peregrino & Emiliano COSS.

XI. Imppp. VALERIANVS, GALLIENVS. AA. & VALERIANVS nob. Cæsar. Caiano militi.

DE fideicommisso à patre inter te & fratrem tuum uicissim dato, si alter uestrum sine liberis excesserit uita, interposita transactio rata est: cum fratrum concordia, remoto captandæ mortis alterius uoto improbabili, retinetur. & non potest eo casu rescindi, tanq; circũuentus sis: cum pacto tali consenseris, neq; eam, cui subueniri solet, ætatem agere te proponas: nec si ageres, ijsdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV. Kal. Decemb. Valeriano & Gallieno. AA. utrisq; II. COSS.

XII. Iidem AA. Primo.

PRæses prouinciæ existimabit, utrum de dubia lite transactio inter te & ciuitatis tuæ administratores facta sit, an ambitiose id, quod indubitate deberi posset, remissum sit. nam priore casu ratam manere transactionem iubebit, posteriore noceri ciuitati gratia non sinet. PP. XVI. Kal. Mart. Aemiliano & Basso COSS.

XIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Probæ.

INterpositas metus causa transactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur. nec tamen quilibet metus ad rescindendũ ea, quæ consensu terminata sunt, sufficit: sed talẽ metũ probari oportet, qui salutis periculum, uel corporis cruciatum contineat. ad uim tamen uel dolum arguendum qualitas causæ principalis non sufficit. unde si nihil tale probari potest: consensu quæstiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eum, cum quo te transegisse cõmemoras, ex ancilla seruum natum adseueras: si uera sunt, quæ precibus complexus es: alia ratio pactum reformat. nec enim dubij iuris est, dominos cum suis seruis paciscentes, ex placitis teneri atq; obligari nõ posse. S. IIII. Non. April. Bizantij. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

XIIII. Iidem AA. Sopatræ.

SI diuersa pars contra placitum agere nititur: æquitatis ratio suadet, refusa pecunia (cum & tu hoc desideras) causam ex integro agi. PP. IIII. Non. Iul. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XV. Iidem AA. Pontio

VT responsum congruens accipere possis, insere pacti exemplum. ita enim intelligemus, utrum sola conuentio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio, necnon & acceptilatio secuta fuerit. quæ si subdita esse illuxerit: nullam aduersariæ tuæ petitionem hæreditatis, uel in rem specialem competere, palàm est. PP. XV. Kal. Auguſt. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

XVI. Iidem AA. & CC. Cæcilio.

CAusas uel lites transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto resuscitari non oportet. S. V. Id. Mart. Ipsis V. & IIII. AA. COSS.

XVII. Iidem AA. & CC. Marcello.

CVm proponas ab ea, contra quam supplicas, litem, quam tecum habuit, transactione decisam

sam, eamq; acceptis, quæ negocij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resilu isse, ac petas, uel pacto stari, uel data restitui: perspicis, siquidē de his reddendis, manente transactiōis placito, statim stipulatione, si contra fecerit, pspexisti, & uiginti quinq; annis maior fuerit: quòd exceptionem pacti, & actionem datorum habeas. quòd si nihil tale conuenit: exceptio tibi, non etiam eorū, quæ dedisti, repetitio competit, securitate parta. PP. V. Id. Iun. Ipsis AA. V. & IIII. COSS.

XVIII. *Idem AA. & CC. Valentiniano.*

TRansigere uel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitū non est. in alijs autē publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam nō ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. S. III. Kal. Septembr. AA. COSS.

XIX. *Idem AA. & CC. Irenæo.*

SVb prætextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi iura nō patiuntur. Sanè si per se, uel per alium subtractis, quibus ueritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur: siquidem actio supereſt: replicationis auxilio doli mali pacti exceptio remouetur. si uero iam peremptа est: infra constitutum tempus tantum actionem de dolo potes exercere. D. IIII. Kal. Octobr. Sirmij. AA. COSS.

XX. *Idem. AA. & CC. Antistiæ.*

NOn minorem authoritatem transactionum, quàm rerum iudicatarum esse, recta ratione placuit: siquidem nihil ita congruit fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerāt, custodiri. nec enim ad rescindendum pactum sufficit, quòd hæc secunda hora noctis intercessisse proponas: cum nullum tempus sanæ mentis maioris quinq; & uiginti annis consensum repudiet. S. IIII. Kalen. Octobr. ipsis AA. COSS.

XXI. *Idem AA. Geminiano.*

CVm ea, quæ transactionis causſa dari aut retineri conuenit, uelut emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præscribitur: ijs, quæ simulate geruntur, pro infectis habitis: frustra ficti precij postulatur numeratio. S. V. Non. Octobr. Ipsis AA. COSS.

XXII. *Idem AA. & CC. Alexandro*

SI maior transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio non sufficit. S. Kal. Decembr. Ipsis AA. COSS.

XXIII. *Idem AA. & CC. Tatiano.*

NEc intentio creditorum Artemidori, cui alios successisse profiteris, si obligatus pro eo nō fuisti, tenere te potest: sed hæc integro negocio tractari conuenerat. nam cum iam quæstionem transactione decisam, & à te dari placitam numeratā pecuniam proponas: huius indebiti soluti prætextu, improbe tibi petitionē decerni postulas: cum etsi tantū in stipulationē fuisset deducta, indebiti promissi uelamento defendi nō posses. D. VIII. Id. Mart. CC. COSS.

XXIIII. *Idem AA. Victorino.*

SIquidē ex causa transactionis acceptis, quæ instrumento continentur, nihil amplius peti cōuenit: aduersariam tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. si uero certam quantitatē, quasi solam ab ea debitam reddere sine litis decisione cōfessa est: tam eam, quàm residuam partem debiti petere, minime prohiberis. S. V. Non. April. Sirmij. C C. COSS.

XXV. *Idem AA. & CC. Marcellæ & Quirillæ.*

SI maiores quinq; & uiginti annis cum patruo siue auūculo ueſtro trāsegistis, uel ei debita donationis causa sine aliqua conditione remisistis: non idcirco, quòd hoc huius captandæ hæreditatis causa & spe futuræ successionis uos feciſſe proponatis, alijs ei succedentibus instaurari finita debent. S. II. Id. April. CC. COSS.

XXVI. *Idem. AA. & CC. Dionysiadæ.*

TRansactione matris filios eius nō posse seruos fieri, notissimi iuris est. S. Id. April. C C. COSS.

XXVII. *Idem AA. & CC. Catoni.*

SAnum mente, licet ægrum corpore, recte transigere manifestum est: nec postulare debueras improbo desiderio, placita rescindi ualetudinis corporis aduersæ uelamento. S. VII. Id. Maij. CC. COSS.

XXVIII. *Idem AA. & CC. Sapparitæ.*

SIue apud acta rectoris prouinciæ, siue sine actis, scriptura intercedēte, uel non, transactio interposita est: hanc seruari cōuenit. Sed quoniam ut certum quid accipias, conueniſſe te (licet sine scriptura) proponis, nec huius rei causa stipulationem secutā esse: quamuis ex pacto nō potuit nasci actio: tamen rerum uindicatiōe pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli ma

li uel in factum replicatione usus,poteris ad obsequium placitorum aduersarium tuum urgere. D. III.Non.Iul.CC. COSS.

XXIX. Iidem AA. & CC. Martiæ.

SVb prætextu specierum post repertarũ,generali transactione finita rescindi prohibent iura. Error aũt circa proprietatẽ rei apud alium extra personas transigentiũ tempore transactiõis cõstitutæ,nihil potest nocere.S.IIII.Kal. Octobr.CC. COSS.

XXX. Iidem AA. & CC. Antonino.

TRansactione finita,cũ ex partibus tuis magis dolũ interceſſiſſe, q̃ eorũ, cõtra quos preces fũdis, cõfitearis:ĩstaurari graue, necnõ criminosũ tibi est.S.V.Id.Octob.* Crebro.CC.cos.

XXXI. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI de certa re pacto transactiõis interposito, hoc cõpræhensum erat,nihil amplius peti: etsi nõ additum fuerat, eo nomine:de cæteris tamen quæstionibus integra permaneat actio. PP. IIII.Id.Octobr.Byzantĩ.CC. COSS.

XXXII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

SIcausa cognita prolata sententia(sicut iure traditũ est)appellationis, uel in integrũ restituti onis solennitate suspensa nõ est:super iudicato frustra trãsigi,nõ est opiniõis incertæ. Proin de si nõ Aquiliana stipulatiõe,& acceptilatiõe subsecuta,cõpetentẽ tibi actionẽ peremisti:præses prouinciæ usitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit. S. VIII. Kal. Nouembr. CC. COSS.

XXXIII. Iidem AA. & CC. Cyrillo & Ptolemaidi.

CVm donationis seu transactionis causa administratæ tutelæ debiti scientes uos obligationem remisisse fratri uestro proponatis,nec unc̃q uolẽtibus dolus inferatur: frustra de dolo querimini: ne cad implendum promissum hæreditatis propriæ pollicitatione quisc̃q adstringatur.PP.VI.Id.Nouembr.CC. COSS.

XXXIIII. Iidem AA. & CC. Euchrusio.

SI pro fundo,quem petebas, prædium certis finibus liberum dari transactionis causa placuit,nec eo tempore minor annis uigintiquinq; fuisti:licet hoc prædium obligatum post, uel alienũ fuerit pro parte probatum:instaurari decisam litẽ prohibent iura. Ex stipulatione sanẽ, si placita seruari secuta est:uel si nõ interceſſit,præscriptis uerbis actione ciuili subdita,apud rectorẽ prouinciæ agere potes.si tamẽ res apud te cõstitutas,ob quarũ quæstionẽ litis decisio interceſſit,fiscus uel alius à te uindicauit:nihil petere potes.S.V.Id.Nouẽbr.Melantiade.CC. COSS.

XXXV. Iidem AA.& CC. Hammoni.

TRansactionẽ, quæ dominĩ trãslatione, uel actione parta, seu perempta, finẽ accepit:cũ ea amicis interuenientibus reuera ostenditur proceſſiſſe:metus uelamento rescindi postulantis professio detegit improbitatem.S.IX.Kal.Decembr.Nicomediæ.CC.COSS.

XXXVI. Iidem AA.& CC. Achillæ.

SI maior annis uigintiquinq; transegisti:quamuis dari tibi placita repræsentata necdum probentur,nec offerant ĩj,qui conueniunt:ne quid amplius ab his exigi possit,exceptionis proficit æquitas.S.VI.Id.Decembr.CC. COSS.

XXXVII. Iidem AA. & CC. Basiliß.

PRomissis transactionis causa non impletis,pœnam in stipulationem deductam, si contrafactum fuerit,exigi posse constat.S.XII.Kal. Ianuar.Nicomediæ.CC. COSS.

XXXVIII. Iidem AA. & CC. Theodotioni.

TRansactio nullo dato,uel retento,seu promisso,minime procedit.S. VIII.Kal. Ianuar. Nicomediæ CC. COSS.

XXXIX. Iidem AA.& CC. Martianæ.

QVamuis eum,qui pactus est,statim pœniteat:transactio rescindi, & lis instaurari non potest.& qui tibi suasit, intra certum tempus licere à transactione recedi:falsum adseuerauit.S.Kal.Ianuar.Sirmĩ.CC. COSS.

XL. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio.P.P.

VBi pactum uel transactio scripta est,atq; Aquilianæ stipulationis & acceptilationis uinculis firmitas iuris innexa est:aut subsecutis secundum leges accommodandus est consensus,aut pœna unâ cum ĩjs,quæ data probantur ante cognitiõem causæ(si aduersarius hoc maluerit)inferenda est.D.III.Non.Iun.Constantinop.Eucherio & Syagrio COSS.

XLI Impp.ARCAD. & HONOR.AA. Rufino P.P.

SI quis maior annis aduersus pacta uel transactiones,nullo cogẽte imperio, libero arbitrio & uoluntã-

uoluntate confectas putauerit esse ueniendum,uel interpellando iudicem,uel supplicando principibus,uel nõ implendo promissa:eas autem, inuocato dei omnipotentis nomine,in eo authore solidauerit:non solum notetur infamia, uerumetiam actione priuatus, restituta pœna, quæ pactis probatur inserta, & rerũ proprietate careat,& emolumẽto,quod ex pactione uel trãsactione illa fuerit cõsecutus.itaq; omnia eorũ mox cõmodo deputabuntur,qui intemerata pacti iura seruauerint. Eos etiã huius legis uel iactura dignos esse iubemus, uel munere,qui nomina nostra placitis inferentes,per salutem principũ confirmationẽ initarũ iurauerint esse pactionũ.D.v.Id.Octobr.Constantinop.Olybrio & Probino COSS.

XLI. *Impp.* LEO & ANTHEMIVS. AA. *Acrochirio* P.P.

SI ex falsis instrumẽtis transactiões uel pactiões initæ fuerint:quamuis iusiurandũ his interpositũ sit:etiam ciuiliter falso reuelato,eos retractari præcipimus.ita tamen,ut siquidẽ de plurimis causis uel capitulis eædem pactiones seu transactiões initæ fuerint:illa tantummodo causa uel pars retractetur,quæ ex falso instrumento composita conuicta fuerit,alijs capitulis firmis manentibus:nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controuersia orta decisa sopiatur. D. Kal.Iul.Constantinop.Martiano & Zenone COSS.

XLII. *Imp.* ANASTASIVS. A.*Thomæ* P.P.*per Illyricum.*

IVbemus,in omnibus litigijs iam motis,& pendentibus,seu postea super seruili, uel adscripticia conditione mouendis,transactiones celebrandas, uel iam celebratas(si nõ alio iuri cognito modo eas uacillare contigerit)uires suas obtinere:nec ob hoc uideri tenorem earum tituba-re,quod pro conditione seruili uel adscripticia confecta sunt. D. XV. Kal. Decembr.Patricio & Hypatio COSS.

DE ERRORE CALCVLI. Tit. V.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aureliano Quarto.*

ERrorem calculi,siue ex uno contractu,siue ex pluribus emerserit, ueritati non adferre præiudicium,sæpe constitutum est.unde ratiões etiam sæpe computatas denuo retractari posse,si res iudicatæ non sunt,uel transactio non interuenit: exploratiuris est.Sed etsi per errorem calculi,uelut debitam promisisti quantitatem, cum esset indebita,cõdictio liberatiõis tibi cõpetit.D.VI.Kal.Mart.AA. COSS.

DE POSTVLANDO. Tit. VI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Artemidoro.*

CVm à præfecto Aegypti perpetuò causas agere prohibitus,nõ appellaueris:placitis obtempera.PP.III.Kal. Aug.Sabino II.& Amulino COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Polydoro.*

NEc cæterorum liberti,nedum mei quidem,si ita sunt literis eruditi,ut patrocinia desiderantibus præstare possint, prohibentur hoc facere. P P. Non. Mart. Iuliano II.& Crispino COSS.

III. *Imp.*GORDIANVS A. *Flauiano.*

SI sub specie honorarij,quod aduocato usq; ad certum modum deberi potuisset,eam quantitatem,quam desiderio tuo complecteris,te daturũ cauisti,& quasi mutuam pecuniam accepisses,eam te redditurum promisisti,nec temporis spacio gesto negocio consensum ac fidẽ accõmodasti:competenti exceptione non numeratæ pecuniæ tutus es,& hac causa cautionem interpositã usitato more potes condicere. PP.v.Id.Iun.Sabino II.& Venusto COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET.& MAXIMIAN. AA. & CC.*Theodotioni.*

VElamento absentiæ patroni causæ,rursus ad finitas quæstiones frustra quis redire conatur.S.IIII.Kal.Ianuar.Nicomediæ. CC. COSS.

V. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Helladio.*

SIqui aduocatorum existimationi suæ immensa atq; illicita compendia prætulisse, sub nomine honorariorũ ex ipsis negocijs,quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatione poscentes,fuerint inuenti:placuit, ut omnes qui permãserint in huiusce modi sæuitate,ab hac professione penitus arceantur. D.III. Kal. April. Paulino & Iuliano COSS.

VI. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Olybrium.* P.V.

QVisquis uult esse causidicus, non idem in eodem negocio sit aduocatus & iudex: quoniã aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum. Ante omnia autem uniuersi ad uocati ita præbeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra, q̃ litium poscit utilitas, in licentiam conuiciandi, maledicendi temeritate prorumpant. agant, quod causa desiderat. temperent ab iniuria. nam si quis adeo procax fuerit, ut nõ ratione, sed probris putet esse certandum: opinionis suæ imminutionem patiatur. Nec enim conniuentia commodatur, ut quisq̃ negocio dere licto, in aduersarij sui contumeliam aut palam pergat, aut subdole. Præterea nullum cũ eo litigatore contractum, quem in propriam recepit fidem, ineat aduocatus: nullam conferat pactionem. Nemo ex his, quos licebit accipere, uel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit litigator. Nemo ex industria protrahat iurgium. Apud urbem autem Romam etiam honoratis, qui hoc putauerint eligendũ, eòusq̃ liceat orare, quòusq̃ maluerint: uidelicet, ut non ad turpe compendium stipemq̃ deformẽ hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærantur. nam si lucro pecuniaq̃ capiantur: ueluti abiecti degeneresq̃ inter uilissimos numerabũtur. Quisquis igitur ex ijs, quos agere permisimus, uult esse causidicus: eam solam, quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousq̃ causidicus est. Nec putet quisq̃ honori suo aliquid esse detractum: cum ipse necessitatẽ elegerit standi, ipse contempserit ius sedendi. PP. X. Kal. Septemb. Valentiniano & Valente. AA. COSS.

VII. *Idem & GRATIANVS. AAA. ad Olybrium P.V.*

PRouidendum est, ne ij, quos in foro aut meritum nobilissimos fecerit, aut uetustas, in una parte consistant: aliam à rudibus atq̃ tyronibus necesse sit sustineri. atq̃ ideo si in uno auditorio duo tantum præ cæteris fuerint, uel plures, quorum fama sit hilarior: in iudicantis officio sit, ut par causidicorum distributio fiat, & exæquetur partibus auxiliũ singulorum, & æqua diuisio procedat. Si quis uero monitus à iudice, ea excusatione, quæ nequeat cõprobari, cuicunq̃ parti patrocinium denegauerit: careat foro, sciat etiam nunc̃ sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit, separatim tractasse cum plurimis, & aduersario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam à se litem foueri, & authoritatem iudiciariam à se elusam experietur. D. Kal. Mart. Treuiris. Valentiniano & Valente. AA. utrisq̃. III. COSS.

VIII. *Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Nicostrato P.P.*

NEmo uel in foro magnitudinis tuæ, uel in prouinciali iudicio, uel apud quemcunq̃ iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. Sin autem aliquid quoquo modo, uel quadam machinatione factum, uel attentatũ fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. Idem uero, quicunq̃ ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit: aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis atq̃ perpetui exsilij specialiter sustinebit. Scituris etiam prouinciarum rectoribus, quòd is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exsilij per quinquennium sustinebit. D. prid. Kal. April. Constantinop. Anthemio. A. II. COSS.

DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICIORVM. Tit. VII.

I. *Imp. ANTONINVS. A. Doloni.*

SIpatronum causæ præuaricatum putas, & impleueris accusationem: non deerit aduersus eum pro temeritate commissa sententia, atq̃ ita de principali causa denuo quæretur. quod si non docueris præuaricatum: & calumnia notaberis, & rebus iudicatis, à quibus non est prouocatum, stabitur. PP. III. Kal. Octobr. Antonino. A. IIII. & Albino COSS.

II. *Imppp. VALENS. GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Antonium P.P.*

QVi necessariò patriæ suæ debẽt municipio functiones: eos decuriõibus aggregatos, nolumus euagari, permittentes, ut in negocijs causidicorum fungantur officijs, & in ciuitatibus propris subeant munera curialium: ita tamen, ut non cõtra rempublicam ciuitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittantur. D. XV. Kal. Septembr. Rauennæ. Valente. VI. & Valentiniano. II. AA. COSS.

III. *Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Africanum P.P.*

Ne quis

NE quis ex corpore togatorum, minime curialibus nexibus alligatus, prouinciales fusci-
piat functiones: scilicet ut ambitibus claudatur ingressus, & inuitis necessitas auferatur.
D. III. Non. August. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. COSS.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Eustatio P.P.

FOri tui culminis & uniuersorum iudiciorum aduocati, quidquid ex huiuscemodi profes-
sione, uel ipsius occasione quæsierint: id post patris obitum præcipuum, ueluti peculium ca-
strense, ad exemplum militum, proprio dominio ualeant uindicare. D. X. Kal. April. Constan-
tinop. Honorio. XIII. & Theodosio. X. AA. COSS.

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P.V.

QVidquid animi largitate & principali magnificentia præstitimus togatis per Orientem
eminentissimæ præfecturæ reuerentia studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum es
se cognoscant patroni causarum illustris urbicariæ præfecturæ. D. VII. Kal. Ianuar. Constanti-
nop. Theodosio. XII. & Valentiniano. II. AA. COSS.

VI. Idem. AA. ad Florentium P.P.

SAncimus, ut aduocatis, qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, à nullo iudice,
nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo ulla penitus iniungatur. sed neq; aduoca-
tis prouinciarum, uel spectabilium iudicum, quisq; existimet aliquid iniungendum. nulla ergo
togatis inspectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis cõstructio, nulla discussio, nullum ra-
tiocinium imponatur, nullum deniq; aliud eis mandetur præter arbitrium, in eodem duntaxat
loco, ubi aduocationis exercetur officium: quinquaginta librarum auri pœna officio feriendo,
si legis istius regulas temerare tentauerit. D. VIII. Kal. Mart. Cõstantinop. Theodosio. A. XVII.
& Festo COSS.

VII. Idem. AA. Talasio P.P. per Illyricum.

IIsdem priuilegijs potiri togam illustrissimæ per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga
per Orientem excelsæ prætorianæ sedis, decernimus. D. VII. Id. Septembr. Constantinop.
Theodosio. A. XVII. & Festo COSS.

VIII. Idem. AA. Cyro P.P.

CVm aduocatio prætoriana centum quinquaginta togatis numero minime uel imminu-
endo uel augendo concludatur: iubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum peruenerint,
cohortis uel alterius uilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunq; genitis liberos cu-
stodiri, post q; tale depositũ officiũ annum q; completũ, aduocatorũ consortio abscedere cũ co-
mitiua consistoriana: omne q;, quod togatis fori celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adqui
ritur titulo, quasi castrense sibimet uindicare, nec patribus uel auis paternis earum rerum com
modum adquirere legis istius authoritate decernimus: his omnibus etiam ad urbicariæ præfe-
cturæ aduocationẽ trahendis. D. III. Kal. Ianuar. Valentiniano. A. V. & Anatolio COSS.

IX. Idem. AA. Apollonio P.P.

SI quis de togatis fori celsitudinis tuæ, uel Illyricianæ, seu urbicariæ, siue de ijs, qui in prouin
cialibus iudicijs causarum patrocinium profitentur, electione tuæ sedis regendæ prouin-
ciæ munus potestatem q; susceperit: post peractam integre ac sine ulla opinionis labe admini-
strationem, & ad illud officium, unde abstractus est, & unde sibi uitæ subsidia comparabat, re-
meandi habeat facultatem, nec causas orare denuo quadam prohibeat inuidia. D. XII. Kal. Se-
ptembr. Constantinop. Eudoxio & Dioscoro COSS.

X. Impp. VALENTIN. & MARTIANVS. AA. Palladio P.P.

BInos, qui priores in tui culminis sede inueniuntur, ad patronatum fisci singulis quibusq;
annis accedere, paribus dignitatibus & priuilegiorum insignibus ambiendos esse præcipi-
mus, quibus ante hac utebatur is, qui fisci solus credebatur patronus. D. XIIII. Kal. Iul. Constan-
nop. Herculano & Asporatio COSS.

XI. Imp. LEO. A. Viuiano P.P.

NEmini licere sancimus, aliquem sub adsidendi colore statutis centum quinquaginta ad-
uocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium adsumpserit, aggregare. nõ ali-
ter uero consortio aduocatorum tuæ sedis aliquis societur: nisi prius in examine uiri clarissimi
rectoris prouinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta confiant, quibus aperte
pateat cohortali uitæ ac fortunæ eundem minime subiacere. atq; hæc fieri uolumus, si præsens
uir clarissimus rector prouinciæ fuerit in eius examine. Si uero abfuerit: apud defensorem sui
oppidi gesta confiant. iurisperitos etiam eorum doctores iubemus iuratos sub gestorum te-
stificatione depromere, esse eum, qui postea subrogari uoluerit, peritia iuris instructum.

Filios autem togatorum excellentiæ tuæ,qui uel nũc causas agunt,uel futuris temporibus actitauerint,cæteris supernumerarijs anteferri. Illud insuper decernimus,ut etiam ijs,qui ultra centum quinquaginta aduocatos eminentissimæ sedis tuæ reperiuntur:liceat & apud uirum spectabilem proconsulem,uel præfectum augustalem,uel comitem Orientis,uiros etiam spectabiles uicarios,& apud rectores prouinciarum negocia perorare. D.Kal.Febr.Constantinop.Magno & Apollonio COSS.

XII. *Idem.A.Eusebio P.P. Illyrici.*

SAncimus,patronum fisci iudicio celsitudinis tuæ non iam quotannis,sed biennio pro uetere consuetudine finem officij sui sortiri:saluis eidem consortio priuilegijs omnibus,quæ à retro principibus meruit,manentibus. D.X.Kal.Mart.Constantinop.Basilio & Viuiano COSS.

XIII. *Impp.LEO & ANTHEMIVS.AA.Alexandro duci Aegyptiaci limitis.P.V.*

PEtitionem uirorum disertissimorum aduocatorum Alexandrinæ splendidissimæ ciuitatis,quam de fori sui matricula & fisci patrono obtulerunt,merito admittentes:hac sanctione decernimus,quinquaginta statutos haberi,eorumq; nomina pro tempore matriculæ consi ciẽdæ inscribi,& eos aduocationis officium in iudicio tam uiri spectabilis præfecti Augustalis, q̃ uiri spectabilis ducis Aegyptiaci limitis petentibus adhibere. cæteros uero ultra memoratũ numerum constitutos,apud alios iudices eiusdem Alexandrinæ ciuitatis perorare:filijs scilicet statutorum in loco deficientium supernumerarijs anteponendis.Egredientem autem post biennium fisci patronum,contemplatione laborum,ex consularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari:licentia facultateq; ei non deneganda,cum usus exegerit,tam pro se,q̃ pro filijs, parentibus & uxoribus,necnon etiam personis ex transuerso latere usq; ad quartum gradum constitutis,patrocinium suum adhibere.Quando autem fisci patronum mori contigerit: gradu eum sequentem sine ulla dilatione in loco eius subrogari : hæredibus defuncti nihil ex inde sibi commodi adquiri posse speraturis:cunctis priuilegijs,quæ hactenus habuisse noscunt, necnon ijs,quæ suggestio tuæ magnitudinis continet,etiam in posterum intactis, inuiolatisq; seruandis:quatẽnus huiusmodi delato eis liberalitate nostræ serenitatis honore possint in ocio & tranquillitate reliquum uitæ suæ tempus peragere,nulla eis inuitis sollicitudine ingerenda.

XIIII *Idem.AA. Callicrati P. P. Illyrici*

ADuocati,qui dirimunt ambigua facta causarum,suæq; defensionis uiribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt,fatigata reparant: non minus prouident humano generi,q̃ si prælijs ac uulneribus patriam parentesq; saluarent.nec enim solos nostro imperio militare credimus illos,qui gladijs,clypeis,& thorace nituntur:sed etiam aduocatos. militant nãq; patroni causarum,qui glorioſæ uocis confisi munimine,laborantiũ spem,uitam,& posteros defendunt. D.v.Kal.April.Constantinop.Zenone & Martiano COSS.

XV. *Imp.LEO. A. Dioscoro P.P.*

POst duos fisci patronos,qui in præsenti sunt,omnes deinde à primo usq; ad sexagesimum quartum imperialibus beneficijs censemus perfrui,quibus fisci patroni liberiq; eorum honorati sunt.his quoq; illud adijciendum esse statuimus,ut si quis patronatus fisci adeptus gradum,fatalem diem obierit:uniuersa totius anni solacia,ex quo hoc quidem officium peragere cœperit,ad hæredes seu successores suos(siue liberi,siue extranei fuerint)transmittendi tam ex testamento,q̃ ab intestato liberam habeant facultatem. D.XVII.Kal.Iun. Constantinop. Festo & Martiano COSS.

XVI. *Impp.LEO Iunior & ZENO.AA. Iustiniano P.V.*

AD similitudinem sexagintaquatuor aduocatorum fori amplissimæ prætorianæ præfecturæ,quindecim tantum ex foro tuæ magnitudinis,qui in præsenti gradus primos obtinent,post fisci uidelicet patronum,ijsdem uidelicet priuilegijs nostræ mansuetudinis beneficio perfruantur,quibus fisci patroni liberiq; eorum muniuntur. D.XVII.Kal. April. Constantinop. Leone iuniore A. COS.

XVII. *Imp.ZENO. A. Paulo P.P.per Illyricum.*

IVbemus aduocationem fori tui culminis in quinquaginta(sicut ante constitutum fuerat)aduocatos concludi:eundemq; numerum,quoties uel professionis fine,uel morte,uel quocũq; fuerit casu imminutus,electione magnificæ tuæ sedis impleri:ita,ut in præsenti & hinc usq; ad biennium ad pleniorem supra definitum numerum subrogandi,sine ulla cohortalis,aut cuius libet deterioris conditionis quæstione succedant:salua uidelicet aduersus eos apparitionibus (si qua competit)actione,quam certum est,postq̃ fisci patronatum officio impleto exierunt, euanescere.post lapsum uero biennium foro tuæ magnificæ potestatis inseri postulantes, non aliter

aliter,nisi sub gestorũ confectione minime eos cohortali conditioni subiacere patefactũ fuerit, admittentur.cuncta sanè priuilegia,quæ magnificæ per Orientẽ præfecturæ aduocatis ex diuinis retro principũ,seu inclytæ recordationis Leonis,uel meis sanctiõibus indulta sunt, etiã tuæ gloriosissimæ sedis causidicis absq; ulla discretiõe competere,per hanc in æternum ualituram legem sancimus.D.VI.Kal.Ianuar.Constantinop.Decio & Longino COSS.

XVIII. *Imp.*ANASTASIVS. A.*Eusebio magist. officiorum.*

SVggestionem uiri illustris comitis rerum priuatarũ & proconsulis Asiæ duximus admittendam,per quã nostræ serenitatis auribus intimauit,fori sui aduocatos cõmuni petitione magnopere postulasse,ut postq; aduocationis deposuerint officiũ,dignitate quadam liberalitate nostra potiantur.Iubemus itaq; eos post depositum(ut dictũ est)præfatum officiũ, unũquenq; eorum,qui in præsenti sunt,uel postea matriculis eorũ pro tẽpore fuerint inserti, clarissimi ordinis comitis pfrui dignitate,quatẽus & tẽpore quietis fructũ præteritorũ laborũ consequant̃, proq; fide atq; industria erga clientes suos cõprobata,priuatæ cõditionis hoĩm multitudine segregati,clarissimis merito connumerent̃.D.II.Kal.Ianuar.Cõstantinop.Anastasio.A.II.COS.

XIX. *Idem. A. Thomæ* P.P. *per Illyricum.*

ADuocatos amplissimæ tuæ sedis,qui pro tempore ad fisci patroni gradũ & officiũ prouehunt̃,unà cum liberis iam natis uel postea,pcreandis, ab omni cohortali siue cuiuslibet deterioris conditionis uinculo immunes ac liberos cũ patrimonio suo seruari decernimus: cũ constet hoc iampridem aduocatis amplissimæ prætorianæ præfecturæ sacris constitutionibus esse indultum:& non dubiũ sit,nõ tantum eas,sed etiam sublimissimæ tuæ sedis germanas esse potestates.D.XII.Kal.Decembr. Patricio & Hypatio COSS.

XX. *Idem.* A.*Constantino* P.P.

IVbemus pro tempore primatem aduocatorũ fori uiri illustris comitis Orientis per bienniũ fisci patroni, & solatia sibi cõmuni cõsensu deputata per idẽ bienniũ cõsequi.hoc quoq; trãsacto,professionem aduocationis deponere:consortio uidelicet eorundẽ aduocatorũ ad quadraginta tantum uiros redigendo:ita,ut si qui superflui sunt,iam eidem cõsortio sociati,de aduocationis officio minime reijciantur:nemine alio eis adijciendo,ne quadraginta uirorũ numerũ aduocatorũ consortium excedere contingat. Ad hæc eos,qui(prout statutũ est)fisci patroni deposuerunt officiũ,postea quoq; nõ prohiberi singulos tam pro se,q̃ pro iugali sua,uel socero, & socru,necnon genero,& nuru,liberisq;,proprijs colonis,& seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio.nec ædiculas eorum metatorum onere molestari: ut tamẽ in una tantummodo suaq; domo singuli talem prærogatiuã sibi uindicare maluerint. pro sportulis præterea modum,quem noticia à nobis porrecta declarat,tam pro his,q̃ pro colonis,& seruis eorũ custodiri,neminiq; præberi licentiã eundem modũ circa sportularum exactionẽ contra eos excedendi.Nec de cætero quenq; ante,q̃ per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse,supradicto consortio sociari.Et filios aduocatorum,uel adhuc in tali constitutorum officio, uel eorum,qui fisci patronatum deposuerint,superstitum,uel mortuorũ,extraneis ad idem officiũ accedentibus anteponi,eiq; gratis & sine sumptibus sociari,si & ipsi (prout dispositũ est) solito tempore legum doctrinam meruerint. Vt autem ijs,qui fisci patroni officium adepti sunt,uel fuerint,non tantum superstitibus,sed etiam morte præuentis prospiciatur:tam ad hæredes fisci patroni,qui semel ad talem gradum uocatus sit,solatia eius transire,hisq; seruari: q̃ ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt,uel postea deposuerint,minime cuiuslibet actus publicĩ sollicitudinem nolẽtes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali authoritate nostra)molestari:& in prouincia incusandos per sententiam uiri spectabilis comitis Orientis,utpote competentis iudicis,conueniri atq; litigare decernimus. D.Kal. Iul. Constantinop.Sabiniano & Theodoro COSS.

XXI. *Idem.* A.*Eustatio* P.P.

LAudabile,uitæq; hominũ necessariũ aduocationis officiũ,maxime principalibus præmijs oportet remunerari. Ideoq; iubem9 clarissimos uiros fisci,p tpe patronos fori tuæ celsitudinis,solẽni die festiuitatis Kalendarũ Ianuariarũ,ipsius tm̃modo anni,p quẽ tale peragũt officiũ,inter spectabiles sacri nostri cõsistorij comites diuina nostræ serenitatis manu pũcti cõsequi solatia. Postq; tale deposuerunt officium,siquidem filios ingenuos habeant:eos clarissimorũ notariorũ inseri consortio,tribunorũ sacras solitas epistolas sine quadã suffragij solutiõe percepturos.Et si quis per sententiam sublimitatis tuæ monitus super agnito debito,uel agnita causa,q̃ ingerit̃,ei cõfessionẽ exponere paratus sit:eam nõ arbitro delegato,sed tũc tpis fisci patronis,uel alterutri eorũ,si alter adesse nõ possit(,p more tũ solito)sub actorũ testificatione intimari: quo-

ri. quotiesq; de nuptijs quis sine dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimoniũ animo celebratis, super affectu suo liberis ex huiusmodi coniugio iam exstantibus, uel necdũ procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit: eas apud eosdem pro tempore fisci patronos, uel alterutrum (ut dictum est) gestis interuenientibus commendari: ita uidelicet, ut iuri cognitæ allegatiões in absentibus personis, si quæ competunt, seruentur intactæ. his insuper, quicũq; apud uiros glorioſos pro tempore consules mancipia sua libertate donare maluerint, antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam aduocationis uocem accommodare: alijs nihilominus priuilegijs, quæ iam pridem memoratis uel fisci patronis, uel adhuc aduocatióis pro tempore peragentibus officiũ rogatis, diuersis modis indulta sunt, ex hac etiã sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. D. XII. Kal. Decẽb. Cõstantinop. Ariouinio & Messala COSS.

XXII. *Idem. A. Sergio.*

PEtitiones uirorum disertissimorum fori præsidalis secundæ Syriæ prouinciæ aduocatorũ cum competenti moderatione censuimus admittendas: & iubemus pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi cõmuni cõsensu hoc in usu deputata, per idem bienniũ consequi. hoc quoq; transacto, professionem aduocationis deponere, consortio uidelicet eorundem aduocatorum ad triginta tantummodo uiros redigẽdo: ita, ut si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de officio aduocationis minime reiiciant: nemine alio eis adijciendo, ne triginta uirorum numerum aduocatorum excedere cõsortium contingat. Ad hoc eos, qui (prout statutũ est) fisci patroni deposuerunt officiũ, postea quoq; nõ prohiberi singulos, tam pro se, cẽ pro iugali sua, & socero, necnon genero, & nuru, liberisq;, pro prijs colonis, & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio. nec ædiculas eorum metatorum nomine molestari: si tamen in una tantum suaq; domo singuli talem prærogatiuam sibi uindicare maluerint. pro sportulis præterea modũ, quem noticia à nobis porrecta declarat, tam pro his, cẽ colonis, & eorum seruis custodiri, neminiq; præberi licẽtiam, eundẽ modum circa sportularũ exactionem contra eos excedendi. nec de cætero quencẽ, antecẽ per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. Et filios aduocatorum, uel adhuc in tali officio constitutorum, uel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum, uel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eiq; gratis & sine sumptibus sociari: si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. Vt autem ijs, qui fisci patroni officium adepti sunt, uel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præuẽtis prospiciatur: tam ad hæredes fisci patroni, qui semel ad talem gradũ uocatus sit, solatia eius transire, hisq; seruari: cẽ ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt, uel postea deposuerint, minime cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitiõis seu deductionis onere (nisi speciali authoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententias uiri clarissimi prouinciam, in qua degunt, moderantis, utpote cõpetentis iudicis, cõueniri atq; litigari decernimus. D. Kal. Decemb. Anatolio & Agapito COSS.

XXIII. *Imp. IVSTINVS. A. Marino P. P.*

REstituendæ sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis diuæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, necnõ fideiussorum uires æstimantibus, tamen auferendas credidit pro parte posterioris subtilitas principis: ut iam liberalitate nostri numinis uiri clarissimi fisci patroni præfatam auri summam sine fraude annis singulis consequantur, ab ampliſſima tua sede pari lance in utrunq; diuidendam. nam uniuersis redditur, quod pro uoto omnium primatibus indulgetur. sacras insuper epistolas, quibus adprobantur uiri clarissimi tribuni prætoriani & notarij, non unius tantum nomine, sed alterius quoq; utrius præstandas perspicimus: siue suos filios, siue alios quosdam duxerint illustrandos. Ad hoc altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur: quos unius solum nomine eisdem uiris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente, seu qui ex prouincijs suis, uel ex amicis uoluerint, in prouincijs tamen degentibus. Licentiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram adoraturos purpuram, statutis inferendos præsentialibus domesticis, unum equitum, alterum scholæ peditum, in uacantem eorum locum, qui defuncti sunt: nulli, dum superant, de militia uenundanda pacto cum eis interposito, quorum huiusmodi conuentiones interfunt: ita tamẽ, ut ijdem uiri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis milia, nihilq; amplius, nouerint dependenda uiris magnificis comitibus dicatissimorum domesticorum: id est equitum quidem pro eo, qui inter equites meritus est, peditum autẽ pro eo, qui inter equites inferendus est: solitis uidelicet statim stipendijs, necnõ cæteris solatijs

ijsdem

ĩſdem tyronibus deputandis ſine quolibet alio diſpendio. Alĳs etiam priuilegĳs potiãtur, quæ diuerſis temporibus conſecuti ſunt, ſiue per auguſtos apices, ſeu diſpoſitiones & ſentẽtias amplĳſſimæ tuæ ſedis. nam qui nobis digni iudicati ſunt: ĳ multo magis in anterioribus quoq; ſunt adiuuandi. D. Kal. Decemb. Conſtantinop. Ipſo. A. & Eutherico COSS.

XXIIII. *Idem A. Theodoro. P. P.*

PEr hanc legem decernimus, ne antecꝫ in octoginta tantum uirorum numerum fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, adſpirare quis qualibet arte concedatur, aut poſſit: niſi uel eorum filĳ, qui triginta priorum obtinent numerum, facundia & ſtudĳs eruditi, gratis uidelicet & ſine ullo ſuffragio: aut fortaſſis exteri, non ultra duos, per annos ſingulos facundia & ipſi conſpicui, taxati fuerint: nullo deinceps, poſtcꝫ octoginta uirorum numeri redacti fuerint, ſuperare qualibet rurſus ambitione uel aſtutia quantitatem auſuro: interdicenda quoq; cunctis licentia præuertendi progreſſus ſeriem, quam ipſius temporis ordo ſuppeditat, & ut mercatorum contractibus loca permutandi, & adhuc tyrones iam intereſſe ueteribus. Hoc etiam pronunciandum cenſemus, ne quis in alĳs degat regionibus, relicta obſeruatione gloriſicæ tuæ ſedis. nouerint etenim, qui poſt nomen impetratum patroni litium, ultra trium annorum ſpacium ex ſacratiſſima hac urbe morandum duxerint: nec nũcupationem togati, nec priuilegia uirorum huiuſmodi concedenda ſibi: ut ne repetitis ex induſtria prædictæ ſedis authoritatibus protrahantur, aut multiplicetur peregrinationis excurſus. quorũ omnium ſi quid uel minimũ quocũcꝫ tempore fuerit uiolatũ: uiginti primates eiuſdem ordinis, & qui pro tẽpore ſolicitudinẽ ab actis in amplitudinis tuæ gerẽt officio, adiutores etiã eorũ denis ſinguli libris auri ferientur, quòd aduerſus imperialia conſulta ſerenitatis noſtræ tẽdentibus non ſtatim obiecerint interceſſionẽ legis præſentis, aut non reſtiterint, & omnino non prohibuerint, ne quid tentaretur contrarium: cũ nec adminiſtratores ſublimiſſimæ tuæ ſedis, ſi non intẽte cuſtodierint diſpoſita ſalutaria, & ut non temerentur, proſpexerint, pœna deerit decem auri librarum. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fiſci patronis fori tuæ celſitudinis ad exemplũ priorum temporum ex arca tui iudicĳ cõſulatur, ne poſt decurſum celerem aduocationis & labores glorioſos egenus exeat: non (ut ſæpe contingit) incerto die præſtentur, ſed cum ad medium iter peruenerit patrociniũ rerum fiſcaliũ, id eſt Kalendis octobribus per annos ſingulos ſine cunctatione ſoluentur. quidquid inſuper priuilegiorum retro prĭcipum ſacris affatibus, uel authoritate tribunali, cuius intereſt, huic eidem ordini datum oſtenditur: inuiolatum ſeruari. cumcꝫ lite quiſcꝫ eorum pulſatus fuerit, ſeu ciuilis cauſſæ certamine, aut criminalis quæſtionis obtẽtu, hic, uel in prouincĳs: cum per conceſſum tempus eorum adeſſe quencꝫ euenit: nullas exſecutores ſportulas adſequi: nec qui controuerſĳs mouendis inſeruiunt, aut excipiendo, ſeu præparando, uel officio quolibet, alio quocunq; nomine ſumptum exigendum cenſere. D. Idib. Febr. Conſtantinop. Iuſtiniano & Opilione COSS.

XXV. *Idem A. Archelao P. P.*

NEmo, excepta Menandri fiſci patroni perſona, ſperet de cætero permutationum ſaltibꝰ ſuperiore gradu captato fruiturum ſe beneficĳs, quæ patronis ærarĳ, ſeu dum officium exhibent cauſis fiſcalibus, aut poſt impletum agmen, impertita monſtrantur. D. XII. Kalen. Septembr. Iuſtiniano & Opilione COSS.

XXVI. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.*

DE conſtitutioue diuinæ recordationis Iuſtini patris noſtri ſuper togatis ampliſſimæ tuæ ſedis prolata, Illyriciani aduocati poſtulauerunt à nobis, eis clarum fieri, ſi locum etiam circa eos poſſit habere: ſiue cum commeatu, ſiue ſine commeatu, iudicĳs eiuſdem ſublimitatis abfuerint. Sancimus itaq;, talem legem generaliter etiam in perſona eorum ualere: ut ſi quis ſine commeatu ultra continuum biennium abfuerit, uel cum cõmeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum ſuum uendicare, & iterum uiris diſertiſſimis togatis eiuſdem ſedis adſiſtere. per fruantur igitur aduocati eiuſdẽ ſublimitatis hac noſtra generali ſanctione.

DE ADVOCATIS FISCI. Tit. VIII.

I. *Imp. ANTONINVS. A. Claudio.*

SVm te fiſci cauſam agitaſſe proponas: quãuis te ſalariũ pcepiſſe neges: tamẽ placitis adquieſce. eos em̃, qui cauſſam fiſci egiſſent, phibitũ eſt aduerſus fiſcum patrociniũ præſtare PP. XIII. Kal. Ianuar. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Frequentio.

POtes authoribus nobis aduersus fiscum patrociniũ quoq; exhibere priuatis: dum eam scilicet causam, quam tu cum fisci aduocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. PP. VI. Kal. Mart. Valeriano II. & Gallieno. AA. COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. Aeliano procõsuli Africæ.

FIsci aduocatus pœnas metuens, caueat, ne fiscalia commoda occultet: neue in ullo negocio existente, fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere. D. VII. Id. Nouembr. Tyberiade. Constantino. A. III. & Licinio Cæs. III. COSS.

IIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Amianũ. com. R. P.

RAtionales priuatæ rei causis, uel sacri ærarij præsidẽtes, examẽ præsente fisci aduocato suscipiant. D. XIIII. Kal. Ianuar. Merobaude. II. & Saturnino COSS.

DE ERRORE ADVOCATORVM, ET LIBELLOS SEV preces concipientium. Tit. IX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Aureliæ.

EA, quæ aduocati præsentibus ijs, quorũ causæ aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litiũ, pferantẽ. PP. Kal. Mart. Albino & Maximo COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Rogato militi.

ERrores eorũ, qui desideria & preces scribunt, ueritati præiudiciũ adferre non posse, manifestũ est. & ideo si cõdẽnationẽ, cuius mẽtionẽ libello esse inserta pponis, manifeste probare potes nõ intercessisse: allegatiões tuas lædi nõ oportere, is, qui super negocio disceptaturus est, nõ ignorabit. PP. X. Kal. Iul. Pio & Pontiano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Vlpiæ.

SEntentijs finita negocia, rescriptis reuocari non oportet. nec enim quæ cõstituta sunt, ut aduocatorum error litigatoribus nõ noceat, tibi etiã opitulari possunt: cũ te præsentẽ neq; causæ palàm ex continenti, id est triduo proximo, cõtradixisse: neq; post sententiã appellatiõis remedio, si tibi hæc displicebant, usam esse proponas. D. VI. Kal. Septẽbr. Viminatij. CC. COSS.

VT QVAE DESVNT ADVOCATIS PARTIVM, iudex suppleat. Tit. X.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. ad Honoratum.

DVbitandum non est, iudici si quid à litigatoribus, uel ab ijs, qui negocijs adsistunt, minus fuerit dictũ: id supplere, & proferre, quod sciat legibus & iuri publico conuenire. S. XVI. Kal. Mart. Diocletiano IV. & Maximiano. II. AA. COSS.

DE CAVSIS, EX QVIBVS INFAMIA irrogatur. Tit. XII.

I. Imp. SEVERVS. A. Manilio.

INfamiæ detrimentũ minime tibi affertur ob id solũ, quod in carcerẽ coniectus es, uel uincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt. PP. sine die & consule.

II. Idem & ANTONINVS. AA. Verenio.

NEq; furti, neq; ui bonorum raptorũ, neq; peculatus dãnatus intelligi potest, qui cum plus debiti nomine tributorum exegisset, in duplum à præside cõdemnatus est. PP. V. Id. Ianuar. Laterano & Rufino COSS.

III. Iidem AA. ad Metrodorum.

ET si seuerior sententia dici debuit: tamen cum proconsul uir clarissimus certis rationibus motus, mitiorem sententiam dixit, & ordine decurionum te biennio abstinere iussit: transacto tempore non esse te in numero infamium, palàm est eo, quòd post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus iudex uidetur. PP. X. Kal. Ianuar. Laterano & Rufino COSS.

IIII. Iidem AA. Venustiano.

SI Posidonium in tempus anni relegatum sententiam nõ excessisse proconsulis probaueris: quinq; annis exsilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniã sententiæ seue-

tiæ seueritas cũ cæteris damnis trãsigere uideatur. PP. VI. Kal. Mart. Saturnino & Gallo COSS.

V. *Idem. AA. Ambrosio.*

DEcuriones quidem, item filios decurionum fustibus castigari prohibitum est. uerum si iniuriam te feciſſe proconsul uir clariſſimus pronunciauit: ignominia notatus es. PP. Kal. Iul. Saturnino & Gallo COSS.

VI. *Idem. AA. Iusto.*

AD tempus in opus publicum damnati priſtinum quidem ſtatum retinent, ſed damno infamiæ poſt impletum tempus ſubiiciuntur. PP. VII. Id. Decẽbr. Geta & Plautiano COSS.

VII. *Idem. AA. Demetrio.*

NEmo ob id, quod bonis paternis ſe abſtinuit, infamis eſt. PP. V. Id. Ianuar. Antonino. A. & Geta. II. utriſq; COSS.

VIII. *Idem. AA. Vlpiæ.*

FVrti ſi condemnata es, citra uerbera quoq; fuſtium famæ damnum ſubiiſti. quòd ſi res furtiua, quam alter ſurripuit, apud te ignoranter comperta eſt: non læſit exiſtimationem tuam ſententia durior. PP. X. Kal. Mart. Antonino. A. & Geta utriſq; II. COSS.

IX. *Idem. AA. Læto.*

NEminẽ ſequitur infamia ob * nõ defenſa negocia publica patriæ ſuæ. PP. XII. Kal. Mart. Antonino. A. & Geta utriſq; III. COSS. * *al's deeſt negatio.*

X. *Idem. AA. Seuero.*

INiuriarum ex perſona quoq; ſerui damnatus, infamia notatur. PP. IIII. Kal. Auguſt. Iiſdem COSS.

XI. *Imp. ALEXANDER. A. Herennio.*

QVi bonis ceſſerunt, licet ex ea cauſa bona eorum uenierint, infames non fiunt. PP. X. Kal. Maias. Maximo. II. & Aeliano COSS.

XII. *Idem. A. Donato.*

SI te expilaſſe hæreditatem ſententia præſidis conſtitit: non ex eo, quòd non & alia tibi pœna irrogata eſt, furis improbioris infamiã euitaſti. PP. Kal. Iul. Iuliano. II. & Criſpino COSS.

XIII. *Idem. A. Inuentio.*

EA, quæ pater teſtamento ſuo filios increpans ſcripſit, infames filios quidem iure nõ faciunt: ſed apud bonos & graues opinionem eius, qui patri diſplicuit, onerant. XIII. Kal. Nouemb. Ipſo. A. III. & Dionyſio COSS.

XIIII. *Imp. GORDIANVS. A. Iouino.*

NVllam exiſtimationis infamiam auunculus tuus pertimeſcat, ictui fuſtium ſubiectus ob crimen quæſtione habita, ſi ſententia non præceſſit ignominiæ maculam irrogans. D. Kal. Septemb. Pio & Pontiano COSS.

XV. *Idem. A. Sulpitiæ.*

DEcreto ampliſſimi ordinis luctu fœminarum deminuto, triſtior habitus, cæteraq; hoc genus inſignia mulieribus remittunt: non etiam intra tempus, quo elugere maritũ moris eſt, matrimonium contrahere permittitur: cum etiam ſi nuptias alias intra hoc tempus ſecuta eſt, tam ea, q̃ is, qui ſciens eam duxit uxorem, etiam ſi miles ſit, perpetuo edicto labem pudoris contrahat. PP. XVII. Kal. Iul. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XVI. *Idem. A. Domitiano.*

FVſtibus cæſum, cui per præconem ita dictum eſt, ξ συκοφάντης: calumniatorem uideri notatum, ideoq; eſſe famoſum, manifeſtũ eſt. PP. III. Kal. Aug. Sabino & Venuſto COSS.

XVII. *Idem. A. ad Magnum.*

VErbum precibus inſertum, potius uerecundiam onerare, q̃ ullam exiſtimatiõi maculã uidetur adſpergere. etenim cum nõ cauſa cognita dictum eſt συκοφαντεῖς, ſed ad poſtulatum patroni interlocutione iudicis reſponſum ſit: nequaq̃ hoc infamiam irrogat. PP. VIII. Kal. Octobr. Attico & Prætextato COSS.

XVIII. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Antiocho.*

NOn damnatos quidem duntaxat iniuriæ, ſed pactos quoq; perpetuum edictum infamat. uerum pactos eos demum, qui ullos aduerſarijs numos pro mala conſcientia ex tranſactione numeraſſent, in hac cauſa placuit intelligi. Cæterum ſimplex rei gratia integram pacti exiſtimationem, illibatamq; conſeruat. quòd ſi iureiurando deciſa contentio ſit: nemo dubita uerit, quin religionem abſolutio iudicantis ſequatur. PP. XIIII. Kal. Ianuar. Sæculare. II. & Donato COSS.

XVIII. Imppp.CARVS, CARIN. & NVMERIAN.AAA. *Aristocrati.*

INterlocutio præsidis,quæ dicta est,infamem eum,de quo quæris,feciſſe non uidetur: cum non specialiter ob iniuriam uel admiſſam uim damnatus sit,sed ita præsidis uerbis grauatus & admonitus,ut ad melioris uitæ frugem se reformet.PP.XVII.Kal.Febr.Carino. II.& Numeriano.AA.COSS.

XIX. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.*Fortunato.*

IMprobum fœnus exercentibus,& usuras usurarum illicite exigentibus, infamiæ macula irroganda est.S.XVII.Kal.Mart.Ipsis.AA.& COSS.

XX. *Iidem.AA.Statio.*

SI fratres tui minores duntaxat ætate in iudicræ artis ostẽsione spectaculum sui populo præbuerunt: inuiolatam existimationem obtinent.D.V.Kal.Septembr.Ipsis.AA.& COSS.

XXI. *Idem.AA.&.CC. Domitiano.*

FIdem rumpens societatis,cum infamiæ periculo,suo nomine pro socio conuentus, ad faciendum satis urgetur.D.VI.Id.Decembr.Nicomediæ.CC.COSS.

DE PROCVRATORIBVS. Tit. XII.

I. *Diuus* ANTONINVS PIVS.A. *Seuero.*

CAutio ratihabitionis tunc exigit̃,quoties incertum est, an negocium mandatum sit.PP.IIII.Id.Octobr.Gallicano & Venusto COSS.

II *Diui* FRATRES *Sextiliæ.*

CVm rem pecuniariam esse dicas:potes per maritum tuum, so'ennibus impletis,appellationi aduersariæ tuæ respondere:cum appellationes pecuniariæ etiam per procuratores exerceri ab utraq; parte litigantium possint. Accepta VIII.Kal. Auguſt.Ipsis COSS.

III. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA. *Pomponio.*

EVm,qui res agit hæredum,à quibus tibi deberi fideicommissum dicis,euoca ad prætorem uirum clarissimum:qui aut tibi respondere cogetur,aut ab administratione negociorum secundum formam iurisdictionis prohibebitur. deliberabit autem prætor,si non defendantur hæredes,an mittere te in possessionem debeat,secutus iurisdictionem,quæ exerceri aduersus indefensos solet. PP.X.Kal.Septembr.Chilone & Libone COSS.

IIII. *Iidem. AA.Saturnino.*

QVia absente te iudicatum dicis:æquum est tibi restitui causæ defensionem.nec oberit tibi,quòd uxor tua interfuit iudicio,aut etiam adquieuit sententiæ: cum aliena negocia per mulieres non aliter agi possunt,nisi in rem suam & proprium lucrum mandatæ sint eis actiones.PP.prid.Non.Ianuar.Apro & Maximo COSS.

V. Imp.ANTONINVS. A.*Pancratiæ.*

ACtionem ei,qui absentis nomine agere uult,si non eum defendat, denegari oportere: iam edicto perpetuo expressum est.IIII.Kal.Mart.Duobus & Aspris COSS.

VI. Imp. ALEXANDER. A. *Martiano.*

REum criminis constitutum defensionem causæ suscipere non posse,anteq; purget innocentiam suam,incognitum non est.VI.Kal.Mart.Maximo.II. & Aeliano COSS.

VII. *Idem. A.Macrino.*

MIlitem nec pro patre,uel matre,uel etiam uxore,nec ex sacro rescripto,procuratorio nomine experiri oportet:cum neq; defensionem alienam suscipere,uel redimere negocia, uel quasi suffragator accedere,utilitate publica permittatur. PP.VIII.Id.Mart.Maximo.II.& Aeliano COSS.

VIII. *Idem.A.Mansueto.*

QVod quis sibi debitum exigere tibi mandauit,ante litis contestationem tu alij petendum mandare non potes.VIII.Kal.Septembr.Maximo.II.& Aeliano COSS.

IX. *Idem.A.Aufidio.*

QVi stipendia merentur,suis negocijs supereſſe sine offensa disciplinæ possunt.nec potest dici,eum,qui honesta & uerecunda præcedente causa mandatas sibi actiones exercuerit, alieno negocio fungi:cum licet contentio ex persona alterius bona fide sumatur, hunc tamen rem suam agere non ambigitur,quod militibus meis interdici,non modo absurdum, uerum etiam iniquum est. Sine die & consule.

Idem

X. *Idem. A. Castiæ.*

SI procurator ad unam speciem constitutus, officium mandati egressus est: id, quod gessit, nullum domino facere præiudicium potuit. Quòd si plenam potestatē agendi habuit: res iudicatas rescindi non oportet: cum si quid fraude uel dolo egit, conuenire eum more iudicio rum non prohibearis. PP. III. Kal. Mart. Albino & Maximo COSS.

XI. *Iidem. A. Sebastiano.*

NEq; tutores, neq; curatores ex sua persona in re pupilli uel adolescentis procuratorem facere possunt: sed actorem constituere debēt. pupillus autem uel pupilla, adultus uel adulta, tam ad agendum, q̄ ad defendendum, tutore seu curatore interueniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores & curatores post litis contestationem â se factam ad exemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. Prid. Id. Maij. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

XII. *Idm. A. Fromoni.*

EXigendi â filio tuo mandati, qui se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione necessitas non fuit: aut quòd defendere quis (siue sit libertus, siue extraneus) sine mandato potest, tamen satisdatione pro defensione præstita, & alia proculdubio obseruatione subiecta: aut quòd filius, etiam si ultro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. Sanè quòd nec dum legitimam ætatem idem filius tuus compleuerit: ob hoc quidem depellere procurationis officio eum iudex non iniuste potuit. sed multo iustius fuit, huiusmodi defensorem audire, q̄ absentem quasi contumacem & indefensum graui condemnatione afficere. V. Kal. Octobr. Agricola & Clementino COSS.

XIII. *Imp.* GORDIANVS. *A. Luciano militi.*

ITa demum super lite persequenda, quam tibi mater mandauit, actionem intentare potes: si cum primo litem contestareris, non est tibi eo nomine opposita præscriptio militiæ. quod nec, cum appellatio agitur, tibi obijci potest. nam si integra est res: ratio perpetui edicti acceptā tibi nō pmittit alieno nomine actionē intendere. III. Id. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XIIII. *Idem. A. Sabiniano.*

NOn eo minus sententia aduersus te lata iuris ratione substitit, quòd aduersaria tua minor uigintiquinq; annis constituta, causam suam marito sine curatore agendam mandauit. Minoribus etenim ætas in damnis subuenire, non in rebus prospere gestis obesse cōsueuit. III. Non. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano. CC. COSS.

XV. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Cornificio.*

LItem te redemisse cōtra bonos mores, precibus manifeste professus es: cum procurationē quidem suscipere (quod officium gratuitum esse debet) non sit res illicita. huiusmodi autē officia non sine reprehensione suscipiuntur. S. III. Non. April. CC. COSS.

XVI. *Iidem. AA &* CC. *Paconiæ.*

PRocuratorem uel actorem prædij, si non specialiter distrahendi mandatum accepit, ius rerum domini uendendi non habere, certum ac manifestum est. unde si non ex uoluntate domini uendentibus his fundum comparasti: prouides improbum desiderium tuum, dominium ex huiusmodi emptione tibi concedi desideranti. S. Non. April. Byzantij. CC. COSS.

XVII. *Iidem. AA. &* CC. *Mardonio.*

INuitus procurationem suscipere nemo cogitur: nec eandem ultra, nisi prouocationis causa extendere. sed nec defensionem absentis subire compellitur, cum fidem susceptam implere sufficiat. D. VI. Non. Iul. Philippopoli. CC. COSS.

XVIII. *Iidem. AA. &* CC. *Dionysiæ.*

ALienam suscipere defensionem, uirile est officium, & extra sexum muliebrem esse constat. filio ita q̄ tuo, si pupillus est, tutorem pete. XII. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XIX. *Iidem. AA. &* CC. *Firmo.*

SI precium quidem actoribus alienis fundum uel seruum citra mandatum tibi distrahentibus dedisti, & neq; præcessisse, neq; secuta contractum domini declaretur uoluntas, in rem autem eius id precium processisse prouinciæ præses causa cognita perspexerit: hoc tibi restituī iubebit. Prid. Id. Mart. CC. COSS.

XX. *Iidem. AA. ad Verrinum præsidem Syriæ.*

NIhil arbitramur interesse, utrum ab initio, an cœpta iam lite, negocium ad personā procuratoris transitum fecerit. D. X. Kal. Octob. *. Demesso. CC. COSS.

XXI. *Imp.* CONSTANTINVS. *A. ad concilium prouinciæ Africæ.*

MArítus citra mandatum in rebus uxoris cum ſolenni ſatiſdatione & alia obſeruatione intercedendi habeat liberam facultatem: ne fœminæ perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, nec cõuentibus uirorũ uel iudicijs intereſſe cogantur. Sin autem mandatum ſuſceperit: licet maritus ſit, id ſolum exſequi debet, quod procuratio emiſſa præſcripſerit. D. IIII. Id. Mart. Adrimeti. Conſtantino. A. & Licinio Cæſare, utriſq; II. COSS.

XXII. *Idem. A. ad Baſſum* P.V.

PRocuratoribus inſtitutis, & poſt cõteſtatam litem dominis effectis: ij, qui mandauerant, nõ habeant facultatem negocia proſequendi: niſi capitales inimicitiæ, uel morbus, uel alia neceſſaria cauſa interceſſerit. tunc enim inuitis his transferri lis poteſt. D. XIII. Kal. Iul. Conſtantino. A. & Licinio Cæſ. II. utriſq; COSS.

XXIII. *Imp.* IVLIANVS. A. *Secundo* P.P.

NVlla dubitatio eſt, poſt cauſam in iudicio agitatam, utpote dominum litis procuratoré effectum, etiam poſt exceſſum eius, qui agendam uel defendendam litem mandauerat, poſſe incohatam cauſam iurgiumq; finire: quippe cum & procuratorem poſſe eum inſtituere, ueteres iuris uoluerint conditores. Lect. II. Non. Febr. Iuliano. A. IIII. & Salluſtio COSS.

XXIIII. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Pancratio* P.V.

LIcet in principio quæſtionis perſona debet inquiri procuratoris, an ad agendum negocij mandatum à domino litis habeat: ſi tamen falſus procurator inueniatur: nec dici controuerſiæ ſolent, nec poteſt eſſe iudicium. D. II. Kal. April. Conſtantinop. Anthemio & Syagrio COSS.

XXV. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Tatiano* P.P.

QVicunq; prætorianæ, uel urbanæ præfecturæ ſublime faſtigium, uel magiſterium militare, uel conſiſtorianæ comitiuæ inſignibus meruerit dignitates, uel procõſulare ius dixerit, aut uicarij fuerit adminiſtratione ſuffultus: ſi quid ab eo uel infertur iurgium, uel refertur: procuratoris perſonam in negocij ſui iura ſubſtituat. Quòd ſi quis ſanctionis huius ſtatuta trãſgreſſus, iudicij ſeſe iurgaturus ingeſſerit: careat huius litis ſorte, cuius non per procuratorem exſpectauit euentum. iudex nihilominus, qui contrà fecerit, nouerit à ſe uiginti libras auri, iré ab officio quoq; ſuo tantundem ponderis exigendum. D. XVIII. Kal. Octobr. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

XXVI. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Anthemio* P.P.

IN pecuniarijs controuerſijs, etſi ſpecialiter hoc præcepti uel ſententiæ minime deſignat authoritas, paſſim unicuiq; (ſi tamen ita maluerit) per procuratorem reſpondendi tribuimus facultatem: niſi forte quoſdam, iuſtiores nõnunq; ob cauſas, uehementiores maximi iudicis uocabit authoritas.

NE LICEAT POTENTIORIBVS PATROCINIVM LITIGANtibus præſtare, uel actiones in ſe transferre. Tit. XIII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Ariſtobolo S.*

DIuine admodum conſtituit diuus Claudius conſultiſſimus princeps parens noſter, ut iactura cauſæ afficerentur ij, qui ſibi patrocinium potentiorum aduocaſſent: ut hoc propoſito metu iudiciariæ lites potius ſuo marte diſcurrerent, & potentiorum domorum opibus niterentur. quem palàm eſt in tantum prouincialium quæſtionibus eſſe commotum, ut huius ſanctionis rectores prouinciarum cuſtodes, & contemptæ huius rei uindices fecerit: ſcilicet, ut in actores ſeu procuratores, in ſubſidia negociorum uel uſurpatos gratia, uel redemptos, ſeuera ſententia uindicarent. Quare cum interſit in uniuerſum omniũ, & præcipue tenuiorũ, qui ſæpe importunis potentiũ interceſſionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis, nec metues, ne præiudices clariſſimis uiris: cum diuus Claudius huius rei rectorem prouinciæ diſceptatorem, & ſi res poſtularet, ultorem ſpecialiter fecerit. D. IIII. Id. Septemb. AA. III. & II. COSS.

II. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Ioanni* P.P.

SI cuiuſcunq; modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ perſonas: debiti creditores iactura multentur. aperta enim credentium uidetur eſſe uoracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores. D. V. Id. Iul. Honorio. VII. & Theodoſio. II. AA. COSS.

De his,

DE HIS, QVI POTENTIORVM NOMINE TITVLOS PRAEdijs affigunt,uel eorum nomina in litem prætendunt. Tit. XIIII.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Meßalæ* P.P.

ANimaduertimus plurimos iniuſtarũ deſperatione cauſarum potentium titulos & clariſſimæ priuilegia dignitatis iſs,à quibus in ius uocantur,opponere. at ne in fraudem legum aduerſariorumq; terrorem his nominibus abutantur & titulis: qui huiuſmodi dolo ſcientes conniuent, afficiendi ſunt publicæ ſententiæ nota. Quod ſi nullum in hac parte conſenſum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nomibus uel ædibus affigerẽtur alienis:eatẽnus in eos,qui fecerint,uindicetur, ut affecti plumbo,perpetuis metallorum ſupplicijs deputentur. Quiſquis igitur lite pulſatus (cum ipſe & rei ſit poſſeſſor,& iuris,& titulum illatæ ſolenniter pulſationis exceperit) contradictorijs libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum :eius poſſeſſionis aut cauſæ,quam ſub hac fraude aut retinere,aut euitare tentauerit,amiſſione multetur:nec repetendæ actionis, etiamſi ei probabilis negocij merita ſuffragantur,habeat facultatem. Eos ſanè,qui ſe ſponte alienis libris inſeri patiuntur,cum his neq; poſſeſſio,neq; proprietas competat:ueluti famæ ſuæ prodigos, & calumniarum redemptores, notari oportebit. D.XV.Kal. Decembr. Mediolani. Stilicone & Aureliano COSS.

VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRAEDIIS SVIS VEL alijs imponat,uel uela regalia ſuſpendat. Tit. XV.

I. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Flauiano* P.P.

REgiæ maieſtatis eſt,ut noſtræ tantum domus & patrimonia titulorum inſcriptione legantur. omnes igitur intelligant publico iuri eſſe imputandum id,cui nomẽ dominicũ præſcribitur. D.III.Kal.Decembr.Rauennæ.Baſſo & Philippo COSS.

II. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *ad Florentium* P.P.

NE quis uela regalia ſuſpendere,uel titulum audeat ſine præceptione iudicis competentis rebus alienis imponere,quas quocunq; modo qualiſcunq; perſona poſſideat,licet nõ dominus,licet iniuſtus poſſeſſor,uel temerarius inuaſor,q poſſidet,doceat. Eũ autẽ,qui hoc facere auſus fuerit, ſi plebeius eſt:ultimo ſubdi ſupplicio.ſi clariſſimus,uel curialis,uel miles, uel clericus:proſcribendum deportandumq; non ſolum ciuitate Romana, ſed etiam libertate priuari cenſemus:exſecutoresq; huius legis omnes iudices eſſe oportere. Deponendi autem, uel frangendi titulos,uel etiam conſcindendi uela,non ſolum eis,ad quorum præiudicium tale aliquid contraq; leges committitur,ſed omnibus tam liberis,q; ſeruis,ſine metu calumniæ, uel accuſatione criminis,licentiã miniſtramus:decernentes,iudices eorumq; officia tricenis libris auri multari,ſi talem accuſationem uel admittant,uel depoſitam ſcribi concedãt. D.XV. Kal.Iul.Theodoſio.A.XVII.& Feſto COSS.

VT NEMINI LICEAT SINE IVDICIS AVTHORITATE ſigna rebus imponere alienis. Tit. XVI.

I. *Imp.* PROBVS. A. *Octauio.*

SAepe reſcriptum eſt,ante ſententiam ſigna rebus,quas alius tenebat,imprimi nõ oportere.& ideo ea rebus aut fructibus apud te conſtitutis illicite impoſita,poteris ipſe licite detrahere:ut amotis his,cauſa,quæ ex officio tibi infertur,terminetur.D.IIII.Kal.Iul.Probo.A.II.& Lupo COSS.

II. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Craugaſio.*

REbus,quas alius detinet,imprimere ſigna nemini licet:etiam ſi ſuas,uel obligatas ſibi eas eſſe aliquis affirmet.

NE FISCVS,VEL RESPVBLICA PROCVRAtores alicui patrocinij cauſa illicite præſtet. Tit. XVII.

Imp.

I. Imp. GORDIANVS. A. Legitimo & alijs.

REipublicæ iuribus adiuuari te sub obtẽtu quantitatis, quam eidem reipublicæ debes, contra iuris rationem desideras. III. Id. Ianuar. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

II. Idem. A. Tertullo.

CVm allegas partem rerum uel actionem dimidiam fisco, quo magis iuribus eius protegaris, uelle te donare: huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina nõ patitur. unde ius tuum, si quod tibi competit, citra inuidiam fisci mei tueri solen niter cura. S. VI. Non. August. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Amphioni.

ABhorret à seculo nostro, sub prætextu debiti procurationem contra priuatos fiscum præ stare. D. VIII. Kal. Ianuar. Philippopoli. CC. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Achilli.

AD fraudem creditoribus faciendam, inuidiam fiscalem contra seculi nostri tranquillita tem implorari non decet. Redde itaq; quod fisco nostro debes. & si conuentus uelut à cre ditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas: exceptione non numeratæ pecuniæ secun dum leges uti potes. D. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

DE NEGOCIORVM GESTORVM ACTIONE Tit. XVIII.

I. Impp. ANTONINVS & SEVERVS. AA. Sopatræ.

CVm tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemq; tutores seu curatores peteres: munere pietatis fungebaris. quæ causa non admittit negociorũ gestorũ actionem, ut sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cum etiam si quis pro affectiõe domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratiõe eos repetere potest. PP. III. Non. Octob. Dextro & Prisco COSS.

II. Iidem. AA. Rufinæ.

COntra impuberes quoq; si negocia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter ge rantur, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum rece ptum est. Quæ tibi quoq; iure decernitur, quòd sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, feciste allegas: si non matertera eiusdem se facere paratam propris impendijs ostenderit. PP. X. Kal. Febr. Laterano & Rufino COSS.

III. Iidem. AA. Hadriano.

SIue pro fratre cohærede pecuniam soluisti: negociorum gestorum actione experiri potes. si ue pignoris liberandi gratia debitum uniuersum soluere coactus es: actionem eandem ha bebis, uel iudicio familiæ erciscundæ (si non est inter uos redditum) eam quantitatem adseque ris. PP. VIII. Kal. Feb. Anulino & Frontone COSS.

IIII. Iidem. AA. Claudio.

QVi pupillæ negocia tutoris mandatu suscepit, pro tutore negocia non uidetur gessis se, sed negociorum gestorum actione pupillæ tenebitur. PP. III. Non. Decembr. Fabia no & Mutiano COSS.

V. Ii dem. AA. Tryphonio.

OFficio, nec minus obsequio liberti functus, negociorum gestorum actionem contra pa troni filias pupillas habere nõ potest. PP. XIII. Kal. Iul. Geta & Plautiano COSS.

VI. Iidem. AA. Gallo.

CVratorem tibi quidem testamento patris datum dicis, quod nõ potest uideri iure factũ. quòd si (ut proponis) administrationi se miscuit: negociorum gestorum actio, tam aduer sus eum, q; contra hæredes eius tibi competit. PP. *. Apro & Maximo COSS.

VII. Imp. ANTONINVS. A. Euphratæ.

SI ab eo, qui negocia tua gessit, hæres ex duabus uncijs institutus es: etiam si adeas hæredita tem, in reliquis decem uncijs aduersus cohæredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem. PP. VI. Id. Mart. Romæ. Sabino & Anulino COSS.

VIII. Idem. A. Salustio.

SI pecuniam à debitore tuo Iulianus exegit, eamq; solutionẽ ratam habuisti: habes aduer sus eum negociorum gestorũ actionem. PP. VIII. Kal. Mart. Præsente & Extricato COSS.

IX. Idem. A. Seuero.

Aduer-

ADuersus eos, qui negocia tua gesserunt, negociorum gestorum iudicio ciuiliter consi ste: nec tibi oberit, si propter occupationes militares eam litem tardius fueris exsecutus: cum hoc genus actionis longi temporis præscriptione excludi non possit. VI. Kal. August. Antonino & Aduento COSS.

X. *Imp.* ALEXANDER. A. *Secundo & alijs.*

SI seruum alienum non inutilem domino constitutum ægrum curastis: negocium nō inutiliter gessistis, & competente actiōe uobis sumptus recuperare potestis. PP. XII. Kal. Decēbr. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

XI. *Idem. A. Herenniæ.*

ALimenta quidem, quæ filijs tuis præstitisti, tibi reddi non iusta ratione postulas: cū id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorū utiliter & probabili more impendisti: si non & hæc materna liberalitate, sed recipiendi animo feciſſe te ostenderis: id negociorum gestorum actione consequi potes. PP. XII. Kal. Febr. Albino & Maximo COSS.

XII. *Idem. A. Theophilo.*

SI filius pro patre suo debitum soluerit: nullam actionē ob eam solutionē habet: siue in potestate patris, cū solueret, fuerit: siue sui iuris cōstitutus, donandi animo pecuniā dedit. Si igit pater tuus sui iuris cōstitutus, pro patre suo negocia gerēs, nō præcedēte mandato, debitū eius soluit: negociorū gestorū cū patruis tuis agere potes. PP. Kal. Aug. Agric. & Clemētino COSS.

XIII. *Idem A. Aquilæ.*

QVod in uxorem tuam erogasti ægram, nō à socero repetere, sed affectioni tuæ debes impendere. In funus sanè eius si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quem dos redijt, iure conuenis. PP. VIII. Kal. Nouembr. Agricola & Clementino COSS.

XIIII. *Idem A. Mutiano Rufo.*

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius, quàm uxoris eius negocia gessisti: tam tibi, quàm mulieri inuicem negociorum gestorū competit actio. ipsi sanè, qui mandauit, aduersus te mandati actio est. sed & tibi aduersus eum cōtraria, si quid forte supererogasti. PP. X. Kal. Mart. Maximo. II. & Vrbano COSS.

XV. *Imp.* GORDIANVS. A. *Eutychiano.*

SI paterno affectu priuignas tuas aluisti, seu mercedes pro ijs aliquas magistris expēdisti: eius erogationis tibi nulla repetitio est. quod si ut repeturus ea, quæ in sumptus misisti, aliquid erogasti: negociorū tibi gestorū intēdēda actio est. PP. VI. Id. Iul. Gordiano A. & Auiola. COSS.

XVI. *Impp.* GALLVS & VOLVSIANVS. AA. *Eutychiano.*

SI negocium sororis tuæ gerens, pro ea tributa soluisti, uel mandante ea, uel rogante, id fecisti: negociorum gestorum actione uel mandati id, quod soluisse te constiterit, recipere potes. PP. XI. Kal. Maij. Gallo & Volusiano COSS.

XVII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Claudiæ.*

CVratoris etiam successores negociorum gestorum utili cōuentos actione, tam dolū, quàm latam culpam præstare debere, nec ad eos officium administrationis transire, ideoq; nullam alienandi eos res adultæ potestatē habere conuenit. D. XIII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XXVIII. *Iidem* AA. & CC. *Pomponio.*

OB negocium alienū gestum sumptuū factorū usuras præstari, bona fides suasit. quo iure contra hos etiam, quorum te necessitate cōpulsum negocium gessisse proponis, per iudicium negociorū gestorum uteris. D. VIII. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XIX. *Iidem* AA. & CC. *Alexandro.*

AB uno hærede pro solido re ueluti cōmuni uenūdata, de precio cohæres uēditoris negociorū gestorū actione ratā faciēs uēditionē agere potest. D. Idib. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XX. *Iidem* AA. & CC. *Octauianæ.*

TVtori uel curatori similis non habetur, qui citra mandatum negociū alienum sponte gerit: quippe superioribus quidem muneris necessitas administrationi finē, huic aūt propria uoluntas facit. ac satis abundēq; sufficit, si cui uel in paucis amici labore consulatur. Secundum quæ super his quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus, ultro quis administrauit: cum nō tantum dolum & latam culpam, sed etiam leuam præstare necesse habeat: à te cōueniri potest, & ea, quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris cōpelletur reddere. De cæteris uero, quæ ab alijs tui constituta iuris detenta *exacta* non sunt: ab hoc, qui nec agendi quidem, ppter exceptiōis obstaculum facultatē habere potuit, exigi non potest: & idcirco aduersus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. D. VIII. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

XXI. Iidem AA. & CC. Michræ.

SI cognati tui ſeruos ſuos manumiſerunt: hoc, quòd adminiſtraſſe eos rem tuam contendis, impedimento eorum libertati fieri non potuit. quin autem ex actu præcedenti poſt manumiſſionem, ſi utriuſq; temporis adminiſtratio non connexa, ſed ſeparata ſit, conueniri non poſſe, proculdubio eſt. D. VI. Kal. Octobr. Viminatij. CC. COSS.

XXII. Iidem AA. & CC. Eulogio.

NEgocium gerentes alienum, non interueniente ſpeciali pacto, caſum fortuitum præſtare non compelluntur. D. XI. Kal. Decembr. CC. COSS.

XXIII. Iidem AA. & CC. Theodoro.

NEgocijs geſtis, nõ in rẽ, ſed in pſonã eſt actio. D. XII. Kal. Decẽbr. Nicomediæ. CC. COSS.

XXIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

SI quis nolente, & ſpecialiter prohibente domino rerum, adminiſtrationi earum ſeſe immiſcuit: apud magnos authores dubitabatur, ſi pro expenſis, quæ circa res factæ ſunt, talis negotiorum geſtorum habeat aliquam aduerſus dominum actionem, quam quibuſdam pollicentibus directam uel utilem, alijs negantibus (in quibus & Saluius Iulianus fuit) hæc decidentes ſancimus, ſi contradixerit dominus, & eum res ſuas adminiſtrare prohibuerit: ſecundũ Iuliani ſententiam nullam eſſe aduerſus eum cõtrariam actionem: ſcilicet poſt denunciationem, quam ei dominus tranſmiſerit, non concedens ei res eius attingere: licet res bene ab eo geſtæ ſint. Quid deinde ſi dominus aſpexerit ab adminiſtratore multas expenſas utiliter factas, & tũc doloſa adſimulatiõe habita, eum prohibuerit, ut neq; anteriores expenſas præſtet? quod nullo modo patimur: ſed ex quo ea teſtatio ad eum facta eſt, uel in ſcriptis, uel ſine ſcriptis, ſub teſtificatione aliarum tamen perſonarum: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei competere actionem. ſuper anterioribus autẽ, ſi utiliter factæ ſunt, habere eum actionem contra dominum cõcedimus ſua natura currentem. D. Kal. XIIII. Decembr. Lampadio & Oreſte COSS.

DE HIS, QVAE VI METVSVE CAVSA geſta ſunt. Tit. XIX

I. Imp. ALEXANDER. A. Felici.

PErſecutionem eorum, quæ ui uel furto ablata ſunt, etiam ſi poſtea interciderunt, integrã eſſe, iure reſponſum eſt. PP. X. Kal. Decẽbr. Maximo II. & Aeliano COSS.

II. Idem A. Alexandro.

CVm te non ſolum cauiſſe, uerumetiam ſoluiſſe pecuniam confitearis: qua ratione, ut uim paſſus reſtitui, quod illatũ eſt, poſtules: perſpici nõ poteſt. Quin neriſimile nõ fit, ad ſolutionẽ te ꝓperaſſe, omiſſa querela de chirographo, utputa per uim extorto: niſi & in ſoluendo uim te paſſum dicas. PP. VI. Kal. Iul. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

III. Imp. GORDIANVS. A. Caio.

SI ui uel metu fundum auus tuus diſtrahere coactus eſt: etiam ſi maxime emptor eum alij uẽdidit: ſi tamen tu auo tuo hæres exſtitiſti: ut tibi reddito à te prætio reſtituatur, poſtꝯ placuit in rem actionem quoq; dari ſecundum formam perpetui edicti, adito præſide prouinciæ, poteris poſtulare: ſi modo qui ſecundo loco comparauit, longæ poſſeſſionis præſcriptione nõ fuerit munitus. PP. VI. Id. Auguſt. Pio & Pontiano COSS.

IIII. Idem A. Primo & Euthydico.

SI per uim, uel metum mortis, aut cruciatus corporis uenditio uobis extorta eſt, & nõ poſtea eam conſenſu corroboraſtis: iuxta formam perpetui edicti intra annũ quidem agentes (quo experiundi poteſtas eſt) ſi res non reſtituatur: quadrupli condemnationem referetis, ſcilicet reddito à uobis prætio. poſt annum uero cauſa cognita eadem actio in ſimplum permittitur. quæ cauſæ cognitio eò pertinet, ut ita demum decernatur, ſi alia actio non ſit. PP. III. Non. Auguſt. Gordiano. A. & Auiola COSS.

V. Idem A. Rufo militi.

NOn intereſt, à quo uis adhibita ſit patri & patruo tuo, utrum ab emptore, an uero ſciente emptore ab alio, ut ui uel metu poſſeſſionem uendere cogerentur. nam ſi adhibita ui compulſi ſunt poſſeſſiones ſuas, quæ maiore ualebant, minimo diſtrahere: iuriſdictionis tenore, ut id, quod improbe factum eſt, in priorem ſtatum reuoluatur, impetrabunt. PP. VI. Kal. Ianuar. Gordiano A. & Auiola COSS.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Polliæ.

Ad intui-

AD inuidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet. unde intelligis, quòd ad metũ arguendum, per quem dicis initum esse contractũ, senatoris dignitas aduersarij tui sola nõ est idonea. PP. III. Kal. Maij. Heraclæ. CC. COSS.

VII. *Iidem AA. & CC. Cotui.*

SI donationis, uel transactionis, uel stipulationis, uel cuiuscunq; alterius contractus obligationis confectum instrumentum, metu mortis, uel cruciatu corporis extortum, uel capitales minas pertimescendo, adito præside prouinciæ, probare poteris: hoc ratũ haberi secundũ edicti formã nõ patietur. D. II. Non. Ianuar. AA. COSS.

VIII. *Iidem AA. & CC. Triphonio.*

CVm te domus et horti uenditionem fecisse sub spe recipiendi, quòd de frumento feceras instrumentum, uel timore, ne ad ciuilia munera nominareris, proponas, & rescindi uenditionẽ ueluti metus causa factam desideres: intelligis, ad ratum non habendũ contractum, metũ huiusmodi prodesse non posse. D. XI. Kal. Septembr. Viminatij. CC. COSS.

IX. *Iidem AA. & CC. Hymnodæ.*

METum non iactationibus tantum, uel contestatione, sed atrocitate facti probari cõuenit. D. Kal. Decembr. CC. COSS.

X. *Iidem AA. & CC. Faustinæ.*

ACcusationis institutæ uel futuræ metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis, improbatũ est desiderium. D. VI. Kal. Febr. CC. COSS.

XI. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Euagrium* P.P.

SI per impressionem quis aliquem metuens saltem in modico officio cõstitutum, rei suæ in ea prouincia uel loco, ubi tale officiũ peragit, sub uenditionis titulo fecerit cessionẽ: & quod emptũ fuit, reddatur, & nihilominus etiam pecuniæ retineãtur: simili pœna seruanda, si qui uel cõiugis uel amici nominibus abutẽtes, prædã tamen sibi adquirũt. X. Kal. Octobr. Aquileiæ.*.

XII. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *ad populum.*

VEnditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari. D. XIII. Kal. Mart. Ipsis AA. VIII. & III. COSS.

DE DOLO MALO. Tit. XX.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Clementinæ.*

SI fideiussor à creditore pignora emit oblata quantitate sortis & usurarum: tibi dominiũ cũ fructibus, quos bona fide percepit, cõsultius restituet: ne fidei ruptæ gratia de dolo possit actio exerceri. Accepta D. III. Id. Maij. Plautiano & Geta COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Agrippæ.*

DE dolo actio, cũ nulla alia cõpetit, causa cognita permittit. D. Non. Nouẽbr. Gentiano & Basso COSS.

III. *Imp.* GORDIANVS. A. *Aquilino.*

NOn possunt obesse tibi tempora, quæ in actiõem de dolo solent computari, quibus reipublicæ causa (ut allegas) occuparis: sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatẽ agendi intra præstituta tempora cœperis obtinere. PP. Idib. August. Sabino. II. & Venusto COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Menandræ.*

CVm proponas inter te & eum, quem in contubernio ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse, ut tibi pro eadẽ daret mancipiũ: intelligis, quòd si manumisisti, uel ei tradidisti, & ille manumisit, reuocãdæ libertatis potestatem nõ habes: sed solũ, si necdum statutũ tempus excesserit, & fidem placiti rumpat, desiderare debes, de dolo decerni actionẽ. Quòdsi penes te dominiũ eius remansit: adito præside prouinciæ, cum natis hanc potes recuperare, si nulla moueatur status quæstio. D. III. Kal. Maij. Heracliæ. CC. COSS.

V. *Iidem AA. & CC. Amphidrosæ.*

SI superstite patre per emancipationem tui iuris effecta, matri successisti, rebusq; tuis per legitimum tutorem patrem, eundemq; manumissorem administratis, postea transegisti cum eo bona fide: perspicis, quòd si pactum tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submouetur. si uero nouatio legitimo modo interceßit, & acceptilatio subsecuta est: nullam iam tibi superesse actionem. Sanè si læsa es, immodice liberatione solenniter per nouationem atq; acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam uerecundiã, sed in factũ actio tibi tri-

buenda est. D. Idib. Iun. CC. COSS.

VI. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

DOlum ex indicijs perspicuis probari conuenit. D. Kal. Decembr. CC. COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Sebastiano.

SI maior quinq; & uiginti annis hæreditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sanè si eius uxoris tibi substitutæ dolo factum est: actionem de dolo contra eam exercere potes. D. XVI. Kal. Maij. CC. COSS.

VIII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Symmachum uicarium.

OPtimum duximus, non ex eo die, quo se quisq; admissum dolum didicisse cõmemorauerit, neq; intra anni utilis tempus, sed potius ex die, quo adseritur cõmissus dolus, intra continuum biẽnium de dolo actionem moueri: siue abfuerit, siue præsto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neq; incipiendæ post biennium, neq; ante completũ biennium cœptæ, post biennium finiendæ doli actionis concessam licentiam. D. VIII. Kal. Aug. Næsso. Cõstantino. A. V. & Licinio Cæsare COSS.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS MINORum uigintiquinq; annis. Tit. XXI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Plotianæ.

ILlud inspiciẽdum est, num inofficiosi querelæ, uel palàm, uel tacita dissimulatione sit renunciatum. nec hoc autem in tuam personam cadere posse auxiliũ, quod ætati impertitur, ostendit. D. V. Id. Iul. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Alexandro.

EO tempore, quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, si patris intestati bonorũ possessionẽ accipere debuit: licet quinq; filios superstites habuerit, nõ tamen ideo minus ad edicti prærogatiuam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficiũ restitutionis largitur. PP. VIII. Id. August. Pio & Pontiano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Attiano.

SI curatorem habens, minor uigintiquinq; annis post pupillarem ætatem res uendidisti: hũc contractum seruari non oportet: cum non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui à prætore curatore dato bonis interdictum est. Si uero sine curatore constitutus, contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita non prohiberis. D. XIIII. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Isidoro.

SI minorem te uigintiquinq; annis fuisse, cum contraheres, ostenderis, & tempora restitutioni præstituta excessisse ab aduersario tuo comprobatum non fuerit: præses prouinciæ in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. D. VI. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

V. Iidem AA. & CC. Rufo.

MInoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, & si dolus aduersarij non probetur, competit. Ante impletum etiam quintum & uicesimũ annum, de ijs, in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. D. V. Kal. Maij. Heracliæ AA. COSS.

VI. Iidem AA. & CC. Sententiæ.

SI intra ætatem, cui succurri solet, in integrum restitutionis lis incohata, nec ei à te renunciatum est: mors eius, contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest. D. V. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Seueræ.

DE tutela auunculi eiusdemq; tutoris, cui falsò ætate probata præstitisti liberationem: quẽ ignarum ætatis tuæ non fuisse, tam officiũ tutelæ, quàm sanguinis proximitas arguit: si necdum statutum tempus excessit: ex causa in integrum restitutionis hæredes eius conuenire potes. D. XI. Kal. August. CC. COSS.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iuliano procõsuli Africæ.

MInoribus in his, quæ uel prætermiserunt, uel ignorauerunt, innumeris authoritatibus constat esse consultum. D. Non. Maij. Constantio V. C. COS.

XI. Imp. ZENO. A. Aeliano P. P.

NOn uidetur circumscriptus esse minor, qui iure sit usus communi.

De filio

DE FILIOFAMILIAS MINORE. Tit. XXII.

I. Imp. GORDIANVS. A. *Gaudiano militi.*

SI frater tuus, cum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit poteſtate, nec iuſſu eius, nec contra ſenatuſconſultum contractum eſt: propter lubricũ ætatis aduerſus eam cautionẽ in integrum reſtitutionẽ potuit poſtulare. PP. III. Non. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

II. *Idem. A. Triphoni militi.*

FIliusfamilias, ſi minor quinq; & uiginti annis pro extraneo fideiuſſit, in integrũ reſtitutionem implorare nõ prohibetur. ſed & ſi pro patre ſuo exſtitit fideiuſſor, eiq; diem ſuũ functo non ſucceſſit: in integrum reſtitutionẽ poſtulare non poteſt. D. Kal. Iul. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM. Tit. XXIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Mironi.*

POſtq; in integrum ætatis beneficio reſtitutus es, periculũ euictionis emptori, cui prædiũ ex bonis paternis uendidiſti, præſtare non cogeris. ſed ea res fideiuſſores, qui pro te interuenerunt, excuſare non poteſt. Quare mandati iudicio, ſi pecuniã ſoluerint, aut condemnati fuerint, conuenieris: modo ſi eo quoq; nomine reſtitutionis auxilio non iuuaberis. VI. Kal. Octobr. Seuero. A. & Albino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Curioni.*

SIea, quæ uendidit tibi poſſeſſiones, interpoſito decreto præſidis, ætatis tantummodo auxilio adiuuat: non eſt dubium, fideiuſſorem ex perſona ſua obnoxium eſſe contractui, uerũ ſi de dolo malo apparuerit contractum interpoſitum eſſe: manifeſti iuris eſt, utriq; perſonæ, tã uenditricis, q̃ fideiuſſoris conſulendũ eſſe. S. VI. Kal. Maij. Dioclet. II. & Maximiano. AA. COSS.

SI TVTOR VEL CVRATOR INTERVENERIT. Tit. XXIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Martianæ & alijs.*

SIam puberes utriuſq; ſexus parentum hæreditatem adijſtis: ſi etiam nunc in ea ætate eſtis, ut eo, quòd paternæ hæreditati uos obligaſtis, in integrum reſtitutiõis auxilium debeatis accipere: per procuratores ueſtros adite præſidem prouinciæ. Quòd ſi legitimam ætatem impleſtis, idq; tempus, quo in integrum reſtitui poſſitis, exceſſiſtis: curatores ueſtros, ſi aduerſus eos nondum experti eſtis, iudicio ſecundum formam iuris conuenite. PP. II. Non. April. Læto & Cereali COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. *Martianæ.*

MInoribus annis uigintiquinq; etiam in his, quæ præſentibus tutoribus uel curatoribus in iudicio uel extra iudicium geſta fuerint, in integrum reſtitutionis auxilium ſupereſſe, ſi circumuenti ſunt, placuit.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Nicomedi.*

ETiam in ijs, quæ minorum tutores uel curatores male geſſiſſe probari poſſunt, licet perſonali actione à tutore uel à curatore ſuum conſequi poſſunt, in integrũ reſtitutionis auxiliũ eiſdem minoribus dari, iam pridem placuit. D. IIII. Non. Maij. Maximo & Aquilino COSS.

IIII. *Iidem. AA. & CC.*

SI creditor non ueſtram perſonam, ſed curatorum ſecutus, cum ipſis contractum habuit, & ab ipſis ſtipulatus eſt: nullam ei prorſus aduerſus uos actionem competere manifeſtum eſt. V. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

V. *Iidem. AA. & CC. Valentino.*

ETiam tutoribus uel curatoribus diſtrahentibus, minores tam reſtitui rebus propriſs, q̃ tutorum uel curatorum damna ſequi, nullo eis præiudicio per electionem generando, placuit. VI. Id. Decembr. CC. COSS.

SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA IN integrum reſtitutio poſtuletur. Tit. XXV.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIN. AA. & CC. Aphobio & alijs.

NEc ſi maior quinq; & uiginti annis ſoror ueſtra fuit, uobis non mandantibus, nec ratam tranſactionem habentibus, de iure ueſtro quidq̃ minuere potuit. nam ſi cognitis, quæ geſſit, his conſenſum poſt uigintiquinq; annos ætatis commodaſtis: cuius illa minor pro portione ſua reſtitutionis auxilium implorare poſſit: uobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari non poteſt. S. III. Id. Auguſt. CC. COSS.

SI ADVERSVS REM IVDICATAM RESTITUTIO POSTULETUR. Tit. XXVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Vilijs.

MInus ex tutelæ iudicio cõſecuti, de ſuperfluo habere actionem ita poteſtis, ſi tempore iudicij minores annis fuiſtis, & nunc beneficium ætatis uobis largitur. cæterum ſi poſt legitimam ætatem ſententia prolata eſt: iteratò eandem actionem de iiſdẽ ſpecieb9 inferre nõ poteſtis. PP. V. Kal. Febr. Pompeiano & Peligno COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Serenæ.

SI cum pater tuus te in ſua poteſtate eſſe, minimeq; emancipationem à ſe factam ualere diceret, proconſul ſuper cauſa cognoſcens te eius poteſtati ſubiectam pronunciauerit: cum aduerſus eam ſententiam in integrum reſtitui poſtules: is, qui prouinciam regit, in impertienda cognitione ſuas partes ſecundũ leges exhibebit. PP. XV. Kal. Decẽb. Pio & Pontiano COSS.

III. Imp. PHILIPPVS. A. Alienæ.

ADuerſus ſententiam eius, qui tunc uice principis iudicauit, in integrum reſtitutionis auxilium apud prætorem ſeu præſidem prouinciæ clariſſimũ uirum flagitare nequaq̃ poteris. nam aduerſus eius ſententiam, qui uice principis cognouit, ſolus princeps reſtituet. PP. XVIII. Kal. Nouembr. Philippo A. & Titiano COSS.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Vrbinio & alijs.

CVm & minores uos eſſe adfirmetis, & indefenſos: nullum fieri uobis præiudicium, præſes prouinciæ pro ſua grauitate curabit. nam ſi iuſta defenſione tutorum uel curatorum uobis adſiſtente, aliquid ſtatutum eſt: intelligitis in integrum reſtitutionis auxilium uobis eſſe neceſſarium: eodem obtinente etiam, ſi per procuratorem ueſtrum legitime ordinatum lis agitata eſt. D. XVI. Kal. Maij. Maximo & Aquilino COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Martiano.

IN rem pupilli uel adulti contra tutores ſeu curatores à præſide lata ſententia, reſtitutionis auxilium non minus, q̃ ſi quid aduerſus eos fuiſſet ſtatutum, implorare minores poſſe conſtat. X. D. Kal. Nouemb. AA. COSS.

SI ADVERSVS VENDITIONEM. &c. Tit. XXVII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Florentino militi.

SI minor annis uigintiquinq; emptori prædij cauiſti, nullam de cætero te eſſe controuerſiam facturum, idq; etiam iureiurando corporaliter præſtito ſeruare confirmaſti: neq; perfidiæ, neq; periurij me authorem futurum ſperare tibi debuiſti. D. VI Kal. Septembr. *

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad populum.

IN integrum reſtitutione minoribus aduerſus cõmenticias uenditiones, & aduerſus tutorũ ſeu curatorum inſidias, ſanctionum præſidio cautum eſſe, non dubium eſt. D. Idib. Aug. Sirmij. Conſtantio II. & Conſtante. CC. COSS.

SI ADVERSVS VENDITIONEM PIGNORIS. &c. Tit. XXVIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Sabinæ & alijs.

ETiam aduerſus uenditiones pignorum, quæ à creditoribus fiunt, minoribus ſub ueniri (ſi tamen magno detrimento afficiantur) iam pridem placuit. ſi igitur captis prædijs pignori, ac diſtractis, enorme damnum ex huiuſmodi uenditione paſſos uos oſtenderitis, præſertim cum hodieq; minores uos eſſe affirmetis: auxi

lium

lium restitutionis uobis impertietur. D.x.Kal.Decemb.Sirmij.Ipsis.AA.COSS.

II. *Iidem.AA.& CC.Seuerę & Clementinę.*

REm,quam à patre uestro quondam creditor eius obligatam sibi distraxit,per ætatem uestram postulantium reuocari desiderium non habet rationem. quod iuris est etsi extraneo successistis.Nam si creditor non bona fide uersatus est:ipsum magis,uel tutores siue curatores uestros,qui hanc uenundari passi sunt,conuenite.D.XIII.Kal.Maij.Sirmij.CC.COSS.

SI ADVERSVS DONATIONEM. &c. Tit. XXIX.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Theodorę.*

SI quæ res ante nuptias congruenti moderatione à minore annis marito sponsaliorum tempore,etiam curatore præsente,tibi donatæ sunt:obtentu ætatis non re uocabuntur.S.III.Non.Nouembr.Diocletiano & Aristobolo COSS.

II. *Iidem.AA.&.CC.Medeę.*

SI in te ac fratrem tuum emancipatos pater uester donationem fecit: in alium postea transferendo portionem eius,nihil abstulit uobis.Nec si frater tuus sibi quæsiti prædij rustici partem donanti patri consensit,dominium ab eo discedere potuit,propter senatusconsulti authoritatem:nec auxilium in integrum restitutionis in hac re necessarium est.In alijs uero rebus,quæ etiam sine decreti recitatiõe alienari possunt:si postꝯ sibi donatæ fuerint, posteà alij donanti eandem patri uoluntatem in minore ætate commodauit,nec præstituta tempora restitutionis excessit:hoc auxilium implorare potest. D.VIII.Kal.Ianuar.AA.COSS.

SI ADVERSVS LIBERTATEM. &c. Tit. XXX.

I. *Impp.*SEVERVS *&* ANTONINVS. AA.*Hamniæ.*

SI post decretum prætoris uiri clarissimi,qui fideicommissariam libertatem deberi pronunciauit,Secundus,quẽ conditioni nõ paruisse conquereris, manumissus non est:ætas tua litis instaurationem admittit. Quòd si libertatem (cuius indebitam)dedisti:non posse eam reuocari intelligis:sed damnũ,quod ob eam causam illatum est,iudicio negociorum gestorum à curatoribus tuis esse sarciendum. PP.II.Kal.Iul.Laterano & Rufino COSS.

II. *Imp.*GORDIANVS.A. *Solanoę.*

ET si minor annis(ut allegas)constituta seruũ tuum ab eo circumscripta in consilio manumisisti: tamen uindicta imposita, qua libertas iusta munitur, ne obtentu quidẽ ætatis rescindi potest.indemnitati uero tuæ à manumisso scilicet sarciendæ,ab eo,cuius iurisdictio erit, quatẽnus iuris ratio pmittit,cõsuli debet.PP.VI.Id.Mart.Gordiano.A.II.& Põpeiano COSS.

III. *Impp.*VALERIAN. *&* GALLIEN.AA.*Marthonę & Sabinillæ.*

QVos retrahi in seruitutẽ postulatis,si nõ in consilio causa cognita,cũ minores annis uigin ti fuissetis,manumisistis:nõ per in integrum restitutiones,sed ipso iure persequi potestis. quòd si probata causa libertas præstita est:restitutio in integrum contra libertatem locũ habere nõ potest.Si tamen in ea re,culpa seu fraude liberti,eiusdẽꝯ curatoris,ratio uestra læsa sit:sarciri damnũ ab eo,qui hoc intulit, præses prouinciæ curabit:nõ dubitaturus etiam grauiorẽ exsecutionem adhibere,siquid tam aperta fraude commissum est,ut puniendum in liberto crimen deprænendatur.PP.VIII.Kal.Octobr.Sæculare II. & Donato COSS.

IIII. *Impp.*DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. AA.*&* CC. *Tatiano.*

IN iudicio de liberali causa sententiã pro libertate latam,ne quidẽ prærogatiua minoris ætatis sine appellatione posse rescindi,ambigi nõ potest.D.VI.Id.Ian.Ipsis.AA.V.&.IIII.COSS.

SI ADVERSVS TRANSACTIONEM VEL DIVISIONEM in integrum minor restitui uelit. Tit. XXXI.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS.AA.*Antonio.*

CVm in integrum pupilla restituta,rescindi transactionem uel diuisionem placuit:tu quoq; actionibus,quas pridem habuisti,uteris.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN.AA. *&* CC.*Hymnodæ.*

SI ex persona minorũ in integrũ restitutio aduersus transactũ ꝓpter ætatis auxiliũ imploretẽ:tibi quoq; agẽti ex integro,uel replicatiõe cõtra exceptionẽ pacti, uel si

uel si peremptam constet pristinam obligationem,ex instauratione negocij tributa tibi actione consulendum est.D.Kal. Decemb.CC. COSS.

SI ADVERSVS SOLVTIONEM À TVTORE uel à se factam.&c. Tit. XXXII.

I. Impp.DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.& CC.Sotericæ.

EXemplo cæterorum debitorum tutores etiam,quæ ex administratione tutelæ debent,curatoribus soluentes,liberantur. sed ante tempus in integrũ restitutionis præstitutum edicto perpetuo permissum beneficium implorari: & an sit tribuendum,per causæ cognitionem existimari potest. D.VI.Id.Febr. CC. COSS.

II. Iidem.AA & CC. Laurinæ.

INdebito legato,licet per errorẽ iuris à minore soluto, repetitionẽ ei decerni:si necdũ tẽpus, quo restitutionis tribuitur auxiliũ,excesserit:ratiõis est. D.XV.Kal.April. Sirmij.CC. COSS.

SI ADVERSVS DOTEM.&c. Tit. XXXIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Valenti.

QVoniam circumuentam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse:an ueritas allegationi adsistat:si ad te hæreditas sororis tuæ uel bonorum possessio pertinuit,& tempora nondum præterierint,intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem:præses prouinciæ præsente diuersa parte examinabit. D.VI.Id.Iul.Maximo & Paterno COSS.

SI ADVERSVS DELICTVM SVVM.&c. Tit. XXXIIII.

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS. AA.Longino.

IN criminibus quidem ætatis suffragio minores non iuuantur.etenim malorum mores infirmitas animi non excusat.sed cum delictũ nõ ex animo ,sed ex contractu uenit:noxa non committitur,etiam si pœnæ causa pecuniæ damnum irrogetur.& ideo minoribus & in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. D.Idib.Octob.Seuero. A.II. & Victorino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Proculæ.

LIcet in delictis ætate neminem excusari constet:matri tamen,quæ filijs tutorem ætatis lubrico lapsu non petijt,eorum minime denegari successionem conuenit:cum hoc in maioribus matribus tantum obtineat.

SI ADVERSVS VSVCAPIONEM.&c. Tit. XXXV.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN.AA. & CC. Isidoræ.

QVotra eos,qui res minorum tenent,si usucapione dominium adquisierint,restitutionis auxilium eis decerni debet. D.Kal.Maij.Sirmij.CC.COSS.

SI ADVERSVS FISCVM.&c. Tit. XXXVI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA. Longino.

SI Probus in minore ætate constitutus,circumuentus à Rufino dispensatore nostro, uenditionem rei præcipiti animo precio longe minore contrahere festinauit:iuris publici fiscus noster in integrum restitutiõis sequatur authoritatem. D. *. Seuero. A.II. & Victorino COSS.

II. Imp.ALEXANDER.A.Antiocho & alijs.

SI aduersus priuatos in integrum restitutionem,tam tu,cũ fratres tui,desideratis :præsidis prouinciæ uiri clarissimi notio est:isq; causa cognita æstimabit,an auxilium,quod imploratis, conferri uobis debeat. Quòd si aduersus fiscum id postulatis:intelligitis procuratorem meum unà cum præside,præsente fisci patrono,adire uos debere. D.Kal. Augusti.Alexandro.A. II.& Marcello COSS.

Impp.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Laurentio.*

EDicto quidem diui Marci parentis nostri res minorum exemptæ, nihil tuum adiuuant desiderium: siquidem debiti causa patris minoris uel etiam ipsius prædia uenundata, quinquennij præscriptionis nullam admittunt quæstionem. Sed quoniam per collusiõem siue fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo precio fundũ tuum cum mancipijs uenũdatum adseueras: si aditus rationalis noster tuis allegationibus fidẽ adesse, nec seruatam solennitatem hastarum animaduerterit: fisco te satisfaciente, reuocata uenditione, fundum tibi restituí iubebit. D. Idib. Febr. Sirmij. CC. COSS.

SI ADVERSVS CREDITOREM. &c. Tit. XXXVII.

I. *Imp.* ANTONINVS PIVS. A. *Prunico.*

CVm et ipse profitearis cũ Zenodora minore uigintiquinq; annis contraxisse, nec doceri potuisse prætori uiro clarissimo ex eo contractu locupletiorẽ factam: intelligis eã merito in integrũ restitutã. D. VI. Non. Aug. Largo & Messalino COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Caiano.*

SI (ut allegas) minor ãnis pecuniã fœnori accepisti, nec ea in rem tuã uersa est: aduersus cautionẽ, per quã eo nomine te obligasti, in integrũ restitutionis auxiliũ potes solenniter postulare.

SI SE ABSTINVIT HAEREDITATE. Tit. XXXVIII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Florentio & alijs.*

SIuos paternæ hæreditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessaria nõ fuit: cũ fides ueritatis uerborũ adminicula nõ desideret. Quòd si ꝓ hærede gessistis, uel bonorũ possessionẽ accepistis: propter ætatẽ, cui subueniri solet, in integrũ restitutiõis auxiliũ accipere debetis. PP. VI. Non. Maij. Saturnino. & Gallo COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Herodotæ.*

SI cum aui tui testamento te hæredem reliquissent, hæreditates eorum non adisti: liberũ tibi est, repudiata paterna successione, per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis iure dicis esse munitam) hæreditatem parentum tuorum (licet antea non adijsti) nunc obtinere. PP. III. Non. Febr. Gordiano A. II. & Pompeiano COSS.

SI VT OMISSAM HAEREDITATEM, VEL BONORVM possessionem, uel quid aliud adquirat. Tit. XXXIX.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Protæ.*

MInores uigintiquinq; annis non tantum in his, quæ ex bonis proprijs amiserunt, uerumetiam si hæreditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionẽ postulare, iam dudum placuit. PP. Idib. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

II. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Sarapiadi.*

AD bonorum possessionẽ in paternis rebus omissam, minores in integrũ restitutionis beneficio admitti iam pridem placuit. restituti autem decreto, bona, quæ habuerũt mortis tempore patris, debent conferre. D. XVI. Kal. Nouẽbr. Sirmij. CC. COSS.

IN QVIBVS CAVSIS IN INTEGRVM RESTITVTIO necessaria non est. Tit. XL.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Mutato.*

MInoribus quinq; & uiginti annis (præsertim q̃ per tutores & curatores nõ defendũtur) nõ obesse, si mortẽ defuncti parentis nõ ulciscant̃, numerosis diuorũ parentũ meorũ ac meis rescriptis cõtinet̃. V. Id. Maij. Alexãdro A. III. & Dione COSS.

II. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Theodoræ.*

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquenniũ liberis, cuius præscriptio seram in officiosi quæstionẽ mouentibus opponi solet, manifeste ante descripsimus. impleta igit̃ ætate legitima nõ est in integrum restitutio necessaria: quia nõ integratio amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa seruatur. PP. II. Id. Aug. Tusco & Basso COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Decimio.

IN minorũ ꝑſona re ipa & ex ſolo tẽpore tardæ ꝓcij ſolutiõis recepto iure morã fieri creditũ ẽ: in ijs uidelicet, q̃ morã deſiderant, id eſt in bonæ fidei cõtractibus, & fideicõmiſſis, & legatis.

IIII. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio nõ cauerat, iudicio expert9 eſt: cõtra eũ lata ſentẽtia iuri tuo officere nõ potuit: nec ea, quæ ab eo geſta ſunt, ullã firmitatẽ obtinent. fruſtra igit̃ in integrũ reſtitutiõis auxiliũ deſideras: quãdo ea, quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimæ adminiſtratiõis perſonã ſuſtinere nõ potuit, ipſo iure irrita ſunt. S. XVIII. Kal. Nouẽbr. Nicomediæ. CC. COSS.

V. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

SAncimus fauore imperfectæ ætatis exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ ab initio minoribus nõ currere: ne dũ in integrũ reſtitutionẽ exſpectamus, uel aliquod emergat obſtaculũ, per q̃d huiuſmodi beneficio minor uti nõ poſſit, uel ſubſtãtia eius ſubuertat̃. Sed humanius eſt, latius eandẽ legis interpretationẽ extẽdere in oĩbus caſibus, in q̃bus uetera iura currere quidẽ tẽpora les præſcriptiões aduerſus minores cõceſſerunt, per in integrũ aũt reſtitutionẽ eis ſubueniebãt: eas ipſo iure nõ currere. melius etem̃ eſt intacta eorũ iura ſeruari, quàm poſt cauſã uulneratã remediũ quærere: uidelicet exceptionibus triginta uel quadraginta annorũ in ſuo ſtatu remanẽtibus. D. Kal. Nouembr. Conſtantinop. poſt Lampadiũ & Oreſtem VV. CC. COSS.

QVI, ET ADVERSVS QVOS IN INTEGRVM RESTITUI non poſſunt. Tit. XLI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Cononidi.

IN cõſilio quidẽ cognoſcẽtis de reſtitutiõe in integrũ eſſe oportet, nũ is, q̃ ſe minorẽ annis læſum eſſe dicit, diligẽs paterfamilias fuerit, actibus q̃ publicis iduſtriũ ſe docuerit, ut lapſum eũ per ætatẽ ueriſimile nõ ſit. uerũ ſi cauſa cognita circũuent9 deꝑhendat̃: ꝓpter hoc ſolũ uelut ꝑſcriptiõe à ſolito auxilio remoueri nõ debet, ſcilicet q̃ urgẽtibus patriæ neceſſitatib9 decurio minor ãnis creatus ſit, uel ꝓpagãdæ ſoboli liberorũ educatiõe ꝓſpexerit. PP. X. Kal. Octobr. Lupo & Maximo COSS.

II. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

CVm apud ueteres dubitabatur, an liberi parentes ſuos, uel liberti patronos in querimoniam deducere poſſint, quaſi non rite in eos uerſatos: & quidã exiſtimabant, nullã eſſe cõtra huiuſmodi perſonas in integrũ reſtitutionẽ, pondere naturali uel patronali reuerẽtia huiuſmodi petulãtiæ refragãte, niſi uel ex magna cauſa, uel aduerſus turpẽ eorũ perſonã: aliꝭ aũt perſonarũ quidẽ uel cauſæ diſtinctionẽ reſpuendã eſſe cenſuerunt, tunc aũt tantũmodo dandam eſſe reſtitutionẽ putauerunt, cum minor ex ſua ſimplicitate ſe deceptum, nõ ex dolo patris uel patroni circumſcriptum eſſe diceret, ut maneat in omnibus honor parentibus uel patrono uel patronæ illibatus atq̃ intactus: ſancimus, nullo modo neq̃ aduerſus parẽtes utriuſq̃ ſexus, neq̃ aduerſus patronum uel patronã dari reſtitutionem. nam perſonarũ reuerentia omnẽ eis excludere reſtitutionẽ: cũ proculdubio ſit: etiã ipſas perſonas cauere, ne quid ſuæ opinioni contrariũ exiſtat. D. Kal. Septemb. Conſtantinop. Poſt conſulatũ Lampadiꝭ & Oreſtæ VV. CC. COSS.

SI MINOR SE MAIOREM DIXERIT. Tit. XLII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Maximianæ.

SI cũ minor ãnis uigintiq̃ eſſes, tabulis, q̃ ſunt tuarũ, ꝓfeſſionũ, oblatis tibi ætatẽ q̃ſi maior annis uigintiq̃ decepta, ꝓbaſti: in integrũ reſtitutionẽ ĩtra ſtatutũ leg9 tẽpus etiã poſt ĩpletã ætatẽ de oĩb9 intra ætatẽ aduerſ9 te geſtis poſtulare apud eũ, cui de ea re iuriſdictio eſt, potes. PP. XII. Kal. April. Maximo & Paterno COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Vitaliano

SI is, qui nũc minorẽ ſe adſeuerat, fallaci maioris ætatis mẽdacio te deceperit: iuxta ſtatuta iuris (cum errantibus, nõ etiam fallentibus minoribus publica iura ſubueniant) in integrum reſtitui non debet. D. II. Kal. Decembr. Diocletiano. II. & Maximiano AA. COSS.

III. Iidem. AA. & CC. Theodoræ.

SI alterius circũueniẽdi cauſa minor ætate maiorẽ te aſpectu probare laboraueris: cũ malicia ſuppleat ætatẽ: reſtitutionis auxilium, tam ſacris conſtitutionibus, q̃ ſcriptorũ authoritate denegari ſtatutũ eſt. q̃ ſi per iniuriã uel circũuentionẽ aduerſarij hoc fuerit factum: durat beneficiũ, quod minoribus cauſa cognita ſubuenire ſolet. aditus itaq̃ ꝑſes, ꝓuinciæ, ꝓbationis ætatis examina-

examinata causa, si tuum dolũ non repperierit intercessisse, ac te minorẽ tunc fuisse probaueris: causa cognita in integrum restitui prouidebit. Si tamen in instrumento per sacramenti religionẽ maiorẽ te esse adseueraſti: nõ ignorare debes, excluſum tibi esse in integrũ restitutionis beneficium: nisi palàm & euidenter ex instrumentorum prolatione, non per testium depositiones te fuisse minorem ostenderis. huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, nullum tibi supereſſe auxilium, perspicui iuris est. D. XIII. Kal. Octobr. Sirmij CC. COSS.

IIII. *Idem AA. & CC. Labio.*

CVm circa probandum annorum numerũ apud rectorem prouinciæ erratũ esse proponas, & in huiusmodi causis etiam filijs familiarum minoribus subueniri admissum sit: ea, quæ in prece contulisti, præsidem prouinciæ examinare cõuenit. qui si æstimata ætate tua, maiorẽ annis falsa opinione te præsumpsisse ex probationũ luce cognouerit: erga minoris personam fidem ueri sequetur. D. VI. Id. Decembr. CC. COSS.

SI SAEPIVS IN INTEGRVM RESTITVTIO postuletur. Tit. XLIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Romano & alijs.*

POst sententiã procõsulis contra uos latã si desideraſtis in integrũ restitui, nec obtinuistis: fruſtra rursus, ut ea quæstio in integrũ restitutiõis agiteť, desideratis. appellare eñ debuistis, si uobis sentẽtia displicebat. sed si adhuc in ea ætate estis, cui subueniri solet: appellãdi ius uobis restituim9. PP. V. Kal. Aug. Chilõe & Libõe COSS.

II. *Imp. ALEXANDER. A. Iusto militi.*

QVanq̃ curatores pupillæ uicti sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cũ tñ nouis defensiõibus causam instrui posse dicas: adeãt curatores uxoris tuæ iudicẽ, & petant, ut causas in integrũ restitutiõis agant. PP. V. Kal. Aug. Alexãdro. A. II. & Marcello COSS.

III. *Imp. PHILIPPVS. A. Anitiæ*

INuna eademq̃ causa iteratum in integrum restitutiõis auxiliũ nõ iure (nisi nouæ defensiones prætendantur) posci, rescriptum est. PP. II. Kal. Iul. Peregrino & Aemiliano. COSS.

DE HIS, QVI VENIAM AETATIS IMPEtrauerunt. Tit. XLIIII.

I. *Imp. AVRELIANVS. A. Catholeti.*

HOs, qui ueniã ætatis impetrauerunt, etiam si minus idonee rem suam administrare uideantur, in integrum restitutiõis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne qui cum eis contraheret, principali authoritate circumscriptus esse uideatur. PP. Kal. Iul. Aureliano A. & Capitolino COSS.

II. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Verrinum P.P.*

OMnes adolescẽtes, qui honestate morum præditi paternam frugem uel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc imperiali auxilio indigere cœperint: ita demum ætatis ueniam impetrare audeant, cum uicesimi anni metas impleuerint: ita ut post impetratam ætatis ueniã idẽ ipsi per se principale beneficiũ allegantes, non solũ per scripturã annorũ numerũ, pbent, sed etiã testibus idoneis aduocatis, morũ suorũ instituta probitatẽq̃ animi & testimoniũ uitæ honestioris edoceant. Fœminas quoq̃, quas morũ honestas mẽtisq̃ solertia commẽdat, cũ octauũ & decimũ annũ egressæ fuerint, ueniã ætatis impetrare sancimus. sed eas, ppter pudorẽ & uerecundiã fœminarũ cœtui publico demonstrari non cogimus: sed percepta ætatis ueniã, annos tantum probare testibus uel instrumentis misso curatore concedimus, ut etiã ipsæ in omnibus negocijs tale ius habeant, quale mares habere perscripsimus: ita tamen, ut prædia sine decreto non alienent. Sed senatores quidem clarissimi uiri in hac egregia urbe cõmorantes, apud sublimitatẽ tuam: cæteri uero apud prætores, in prouincijs aũt omẽs apud earũ rectores de suis moribus & honestate perdoceant. Hi uero, qui contra memoratam dispositionẽ ueniam ætatis impetrauerint: sciant eam nullas uires obtinere. D. III. Kal. Iul. Romæ. Crispo II. & Constantino Cæs. II. COSS.

III. *Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.*

HOs, qui ueniã ætatis impetrauerunt, uel impetrauerint, nõ solũ alienationẽ, sed etiam hypothecam minime posse sine decreti interpositiõe rerũ suarum immobiliũ facere iubemus, in quarum alienatiõe uel hypotheca decretũ illis necessariũ est, q̃ necdũ ueniã ætatis meruerũt:

ut similis sit in ea parte conditio minorum omnium, siue petita, siue non petita sit ætatis ue-nia. D. VIII. Id. April. Decio. V. C. COSS.

IIII. Idem. A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari uel fieri uoluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, uel sic absolute di-xerit, PERFECTAE AETATIS: illã tantummodo ætatem intellectam esse uideri uolu-mus, quæ & uigintiquinq; annorũ curriculis compleẽ, nõ quæ ab imperiali beneficio suppleẽ. & præcipue quidem in substitutionibus, uel in restitutionibus hoc intelligi sancimus. nihilomi-nus autẽ & in alijs: nisi specialiter quisq; addiderit, ex uenia ætatis uelle aliquid ꝓcedere. D. IX. Kal. April. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

SI MAIOR FACTVS RATVM HABVERIT. Tit. XLV.

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinq; & uiginti annis, uel scriptura interposita, uel sine scriptura, facta sine dolo diuisio est, eamq; post legitimam ætatem ratam fecerint: manere integram debere conuenit. S. VIII. Kal. Maij. AA. & COSS.

II. Idem. AA. & CC. Sortiri.

QVi post uicesimumquintũ annũ ætatis, ea, quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionem eorum postulant. D. Idib. Febr. CC. COSS.

VBI ET APVD QVEM COGNITIO IN INTEGRVM RE-stitutionis agenda sit. Tit. XLVI.

I. Impp. ANTONINVS. A. Seuero.

SI quid à procuratore meo iudicatum est: id per in integrum restitutionem præsi-dis sententia non potest rescindi. princeps enim solus contra sententiam procu-ratorum suorum in integrum restituere solet. PP. VI. Kal. Decembr. Læto & Ce-reali COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aquilinæ.

QVoniam ea, quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequẽs est, si de his repetendis per in integrum restitutionem uel quancunq; aliam causam putaueris a-gendum: eius adire te prouinciæ præsidem, in qua domicilium habent, quos conuenis.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

CVm scimus esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrũ postulanẽ, siue tantummo-do apud iudicẽ, cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, siue & apud pedaneos iu-dices, siue eas minores uigintiquinq; annis petierunt, siue maiores, secundũ quòd anterioribus sanctionibus uel ueteris iuris uel nostris declaratũ est: sancimus, nõ solũ apud iudices pro tribu-nali huiusmodi causæ cognitionẽ ꝓponi, sed etiã apud eos iudices, quos augustalis dederit ma-iestas, aut nostræ reipublicæ administratores, uel in hac regia urbe, uel in ꝓuincijs: ut uideaẽ ipse, qui iudicem destinauerit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & causas eius examinare. sic eteni nõ difficilis erit causarũ examinatio. Sed ne quis ita effuse in-tellectum nostræ constitutionis audeat esse trahẽdum, ut etiã apud compromissarios iudices, uel arbitros ex cõmuni sententia electos, uel apud eos, qui daneẽ à iudicibus, qui propriã iurisdi-ctionem nõ habeant, sed tantũmodo iudicandi facultatẽ, putet huiusmodi extendi sanctionẽ: hos tantũ generaliter uolumus tales causas dirimere, qui uel certæ administrationi, cui & iuris-dictio adhæret, præpositi sunt, uel ab ijs fuerint dati: & multomagis, si à nostra maiestate delega-ta eis causarum sit audientia. Sed nequid penitus dubitandum relinquatur, & hoc addendum esse censemus, ut eis tantum, quos memorauimus, liceat de in integrum restitutione disce-ptare: siue hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & ueteribus non fuerat incognitum) uel si generaliter iudices dati sunt, uel in alijs speciebus inciderit quædam quæstio restitutiõis. D. III. Kal. Septemb. post consulat. Lampadij & Oreste. VV. CC.

DE REPVTATIONIBVS, QVAE FIVNT IN IVDICIO in integrum restitutionis. Tit. XLVII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Tatiano.

Qui re-

QVi restituitur in integrũ, sicut in damno morari nõ debet, ita nec in lucro. & ideo quidquid ad eum peruenit, uel ex emptione, uel ex uẽditione, uel ex alio contractu: hoc debet restituere. Sed & si intercessor minor uigintiquinq; annis interuenerit, in ueterem debitorem debet restitui actio. Sed & cum minor adijt hæreditatẽ, & restituit̃: mox quidquid ad eum ex hæreditate peruenerit, debet præstare. uerũ & siquid dolo eius factum est, hoc eum præstare conuenit. Sine die & consule.

ETIAM PER PROCVRATOREM CAVSAM IN INTEgrum restitutionis agi posse. Tit. XLVIII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Licinio.*

AVsam in integrum restitutionis, siqua competit, etiam per procuratorẽ agi posse placet. D. XIII. Kal. Octobr. Pompeiano & Peligno COSS.

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTVLAta, ne quid noui fiat. Tit. XLIX.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Secundino militi.*

POstulata in integrum restitutione omnia in suo statu esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est: idq; curabit is, ad cuius partes ea res pertinet. PP. XII. Kal. Iul. Gordiano A. & Auiola COSS.

DE RESTITVTIONE MILITVM, ET EORVM, qui reipublicæ causa absunt. Tit. L.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Chiloni.*

SI Valerianus Centurio cohortis duodecimæ Alpinorum ante uita decessit, cũ possessionẽ acciperet: hæres eius ex persona defuncti restitutionis auxiliũ intra annũ utilẽ ita recte implorabit, si Valerianus post exactos dies, quibus possessio bonorũ defert̃, in militia defunctus est. PP. Kal. Nouẽb. Laterano & Rufino COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Flauio Aristodemo militi.*

QVod tẽpore militiæ de bonis alicuius possessum ab aliquo est: postea, cũ is reipublicæ causa abesse desijt, intra annum utilem, amota præscriptione temporis medij, possessionem uindicare permissum est. ultra autem ius possessoris lædere contra eum institutũ non oportet. PP. Non. Ianuar. Maximo II. & Aeliano COSS.

III. *Idem.* A. *Petronio Centurioni.*

SIquid de bonis eorũ, qui reipublicæ causa absentes sunt, deminutũ est, actioneñe qua cõpetente eis aliquis liberatus fuit: in integrũ restitutio perpetua iurisdictione intra annum utilẽ permittit̃. PP. XIII. Kal. Nouemb. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

IIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Mastriano.*

IGnorare non debes, eorum, qui reipublicæ causa sine dolo malo absunt, si absentes boni uiri arbitratu nõ defenduntur, bona tantum possideri: uenditionem autem in id tempus differri, quo reipublicæ causa abesse desierint. D. XII. Kal. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

V. *Idem.* A. *Secundino militi.*

NEq; reipublicæ causa absentibus, nec alijs maioribus ad titulum in integrum restitutiõis pertinentibus, præscriptionem quinquennij post factam à fisco uẽditionem obesse posse, manifestum est. PP. VI. Id. Maij. Sabino & Venusto COSS.

VI. *Impp.* VALERIANVS *&* GALLIENVS. AA. *Germano centurioni.*

SI cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui hæredes possessiones sibi obligatas distraxerunt: poteris adito præside prouinciæ in integrum restitutionem impetrare: retractaq; uenditione, recipies possessionem, oblato à te debito uel precio, si minus debito fuisset. PP. IIII. Non. April. Valeriano & Gallieno. AA. COSS.

VII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Marinæ.*

QVæ à patre geruntur, nõ decet pro disciplina militari à filijs ad irritum reuocari: præsertim, cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem adfirmes conquestum fuisse super huiusmodi contractu. D. Non. Febr. CC. COSS.

VIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ.* P. P.

SAncimus ijs solis, qui in expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quæ in

eadem expeditione percurrunt, tam in exceptiõibus declinandis, q̃ in petendis in integrum restitutionibus eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in alijs locis uel in suis sedibus degunt, minime eos ad uindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. D. VI. Id. April. Constantinop. Decio. V. C. COS.

DE VXORIBVS MILITVM, ET EORVM, QVI reipublicæ causa absunt. Tit. LI.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Secundinæ.*

TEmporalibus actionibus exclusis mulieribus, quæ cum maritis reipub. causa absentibus peregrinatæ sunt, ad exemplum militum subueniri solere, non est incognitum. PP. III. Non. Decembr. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Quintiliano.*

EI, quæ diutissime fuit cum marito, qui militiæ operam daret, non officit præscriptio longi temporis. sed quia huiusmodi diutinæ absentiæ commenta callide adhibita atq̃ composita obesse omnino non debent: decernimus, ut si talis mulier domum ad se pertinere monstrauerit, quæ in absentia eius uendita est: refuso precio, quod reuera solutum est, eandem recipiat. D. VIII. Kal. Decembr. Ipsis. AA. & COSS.

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS tam minorum, aliarum q̃ personarum, quæ restitui possunt, q̃ hæredum eorum. Tit. LII.

I. Imp. GORDIANVS. A. *Pudenti militi.*

IN his, in quibus læsus es, cum minor annis uigintiquinq̃ esses toto militaris expeditionis tempore, auxilium restitutionis postulare potes. tempus etenim post impletam minorem ætatem præstitutum ex die missionis iuxta rationem iuris cõputari debet. PP. III. Non. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

II. *Idem. A. Scaudino militi.*

SI intra legitimam ætatem, uel ea impleta, nondum exacto tempore præstituto, pater tuus in fata concessit, tuq̃ ei hæres extitisti, & intra uigintiquinq̃ annos, uel post eam ætatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: præses prouinciæ causa cognita per in integrũ restitutionem ex persona defuncti subueniri tibi prouidebit. D. XI. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

III. *Idem. A. Mutiano militi.*

SI intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, uel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es: continuato beneficio restitutionis per usucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patimur te dispendio rei familiaris affligi. D. IX. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Dionysio.*

EX persona fratrum, si tibi eorum quæsita est successio, potes, contra quem supplicas, agere: nõ ignorans, quòd si minores quinq̃ & uiginti annis militauerint fratres tui, atq̃ in militia diem functi sunt, in integrum restitutionis eis tempus non cesserit, sed omne ad successorẽ transmiserint. S. VIII. Kal. Ianuar. Philippopoli. CC. COSS.

V. Imp. CONSTANTINVS. A. *ad Bassum.* P. P.

EA, quæ de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri cõuenit. & si forte quis beneficio nostro ætatis ueniam fuerit consecutus: ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eiq̃ administratio rei propriæ permissa: ad persequendas in integrum restitutionum finiendas q̃ causas iure tempus habeat præstitutum: ita tamen, ut nunc q̃ minoribus uigintiquinq̃ annis constitutis de ijs, quæ ante impetratam ueniam ætatis gesserunt, auxiliũ in integrum restitutionis denegetur. Si quando sanè in minoris iura successerit minor: minime prohibeatur, cum quintum & uicesimum ætatis suæ annum transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. Quòd si maioris fuerit minor iura nactus: quantũ ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit consecutus: tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendas q̃ causas accipere debebit, quantũ defuncto, cuius hæres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquũ fuerat. Cum uero

maior

maior ſucceſſionem fuerit adeptus minoris. ſiquidem ciuili iure ab inteſtato uel ex teſtamẽto ſucceſſerit: mox cum fuerit adita hæreditas. ſi uero honorario iure: ex quo bonorum poſſeſſio fuerit accepta, examinando ac terminãdo in integrũ reſtitutionis negocio ſolida ſine ulla de minutiõe tpa ſupputentur. D. Non. Octob. Romæ. Cõſtantino. A. & Licinio Cæſ. utriſq. II. COSS.

VI. *Idem A. ad Iulianum* P. V.

PEtendæ in integrum reſtitutionis temporibus obſeruatis, ſi dilatio ab actore petatur, quæ intra metas reſtitutionis ualet artari: eandem, quocunq; flagitante, cauſis cognitis, tribui oportebit. Sin uero eiuſmodi poſtulantur curricula, quæ intra ſpaciũ receptum anguſtari nõ queunt (quippe ſi in confinio legitimi temporis petantur) & eius terminos prorogabunt: dilati onem petitori denegari conueniet. in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cũ petitæ dilationis mora ſpacio ſuperſtite poſſet includi. Quod ſi defenſio rei dilationis ſuffragiũ poſtulauerit: eandem adſerta cauſa citra obſtaculũ temporis deferri ſancimus: quia nequaq; ſteterat in ipſius poteſtate, quando litigio pulſaretur. dari igitur debet, & ſi impetrata dimenſio ſeſe ultra temporis definitionẽ proferat. qua dilatione, ſi à reo impetrat, etiã actor in requirendis, pbationibus uti minime, phibebit. D. XIIII. Kal. Aug. Romæ. Cõſtantino Cæſ. V. & Maximo COSS.

VII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.*

SVperuacuam differentiam utilis anni in integrum reſtitutionis à noſtra republica ſeparantes, ſancimus & in antiqua Roma, & in hac alma urbe, & in Italia, & in alijs, puincijs, quadrienniũ continuũ tantummodo numerari ex die, ex quo annus utilis currebat: & id tempus totis locis eſſe cõmune. ex differentia enim locorũ aliquod induci diſcrimen, ſatis nobis abſurdũ uiſum eſt. Quod nõ ſolum in minorũ reſtitutionibus (quibus utilis annus incipit currere, ex quo uiceſimi ſexti anni dies illuxerit) ſed etiã in maiorũ hoc idem adhiberi ſancimus: ut hic pro utili anno memorata continuatio temporis obſeruet ad interponendã conteſtationẽ finiendãq; litẽ. Et quemadmodũ omnis minor ætas excipit in minorũ reſtitutionibus: ita & in maiorũ, tẽpus, in quo reipublicæ cauſa abfuerint, uel alijs legitimis cauſis, quæ ueteribus legibus enumeratæ ſunt, fuerint occupati, omne excipiatur: & ſit nõ abſimilis in hac parte minorũ & maiorũ reſtitutio. D. Kal. Septembr. Conſtantinop. poſt cõſulat. Lampadij & Oreſtæ. VV. CC. COSS.

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEgrum reſtituantur. Tit. LIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Aemiliano.*

SI propter officiũ legationis ad me bona fide factæ abſens & indefenſus cõdemnatus es: inſtaurationẽ iudicij iure deſideras, ut ex integro defenſionibus tuis utaris. nam eos quoq; qui legationi officio funguntur, in eo priuilegio eſſe, in quo ſunt, qui reipublicæ cauſa abſunt, receptũ eſt. PP. V. Non. Mart. Duob. & Aſpris COSS.

II. *Idem A. Dionyſio.*

SI idcirco apud arbitrũ præſentiam tui facere nõ potuiſti, quod ſub cuſtodia militari iuſſu pſidis detinebaris, idq; in ueritate eſſe præſidi prouinciæ probaueris: accipies cauſæ inſtaurationem. PP. XIII. Kal. Octobr. Læto & Cereali COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Proculo decurioni.*

INcontractibus, qui bonæ fidei ſunt, etiam maioribus officio iudicis cauſa cognita publica iura ſubueniunt. D. Non. Auguſt. Diocletiano & Ariſtobolo COSS.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Priſciano.*

REſpublica minorum iure uti ſolet, ideoq; auxilium reſtitutionis implorare poteſt. D. II. Id. Nouembr. Diocletiano & Ariſtobolo COSS.

V. *Iidem* AA. *&* CC. *Liciniano.*

SI ab hoſtibus cum patre ac matre captus, poſt his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reuerſus ſucceſſiones eorum quæſiſti: exemplo utilis actionis, quæ in integrum reſtitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic obijci ſolet) obiectu res uindicare nõ prohiberis. D. XVI. Kal. Maij. CC. COSS.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI cauſa facta. Tit. LIIII.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Attalo.*

Cum in

CVm in rem actionem possessio pariat aduersario, alienatiõe etiam iudicij mutandi causa celebrata, in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, uenũdedit, & emptori tradidit: quẽ elegeris, conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. D. VI. Kal. Decemb. Viminatij. CC. COSS.

DE RECEPTIS ARBITRIIS. Tit. LV.

I. Imp. ANTONINVS. A. Nepotianæ.

EX sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi appellari non posse, sæpe rescriptum est: quia nec iudicati actio inde præstari potest, & ob hoc inuicem pœna promittitur, ut metu eius à placitis non recedatur. Sed si ultra diem compromisso comprehensum iudicatum est: sententia nulla est, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit. PP. IX. Kal. August. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Clementi.

SI contra compromissum aduersarius tuus apud electum arbitrum præsentiam sui facere detrectauit: placitæ pœnæ uidebitur obnoxius. PP. VIII. Kal. Ianuar. Caro & Carino COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Petroniæ.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans: si sordes, uel euidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, interceſſit: aduersum filiã tuam agentem ex stipulatu exceptione doli mali uti poteris. Sed ex doli clausula, quæ compromissi stipulatiõi subjci solet, filiam tuam conuenire non uetaberis. PP. III. Id. Ianuar. Ipsis. A A. & COSS.

IIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis periurium committatur, & detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudicum eludere sanctissimo arbitrio: & huiusmodi rem censemus esse componendam. Si ergo inter actorem & reum, necnon ipsum iudicẽ fuerit consensum, ut cũ sacramenti religione lis procedat, & ipsi quidem litigatores in scriptis hoc suis manibus uel per publicas personas scripserint, uel apud ipsum arbitrum in actis propria uoce deposuerint, quòd sacramentis præstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, quòd ipse arbiter iuramentum præstiterit super lite cum omni ueritate dirimenda: eius definitionẽ ualidam omnimodo custodiri censemus, & neq; reum, neq; actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatẽnus obedire ei compellantur. Sin autẽ de arbitro nihil tale fuerit uel compositum, uel scriptum, ipsæ autem partes literis hoc manifestauerint, quòd iuramenti nexibus se illigauerint, ut arbitri sententiæ stetur: & in præsenti casu omnimodo definitionẽ arbitri immutatam seruari, literis uidelicet eorum similem uim obtinentibus: siue ab initio hoc fuerit ab his scriptum, uel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur: siue post definitiuam sententiam hoc scriptum inueniatur, quòd cum sacramenti religione eius audientiam amplexi sunt, uel quòd ea, quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, uel scriptis, uel depositionibus (ut dictũ est) manifestum facientibus, præstiterit iuramentum, quòd cum omni ueritate liti libramenta imponat: similem esse etiam in præsenti casu prioribus eius definitionem, & eam omnimodo legibus esse uallatam. Et in his omnibus casibus liceat uel in factum, uel condictionem ex lege, uel in rem utilem instituere, secundum quod facti qualitas postulauerit. Sin autẽ in scriptura quidem, aut depositione nihil tale apparuerit, una autem pars edicat iuramentum esse præstitum, quatẽnus arbitrali stetur sententiæ: huiusmodi litigatorum uel solius arbitri sermones minime esse credendos: cum & si quis iuramentum datum esse, non iudice supposito, nec hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio, quæ inter homines imperitos sæpe accidit, non aliquid uigoris iudicatis inferat, sed in huiusmodi casu hæc obtineant, quæ ueteres de arbitris eligendis sanxerunt. Si quis autẽ post arbitri definitionem subscripserit. ὃυ μὴ ἀντιλέγω τὰ δόξαντα δοθῆναι (græcis enim uocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius uisum est) & si nõ adiecerit ὁμολογῶ: & sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus cõsensit. qualis enim differentia est, si huiusmodi uerbis etiam ὁμολογῶ adjciatur, uel huiusce modi uocabulum omnino omittatur? Si enim uerba consueta stipulationum, & subtilis, imò magis superuacua obseruatio ab aula concessit, & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis multa uicia stipulationum, multasq; ambages scrupulososq; circuitus correximus: cur non & huiusmodi

modi scriptura totam formidinem ueteris iuris amputamus: ut si quis hæc scripserit, uel unũ ex his, adquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere: cum non est uerisimile hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed etiam ut ea impleat, aduersus quæ obuiam ire non potest. D. III. Kal. Nouembr. Decio. V. C. C O S.

V. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm ante sancitum fuerat in arbitris eligẽdis, quos neq; pœna compromissi uallabat, neq; iudex dederat, sed nulla sententia præcedente cõmunis electio, ut illorum sentẽtiæ starẽtur procreabat, siquidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionẽ ei ueluti pacti generari: sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procederet ei præsidij: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit sub eo pacto (uel in scriptis, uel sine scriptis habito) ut eorũ definitioni stetur: siquidem subscripserint, postq; definitio processit, quòd nõ displiceat ambabus partibus eorum sententia: non solum reo exceptionem ueluti pacti generari, sed etiã actori ex nostro numine in factum actionem, quatẽnus possit sententia eius exsecutioni mandari in hac quidem regia ciuitate ab officio eminẽtissimæ præfecturæ, uel eius, cuius forum pars persequitur fugientis: in prouincijs autẽ tam per moderatores, q; per apparitores eorũ, uel per iudices, quorum regimẽ pars pertimescit pulsata. Sin autẽ post sententiam minime quidem subscripserint se arbitri formam amplecti, sed silentio eam roborauerint, & nõ intra decem dies attestatio missa fuerit uel iudici uel aduersario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat, definitionem nõ esse ad amplectendam: silentio partiũ sententiã roboratã esse, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actionẽ competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minime cupiente: nihil fieri, nec parari exceptionem reo, uel actori actionem: exceptis uidelicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt secundum nouellam nostri numinis constitutionem. tunc etenim ea omnia seruari oportet, quæ lege nra super huiusmodi audiẽtia definita sunt. Licet nõ ignoremus Iulij Pauli opinionẽ, & aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt quidem huiusmodi quæstionẽ, quam in præsenti aggredimur, non autẽ peritissime peregerunt, sed usq; ad quasdam actiones temporales standũ esse existimauerunt. Plenius autem & generaliter definimus, conuentum in scriptis apud compromissum iudicem factum ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset incohata. Ad hoc generaliter sancimus in ijs, quæ apud compromissarios acta sunt, si aliquid in factum respiciens, uel professum est, uel attestatũ: posse eo & in ordinarijs uti iudicijs. D. VI. Kal. *. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

VI. *Idem A. Ioanni P.P.*

SAncimus mulieres suæ pudicitiæ memores & operum, quæ eis natura permisit, & à quibus iussit eas abstinere, licet summæ atq; optimæ opinionis constitutæ in se arbitrium suscepe-rint, uel si fuerint patronæ, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam: ab omni iudiciali agmine seperari, ut earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduersus iustos earum contemptores habeatur.

DE SATISDANDO. Tit. LVI.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC.

NOn est iuris incerti, eum, qui apud acta factus est agentis procurator, nõ compelli ratam rem dominum habiturum satisdare. hoc enim casu ueluti præsentis procuratorem interuenire, intelligendum est. Itaq; & si postea mutata uoluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. Sin autem ei ab aduersario suo oppositа fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite præstare cogitur. qua non præcedente: lis, quæ ei data est, ulterius procedere à iudice non conceditur. Rei autem procurator uel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum solui satisdationem in oñibus causis præstare cogitur. D. IX. Kal. Nouembr. CC. COSS.

DE IVRIS FORMVLIS, ET IMPETRATIONE actionum sublatis. Tit. LVII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Marcellino præsidi Phœnicæ.*

TVris formulæ aucupatione syllabarum insidiantes, cunctorum actibus radicitus amputentur. D. X. Kal. Febr. Constantio III. & Constante II. AA. COSS.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Hierio P.V.

NVllis prorsus nō impetratæ actionis, in maiore uel minore iudicio agētibus opponatur exceptio: si aptam rei, & proposito negocio competentem eam esse constiterit. D. X. Kal. Maij. Felice & Tauro COSS.

DE IVREIVRANDO PROPTER CALVMNIAM DANDO. Tit. LVIII.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.

IN omnibus causis, siue propter literas fuerit certatum, siue propter instrumenta, siue propter quidcq; aliud, in quo necessitas probationis incumbit: sancimus, non aliter eas dē probationes præstare cōpelli, nisi prius, qui eas exposcit, iuramētum de calūnia præstiterit, q̄d nō causam differēdo huiusmodi allegationē, ppositut. nā sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur. ne autē perperam in quæstione seruorum quidam uenientes sui animi crudelitatem exerceant: non aliter cōcedimus, qui quæstiōes seruorū exposcunt, ad hoc uenire, uel à iudicibus audiri: nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, quòd non odio seruorum, uel propter offensas cohæredum, ad hoc uenerūt, sed quia aliter rerum hæreditariarū ueritatem exquirere uel ostendere nō possunt. D. XII. Kal. Octobr. Constantinop. Decio V.C. COS.

II. Idem. A. Ioanni P.P.

CVm & iudices nō aliter causas dirimere concessimus, nisi sacrosanctis euangelijs ppositis, & patronos causarū in omni orbe terrarū, qui Romano imperio suppositus est, prius iurare, & ita perferre causas dispositum: necessariū duximus p̄sentē legē ponere, per quā sancimus, in omnibus litibus, quæ fuerint post præsentem legem incohatæ, non aliter neq; actorem neq; fugientem in primo exordio litis exercere certamina, nisi post narrationem & responsionem, anteq; utriusq; partis aduocati sacramentum legitimū præstent, ipsæ principales personæ subeant iusiurandum: & actor quidem iuret, non calūniandi animo litem mouisse, sed existimādo bonam causam habere: reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse iurauerit, quòd putans se bona instantia uti, ad reluctandum peruenerit: & postea utriusq; partis uiros disertissimos aduocatos (quòd ante dispositum est à nobis) iuramentum præstare, sacrosanctis uidelicet euangelijs ante iudicem positis. Sin autem uel dignitas, uel sexus personæ non concesserit eam ad iudicem peruenire: in domo litigatoris sacramētum procedere, altera uidelicet parte, uel procuratore eius præsente. Quod obseruari oportet, & si tutores, uel curatores, uel aliæ quædam sint personæ, quæ administrationem alienarum rerum authoritate legitima gerunt. Conuenit enim & ipsos iureiurando affici, quia ipsi causam scientes ita ad eam perueniunt. neq; enim pupillus, neq; adultus, uel aliæ huiusmodi personæ, sed ipsi, qui pro eis tutelā uel curam uel aliam legitimam gerunt administrationem, scire possunt causam, & ita ad iudicū peruenire: eo quòd ex animi sui scientia iurent. & licet uera causa natura forsitan alia est: tamen quod quisq; credit, & existimat, hoc esse iurandum: omnibus iuramentis, quæ uel ex præteritis descendunt legibus, uel à nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis. Sin autē ab fuerit alterutra pars, & per procuratorem causa agatur: non ante licentiam habeat actor litem exercendam suo procuratori mandare, nisi prius actis interuenientibus in prouincia, in qua degit, sacramentum calumniæ subeat. Similiq; modo si reus abfuerit, & forsitan per iudicatum solui stipulationem procuratorē ordinauerit, uel defensor pro eo interuenerit: & ipse, uel præsente actore per se, uel instructum procuratorem, uel etiam absente eo (si hoc iudex perspexerit) inter acta iuramentum præstet, quod reum dare antea dispositum est. Sed quia ueremur, ne forsitan quidam collusione aliqua utentes, remittere uideātur inter se huiusmodi sacramentum, & ex prædicta dissimulatione nostram sanctionem deludant: sancimus omnes iudices, licet ex compromisso cognoscant, uigorem suum exercentes (quia non pro commodo priuatorum, sed pro communi utilitate præsentem legem posuimus) minime pati tale sacramentū remitti, sed omnimodo hoc & ab actore & fugiente exigi: ne paulatim uideatur huiusmodi res defraudari, & sacramentum uel principalium personarum uel aduocatorum ex quacunq; parte mutilari. Hoc etiam huic legi censemus esse addendum, ut si quis pro alio

pro alio litẽ mouere uoluerit, nullo mandato prolato, sed per fideiussionẽ ratã rem habiturum suam personã firmauerit: ne uel ex hac machinatiõe lex circũscribi uideat: sancimus, si quid tale in posterum emerserit (siue pro una persona quis litẽ mouere uoluerit, siue pro aliquo corpore, uel uico, uel alia uniuersitate) fideiussionẽ quidẽ solitã præstare, litẽ aũt ulterius minime ꝓcedere, nisi iudices intra statuendũ tẽpus faciãt principales personas sacramẽtũ subire, uel præsente aduersario (si hoc maluerit) uel alio pro eo agente, uel penitus altera parte cessante, inter acta apud defensorẽ locorum huiusmodi sacramẽtum, uel ab ipso, pro quo agit, uel â plurima parte, uel idonea uniuersitatis procedat. Quòd si actor noluerit subire sacramentũ calũniæ, & hoc legitime fuerit adprobatum: non liceat ei penitus ad litem peruenire, sed cadat ab instituta actione quasi improbus litigator, & tristicia iudicũ ei cum summa interminatiõe occurrat, & ab iudicio eum c̃ꝫ longissime expellat. Sin aũt reus hoc sacramẽtum subire recusauerit: in ijs capitulis, quæ narratiõe cõprehensa sunt, pro cõfesso habeat: & liceat iudici sentẽtiã ꝓferre, quẽadmodũ ei & ipsa rei qualitas suggesserit. sic em̃ nõ lites solũ, sed etiã calũniatores minuent: sic pro iudicijs putabũt sese hoies in sacrarijs sisti. Si em̃ & ipsæ principales litigantiũ partes per iuramẽtũ lites exerceãt, & patroni causarũ p̃beant sacramentũ, & ipsi iudices ꝓpositis sacrosanctis scripturis tã causæ totius faciãt examinationẽ, c̃ꝫ suũ ꝓferant arbitriũ: quid aliud, nisi pro hoibus deũ es se in oibus causis iudicẽ, credendũ est? Antiqua itaq; calũnia quiescente, & eius ambagibus: cõstitutio nostra dilucida & cõpendiosa in terris clareat oibus, & sit maximũ dirimẽdarũ causarũ remediũ. Sed p̃dictũ sacramentũ, in litibus quidẽ, quæ nondũ incohatæ sunt, p̃stari uolumus in ipso litis primordio. Sin autẽ causæ adhuc pendẽtes inueniant, uel post litẽ cõtestatã, & post solitas iudiciales cautelas iam p̃stitas: siquidẽ præstò fuerit utraq; persona, & in eadẽ ciuitate, uel in territorio eius moratur: & in his litibus sacramentum locũ habere, & in primo post hanc legem ingressu eum cõpelli iusiurandũ præstare. Sin autem una pars abfuerit: ne uideat ꝓpter absenti am personæ lis differri, & aliquid contrariũ eueniat nostro proposito, & quod pro compendio litium introductum est, in aduersariam figurã trãsformetur: iubemus præsentem quidem personã omnimodo dare sacramentum, absenti autem dunta xat in pendentibus litibus (secundũ quod supra dictum est) hoc concedi. Sin autem utraq; principalis persona abfuerit: ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP. IIII. Kal. August. Iustiniano A. IIII. & Paulino V.C. COSS.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS. Tit. I.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Clementi.*

IVdicio cœpto, usurarum stipulatio non est perempta. supereſt igitur, ut debitorẽ eius temporis, quod non est in iudicium deductum, conuenire possis. PP. Kal. April. Antonino. II. & Geta II. COSS.

II. *Idem.* AA. *Valerio.*

LIcet iudice accepto cum tutore tuo egisti, ipso iure actio tutelæ sublata non est. & ideo si rursus eũdem iudicem petieris: contra utilẽ exceptionẽ rei iudicatæ, si de specie, de qua agis, in iudicio priore tractatum non esse allegas, nõ inutiliter replicatiõe doli mali uteris. PP. VI. Kal. Ianuar. Fausto & Rufo. COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. *Faustinæ.*

QVoties quæstio status bonorum disceptationi concurrit: nihil prohibet, quo magis apud eum quoq; qui alioqui super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. PP. VI. Id. Febr. Iuliano II. & Crispino COSS.

IIII. *Idem.* A. *Popilio.*

SI cum tibi precium prædiorum â curatoribus comparatorum reputaret, & instrumẽta emptionis traderent, quæstionẽ omissæ euictionis non mouisti: intelligis, semel finitam litem instaurari non posse. PP. Kal. Aug. Modesto & Probo COSS.

V. Imp. GORDIANVS. A. *Marcello.*

A Iudice iudex delegatus, iudicis dandi potestatem nō habet, cum ipse munere fungatur iudiciario: nisi à principe iudex datus fuerit. PP. IIII. Non. Septembr. Pio & Pontiano COSS.

VI Idem. A. Iuniæ.

SErnus in iudicio interesse non potest: nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutum est, subsistit. D. XV. Kal. Septembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hyrinæ.

CVm debitoris tui seruum tibi pignoris iure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti, tenere profitearis: aduersus eum dari tibi actiones contra ius postulas: siquidem inter seruum & liberum consistere nullum possit iudicium. Ad possessionem itaq; pignorum magis officio iudicis uenire te conuenit, cȝ illicita postulare. S. XIIII. Kal. Maij. Sirmij. CC. & COSS.

VIII. Impp. CONSTANTINVS & LICINIVS. AA. ad Dionysium.

PLacuit in omnibus rebus præcipuam esse iusticiæ æquitatisq; scriptæ, cȝ stricti iuris rationem. D. Idib. Maij. Volusiano & Anniano COSS.

IX. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Maximum.

IVdices oportet in primis rei qualitatem plena inquisitione discutere, & tunc utranq; partem sæpius interrogare, nunquid noui addere desideret: cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, siue definienda causa per iudicem, siue ad maiorem potestatem referenda sit. D. II. Id. Ianuar. Sirmij. Licinio. V. & Crispo COSS.

X. Idem. A. ad Seuerum P. V.

NVlli prorsus audientia præbeatur, qui causæ continentiam diuidet, & ex beneficij prærogatiua id, quod in uno eodemq; iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices uoluerit uentilare: pœna ex officio iudicis imminente ei, qui cōtra hanc supplicauerit sanctionē, atq; alium super possessione, alium super principali quæstione iudicem postulauerit. D. III. Kal. Auguſt. Paulino & Iuliano COSS.

* Duæ Constitutiones Græcæ.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P. P.

PRoperandum nobis uisum est, ne lites fiant penè immortales, & uitæ hominū excedāt modum: cum criminales quidem causas iam nostra lex biennio concluſit, & pecuniariæ causæ frequentiores sunt, & sæpe ipsæ materiā criminibus creare noscunt: præsentem legem super his per orbē terrarū, nullis locorū uel temporum angustijs coartandam, ponere. Censemus itaq; omnes lites super pecunijs quantæcunq; quantitatis, siue super conditionibus, siue super iure ciuitatis, seu priuatorū fuerint illatæ, siue super possessione, uel dominio, uel hypotheca, seu super seruitutibus, seu pro alijs quibusdā casibus, pro quibus hominibus inter se litigandū est: exceptis tantūmodo causis, quæ ad ius fiscale pertinent, uel quod ad publicas functiones respiciat: nō ultra triennij metas post litem contestatā esse, ptrahendas. Sed omes iudices, siue in hac alma urbe, siue in prouincijs, maiorem seu minorē peragant administrationē, siue in magistratibus positi, aut ex aula nostra dati, uel à nostris ꝓceribus delegati: nō esse eis concedendū ulteriꝰ litē, cȝ triennij spacio extendere. hoc etem iudicialis magis esse potestatis, nemo est, qui ignoret. Nam si ipsi uoluerint: nullus tam audax inuenit, qui possit inuito iudice litem ꝓtelare. Et si quidē pars actoris cessauerit, quatēnus multiplici dilatione reus fatiget, & triennij metæ post litē contestatā iam propè finem ueniant, ut semestre tempus tantū ei superſit: licentia erit iudici per exsecutores negocij actorē requirere, parte fugiente ex una parte actoris absentiā incusante, & iudicibus oīmodo suas aures huiusmodi quæstioni referantibus. & si per tres uices hoc fuerit subsecutū, decē dierum spacio per unūquenq; introitū destinato, & nec ita pars actoris fuerit inuenta, & neq; per se, neq; per ꝓcuratorē instructū puenerit: tunc iudicē negocij acta apud se cō fecta cōspicere, & siquidē nihil sufficiens actitatū est, ex quo possit termino causæ certa fieri cōiectura: non solum partem fugientem ab obseruatione iudicij relaxare, sed etiam in omnes expensas, quæ consueto modo circa lites expendunt, eum condemnare, uera quantitate earū sacramento fugientis manifestanda, & omni cautela, quam super lite reus exposuit, reddenda: quæ & si remanserit, uiribus euacuabit. Sin aūt ex gestis apud se habitis, parte actoris minime in

me inuenta, possit inuenire uiam, ex qua manifestum ei fiat, quid statuendum sit: etiam actore absente, si eum meliorem causam habere prospexerit, proferre sententiam nõ moretur, & præsentem reũ absenti actori condẽnare: expensis tantũmodo litis, quas reus legitime se expendisse iurauerit, condemnatione excipiendis: quia hanc pœnam actori, & meliorem causam habenti, propter solam absentiæ cõtumaciam imponimus. nullo penitus ei regressu ad eandem litem cõseruando: sed actor cõtumax cadat omnimodo de lite, si reus absoluitur. Sin uero aliqua cõdemnatio cõtra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putauerit fugitiuus: nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus. & hæc quidẽ pœna actori sit imposita. Sin autem reus abfuerit, & similis eius processerit requisitio, quem admodũ pro persona actoris diximus, etiã absente eo eremodicium contrahatur: & iudex, secundum quod ueteribus legibus cautum est, ex una parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inuentus, et contra absentẽ promere condemnationẽ nõ cesset, quæ ad effectũ perducatur: & per res & facultates fugientis uictori satisfiat, siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationẽ ad maiorem iudicem hoc referatur, & ex eo legitima uia contra res contumacis aperiat. nulla licentia erit alij personam eius solam prætendenti cõcedenda cõtradicendi, cũ in possessionẽ ex huiusmodi causa actor mittit: nec si reuersus ipse fuerit, & uoluerit fideiussionẽ dare, & possessionẽ recuperare, audietur. in huiusmodi etenim casibus omnẽ ei contradictionẽ excludimus. Cum autẽ eremodiciũ uentilatur: siue pro actore, siue pro reo examinatio sine ullo obstaculo celebretur. Cũ enim terribiles in medio proponuntur scripturæ, litigatoris absentia dei præsentia repleat: nec pertimescat iudex appellationis obstaculũ, cum ei, qui contumaciter abesse nosci, nulla sit prouocationis licentia: quod & in ueteribus legibus esse statutũ, manifestissimi iuris est. Huiusmodi autẽ sententia propẽ finẽ triennij proferat, pro quo & præsentẽ legem induximus. Si enim in anteriore tempore, in quo larga temporis supereſt dilatio, & spes absenti relicta fuerit reuertendi, alterutra pars cessauerit: in sola expensarum datione & absolutione forsitan præstetur pœnalis sententia, non autem tunc mors litis & cõdemnatio in absentem introducatur, quæ in his tantummodo casibus accidũt, in quibus triennij effluentis imminet formido. Siue autẽ alterutra parte absente, siue utraq; præsente lis fuerit decisa: omnes iudices, qui sub imperio nostro cõstituti sunt, sciant uictum in expensarum causa uictori esse condemnandum, quãtum pro solitis expensis litiũ iurauerit: nõ ignorantes, quòd si hoc prætermiserint, ipsi de proprio huiusmodi pœnæ subiacebũt, & reddere eam parti læsæ coartabunt. & hæc de alterutra parte litigantium cõtumaciter absente nobis statuere uisum est, ad æquitatis rationẽ omia corrigẽtibus. Sin aũt utraq; parte imminẽte, & litem peragere cupiẽte, iudex eam accipere noluerit, uel ꝓpter amicitias, uel inimicitias, uel turpissimi lucri gratia, uel ꝓpter aliud quodpiã uiciũ, quod miserrimis animis huiusmodi iudiciũ innasci potest, litẽ ipse ausus fuerit protelare, & ꝓpter hoc trienniũ fuerit transactũ: siquidẽ iudex in magistratu positus est, uel in maiori dignitate usq; ad illustratus gradũ: decem libras auri priuatis nostris largitionibus inferre per scholam palatinã compellat. si aũt iudex minor fuerit: trium librarũ auri multa plectet, per eandem scholam exigenda, & nostro ærario adplicãda: & eo remouendo, alter iudex in locũ eius subroget sub simili pœnæ formidine. his omibus locũ habentibus, cũ unus iudex omnẽ causam ab initio peragit. Sin aũt in medio triẽnio uel morte iudicis, uel alia inrecusabili occasione iudiciũ fuerit mutatũ: tunc siquidẽ ex triennio annale tempus uel amplius resident, in quo alius iudex ei causæ imponit: intra reliquũ tempus causa finiat. Sin aũt minus, q̃ annale, sit: tunc oẽ, quod deest, repleatur: ut nõ in minore, q̃ perfecti anni, tẽpore litẽ possit subrogatus iudex tam discutere, q̃ terminare. Illo ꝓculdubio obseruando, ut si neq; per alterutrã litigantiũ partẽ, nec per iudicẽ steterit, quo minus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarũ: licentia det iudici, & eos duarum librarũ auri pœna afficere, per scholam palatinã exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso uidelicet iudice in sua sententia hoc ipsum manifestante, quòd per patronos causæ uel fugientis uel agentis dilatio facta est, uel per omnes, uel per quosdã ex ijs. necessitate aduocatis imponenda, ex quo litẽ peragendã susceperint, eam usq; ad terminum (nisi lex, uel iusta causa impediat) implere, ne ex eorum recusatione fiat causæ dilatio: honorarijs scilicet à clientibus, qui dare possunt, disertissimis togatis omnimodo præstandis, & (si cessauerint) per exsecutores negociorum exigendis, ne per huiusmodi machinationem causæ merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit. Hæc autem in his à nobis cauta sunt, quibus perfectæ ætatis constitutis, arbitrium suum pro omnibus sufficit. Si uero causæ uel pupillorum, uel adultorum sunt, uel aliorum sub cura agentium, masculorum uel fœminarum, ut per tutores, uel

actores,uel curatores,uel procuratores eorum agantur,& eorum desidia triennium fuerit elapsum, & causa ceciderit:litem quidem nihilominus suum habere uigorem:omnem autem iacturã, quæ ex causa hac oritur, ad tutores,& curatores,aut eorum fideiussores,hæredesq;,& res eorum,& omnes,quorum in hac causa legitime interest,redundare. Sin autem non sufficiat pupillis uel minoribus eorum substantia:tunc in id,in quo fuerint detrimentum perpessi,in integrum restitutionis auxiliũ eis superesse. D. VI. Kal. April. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XII. *Idem. A. Iuliano P. P.*

REm non nouam,neq; insolitam aggredimur,sed antiquis quidem legislatoribus placitam,cum uero contempta sit,non leue detrimentum causis inferentem. cui enim non est cognitũ,antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse,nisi prius sacramentũ præstitissent,omnimodo sese cum ueritate & legum obseruatione iudicium disposituros? Cum igitur & uiam non inusitatam inuenimus ambulandam,& anteriores leges nostræ,quæ de iuramentis positæ sunt,non minimam suæ utilitatis experientiam litigantibus præbuerunt,& ideo ab omnibus merito collaudantur:ad hanc in perpetuum ualituram legem peruenimus,per quã sancimus omnes iudices(siue maiores,siue minores,qui in administrationibus positi sunt,uel in hac regia ciuitate,uel in orbe terrarum,qui nostris gubernaculis regitur:siue eos,quibus nos audientiam committimus,uel qui à maioribus iudicibus dantur,uel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem,uel qui ex recepto,id est compromissis,quæ iudicium imitant,causas dirimendas suscipiunt,uel qui arbitriũ pagunt,uel ex authoritate sententiarũ & partiũ consensu electi sunt)& generaliter oẽs oẽino iudices Romani iuris disceptatores, nõ aliter litiũ primordiũ accipere,nisi prius ante sedẽ iudicialẽ sacrosanctæ deponant scripturæ,& hæ pmaneant nõ solũ in principio litis,sed etiã in oĩbus cognitiõibus usq; ad ipsum terminũ & definitiuæ sententiæ recitationem. sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas,& dei præsentia cõsecuti,ex maiore præsidio lites diriment:scituri, quòd non magis alios iudicant,q̃ ipsi iudicant,cũ etiã ipsis magis,q̃ partibus iudicium terribile est:siquidem litigatores sub hominibus,ipsi autẽ deo inspectore adhibito causas ꝓferunt trutinãdas. Et hoc quidẽ iusiurandum iudiciale sit oẽibus notum,& Romanis legibus optimum à nobis accedat incrementum,& ab omnibus iudicibus obseruandũ:& si prætereatur, contemptoribus periculosum sit. Patroni autem causarũ qui utriq; parti suum præstantes ingrediuntur auxilium,cum lis fuerit contestata,post narrationem propositam,& cõtradictionem obiectam,in qualicunq; iudicio maiore seu minore, uel apud arbitros,siue ex compromisso,uel aliter datos,uel electos:sacrosanctis euangelijs tactis iuramentum præstent,quòd omni quidem uirtute sua,omniq; ope,quod iustum & uerum exiſtimauerint,clientibus suis inferre procurent,nihil studij relinquentes,quod sibi possibile est:non autem credita sibi causa cognita,quòd improba sit,uel penitus desperata,& ex mendacibus allegationibus composita,ipsi scientes prudentesq; mala conscientia liti patrocinentur. sed & si certamine procedente aliquid sibi tale cognitum fuerit,à causa recedant, ab huiusmodi communione sese penitus separantes. hocq; subsecuto:nulla licentia concedatur, spretõ litigatori ad alterius aduocati patrocinium conuolare, ne melioribus contemptis improba aduocatio subrogetur. Sin autem pluribus patronis adhibitis,& iuramento ab omnibus præstito, quidã ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint,quidam recusauerint:exeant quidem recusantes,uolentes autem remaneant. causæ etenim terminus manifestare poterit, qui timidius,quiq; audacius iudicium uel reliquerũt,uel protulerunt:nec in hac parte litigatoribus danda licẽtia alios ꝓ recusantibus subrogare. D. IIII. Kal. April. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XIII. *Idem. A. Iuliano P. P.*

SAncimus omnes iudices(siue in hac florentissima ciuitate,siue in prouincijs) si quando absens persona citata postea apparuerit:non aliter ei iudicialem aditum reuelare,sed omnem claudere ei iudiciorum copiam, nisi prius omnia damna restituat ex huiusmodi uitio aduersarijs eius inflicta,siue circa ingressus litis,siue circa honoraria aduocatorum,uel alias causas, quæ in iudicio uersantur:æstimatione iudicis quantitate eorum definienda,postq; iuratum ab eo fuerit,qui fecit expensas:exsecutoribus negociorum modis omnibus dispositiones eorũ adimplentibus. scituris iudicibus nostris & exsecutoribus,quòd si hoc prætermiserint: ex substantia sua huiusmodi detrimentum læsis resarcire compellent. quod & in pedaneis iudicibus obseruari censemus,licet non citati,sed requisiti litigatores mala conscientia abfuerint. D. X. Kal. Maij. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XIIII. *Idem. A. Iuliano P. P.*

APertissimi iuris est,licere litigatoribus iudices ante,q̃ lis incohetur,recusare:cum etiam ex ge

ex generalibus formis ſublimiſſimæ tuæ ſedis ſtatutũ eſt, neceſſitatem imponi iudice recuſato partibus ad eligendos arbitros uenire, & ſub audientia eorũ ſua iura proponere. licet eñ ex imperiali numine iudex delegatus eſt: tamẽ quia ſine ſuſpicione oñes lites procedere nobis cordi eſt: liceat ei, qui ſuſpectũ iudicẽ putat, anteq̃ lis incohetur, eũ recuſare, ut ad alium currat̃, libello recuſationis ei porrecto: cũ poſt litem conteſtatã neq̃ appellare poſſe ante definitiuã ſententiam iam ſtatuerimus, neq̃ recuſare, ne lites in infinitum extendant̃: in eo ſcilicet exſecutore neceſſitatẽ partibus per ordinariũ iudicẽ & oñe ciuile auxiliũ imponente, & arbitros eligere, & ad eos uenire & ſic litem appetere, quaſi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod etſi ab imperiali maieſtate iudex delegatus nõ ſit, ſed ab alio culmine, obtinere cenſemus. D. V. Kal. Maij. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte. VV. CC. COSS.

XV. *Idem. A. Ioanni P. P.*

CErti iuris eſt, quòd conceſſa eſt militaribus hoĩbus iudicandi facultas (quid eñ obſtaculi eſt, homies, qui alicuius rei peritiã habẽt, de ea iudicare?) cũ ſciamus & militares magiſtratus, & oñes tales hoĩes per uſum quotidianũ iam eſſe adprobatos, ut & audiant lites, eaſq̃ dirimant, & pro ſui & legis ſcientia huiuſmodi altercationibus fines imponant. D. Kal. Nouemb. Lampadio & Oreſte VV. CC. COSS.

XVI. *Idem. A. Ioanni P. P.*

CVm ſpecialis iudex, ſiue ab auguſta fortuna, ſiue à iudiciali culmine in aliqua puincia, in qua incuſatus degit, datus eſt, & una pars ſuſpectũ eum ſibi eſſe dicit: ne forte abſente perſona iudicis, & in alia ciuitate eiuſdẽ puinciæ cõmorante, cõpellat̃ longo itinere emenſo recuſationis libellũ ei incuſatus offerre: ſancimus, ſiquidẽ præſto eſt præſes puinciæ in illa ciuitate, ubĩ de ea re dubitat̃: licere ei, qui ſuſpectũ ſibi iudicẽ eſſe dicit, ipſum præſidẽ adire, & hoc facere in actis manifeſtũ. Si autem nõ eſt moderator prouinciæ in præfato loco: hæc eadẽ apud defenſorem locorũ, uel duũuiros municipales, geſtis apud eos habitis, & celebrare, & iudicẽ quidem eũ recuſare. Illico aũt, id eſt intra triduũ proximũ, ſine ulla dilatione cõpelli arbitrũ uel arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex remoueat̃, & alter nõ eligat̃. Electione uidelicet arbitri, ſi uariatũ fuerit inter partes, ſimili modo uel præſidis puiciæ (ſi adeſt) uel defenſoris locorũ, uel magiſtratuũ municipij arbitrio dirimenda: & exſecutore, cui mandata eſt huiuſmodi cauſæ exactio, imminente, & ſtatuta ab arbitris effectui mancipante, ni fuerit prouocatũ. tunc eñ ipſe, qui antea iudicem dedit, qui ſuſpectus uiſus eſt, appellatione trutinata formam cauſæ imponat legitimam. D. Id. Nouembr. Lampadio & Oreſte COSS.

DE SPORTVLIS, ET SVMPTIBVS IN DIVERſis iudicijs faciendis, & de exſecutoribus litium. Tit. II.

I. *Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Potitum uicarium.*

OViſquis fuerit exhibitus, uſq̃ ad negocij terminũ ab eo apparitore, cui primũ traditus fuit, obſeruari eum decernimus. Si qua præſumptiõe fuerit hæc manſuetudinis noſtræ poſthabita p̃ceptio: primiſcrinio, qui iuſſa temerauerit, quinq̃ librarum auri condemnatione multando. D. Kal. Iul. Mediolani. Auſonio & Olybrio. COSS.

* Græca Conſtitutio IVSTINIANI. A.

II. *Idem A. Iuliano P. P.*

OMnibus iudicibus licentiã præſtamus, ſiue ijs, quibus à noſtro numine lites mãdantur, illuſtribus, uel ſpectabilibus, uel clariſſimis, uel togatis fori cuiuſcunq̃ præfecturæ, uel alijs quibuſdam, uel ijs, qui ex noſtris iudicibus delegandas lites accipiunt: exſecutores, ſi ceſſauerint, cauſas eis inſtructas auferre, & remouere ab exſecutione eos, & alios idoneos ſuppone-re, uel etiam multis afficere. Sed ſiquidem illuſtres ſunt iudices: uſq̃ ad ſex ſolidorum ſummam. ſin autem alij: uſq̃ ad tres tantummodo aureos, & ad iudices, quorum intereſt, referre, quatẽnus militia exuti pœnas luant corporales. Noſtris autem ampliſſimis iudicibus licentia ſit & maiores pœnas & corporales maculas exſecutoribus imponere, ſi male fuerint circa lites uerſati: ut ſciant, non eſſe cauſas eludendas, nec lucri gratia aliquod eis uicium imponendum. D. V. Kal. April. Lampadio & Oreſte COSS.

De pe-

DE PEDANEIS IVDICIBVS. Tit. III.

I. Imp. GORDIANVS. A. Vianis.

PRocuratori nostro non uice præsidis agenti, dandi iudices inter priuatas personas non competere facultatem, manifestum est. & ideo si (ut allegastis) inter priuatas personas is, cuius meministis, arbitros dandos putauit: sententia ab eis prolata nullo iure subsistit. PP. Kal. Feb. Attico & Prætextato COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Viarijs.

PLacet nobis præsides de his causis, in quibus quòd ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant, notionis suæ examen adhibere: ita tamen, ut si uel propter occupationes publicas, uel propter causarum multitudinem huiusmodi omnia negocia non potuerint cognoscere, dandi iudices habeant potestatem. Quod non ita conuenit accipi, ut etiam in his causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudicis licentia permissa credat. Quod usq; adeo in præsidum cognitione retinendum est, ut eorum iudicia non deminuta uideantur: dum tamen de ingenuitate, super qua poterãt & ante cognoscere, & de libertinitate præsides ipsi dijudicent. D. XV. Kal. August. CC. COSS.

III. Exemplum. S. L. eorundem AA. & CC. ad Serapionem.

PLacet, ut iudicibus (si quos grauitas tua disceptatores dederit) insinues, ut delegata sibi negocia lata sententia determinent: nec in his causis, in quibus pronunciare debent & possunt, facultatem sibi remittendi patere ad iudicium præsidale cognoscant: maxime, cum & si iudicatio alicui litigatorum parti iniusta uideatur, interponendæ prouocationis potestas à sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. D. VIII. Kal. April. Antiochiæ. CC. COSS.

IIII. Idem. AA. & CC. Firmino.

PLacuit, quoties pedanei iudices dati post litem contestatam uel ad aliud iudicium necessariò diriguntur, uel publicæ utilitatis ratione in alias prouincias proficiscuntur, uel diem obierunt, atq; his rationibus negocijs cœptis finis non potuit adhiberi: alium in locum eorum iudicem tribui, qui negocium examinet: ne huiusmodi casibus interuenientibus, impedimentũ aliquod in persequendis litibus adferatur. D. X. Kal. *. Tyberio & Maximo COSS.

V. Imp. IVLIANVS. A. Seando P. P.

QVædam sunt negocia, in quibus superfluum est moderatorem exspectare prouinciæ. ideoq; pedaneos iudices, qui negocia humiliora disceptent, constituendi damus præsidibus potestatem. D. V. Kal. Aug. Antiochiæ. Mamertino & Neuita COSS.

QVI PRO SVA IVRISDICTIONE IVDICES dare, dariúe possunt. Tit. IIII.

* Constitutio Græca.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P. P.

IN causarum delegationibus illud consultissime præcipimus obseruari, ut ita uadeant, si ad iurisdictionem pertineant delegantis. Quòd si quis alienæ iurisdictionis causam crediderit delegãdam: nec præcepto cognitorem datum parentiam accommodare censemus. & si contra leges obtemperauerit deleganti: omnia, quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro infectis haberi præcipimus, ac si ipsi, qui delegauerunt, alienæ iurisdictionis iudices resedissent, ut ne appellandi quidem necessitas uictis aduersus eas sententias imponatur. Hæc teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegãtibus dati, alijs causas delegauerint iudicandas. nam his delegantibus: nullo personarum causarumúe habito tractatu, appellationum ad *eos iure iudicia remeabunt. D. XIII. Kal. Ianuar. Valentiniano A. & Anatolio COSS.

*al's. nos

NE QVIS IN SVA CAVSA IVDICET, VEL sibi ius dicat. Tit. V.

I. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. ad Gracchum. P. V. Gene-

GEnerali lege decernimus, neminem ſibi eſſe iudicem, uel ius ſibi dicere debere. in re enim propria iniquũ admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ. D. Kal. Decembr. Valente VI. & Valentiniano. II. AA. COSS.

QVI LEGITIMAM PERSONAM STANDI IN iudicijs habent, uel non. Tit. VI.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Candidæ.*

SI cum eſſes pupillaris ætatis, ſine tutoris authoritate cũ aduerſario tuo conſiſtẽs, præſes prouinciæ aduerſus te pronũciauit: minime authoritate iudicati nititur, quod ſtatutum eſt. D. Idib. Decembr. Gordiano A. & Auiola COSS.

II. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Gemachæ.*

IN re, quæ priuati iudicij quæſtionẽ habet, ſicut pupillus authore tutore & agere, & cõueniri poteſt: ita adultus curatore cõſentiente litẽ & intendere, & excipere debet. D. IX. Kal. Ianuar. CC. COSS.

III. *Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Iuliano proconſuli Africæ.*

MOmentariæ poſſeſſionis actio exerceri poteſt per quancunq; perſonam. ſub colore autem adipiſcendæ poſſeſſionis obrepticia petitio alteri obeſſe nõ debet: maxime, cũ abſq; cõuentione perſonæ legitimæ initiatum iurgium uideatur. Nihil autem opituletur conuentio circa minorem habita, cum id rectius circa curatorẽ debuerit cuſtodiri. D. II. Non. Mart. Rauennæ. Conſtantio & Conſtantino COSS.

VT NEMO INVITVS AGERE VEL ACCVSARE cogatur. Tit. VII.

I. *Imp.* DIOCLET. A. *Camerio.*

NUllus agere uel accuſare nemo cogat. D. Id. Octobr. Carino. II. & Numeriano COSS.

DE ORDINE IVDICIORVM. Tit. VIII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Marcellinæ & alijs.*

ADite præſidem prouinciæ, & ruptum eſſe teſtamentum Fabij Præſentis adgnatione filij docete. neq; enim impedit notionem eius, quòd ſtatus quæſtio in cognitionem uertitur, etſi ſuper ſtatus cauſſa cognoſcere non poſſit. pertinet enim ad officium iudicis, qui de hæreditate cognoſcit, incidentem quæſtionem, quæ in iudicium deuocatur, examinare: quoniam nec de ea, ſed de hæreditate pronunciat. D. XIII. Kal. Decembr. Geta & Plautiano COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Magnillæ.*

SI quæſtio tibi generis ab his, quos fratres patrueles eſſe dicis, nõ fit: adito præſide, & accepto familiæ erciſcũdæ iudicio, experire. Quòd ſi de ea re quæſtio erit: prius de natiuitatis ueritate ſecundum iuris formam quæri, idem uir clariſſimus curæ habebit. PP. X. Kal. Auguſt. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

III. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Demetrio.*

CVm ciuili diſceptationi principaliter motæ quæſtio criminis incidit, uel crimine prius inſtituto ciuilis cauſa adiungitur: poteſt iudex eodem tempore utrãq; diſceptationẽ ſua ſententia dirimere.

IIII. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Calphurnium.*

QVoniam ciuili diſceptatiõe intermiſſa, ſæpe fit, ut de crimine iudicetur, q̃d ut pote maius merito minori p̃fertur: ex quo criminalis quæſtio quocũq; modo ceſſauerit: oportet ciuilem cauſſam uelut ex integro in iudiciũ deductã diſtingui, ut finis criminalis negocij ex eo die, quo inter partes fuerit lata ſententia, initiũ ciuili quæſtioni tribuat. D. Idib. Mart. Nepotiano & Facundo COSS.

DE LITIS CONTESTATIONE. Tit. IX.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Valente.*

RES in iudicium deducta nō uidetur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, uel actionis species ante iudiciū reo cognita. Inter litem enim contestatam & editam actionem per multum interest. lis enim tunc contestata uidetur, cū iudex per narrationem negocij casum audire cœperit. D. Kal. Septembr. Seuero III. & Antonino AA. COSS.

DE PLVS PETITIONIBVS. Tit. X.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

QDiosas contrahentium calliditates amputare properantes, censuimus, ut si quis certa quantitate sibi debita super ampliore pecunia per dolum & machinationem cautionem exegerit, & ad iudicium debitorem uocauerit: siquidem ante inchoatam litem calliditatis eum pœniteat, & debiti ueram quantitatem confessus fuerit: nullo eum dispendio prægrauari. Sin autem liti præbuit exordium, & in certaminibus negocij permanens arguatur de adiecta falsa quantitate: non solum ea, sed etiā toto eum debito defraudari: transactionibus scilicet & secundis confessionibus, siue insinuatæ sint, siue nō, etiā in hoc casu suam obtinētibus firmitatē. talibus etenim cautionibus hoc obijcere nō oportet. D. XV. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

DE DILATIONIBVS. Tit. XI.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *dicunt.*

QVoniam plerunq; euenit, ut iudex instrumentorum uel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur: spacium instructionis exhibēdæ postulatum dari conueniet. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum, ut si ex ea prouincia, ubi lis agitur, uel persona uel instrumenta poscentur: non amplius, quàm tres menses indulgeantur. Si uero ex continentibus prouincijs: sex menses custodiri iusticiæ est. In transmarina aūt dilatione nouē menses cōputari oportebit. Quod ita iudicantes constitutum sentire debebunt, ut in hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium: sed eandem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile amplius, quàm semel, nec ulla trahendi arte, sciant esse tribuendam. D. XV. Kal. April. CC. COSS.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Vrsum uicarium.*

SI quando quis rescriptum ad extraordinarium iudicem reportauerit: dilatio ei penitus deneganda est. illi autem, qui in iudicium uocatur, danda est ad improbanda precum mendacia, uel proferēda aliqua instrumēta, uel testes: quoniā instructus esse nō potuit, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur. D. II. Non. Mart. Volusiano & Anniano COSS.

III. *Idem* A. *Profuturo* P. *Pānoniæ.*

SIue pars, siue integra dilatio fuerit data: eòusq; iudicis officium conquiescat, donec petiti tēporis defluxerint curricula. Feriæ autem, siue repentinæ sint, siue solēnes, dilationū tēporibus nō excipiantur, sed his cōnumerentur. D. VII. Id. Febr. Sirmij. Licinio. V. & Crispo COSS.

IIII. *Idem* A. *ad Catullianum procōs. Africæ.*

APrecedente iudice dilationem nō conuenit postulari, etiam si utraq; parte præsente tribuatur: cum nō aliàs, nisi causa cognita, indulgeri queat: & cognitio causæ nō interpellatione planaria, sed consedente magis iudice legitime colligat: ut si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per sentētiam iudicis dirimatur. D. V. Id. Febr. Sirmij. Licinio V. & Crispo COSS.

V. *Idem* A. *ad Maximum.*

CVm à nobis fuerit ad appellationem consultationemūe rescriptum: siue sit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non sit, siue nec petita quidem: eam dari cuiq; non licebit eadē ratione, qua ne in iudicijs quidem cognitionū nostrarum dilatio tribui solet. PP. Romæ. VIII. Kal. April. Probiano & Iuliano COSS.

VI. *Imppp.* CONSTANTIN. CONSTANT. & CONSTANS AAA. *ad Petroniū.*

INter priuatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit: utriq; parti petendæ dilationis per defensores suos copia deneganda nō est, si hoc cōmoditatis ratio postulauerit. D. V. Idus. April. Aquileiæ, Acyndino & Proculo COSS.

Impp. Arcad.

VII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſalæ P.P.

NEc de ſtatu ac patrimonio litigantibus in tranſmarina etiam dilatione nouem menſium ſpacia egredi concedatur. D. VI. Kal. Decemb. Eutropio & Theodoro COSS.

DE FERIIS. Tit. XII.

I. Impp. CONSTANTIVS & MAXIMIAN. AA. SEVERVS & MAXIMIANVS. Nobb. CC. Verino.

QVoniã conſulis, an ſimilis obſeruantia à nobis adijciendarum feriarũ, quæ rebus feliciter geſtis proueniunt, ad appellationum quoq; tempora porrigenda ſit, Verine chariſſime: reſcribi placuit experientiæ tuæ, ut in cauſis prouocationum iugiter & ſine additamento huiuſcemodi dierum tempora ſcias ſeruari debere, & ſupradictorũ dierũ obſeruationi in appellationum cauſis minime fieri adiectionẽ.

II. Imp. THEOD. A. Vicæno.

*VT in die dominico emancipare ac manumittere liceat, reliquæ cauſæ uel lites quieſcãt, & à die octauo kalendarũ Iulij uſq; in kalendas Auguſti meſſis feria concedatur. & à kalendis Auguſti uſq; in decimum kalendarum Septembris agendarum cauſarum tribuatur licentia. à decimo autem kalendarum Septembris uſq; in idus Octobris uindemialis feria concedatur. ſanctũ quoq; diem paſchæ, & diem natalis domini, & epiphaniæ, ſeptem qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur, ſine ſtrepitu uolumus obſeruari: & quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

*Hæc totã cõſtitutio in uet. cod. nõ legitur.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. Elpidio.

OMnes iudices, urbanæq; plebes, & cunctarum artiũ officia uenerabili die ſolis quieſcant. Ruri tamen poſiti agrorum culturæ libere licenterq; inſeruiant: quoniam frequenter euenit, ut non alio die aptius frumenta ſulcis, & uineæ ſcrobibus commendentur: & ne occaſione momenti pereat commoditas cæleſti prouiſione cõceſſa. D. Non. Mart. Criſpo II. & Cõſtantino. II. COSS.

IIII. Idem A. ad Seuerum.

'NVllo iudice præſumi debet, ut authoritate ſua ferias aliquas condat. non enim imperiales ferias uocari oportet, quas adminiſtrator edixerit: ac per hoc, ſi nomine eximũtur, etiam fructu carebunt. D. Idib. April. Sirmij. *.

V. Imppp. VALENTIN. VALENS, & GRAT. AAA. ad Olybrium.

PVblicas ac fiſcales cauſas tua ſynceritas etiam feriatis geminis mẽſibus, hoc eſt ſine aliqua intermiſſione diſtringat. piſtorijs quoq; cauſis ijſdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. IIII. Non. Maij. Tyberiade. Valentiniano. N. P. COS.

VI. Iidem. AAA. Luciano uicario Macedoniæ.

QVadraginta diebus, qui auſpicio ceremoniarum paſchale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæſtionum. D. Kal. April. Theſſalonicæ. *.

VII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P.V.

OMnes dies iubemus eſſe iuridicos. illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mẽſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit, æſtiuos feruoribus mitigandis, per autumnos fructibus decerpendis. Kalendarũ quoq; Ianuariarũ conſuetos dies ocio mancipamus. his adijcimus natalicios dies maximarum urbium Romæ & Conſtantinopolis, in quibus debent iura differri, quæ ab ipſis nata ſunt. Sacros quoq; paſchæ dies, qui ſepteno numero uel præcedunt, uel ſequuntur: dies etiam natalis, atq; epiphaniarũ Chriſti, & quo tempore commemoratio apoſtolicæ paſſionis Chriſtianitatis magiſtræ à cunctis iure celebratur (in quibus etiam prædictis ſanctiſſimis diebus neq; ſpectaculorum copiam reſeramus) in eadem obſeruationem numeramus. Et dies ſolis, quos dominicos rite dixere maiores, qui repetito in ſe calculo reuoluuntur, parem neceſſe eſt habere reuerentiam: ut nec apud ipſos arbitros à iudicibus flagitatos, uel ſponte electos, ulla ſit cognitio iurgiorum. Noſtris etiam diebus, qui uel lucis auſpicia, uel ortus imperij protulerunt. In quindecim autem paſchalibus diebus compulſio annonariæ functionis, & omnium publicorum priuatorumq; debitorum differatur exactio. D. II. Id. Auguſt. Romæ. Timaſio & Promoto COSS.

VIII. Iidem. AAA. Tatiano.

ACtus oẽs, ſeu publici ſunt, ſeu priuati, diebus quindecim paſchalibus cõquieſcant. in ijs tamen & emancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant, & ſuper his acta non

prohibeantur. D. Kal. Ianuar. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P.

PRouinciarum præsides moneantur, ut in quæstionibus latronum, & maxime Isaurorum, nullum quadragesimæ tempus, uel uenerabilem paschalem diem existiment excipiendũ: ne differatur sceleratorum proditio conciliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est: cum facillime & in hoc summi numinis speretur uenia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. D. V. Kal. Mart. Basso & Philippo COSS.

X. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. *Armasio* P.P.

DIes festos maiestati altissimæ dedicatos nullis uolumns uoluptatibus occupari, nec ullis exactionum uexationibus profanari. Dominicum itaq; diem semper honorabilem decernimus uenerandum, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quenq; urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida uox silescat, respirent à controuersijs litigantes, habeant fœderis interuallum, simul ad se ueniant aduersarij non timentes, subeat animos uicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. nec huius tamen religiosi diei ocia relaxantes, obscœnis quibuslibet patimur uoluptatibus detineri. nihil eodem die sibi uindicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula. etiam si in nostro ortu aut natali celebranda solennitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemq; patrimonij sustinebit, si quis unq; hoc die festo spectaculis interesse, uel cuiuscunq; iudicis apparitor prætextu negocij publici seu priuati hæc, quæ lege hac statuta sunt, crediderit temeranda. D. Idib. Decemb. Constantinop. Zenone & Martiano COSS.

DE IVRISDICTIONE OMNIVM IVDICVM, & de foro competenti. Tit. XIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Seuero & alijs.*

NOn quidem fuit iudex procurator noster in lite priuatorum. sed cum ipsi eum iudicem elegeritis, & is consentientibus aduersarijs sententiam tulerit: intelligitis uos adquiescere debere rei ex consensu uestro iudicatæ: cum & procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas, & uos incongruum esse uobis iudicem eum scientes, tamen audientiam eius elegistis. quod & in alijs similibus iudicibus, tam in actionem proponentis, q̃ in exceptionem opponentis persona locum habebit. D. II. Id. Ianuar. Messala & Sabino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Alexandro.*

IVris ordinem conuerti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur. Nam ubi domicilium reus habet, uel tempore contractus habuit: licet hoc postea transtulerit: ibi tantum conueniri oportet. D. VI. Id. Octob.*.

III. Idem. AA. *Iudææ.*

PRiuatorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli præest iudicio: nec quod is statuit, rei iudicatæ continet authoritatem. D. VI. Kal. Ianuar. AA. & COSS.

IIII. Imp. CONSTANTINVS. A. *ad uniuersos prouinciales.*

NEmo post litem contestatam ordinariæ sedis declinet examen: nec prius præfecti prætorio, aut comitis Orientis, uel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium ueniat. D. Kal. Octobr. Basso & Ablabio COSS.

V. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Vincentio* PP. *Galliarum.*

IN criminali negocio rei forum accusator sequatur. Is uero, qui suam causam, siue criminalem, siue ciuilem, in uetito uocauit examine, sine cælesti oraculo, aut executionem poposcit militarem: actor quidem propositi negocij actione multetur, reus uero pro condemnato habeatur. & tribuni siue uicarij capitalem sibi animaduersionem subeundam esse cognoscant, si uel suam, uel militum executionem interdictam præbuerint. D. V. Kal. Ianuar. Mediolani. Cæsario & Attico COSS.

VI. Imp. HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P.

MAgisteriæ potestati inter militares uiros, uel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quæstionum audiendi concedimus facultatem: præsertim cum idipsum de more litigantium esse uideatur, constetq; militarem reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse, nec si

nec si in culpa fuerit, coërceri. D. v. Kal. Maij. Lucio. v. c. COS.

VII. Imp. ANASTASIVS. A. Constantino P. P.

PEriniquum & temerarium esse perspicimus, eos, qui professiones aliquas seu negociationes exercere noscuntur, iudicum, ad quos eorundem professionum seu negociationum cura pertinet, iurisdictionem & præceptionem declinare conari. Quapropter iubemus huiusmodi hominibus nec cuiuslibet militiæ, seu cinguli, uel dignitatis prærogatiuam in hac parte suppetere: sed eos, qui statutis in quacunq; militia cõnumerati sunt, uel fuerint, uel qui aliquã dignitatem prætendunt, sine quadam fori præscriptione his iudicibus, tam in publicis, cẽ in priuatis causis, obedire compelli, ad quorum sollicitudinem professionis seu negociationis, quam propter militiam exercent, gubernatio uidetur respicere: ita tamen, ut ipsis nihilominus iudicibus, sub quorum iurisdictione militia seu dignitas eorum constituta est, proculdubio respondeant: his uidelicet, qui contra huius tenorem legis uenire tentauerint, militiæ cingulo, seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis.

QVANDO IMPERATOR INTER PVPILLOS ET VIduas, uel alias miserabiles personas cognoscit, & ne exhibeantur. Tit. XIIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Andronicum.

SI contra pupillos, uiduas, uel diuturno morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ iudicium: memorati à nullo nostrorum iudicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere. quinimò intra prouinciam, in qua litigator aut testes uel instrumẽta sunt, experiantur iurgandi fortunam: atq; omni cautela seruetur, ne terminos prouinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli, uel uiduæ, alij'q; fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint: præsertim cum alicuius potentiam perhorrescunt: cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere. D. Kal. Iul. Constantinop. Optato & Paulino COSS.

VBI DE CRIMINIBVS AGI OPORTET. Tit. XV.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Laurinæ.

QVæstiones eorum criminum, quæ legibus aut extra ordinem coërcentur, ubi cõmissæ uel incohatæ sunt, uel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur, perfici debere, satis notum est. PP. IIII. Non. Octobr. Dextro & Prisco COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Niceæ.

SCiens liberum uenundando, plagij crimen committit ab eo itaq; qui super eo queri potest, aditus competens iudex (si is, quem puerum ingenuum uẽdidisse proponis, ibi degit) ibi causam cognoscet. D. II. Non. Febr. Sirmij. CC. COSS.

VBI DE POSSESSIONE AGI oportet. Tit. XVI.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Festum procons. Africæ.

VBi aut uis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est: ibi loci iudicem aduersus eum, qui possessionem turbauit, conuenit iudicare. D. VIII. Kal. Iun. Gratiano & Dagalaipho COSS.

VBI FIDEICOMMISSVM PETI OPORTET. Tit. XVII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Demetrio.

FIdeicommissum ibi petendum esse, ubi hæreditas relicta est, dubitari non oportet. PP. VIII. Kal. Septemb. Chilone & Libone COSS.

VBI CONVENIATVR, QVI CERTO LOCO dare promisit Tit. XVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Heraclidæ.

QVi certo loco sese soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria actione & in alio loco potest conueniri, in qua uenit æstimatio, quod alterutrius interfuit, suo loco potius, & in eo, in quo petitur, solui. D. VI. Id. Mart. Fusco & Dextro COSS.

VBI IN REM ACTIO EXERCERI debeat. Tit. XIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Pancratio.

IN rem actio non contra uẽditorem, sed contra possidentem competit. frustra itaq; desideras, non tecum congredi, sed cum auctore tuo dominium uindicantem, cum te possidere contendas. Nam si denunciasti ei, qui tibi uendidit: intelligit euictionis periculum. Nec enim iurisdictionis forma, in eadem prouincia constitutis tam petitore & possessore, ob auctoris personam, quem in alia prouincia dicis cõsistere, debet immutari. D. Idib. April. AA. & COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad uniuersos prouinciales.

SI quis alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustineat: debet statim in iudicio dominum nominare: ut siue in eadem ciuitate degat, siue in agro, siue in alia prouincia sit: certo dierum spacio à iudice definiẽdo, eoq; ad notionem eius perducendo, uel ipse in locis, in quibus prædium situm est, peruenieris, uel procuratorem mittẽs, actoris intẽtiones excipiat. Si uero post huiusmodi indultum tempus minime hoc, quod dispositum est, facere maluerit: tanc̃ lite, quæ ei ingeritur, ex die, quo possessor ad iudicium uocatus est, ad interrumpendam longi temporis præscriptionem contestata: iudex, utpote domino possessionis nec post huiusmodi humanitatem præsentiam sui faciente, edictis legitimis eum citare curabit: & tunc in eadem uoluntate eo permanente, negocium summatim discutiens, in possessionem rerum actorem mitti non differet: omni allegatione absenti principali quæstione seruata. D. X. Kal. Augusti. Basso & Ablabio COSS.

III. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA.

ACtor rei forum, siue in rem, siue in personam sit actio, sequitur. Sed in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionem aduersus possidentem moueri. D. X. Kal. Iul. Arcadio & Bautone COSS.

VBI DE HAEREDITATE AGATVR, VEL VBI hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant. Tit. XX.

I. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Messalæ.

ILlic, ubi res hæreditarias esse proponis, hæredes in possessionem rerum hæreditariarum mitti postulandum est. Vbi autem domicilium habet, qui conuenitur: uel si ibi, ubi res hæreditariæ sitæ sint, degit: hæreditatis erit controuersia terminanda. D. VII. Kal. Maij. Seculari & Donato COSS.

VBI DE RATIOCINIIS, TAM PVBLICIS, & priuatis, agi oportet. Tit. XXI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Gerontio.

EVm, qui aliena negocia, siue ex tutela, siue ex quocunq; alio titulo administrauit, ubi hoc gessit, rationem oportet reddere. D. VII. Kal. Aug. Annibalione & Asclepiodoto COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Macedonio Mag. Mil.

NEmo post depositum cingulum, suæ priuatæ uitæ redditus, ob negocium, quod militiæ causa est ei exortũ, pstandi ratiocinij gratia eius numeri, in quo militauit, uel quẽ ipse gessit, à quocunq; pulsatus fori præscriptionibus utatur. unumquẽq; em̃ sup huiusce modi causis

causis publicis, quas dum militaret exercuit, uel super ratiocinijs militaribus, per quæ suos contubernales afflixisse adscritur, in militari oportet iudicio respondere: in quo & instructio sufficiens, & nota testimonia, & uerissima possunt documenta præstari. D. II. Id. Iun. *. COSS.

VBI CAVSAS STATVS AGI OPORTEAT. Tit. XXII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Aurelio Aristocrati.*

QVæ â te, cum tibi seruiret, refugit, & in aliam prouinciam se contulit, libertatem sibi uindicans: non iniuria eo loco litigare compellenda est, unde quasi fugitiua recessit. ideoq; remittere eam in prouinciam, in qua seruiuit, præses prouinciæ, qui eo loco ius repræsentat, curæ habebit: sed nõ ubi deprehẽsa est, audiri debet. PP. XIII. Kal. Septembr. Pompeiano & Peligno COSS.

II. *Imp.* DECIVS. A. *Felici.*

PRocuratores nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est. PP. Kal. Decembr. Decio. A. II. & Grato COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Zenoniæ.*

SI in possessione libertatis constituta est: cum in status etiam quæstione actor rei forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quæ ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur. D. II. Id. Maij. AA. COSS.

IIII. *Iidem.* AA. & CC. *Sisinniæ.*

SI ex possessione seruitutis in libertatẽ quis ꝓclamat: ibi agi oportere status causam, ubi domicilium constitutum habet, qui se dominum dicit, non est ambigui iuris. D. II. Non. Mart. Byzantio. CC. COSS.

V. *Iidem.* AA. & CC. *Diogeni præsidi Insularum.*

IAmdudum à nobis statutum est, ut si quæ causæ libertinitatis & seruitutis in prouincijs inter fiscum & priuatos exorirentur: ad rationalem uel magistrum priuatæ rei, hoc est unde motæ essent quæstiones, remitterẽtur. si quæ uero ingenuitatis essent: â rectore prouinciæ examinarẽtur. D. IIII. Non. Auguſt. CC. COSS.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

IN litibus, in quibus utrum ingenuus, an libertinus sit aliquis, quæritur: quinquennij dimensionem, post quod diuino adiutorio opus esse ueteres leges præcipiebant, in posterum cessare sancimus: & huiusmodi lites etiã post memoratũ tempus ad exemplum cæterarũ, uel in ꝓuincijs apud earũ moderatores, uel in hac alma urbe apud cõpetentes maximos iudices examinari. quod etiam si clarissima persona super tali conditione uel etiam seruili quæstionem patiatur, tenere censemus. D. III. Non. Auguſt. *

VBI QVIS DE CVRIALI, VEL COHORTALI, ALIÁVE conditione conueniatur. Tit. XXIII.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Floro* P. P.

SIquis uel curiæ, uel officijs iudicũ, aut alijs quibuscunq; corporibus obnoxius, intra prouinciam ab his erit, quos aufugit, cõprehensus: non exspectata eiusdem iudicis notione, sub quo per ambitũ cœperat militare, penitusq; emẽdicati honoris præscriptiõe submota à iudice, qui in locis fuerat aditus, audiatur: manifestarũq; rerum probatione conuictus, eorum societati, quos declinauerat, aggregetur. D. XII. Kal. Auguſt. Mediolani. Cæsario & Attico COSS.

II. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Cyro* P. P.

HAc perpetua lege sancimus, prouincialibus iudicijs non posse fori præscriptionem opponere eos, qui ad curias uocantur, uel cohortalibus deberi dicentur officijs, uel alijs corporibus obnoxij sunt: eos etiam, qui superexactiones uel concussiones perpetrasse firmentur. exceptis uidelicet his, qui armata militia prædi ti sunt, uel aliàs speciali beneficio principali sese defendunt: ita tamen, ut cui ex militaribus uiris curiæ nomen uel cohortalis offi cij quæstio ingeratur, rector prouinciæ super eius nomine tam ad sedem tuæ magnificentiæ, q; ad magisteriam, uel ad competentem referat potestatem: ut hi, qui uelut debiti postulentur, prouinciali iudicio destinati, ibi euentum iudicij exspectent, ubi iura moueri præcipiunt huiusmodi quæstiones. Super publicis autẽ functionibus & debitis nemini liceat fori præ-

fori præſcriptionē opponere præter eos,qui ſpecialiter excepti ſunt. cæteros excelſæ tuæ ſedis & rectorum prouinciarum in quolibet negocio declinare minime poſſe iudicium decernimus: ita,ut qui tam ſaluberrimam legem pertinaciter uiolare tentauerint, ſciant à moderatoribus prouinciarum aduerſus ſe tanc̄p̄ contumaces ſententiam proferendam. D. XII. Kal. Octobr. Cyro. V.C. COS.

VBI SENATORES VEL CLARISSIMI CIVILITER uel criminaliter conueniantur. Tit. XXIIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Octauium comitem Hiſpaniarum.

QVicunq; nō illuſtri,ſed clariſſima dignitate tantum præditus,uirginem rapuerit, uel fines aliquos inuaſerit,uel in aliqua culpa ſeu crimine fuerit deprehenſus: intra prouinciam,in qua facinus perpetrauit,publicis legibus ſubiugetur, nec fori præſcriptione utatur. omnem enim huiuſmodi honorem reatus excludit. D. II. Non. Decembr. Gallicano & Baſſo COSS.

II. Imppp. VALENS. GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Senatum.

SEnatores in pecuniarijs cauſis,ſiue in hac alma urbe,ſiue in ſuburbanis degunt,in iudicio tā prætorianæ præfecturæ,c̄p̄ urbicariæ,necnon magiſtri officiorum(quoties tamē ad eum noſtræ pietatis emanauerit iuſſio)in prouincijs uero,ubi larem fouent, aut ubi maiorem partem bonorum poſſident,& aſſidue uerſantur,reſpondebunt. D. Kal. Mart. *.

III. Imp. ZENO. A. Aradio P.P.

QVoties uiro forte patricio,uel expatricio, uel ei quem prætorianæ uel urbicariæ ampliſſimæ ſedis adminiſtratio illuſtrauit,uel conſulari uiro quē tam ordinaria profeſſio c̄p̄ ſacræ noſtræ pietatis pariter ſublimauit oratio,quiūe magiſteriæ poteſtatis ſudoribus clarus factus eſt,uel ei qui magiſtriofficiorum uel quæſtoris officio functus aut ſacræ noſtræ pietatis cubiculo præpoſitus poſt depoſitam adminiſtrationem ſenatorio ordini ſociatus eſt,aut cui noſtra ſerenitas domeſticorum ſcholam regendam mandauit,cuiūe ſacros noſtri numinis theſauros aut res priuatas noſtræ pietatis uel ſereniſſimæ Auguſtæ noſtræ coniugis gubernandas iunxit:poſt depoſitam uidelicet adminiſtrationem,crimen publicum priuatumūe (cui tamen non per procuratorem reſpondere liceat)in hac alma urbe,uel in prouincijs commoráti ingeratur:nullius alterius iudicis,niſi noſtræ pietatis huiuſmodi eſſe cognitionē,uel ſacri tantūmodo cognitoris,cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negocij audientiam uice ſua ſacris apicibus mittendis mandauerit:ita tamen,ut apud illum iudicem nullius officij uel ſcholæ intercedēte miniſterio,more atq; habitu ſacrarum conſultationum,abſq; ulla uidelicet obſeruatione dierum fatalium introductæ cauſæ,uiris deuotiſſimis ſacri noſtri ſcrinij libellenſibus ſolennia implentibus,audiantur:et qui in crimen uocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur. Sedendi quoq; in aliqua ſecretarij parte,quæ iudicibus inferior,altercantibus uero ſuperior eſſe uideatur,habituro licentiā. Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut ne ſacro quidem cognitori noſtro,poſtc̄p̄ crimen fuerit parefactum,contra huiuſmodi uiros uel eorum ſubſtantias ſtatuendi aliquid concedamus facultatem: ſed hoc ſolum modo in huiuſmodi uiros uice quoq; principis audituro licebit,ut intentatum apud ſe crimen ,ſi patefactum fuerit, ad principalem referat noticiam. Vltionis autē tantis inferendæ dignitatibus modus non niſi in principis ſedebit arbitrio:cum ſit certum,oportere accuſatoris calumniam,reo penitus abſoluendo,inconſulta quoq; noſtra ſerenitate,prout leges ſanciunt,coërceri: niſi forte accuſator quoq; nō minoris,c̄p̄ reus,ſit dignitatis.in hoc nāq; caſu ſuper coërcenda huiuſmodi accuſatoris calumnia nō immeritò conſulenda erit principalis authoritas. Viros autē illuſtres in hac inclyta urbe degentes,qui ſine adminiſtratione honorarijs decorati fuerint codicillis: licet talem prærogatiuam noſtræ iuſſionis meruerint,ut quod nō egerint,uideantur egiſſe: in criminalibus cauſis magnificæ tuæ ſedis & illuſtriſſimæ urbicariæ præfecturæ,necnon etiam uiri magnifici magiſtri officiorum(quoties tamen ad eius iudicium ſpecialis noſtræ pietatis emanauerit iuſſio)ſententijs reſpondere decernimus:ita,ut huiuſmodi uiri ſedendi quidē in cognitionibus dicendis minime ſibi uindicent facultatem.Sciant autem ipſi quoq;,nec de ſe, nec de ſuis facultatibus iudicaturos aliquid,nec probatis criminibus,niſi prius ad noſtram pietatē retulerint,poſſe ſtatuere. Quoties autē uiri illuſtres in prouincijs conſtituti,non hi tamē,quorum cognitio ad noſtrā maieſtatē, uel ad iudicem uice numinis noſtri auditurum pertineat, inquerimoniā fuerint criminalē uocati:& ſedendi,cū celebratur cognitio,in ſecretarijs iudicantiū

ius con-

ſus conſequãtur: & iudices patefactis quoq; criminibus, ferendis contra huiuſmodi uiros uel facultates eorum ſententijs abſtineant, dum noſtræ pietatis ad ſuas meruerint relationes reſpon-ſum: ſupplicio uidelicet, quod accuſatoribus patefacta eorũ calumnia ingerendũ eſt nec apud prouinciales iudices, ſi nõ ſic, ut ſuperius dictũ eſt, ſimilẽ dignitatem habeant, differendo.

IN QVIBVS CAVSIS MILITANTES FORI PRAEſcriptione uti non poſſunt. Tit. XXV.

I. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *Florentio* P.P.

OMnes omnino domeſticos, & agentes in rebus, & quæcunq; prætendatur militia, uel dignitas, ſub moderatoribus prouinciarum pro functionibus publicis reſpondere ſancimus: nulla fori præſcriptione ualitura, ſi hac, qui exiguntur publica debita, uti tentauerint. Imò & in alijs priuatis actionibus occupatos uolumus reſpõdere, qui uel per prouincias ſociantur, uel cõductorũ uocabulis (cũ non armata militia præditi ſunt) defenduntur, ſiue domorum diuinarum, ſiue uirorum potentium, ſeu cuiuslibet conditionis, ſunt conductores: niſi forte cõmeatum ad rem propriam componendam unius anni inducias oſtenderint ſe accepiſſe. eadem forma ſeruanda in his etiam, qui mercandi uel militandi ſacra beneficia meruerũt, ut et ipſi rectoribus prouinciarũ reſpondeant. D. III. Kal. *. Conſtantinop. Theodoſio. A. XVII. & Feſto COSS.

VBI CAVSA FISCALIS, VEL DIVINAE DOMVS, hominumq; eius agantur. Tit. XXVI.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Dioſcoro.*

NOn defenſæ mortis quæſtionẽ apud procuratores noſtros non oportet tractari: nec bona fiſco peti poſſe, quàm ſi de crimine conſtiterit apud eum, cui conuictis pœnã irrogare licet, qs ignorat? Planè defũctis homicidij reis, apud procuratores quoq; cauſam agendã eſſe, ratio permittit. PP. VII. Id. Maij. Laterano & Rufino COSS.

II. *Idem* AA. *Ariſtæ.*

NOn animaduertimus, cur cauſas ad officium procuratorum noſtrorum pertinentes, ad proconſulis notionem aduocare uelis. Nam cum hoc quæratur, an pater tuus mortem ſibi conſciuerit metu alicuius pœnæ, ac propterea bona â fiſco uindicari debeant: iam nõ de crimine, aut pœna mortui, ſed de bonis quærẽdũ eſt. D. XII. Kal. Octobr. Apro & Maximo COSS.

III. *Imp.* ANTONINVS. A. *Heliodoro*

PRocurator meus, qui uice præſidis prouinciæ nõ fungitur, ſicut exigere pœnam deſertæ accuſationis nõ poteſt: ita iudicare, ut ea inferatur, ſententia ſua nõ poteſt. D. X. Kal. Septẽbr. Læto & Cereali COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Maximæ.*

CVm uendente procuratore meo te emiſſe prædia dicas: precium eorum neceſſario ſoluere debes. cum his uero, quibus mandantibus eadẽ prædia emiſſe te & tradidiſſe dicis, agẽte te, procurator meus (ſi eius audientiam elegeris) cognoſcet: ut pecuniam, quæ precij nomine tibi debetur, & uſuras, quæ fiſco exſoluendæ ſunt, conſequi poſſis. PP. IIII. Id. Octobr. Maximo & Paterno COSS.

V. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Vrſum.*

AD fiſcum pertinentes cauſas rationalis decidat, omnibus concuſſionibus prohibendis. D. Non. Febr. Conſtantinop. Feliciano & Titiano COSS.

VI. *Idem.* A. *ad Italicum.*

SI quis aduerſus conductorem noſtrum aliquid agendum crediderit: uiro illuſtri comiti rerum priuatarum referri oportet: ne & iudici exiſtimationis, & officio eius ſalutis immineat diſcrimen. D. Kal. Febr. *. COSS.

VII. *Idem.* A. *ad Bulephorum rationalẽ ſummæ rei.*

DOminicis colonis in patrimonialibus grauitatem tuam cenſuimus diſceptatricẽ eſſe debere. duces em̃ & præpoſitos militum & caſtrorum & rectores prouinciarũ, euocãdis & arceſſendis colonis abſtinere oportet. D. XVI. Kal. Mart. *. COSS.

VIII. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Taurum* P.P.

CVm aliquid colonus uel ſeruus rei priuatæ noſtræ cõtra diſciplinam publicam adſeratur

perpetrare: ad iudicium rectoris prouinciæ uenire cogẽdus est: sic uidelicet, ut præsente rationali uel procuratore domus nostræ inter eum & accusatorem causa tractetur: & si facinus fuerit adprobatum, iuris seueritas exerceat. D. V. Non. Mart. Sirmij. Arbitrione & Lolliano COSS.

IX. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Philippum. V.C.

VNiuersi fiduciam gerant, ut cum quis eorum ab actore rerum priuatarum nostrarum siue à procuratore uexatus fuerit iniurijs: super eius contumelijs uel deprædationibus deferre querimoniam synceritati tuæ, uel rectori prouinciæ non dubitet, uel ad publicam sententiam uindictæ sine trepidatione conuolare. quæ res cum fuerit certis probationibus declarata: sancimus & edicimus, ut si in prouincia hanc audaciã quisq; moliri ausus fuerit: publice uiuus concremetur. D. III. Non. Iul. Heracliæ. Valentiniano & Valente AA. COSS.

X. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Polemiũ P. P.

NVllum ex officio rationalis, qui exactioni uel chartis inseruiat, in alio iudicio abduci oportet: nisi forte cuiuspiã caput accusatio legibus instituta pulsauerit. D. III. Kal. Maij. Arcadio & Bautone COSS.

XI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Artaxi præposito sacri cubiculi.

HAc lege sancimus, ut siue agat domorum nostrarum colonus, aut inquilinus, uel seruus, seu pulsetur ab aliquo super criminali uel ciuili negocio: non alibi, quàm tui culminis, ac uiri spectabilis comitis domorum petatur examen: nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. D. V. Id. April. *.

QVANDO LICEAT VNICVIQVAE SINE IVDICE uindicare se, uel publicã deuotionem. Tit. XXVII.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad puinciales.

IBeram resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunq; militum uel priuatorum ad agros nocturnus populator intrauerit, aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit, p̃missa cuicũq; licẽtia digno ilico supplicio subiugẽt, & mortem, quam minabatur, excipiat, & id, quod intendebat, incurrat. melius est enim occurrere in tempore, quàm post exitum uindicare. Nostram igitur uobis permittimus ultionem: & quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto: ut nullus parcat miliți, cui obuiare telo oporteat, ut latroni. D. Kal. Iul. Tatiano & Symmacho COSS.

II. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Adiano P. P.

OPprimendorum desertorum facultatem prouincialibus iure permittimus. qui si resistere ausi fuerint: in his uelox ubicunq; iubemus esse supplicium. Cuncti etenim aduersus latrones publicos, desertoresq; militiæ ius sibi sciant pro quiete cõmuni exercendæ publicæ ultionis indultum. D. V. Non. Octobr. Theodosio. A. & Rumoridio COSS.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO Tit. XXVIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Victorino.

CVm de inofficioso matris suæ testamẽto filij dicere uelint aduersus eũ, qui ex causa fideicõmissi hæreditatem tenet: non est iniquũ, hoc eis accommodari: ut perinde fideicõmissarius teneatur, ac si pro hærede, aut p̃ possessore possideret. PP. V. Kal. Iul. Falcone & Claro COSS.

II. Iidem. AA. Lucretio.

QVamuis de inofficioso testamẽto acturũ te, bonorũ possessionẽ accepisse, p̃ponis: tñ scriptis hæredibus auferre possessionẽ inciuile est. D. IIII. Kal. Decẽbr. Dextro & Prisco COSS.

III. Iidem. AA. Ianuario.

SI mater filijs duobus hæredibus institutis, tertio post testamentum suscepto, cum mutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisse: merito, utpote nõ iustis rationibus neglectus, de inofficioso querelã institutam agere poterat. Sed cũ eam in puerperio uita decessisse proponas: repentini casus iniquitas per cõiecturã maternæ pietatis emẽdanda est. Quare filio tuo, cui nihil præter maternũ fatũ imputari potest, perinde uirilẽ portionẽ tribuendã esse cẽsemus, ac si oñes filios hæredes instituisset. Sin aũt hæredes scripti extranei erãt: tunc de inofficioso testamẽto actionẽ instituere nõ prohibeẽ. PP. VIII. Kal. Iul. Laterano & Rufino COSS.

IIII. Iidem. AA. Soterico & alijs.

Cum ex

CVm ex causa fideicommissi secundum decretum prætoris in libertate morati sitis, filios etiam susceperitis: quamuis postea domini uestri testamentum inofficiosum sit pronunciatum, agente filio: non est æquum, fieri uobis libertatis quæstionem. PP. VI. Id. Mart. Antonino II. & Geta II. COSS.

V. Imp. ANTONINVS. A. Helio.

SI pater tuus post litem contestatam, uel postq̃ proposituṁ habuisset inofficiosum fratris testamentum dicere, te hærede relicto decessit: causam cœptam, uel quocunq; modo illi placitam, exsequi non prohiberis. PP. II. Non. Octobr. Gentiano & Basso COSS.

VI Idem. A. Ingenuo.

CVm q̃ritur, an fratres de inofficioso fratris testamento possint dicere, si quartã bonorũ partẽ mortis tẽpore testator reliqt, inspiciẽ. PP. VII. Kal. Iul. Romæ. Duob. & Aspris COSS.

VII. Idem. A. Secundo.

NEptem defuncti actione de inofficioso testamẽto (quamuis pater eius emãcipatus fuerat defunctus) experiri posse, ignorare nõ debes. PP. VI. Kal. Iul. Romæ. Læto & Cereali COSS.

VIII. Imp. ALEXANDER. A. Florentino.

PARẽtibus arbitrium diuidendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est: dum modo non minus, qui pietatis sibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex iudicio parẽtis obtineat. Qui autem agnouit iudicium defuncti, eo quòd debitum paternum pro hæreditaria parte persoluit, uel alio legitimo modo satisfecit: etiam si minus, quàm ei debebatur, relictũ est: si is maior uigintiquinq; annis est: accusare ut inofficiosam uoluntatem patris, quam ꝓbauit, non potest. PP. VII. Id. Febr. Maximo II. & Aeliano COSS.

IX. Idem. A. Romanæ.

DE inofficioso testamẽto militis, uel iure militari, uel ciuili facto, uel centurionis, uel tribunitii numeri, nec filios posse q̃ri, ius certũ est. PP. Idib. Maij. Maximo II. & Aeliano COSS.

X. Idem. A. Quintiliano.

SI hæredum Quintiliani, quem patrẽ tuum esse dicis, aduersus quos de inofficioso testamẽto acturus eras iure successionis, bona ad fiscum pertinent, uel ipsius Quintiliani bona utpote uacantia fiscus tenet: causam apud ꝓcuratorem nostrum agere potes. PP. II. Id. Augusti. Maximo II. & Aeliano COSS.

XI. Idem. A. Ingenuo.

INarenam non damnato, sed sua sponte arenario cõstituto, legitimæ successiones integræ sunt, sicut ciuitas & libertas manet. Sed si testamẽtum parẽs eius fecit: neq; de inofficioso testamento accusatio, neq; bonorum possessio ei cõpetit. nam talẽ filiũ merito quis indignũ successione iudicat, nisi & ipse similis cõditionis sit. PP. IIII. Kal. Januar. Iuliano & Crispino COSS.

XII. Idem. A. Liciniano & Diogeni.

SI pater puellæ, cuius uos curatores esse dicitis, filio ex semisse, ipsa autem ex triente, & uxore ex reliquo sextãte scriptis hæredibus, fidei filiorũ cõmisit, ut siquis eorũ infra uigintiquinq; annos ætatis decederet, superstitibus portionẽ suam restitueret: præterea uxori, ut id, quod ex causa hæreditatis ad eam peruenisset, filijs post mortem suam restitueret, fideicommisit: calumnioſam inofficiosi actionẽ aduersus iustum iudicium testatoris instituere non debetis: cũ et huiusmodi fideicommissaria restitutione, tam matris, quàm fratris eius portio ad eam poterat peruenire. PP. Non. Decembr. Alexandro A. III. & Dione COSS.

XIII. Imp. GORDIANVS. A. Prisciano.

CVm duobus hæredibus institutis, uno ex quinq;, altero ex septem uncijs, aduersus eũ, qui ex septem uncijs hæres scriptus fuerat, iusta querela contendisse, ab altero autem te uictũ fuisse allegas: pro ea parte, qua resolutum est testamentum (cum iure intestati, qui obtinuit, succedat) neq; legata, neq; fideicõmissa defendentur: quamuis libertates & directæ cõpetant, & fideicõmissariæ præstari debeant. PP. III. Kal. Febr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XIIII. Idem. A. Prisco.

EVm, qui inofficiosi querelam delatam non tenuit, â falsi accusatione non submoueri placuit. idem obseruatur, si ex contrario falsi crimine instituto uictus, postea de inofficioso actionem exercere maluerit. PP. VI. Kal. Decembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XV. Imp. PHILIPPVS. A. Aphrodisiæ.

FIlliam præteritã â matre, ad successionẽ eius citra inofficiosi querelã adspirare nõ posse, explorati iuris est. PP. V. Kal. Aug. Philippo. A. & Titiano COSS.

XVI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & Valerian. N. Cæs. Theodoræ.

CONtra maiores uigintiqninq; annorum duplicem actionem inferentes, primam quasi testamentum non sit iure perfectum, alteram quasi inofficiosum, licet iure perfectum: præscriptio ex prioris iudicij mora quinquennalis temporis non nascitur, quæ officere non cessantibus non potest. PP. Idib. August. Tusco & Basso COSS.

XVII. Impp. CARINVS & NVMERIANVS. AA. Floræ.

CVm filium tuum, te præterita, sororem hæredem instituisse proponas: inofficiosi querelam apud præsidem prouinciæ persequi potes. PP. II. Id. Febr. Carino. II. & Numeriano AA. COSS.

XVIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Faustinæ.

CVm te pietatis religionem non uiolasse, sed mariti coniugium, quod fueras sortita, dissidere noluisse, ac propterea offensum atq; iratum patrem ad exhæredationis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamẽti querelam inferre non uetaberis. S. Kal. Maij. Maximo. II. & Aquilino COSS.

XIX. Idem. AA. Apollinari.

SI filiam tuam, eo quôd turpiter & cum flagitiosa fœditate uiuit, à successione tua excludendam putes: si non incõsulto calore, sed ex meritis eius ad id odium incitatus es: postremi iudicij liberum arbitrium habebis. D. XV. Iul. Sirmij. Ipsis. AA. COSS.

XX. Idem. AA. & CC. Sauiano.

FIlia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre uolente nupsit, colens concordiam, iustas offensionis post eiusdem matris pœnitentiam causas non præstat: nec ex momentariis uoluntatibus matris nupta atq; uidua iure esse compellitur. D. Non. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

XXI. Idem. AA. &. CC. Alexandro.

FRatris uel sororis filij, patrui uel auunculi, amitæ etiam & materteræ testamentum inofficiosum frustra dicunt: cum nemo eorum, qui ex transuersa linea ueniunt, exceptis fratre & sorore, ad inofficiosi querelam admittatur. de falso sanè per accusationem criminis queri non prohibentur. D. *. CC. COSS.

XXII. Idem AA. & CC. Tantillæ.

SI maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit hæredem: filia autem, quam habuit in potestate, exhæredata iure facta minime phibetur: nihilq; ei relictum est, neq; iustas causas offensæ præstitisse expresse conuincitur: eam de inofficioso testamento patris querentem, totam hæreditatem obtinere posse, non ambigitur. Quôd si iam obtinuit, uel postea uindicat: quodcũq; maritus mortis suæ tẽpore debuisse tibi perhibetur, id ab ea reddi oportet. D. Idib. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XXIII. Idem. AA. & CC. Philippæ & alijs.

TEstamenti factione per testationem uos interdixisse matri profitentes, iustam causam offensæ manifeste testamini. D. V. Id. Septembr. CC. COSS.

XXIIII. Idem. AA. & CC. Successo.

TEstamentum militis filijfamilias in castrensi peculio factũ, neq; à patre, neq; à liberis eius per inofficiosi querelam rescindi potest. D. III. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XXV. Idem. AA. & CC. Menedoto.

FIlijs matrem, quæ de mariti moribus secum suspicetur, ita posse consulere, iure compertum est, ut eos sub ea conditione instituat hæredes, si à patre fuerint emancipati: atq; eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re accipere non uideri, qui conditioni minime obtemperauit: neq; ei nomine filiorum inofficiosi eo modo actionem posse competere, quibus nullam iniuriam fecerit mater, sed potius putauerit prouidendum, & ideo restituere debet. D. IIII. Non. Iul. Antiochiæ. Titiano & Nepotiano COSS.

XXVI. Idem. AA. & CC. Serapioni suo S. D.

EX tribus uncijs hærede instituto filio: intra pubertatis annos directam non inutiliter à patre fieri substitutionem, certum est. D. V. Kal. Septembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XXVII. Imp. CONSTANTINVS. A. Verino.

FRatres uel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentũ fratris uel sororis penitus arceantur. Consanguinei autem, durante adgnatiõe, uel non, contra testamentum fratris sui uel sororis inofficiosi quæstionem mouere possunt: si scripti hæredes infamiæ, uel turpitudinis, uel leuis notæ macula adspergantur, uel liberti, qui perperam & non bene merẽtes: maximisq; beneficijs suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto seruo necessario hærede instituto. D. Idib. August. Sirmij. Crispo. II. & Constantino. Cæs. II. COSS.

Idem

XXVIII. *Idem. A. ad Claudium præsidem prouinciæ.*

Liberi de inofficioso querelam contra testamentum parentum mouentes, probationes debent præstare, quòd obsequium debitum continue, prout ipsius naturæ religio flagitabat, parentibus adhibuerint: nisi hæredes scripti ostendere maluerint, ingratos liberos contra parentes exstitisse. Sin aũt mater cõtra filij testamẽtũ inofficiosi actionẽ instituat: inquiri diligenter iubemus, utrũ filius nulla ex iusta causa læsus, matrẽ in nouissima læserit uolũtate, nec luctuosã ei & legitimã reliquerit portionẽ, ut testamẽto rescisso matri successio deferat. Si tamẽ mater inhonestis factis & indecentibus machinationibus filium forte obsedit, insidijsq; eum clandestinis uel manifestis appetijt, uel inimicis eius suas amicicias copulauit, atq; in alijs sic uersata est, ut inimica eius potius, q̃ mater crederetur: hoc probato, etiam inuita adquiescat filij uoluntati. D. III. Id. Febr. Crispo. II. & Constantino Cæs. II. COSS.

XXIX. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P. P.

Quoniam nouella constitutio diui Leonis ante nuptias donationem à filio conferri ad similitudinem dotis, quæ à filia confertur, præcepit: & iam ante nuptias donationem filio in quartam præcipimus imputari. Eodemq; modo cum pater uel mater pro filia dotem, uel pro filio ante nuptias donationem, uel auus paternus aut maternus, uel auia paterna aut materna pro sua nepte uel pro suo nepote, uel proauus itidem paternus aut maternus, uel proauia paterna aut materna pro sua pronepte uel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dotem uel donationem conferri, uerumetiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam, q̃ ante nuptias donationem, præfato modo uolumus imputari, si ex substantia eius profecta sit, cuius de hæreditate agitur. D. Kal. Maij. Ipso. A. II. COS.

XXX. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ.*

Omni modo testatorum uoluntatibus prospicientes, magnam & innumerabilem occasionem subuertendæ eorum dispositionis amputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, uel alio modo subuertendis moueri solebant actiones, certa & statuta lege tam mortuis consulere, q̃ liberis eorum, uel alijs personis, quibus eadem actio cõpetere poterat: ut siue adijciatur in testamento de adimplenda legitima portione, siue non: firmum quidem testamentum sit, liceat uero ijs personis, quæ testamentum quasi inofficiosum uel alio modo subuertendũ queri poterant, id, quod minus portiõe legitima sibi relictum est, ad implendum eam sine ullo grauamine uel mora exigere: si tamen non ingrati legitimis modis arguantur, cũ eos scilicet ingratos circa se fuisse testator edixit. Nã si nullã eorum quasi ingratorum fecerit mentionem: non licebit eius hæredibus ingratos eos nominare, & huiusmodi quæstionem introducere. Et hæc quidẽ de ijs personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hæreditate, uel legato, uel fideicommisso, licet minorem legitima portione, reliquerint. Sin uero uel præterierint aliquam eorũ personam iam natam, uel ante testamentum quidem conceptam, adhuc uero in uentre constitutam, uel exhæredatione, uel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint: tunc uetera iura locum habere sancimus, nullam ex præsente promulgatione nouationem acceptura. Imputari uero filijs, alijsq; personis, quæ dudũ ad inofficiosi testamenti querelam uocabantur, in legitimam portionem & illa uolumus, quæ occasione militiæ ex pecunia mortui in eisdem personis adquisita posse lucrari eas personas manifestum est: eo quòd talis sit militia, ut uendatur, uel mortuo militante certa pecunia ad hæredes eius perueniat. ita tamen, ut ille gradus eiusdem militiæ inspiciatur, quem morte testatoris militans obtinet: ut tanta ei pecunia in legitimam portionem computet̃, quantam dari constitutum est, si in eo gradu mortuus esset is, qui militiam ex pecunijs testatoris adeptus est. exceptis solis uiris spectabilibus silentiarijs sacri nostri palacij, quibus præstita iam specialia beneficia (tam de alijs capitulis, q̃ de pecunijs super memorata militia à parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis computentur) rata esse præcipimus. in cæteris uero personis prædictam obseruationem tenere uolumus. D. Kal. Iun. Constantinop. Iustiniano. A. II. COS.

XXXI. *Idem. A. Mennæ P. P.*

Quæ nuper ad testamenta conseruanda nec facile retractanda sanximus, ut portione legitima minime illis personis derelicta, quæ ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus uocabantur legibus, non periclitentur testamenta, sed quod deest legitimæ portioni, id est quartæ parti scilicet ab intestato successionis, tantum repleatur: exceptis illis, quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus prisca iura illibata seruamus: etiam ad testamenta sine scriptis facienda locum habere sancimus. D. II. Id. Decemb. DN. Iustiniano. A. II. COS.

XXXII. Idem. A. Mennæ P. P.

QVoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, ut siquid minus legitima portione iis derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem mouere poterant, hoc repleatur, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur: hoc in præsenti addendum esse censemus, ut si conditionibus quibusdam, aut dilationibus, aut aliqua dispositione moram, uel modum, uel aliud grauamen introducente, eorum iura, qui ad memoratã actionem uocabantur, imminuta esse uideantur: ipsa conditio, uel dilatio, uel alia dispositio moram uel quodcunq; onus introducens, tollatur, & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. D. II. Kal. April. Decio. V. C. COS.

XXXIII. Idem. A. Demostheni P. P.

SI quis testamento maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam autem alij uel alijs de stirpe sua progenitis, ipsam tamen legitimam siue in hæreditate, uel in legato, uel in fideicommisso, ut non possit locus inofficiosi testamenti querelæ fieri: & ille quidem, qui ex paruulo genitoris sui consequebatur substantiam, eam suscipere maluerit: qui autem ex maiore parte eam amplexus est (siue unus, siue plures sint) statim & sine contentioso proposito uel ulla mora eã restituere noluerit, sed inspecto iudiciorũ strepitu & multis uarijsq; certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia iudicis uix eam reddiderit: crudelitatem eius pœna competenti aggredimur, ut si hæc fuerint subsecuta, non tantum in quo testator uoluit eum restituere, condemnetur: sed etiam aliam tertiam partem quantitatis, quæ fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur, ut auaricia eius legitimis ictibus feriatur: alijs omnibus, quæ in eodem testamento uel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis.

Legis autẽ ueteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubescat lex posita, quã Iulius Paulus in suis scripsit quæstionibus, hanc prissimam aggredimur sanctionem. cum enim infantem suum nõ posse ingratum à matre sua uocari scripsit, neq; propter hoc ab ultima suæ matris hæreditate repelli, nisi hoc odio fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est: hoc iniquum iudicantes, ut alieno odio alius prægrauetur, penitus delendũ esse sancimus: & huiusmodi causam liberis non tantum infantibus, sed etiam quancunq; ætatem agentibus opponi minime concedimus: cum possit sub conditione emancipationis hæreditatẽ suam mater filio derelinquẽs, & patris odium punire, & iuri filij sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satis enim crudele nobis esse uidet̃, eũ, qui nõ sentit, ingratũ existimari. D. XII. Kal. Octob. Decio. V. C. COS.

XXXIIII. Idem. A. Ioanni P. P.

SI quis filium suum exhæredatum fecerit alio scripto hærede, reliquerit autem ex eo nepotem uel uiuum uel in uentre nurus suæ constitutum, deliberante uero scripto hærede filius exhæredatus decesserit, nulla hæreditatis petitione ex nomine de inofficioso cõstituta uel præparata: omne adiutorium nepotem dereliquit. nec enim pater nepoti aliquod ius, cum decesserit, contra patris testamentum dereliquit: quia postea & adita est ab extraneo hæreditas, & superuixit auo pater eius, ut neq; ex lege Vellea possit in locum patris sui succedere, & rescindere testamentum. & hoc nonnulli iurisconsulti in medio proponentes, inhumane reliquerunt. Sed nos, qui omnes subiectos nostros & filios & nepotes habere existimamus paterna affectione & imitatione, secundum quod possibile est, de omnium commodis perspicientes: iubemus in tali specie eadẽ iura nepoti dari, quæ filio habebat: & licet præparatio facta nõ est ad inofficiosi querelam instituendam, tamen posse nepotem eandem causam proponere. & si non hæres apertissimis probationibus ostenderit, ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse: testamento remoto ab intestato eum uocari, nisi certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta est. tunc etenim secundum nouellam nostri numinis constitutionem repletio quartæ partis nepoti supereſt, si qua patri eius competebat: & perfruatur nostro beneficio à uetustate quidẽ neglectus, à nostro autem uigore recreatus: nisi pater adhuc superstes uel repudiauit querelã, uel quinquennio tacuit, scilicet post aditã hæreditatẽ. D. III. Kal. Aug. Lampadio & Oreste COSS.

XXXV. Idem. A. Ioanni P. P.

SI quando talis concessio imperialis processerit, per quam libera testamenti factio concedatur: nihil aliud uideri principem concedere, nisi ut habeat legitimam & consuetam testamenti factionem. Neq; enim credendum est, Romanum principem, qui iura tuetur, huiusmodi uerbo totam obseruationem testamentorum multis uigilijs excogitatam atq; inuentã uelle euerti. Illud etiam sancimus, ut si quis à patre certas res uel pecunias accepisset, & pactus fuisset, quatẽnus de inofficioso querela aduersus testamentum paternum minime ab eo moueretur, & post obitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnouerit eius iudicium, sed oppugnan

pugnandum putauerit:uetere iurgio expulso,huiusmodi pacto filium minime prægrauari secundum Papiniani responsum,in quo definiuit,meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos,& pactionibus adstringendos. sed hæc ita admittimus,nisi transactiones ad hæredes paternos filius celebrauerit,in quibꝰ apertissime iudiciũ patris agnouerit. Et generaliter definimus,quando pater minus legitima portiõe filio reliquerit,uel aliquid dederit, uel mortis causa donatione,uel inter uiuos, sub ea conditione,ut hæc inter uiuos donatio in quartam ei computetur:si filius post obitum patris hoc,quod relictum uel donatum est,simpliciter agnouerit, forte & securitatem hæredibus fecerit,quod ei relictum est accepisse,non adijciens,nullam sibi supereſſe de repletione quæstionem:nullum sibi filium facere præiudicium,sed legitimam partem repleri:nisi hoc specialiter siue in apocha,siue in transactione scripserit, uel pactus fuerit, quòd contentus relicta uel data parte de eo,quod deest,nullam habet quæstionem.tunc etenim omni exclusa querela,paternũ amplecti cõpellet iudiciũ. Quæ omnis sanctio suas radices extendat,nõ solum ad filiũ uel filiam,sed etiã ad omnes personas, quæ de inofficioso querelã contra mortuorum nltima elogia possunt mouere. D. Kal. Septembr. Lampadio & Oreste COSS.

XXXVI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

SCimus antea constitutionem esse relatam,qua cautum est,si pater minorem debita portione filio suo reliquisset:omnimodo,etsi non adijciatur,uiri boni arbitratu repleri filio, attamen ipso iure inesse eandem repletionem. Quærebatur itaq;,si quis rem donatam uel inter uiuos uel mortis causa,uel in legatis, uel in testamento relictam agnouerit, & pro parte sua habuerit,deinde eadem res euicta uel tota uel pro parte fuerit :an debeat ex nostra constitutione pars legitima post euictionem suppleri? uel si ex lege Falcidia minuantur legata, uel fideicommissa,uel mortis causa donationes:debeat tamen & ex hoc casu supplementum introduci: nedum totam Falcidiam accipere hæres nititur,etiam totum commodum hæreditatis amittat. Sancimus itaq; in omnibus illis casibus(siue in totum euictio subsequatur,siue in parte) emendari uicium,& uel aliam rem uel pecuniam restitui,uel repletionem fieri, nulla Falcidia interueniente:ut siue ab initio minus fuerit derelictum,siue extrinsecus qualiscunq; causa interueniens aliquod grauamen imponat,uel in quantitate,uel in tempore: hoc modis omnibus repleri,& nostrum iuuamen purum filijs inferri. Repletionẽ autẽ fieri ex ipsa substantia patris, & non si quid ex alijs causis lucratus est filius,uel ex substitutione,uel ex iure adcrescendi,puta usufructus.humanitatis etenim gratia sancimus,ea quidem omnia quasi iure aduenticio eum lucrari,repletionem autem ex rebus substantiæ patris fieri. Cum autẽ quis extraneo hæredem instituto,filio suo hæreditatẽ suam restituere,cum moriatur,disposuerit,uel in tempus certum restitutionem distulerit:quia nostra constitutio,quæ antea composita est,omnem dilationem,omnemq; moram censuit esse subtrahendam,ut quarta pars pura & mox filio restituatur:in huiusmodi specie quid faciendum sit,dubitatur. Sancimus itaq; quartæ quidem partis restitutionem iam nũc celebrari,non exspectata nec morte hæredis,nec temporis interuallo:reliquum autem,quod post legitimam portionem restat,tũc restitui,quando testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit portionem integram,& qualem leges & nostra constitutio desiderat. Illud præterea sancimus,ut tẽpora inofficiosi querelæ ab adita hæreditate secundum Vlpiani opinionem currant:Herennij Modestini sententia recusata, qui à morte testatoris ilico cursum de inofficioso querelæ temporibus dabat:ut non liceat hæredi,quando uoluerit,adire,nec per huiusmodi tramitem iterum filius defraudetur debito naturali. sancimus itaq;, ubi testator decesserit alio scripto hærede ,& speratur de inofficioso querela : necessitatem habere scriptum hæredem,si quidẽ præstò est,in eadem commanens prouincia,intra sex mensium spacium. sin autem seorsum utraq; pars in diuersis prouincijs degit:tunc intra annale tantummodo spacium simili modo per continuum à morte testatoris numerandum omni modo adire huiusmodi hæreditatem,uel manifestare suam sententiam,quòd hæreditatem minime admittat.expeditus etenim ita tractatus inducitur filio memorato mouere querelam. Sin uero scriptus hæres intra statuta tempora minime adierit:per officium iudicis hæredem compelli hoc facere. In medio tamen tempore si decesserit filius:huiusmodi querelam,licet se non præparauerit,ad suam posteritatem transmittet. ad extraneos uero hæredes tunc tantummodo,quando antiquis libris insertam faciet præparationem. D. Kal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Oreste.VV.CC.

XXXVII. *Idem. A. Ioanni P.P.*

CVm antiquis legibus declaratum est,ut militaria testamenta de inofficioso querelã euadant;

dant: multi alij casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopiri necesse est. in castren sibus etenim peculijs introducta est & alia subdiuisio, & peculij triplex inuenitur causa. Vel enim paganum est peculium, uel castrense, uel quod medietatem inter utrunq; obtinet, quod quasi castrense nuncupatur. In tali igitur peculio, quod quasi castrense appellatur, quibusdã personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo uoluerint modo, sed communi & licito & consueto ordine obseruando, quemadmodum constitutũ fuerat in pconsulibus, & præfectis legionum, & præsidibus prouiciarum, & omnibus generaliter, qui in diuersis dignitatibus atq; administrationibus positi à nostra consequuntur manu, uel ex publicis salarijs quasdam largitates. sed hæ quidem personæ testamenti faciendi habeant potestatem in ipsis tantummodo peculijs, quæ iam numerata sunt, id est quasi castrensibus. sed & ueterani, qui tempore militiæ quidem sibi peculium adquisierunt, militiam autem deposuerunt, testari (licito tamen modo) nõ prohibentur. In his itaq; omnibus quasi castrensibus peculijs dubitabatur, si contra huiusmodi testamenta de inofficioso querelam extẽdi oporteret. sed prior quæstio erat, si omnes, qui quasi castrense peculiũ haberent, testari in hoc possent: quia nõ omnibus passim, sed quibusdam personis hoc priuilegij loco concessum est: quia militibus tantũ & ueteranis testamenta facere in castrensi peculio undiq; cõcessum fuerat: sed militibus tantũ & in expeditione constitutis iure suo, ueteranis autem iure communi. De alijs autẽ personis omnibus, quæ nõ per speciale priuilegium hoc accepissent, si possent testari, dubitatum fuerat: utputa uiris disertissimis patronis causarum, uirisq; deuotissimis memorialibus, & agentibus in rebus, necnon magistris studiorum liberalium, archiatris quoq;, & alijs omnibus omnino, qui salaria uel stipendia perciperent publica. In his itaq; omnibus sancimus (quia ad imitationẽ peculij castrensis quasi castrense peculium superuenit) omnes, qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculij sunt, ultima cõdere (secundũ leges tamen) posse elogia. Hoc nihilominus eis addito priuilegio, ut neq; eorum testamenta inofficiosi querela expugnentur. si enim patronus aduersus res, quas libertus eius ex castris quæsiuit, sui iuris indubitanter cõstitutus, etsi præteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra huiusmodi peculia contra tabulas bonorum possessionem nõ habet secundum ueterum legum sanctionem: quemadmodum oportet præfata peculia, quæ instar castrensis peculij introducta sunt, de inofficioso querelæ esse suppositã? Sed hoc obtinere oportet, donec in sacris parẽtũ suorum sunt constituti hi, qui quasi castrense peculium possident. si enim sui iuris efficiantur: proculdubio est, eorum testamenta & pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelã sustinere: cum neq; nomẽ peculij permanet, sed alijs rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorũ, quæ in unũ congregantẽ ex oĩbus patrimoniũ. D. Kal. Septẽb. Constãtinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS. Tit. XXIX.

I. *Imp.* PHILIPPVS. A. *Nicanori & Papianæ.*



I (ut allegastis) mater uestra ad eludendam inofficiosi querelam penè uniuersas facultates suas, dum ageret in rebus humanis, factis donationibus, siue in quosdam liberos, siue in extraneos, exhausit: ac postea uos ex duabus uncijs fecit hæredes, easq; legatis & fideicommissis exinanire gestiuit: non iniuria iuxta formam de inofficioso testamento constitutorum subueniri uobis, utpote quartam portionem non habentibus, desideratis. PP. XIIII. Kal. Septembr. Philippo. A. & Titiano. COSS.

II. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Aëriæ.*

SI pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit: aut in potestate is permansit: & arbitri familiæ erciscundæ officio cõgruit, ut tibi quartã partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem. aut si emancipatus is fuit: & quia donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis uiribus nititur iuxta constitutiones: is, qui prouinciam regit, ad similitudinem inofficiosi testamenti querelæ auxilium tibi æquitatis impertiet. PP. VI. Kal. Aug. Maximo II. & Glabrione COSS.

III. *Idem. AA. Aeliano.*

PRecibus quidem tuis præposita rescripta eos parentes denotãt, qui cum testamento facto uiui patrimonium suum immensis donationibus exinaniissent, & inane nomen hæredũ liberis reliquissent. sed ad intestatos quoq; eadem ratio æquitatis extenditur. PP. X. Kal. Nouembr. Ipsis IV. & III. AA. COSS.

Impp.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aristinæ.

SI filius tuus immoderatæ liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit: præsidis pro uinciæ auxilio utéris, qui discussa fide ueri, si in integrum restitutionem ex filij persona cõperpetere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animaduerterit: in remouendis ijs, quæ peram gesta sunt, tibi subueniet. ideoq; nõ est tibi necessarium aduersus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamẽti. D. VI. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino COSS.

V. Iidem. AA. Cottabeo.

SI totas facultates tuas per donationes uacuas feciſti, quas in emãcipatos filios contulisti: id, quod ad submouendas inofficiosi testamenti querelas non ingratis liberis relinqui necesse est, ex factis donatiõibus detractũ, ut filij uel nepotes, qui postea ex quocunq; legitimo matrimonio nati sunt, debitum bonorum subsidium consequantur: ad patrimonium tuum reuertitur. D. II. Kal. Mart. Maximo II. & Aquilino COSS.

VI. Iidem. AA. Demetrianæ.

CVm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eũdemq; patrem uestrum ea, quæ superfuerant, codicillis inter uos diuisisse proponas: si uoluntatẽ eius non agnouisti, nec beneficio ætatis aduersus hoc iuuari poteris, nec tantum dos à patre data & fideicõmissum continent, quantum ad submouendam querelam sufficiat: de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti præses prouinciæ iurisdictionis suæ partes exhibebit. PP. Kal. Maij. COSS. ut supra.

VII. Iidem. AA. Ammiano.

SI mater tua ita patrimonium suum profunda liberalitate in fratrem tuum euisceratis opibus suis exhausit, ut quartæ partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelã aduersus te sufficeret, in ijs donatiõibus, quas tibi largita est, nõ habeas: quod immoderate gestum est, reuocabitur. PP. V. Id. Maij. COSS. ut supra.

VIII. Iidem. AA. Auxanoni.

SI liqueat matrem tuam interuertendæ quæstionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhausisse: cum aduersus eorum cogitationes, qui conquerelæ ratio deposcat: quod donatum est, pro ratione quartæ ad instar inofficiosi testamenti conuicti deminuetur. nam quod uxor à marito in se matrimonij tempore donationis causa collatum, emancipato filio, communi consentiente domino, donauit: uelut ex bonis patris, de cuius substantia matrimonio prohibente non potuit exire, datum accipi, rationis est. in cuius bonis si idem consilium & euentus cõpræhenditur: lex, quam matrimonio matris ediximus, obseruabitur. PP. III. Id. Septembr. CC. COSS.

IX. Imp. CONSTANTIVS. A. & IVLIANVS Cæs. Olybrio.

NOn conuenit dubitari, quod immodicarum donationum omnibus legibus querela ad similitudinem inofficiosi testamẽti fuerit introducta: ut sit in hoc actionis utriusq; uel una causa, uel similis æstimanda, uel idem & tempore & moribus. D. XIIII. Kal. Iul. Tauro & Florentio COSS.

DE INOFFICIOSIS DOTIBVS. Tit. XXX.

I. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Maximum præsidem Ciliciæ.

CVm omnia bona à matre tua dote dicantur exhausta: concordare legibus prõptũ est, ut ad exemplum inofficiosi testamẽti aduersus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filijs conquerentibus emolumenta debita deferantur. D. IIII. Kal. Iun. Tatiano & Cereali COSS.

DE PETITIONE HAEREDITATIS. Tit. XXXI.

I. Imp. Tit. Aelius ANTONINVS. A. Augurino procons. Africæ.

SEnatusconsultum authore diuo Hadriano auo meo factum, quo cautum est, quid & ex quo tempore euicta hæreditate restitui debeat: non solum ad fisci causas, sed & ad priuatos hæreditatis petitores pertinet. Vsuras uero pecuniarum ante litis contestationẽ, ex die uenditionis hæreditariarũ rerum ab eo factæ, qui antea possidebat, collectas, necnõ etiam fructus, bonæ fidei possessores reddere cogendi nõ

sunt:nisi ex his locupletiores exstiterint. Post litē aūt cōtestatam tam fructus non uenditarum rerū,nō solum quos perceperūt,sed etiā quos percipere poterant:cū usuras p̄cij rerū ante litis cō testationem uenditarum,ex die contestationis computandas,omnimodo reddere compellantur. PP.VI.Kal.Febr.Claro & Cethego COSS.

II. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS.AA. *Marcello militi.*

SI post motam cōtrouersiam Menecratis bonorū partē dimidiā Musæus ab hærede scripto cōparauit,quæstionis illatæ nō ignarus:tam ipse, quasi malæ fidei possessor, quām hæredes eius fructus restituere coguntur.Si uero uenditionem lite antiquiorem esse liquidō probetur: ex eo die fructus restituantur,ex quo lis in iudicium deducta est. fructibus enim augetur hæreditas,cum ab eo possidetur,à quo peti potest.emptor aūt, qui proprio titulo possessionis munitus est,etiam singularū rerum iure cōuenitur. D.Kal.Iul.Seuero A.II.& Victorino COSS.

III. *Idem* AA. *Epicteſi.*

HAereditas materteræ petita, nō infringit alterius hæreditatis petitionē, quæ uenit ex alia successione.Sed etsi quæstionis titulus prior inofficiosi testamenti causam habuisset:iudicatæ rei præscriptio non obstaret eandem hæreditatē ex alia causa uindicanti. PP.V.Id.Aug. Geta & Plautiano COSS.

IIII. *Imp.* ANTONINVS .A. *Vitaliano.*

INrestituēda hæreditate compensatio eius habebit̄,quod te in mortui infirmitatē,in q̄ sumptū funeris bona fide ex proprio tuo patrimōio erogasse probaueris. PP. Kal. Mart. Antonino.A.IIII.& Balbino COSS.

V. *Idem A. Poſtumianæ.*

DE hæreditate,quā bona fide possidebas,si contra te pronunciatum est:in restitutione eius detrahetur,q̄d creditoribus eiusdē hæreditatis exsoluisse te bona fide ꝓbaueris.nā repeti à creditoribus,q̄ suū receperint, nō potest. PP.VI. Kal.Iun.Antonino A.IIII.& Balbino COSS.

VI. *Imp.*ALEXANDER .A. *Firmino.*

SI putas non iure tutores datos nepotibus tuis,quòd eos dicas in potestate tua esse:petere ab his hæreditatem filij tui emancipati non moreris, cuius commodum ad te pertinere dicis: iudice statuturo, an à præsidalibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit,cum in tua potestate negarentur esse. PP.X.Kal.Iul.Iuliano.II.& Crispino COSS.

VII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Reſtitutæ.*

HAereditatis petitionem,quæ aduersus pro hærede uel ꝓ possessore possidētes exerceri potest,præscriptione longi temporis non submoueri,nemini incognitum est:cū mistæ personalis actionis ratio hoc respondere compellat.à cæteris aūt,tantum specialibus in rem actionibus uindicari posse, manifestum est: si nō agentis intentio per usucapionē uel longum tempus explosa sit.PP.XI.Kal.Aug.CC. COSS.

VIII. *Idem* AA. *&* CC. *Aſterio.*

LIber nēc ne fuerit testator, ante omnia disquiri debet, cum hæreditas petitur. D. III. Kal. April.CC. COSS.

IX. *Idem.* AA. *&* CC. *Demophiliæ.*

SI scripti hæredes delatam sibi successionē cognati repudiauerunt,& hanc honorario uel ciuili iure quæsisti; res hæreditarias,quæ in eadem causa durant,hæreditatis petitione uindicare potes. D.III.Kal: Decembr.Nicomediæ.CC. COSS.

X. *Idem.*AA. *&* CC. *Theodoſiano.*

SI filiusfamilias delatā sibi hæreditatem per longū tēpus detinuit:eo ipso, utpote agnita hæreditate patri suo eius cōmodum adquisisse uidet̄. D.XIII.Kal.Ianuar.CC. COSS.

XI. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Aeternali proconſ. Aſiæ.*

COgi possessorē ab eo, qui expetit,titulū suæ possessionis dicere,inciuile est:præter eū scilicet,qui dicere cogit̄,utrū pro possessore,an pro hærede possideat. D.XII.Kal.April.Arcadio & Honorio AA.IIII. & III. COSS.

XII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

CVm hæreditatis petitioni locus fuerat:exceptio adsumebat̄,quæ tuebat̄ hæreditatis petitionē,ne fieret ei præiudiciū.magnitudo etēm & authoritas centūuiralis iudicij nō patiebat̄ p alias tramites uiā hæreditatis petitiōis infringi. Cūq; multæ uarietates & cōtrouersiæ uetereū exortæ sint:eas certo fine cōcludentes sancimus,si qs hæreditatis petitionē uel suscipere sperat, uel mouere,alius aūt supueniēs uel ex depositō,uel cōmodato, uel legato,uel fideicōmisso, uel ex alijs causis inquietare uel reū uel agentē ex persona defūcti crediderit sibi esse necessariū: siqui dē pro

dē pro legato uel fideicōmiſſo hoc faciat: rem expeditæ quæſtiōis eſſe: cū poſſit ſcriptus hæres cautione interpoſita nō differre hāc petitionē, ſed recte exigi uel legatū uel fideicōmiſſum ſub ea cautela uel ſatiſdatione pro qualitate perſonarū. Quòd ſi non obtinuerit eius iura: reſtituet legatarius uel fideicōmiſſarius ei datam pecuniā cum uſuris ex quarta centeſimæ parte curren tibus, uel agrum cum fructibus, quos perceperit, uel domum cum penſionibus: ſcilicet in utroq; eorū expenſis antea neceſſarijs & utilibus deductis. uel ſi ipſe maluerit litem quidem conteſta- ri, exſpectare autem hæreditatis petitionis euentum: hoc ei liceat facere, ut reſtitutio, ſi cōpete- ret, cū legitimis augmentis legatario uel fideicommiſſario accedat. Sin autē ex contractibus defuncti agatur contra poſſeſſorem hæreditatis, uel eius rei, de qua agitur: ſiquidem res ſint uel depoſitæ, uel cōmodatæ, uel pignori datæ, uel aliæ, quæ exſtant: non differri ſub prætextu hæ- reditatis petitionis memoratū iudiciū: quemadmodum ſi pro fœnerata pecunia, uel alia perſo- nali actione agatur contra poſſeſſorem uel petitorē, nō debet iudicium differri, ſed exitum ſuū accipere. poſtq; etenim hæreditatis petitionis iudiciū finē accipiat: tunc inter petitorē hæredi- tatis & poſſeſſorē rationibus contractis, non aliter poſſeſſor (ſi uictus fuerit) hæreditatē reſtitue- re compellitur, niſi pro omnibus, quæ rite ab eo geſta ſunt, petitor ſatiſfaciat. Quòd ſi petitor ui ctus fuerit: ſimili modo à poſſeſſore iudicis officio ei ſatiſfaciat, uel (ſi hoc fuerit prætermiſſum) negociorum geſtorum, uel ex lege condictione. Sin aūt libertates uel à poſſeſſore uel à petito re fideicōmiſſariæ petantur, uel directæ ipſo iure dicantur cōpetere: annale tantummodo ſpaci um exſpectetur à morte teſtatoris numeratū. & ſi quidem hæreditatis petitionis iudiciū intra id ſpaciū terminū accipiat: ſecundū euentū iudicij & libertates uel effectū habeant, uel euaneſcant. Sin aūt tempus annale emanauerit: tunc libertatis fauore & humanitatis intuitu cōpetant qui- dē directæ libertates, ex fideicōmiſſarijs aūt in libertatē ſerui eripiantur: ita tamen, ſi nō falſum teſtamentū adprobet: ſub ea ſcilicet cōditione, ut ſi actores ſint, uel alijs ratiocinijs ſuppoſiti (etiā poſtq; peruenīāt in libertatē) neceſſitas eis imponat res hæreditarias & ratiōes reddere: iure pa- tronatus uidelicet cōpetente ei, qui ex legibus ad hoc poſſit uocari. Illo (ne in poſterū dubitet) obſeruando, ut ipſa hæreditatis petitio oīmodo bonæfidei iudicijs cōnumeretur. D. Kal. Se- ptembr. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte COSS.

DE REI VINDICATIONE. Tit. XXXII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Ceciliæ.*

ETiam per alienū ſeruū bona fide poſſeſſum ex re eius, q eū poſſidet, uel ex operis ſerui adquiri dñium uel obligatiōem, placuit. Quare ſi tu quoq; bona fide poſſedi- ſti eūdē ſeruū, & ex numis tuis mācipia eo tēpore cōparauit: potes ſecūdū iuris for- mā uti defenſiōibus tuis. Mancipiū aūt alienū mala fide poſſidēti nihil poteſt adq- rere: ſed qui tenet, nō tantū ipſum, ſed etiā opas eius, necnō ancillarū partū, & ani- maliū fœtus reddere cogit. PP. III. Non. Maij. Eboraci. Fauſtino & Ruſo. COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Ariſtæneto.*

SI inferiorē partem ædificij, quæ ſolum contingit, ad te pertinere, pbare potes: eam, quam ui- cinus impoſuit, acceſſiſſe dominio tuo nō ambigit. ſed & id, quod in ſolo tuo ædificatū eſt, q ad in eadē cauſa manet, iure ad te pertinet. ſi uero fuerit diſſolutū: eius materia ad priſtinū dñm redit, ſiue bonafide, ſiue mala ædificium exſtructū ſit: ſi nō donantis animo ædificia alieno ſolo impoſita ſunt. PP. XII. Kal. Nouembr. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Dominiæ.*

MAter tua uel maritus fundū tuū, inuita uel ignorante te, uēdere iure nō potuit: ſed rē tuā à poſſeſſore uindicare, etiā nō oblato precio, poteris. Sin aūt poſtea de eadē uēditiōe cōſen ſiſti, uel alio modo, pprietatē eius amiſiſti: aduerſus emptorē quidē nullā habes actionē, aduer- ſus uēditricē uero de precio negociorum geſtorū exercere nō phiberis. PP. III. Kal. Nouembr. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

IIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Muniano militi Africæ.*

ADuerſus eos, qui à malæfidei poſſeſſoribus fundū bona fide cōparauerūt, ita tibi actio cō- petit: ſi prius, q uſucapionē implerent, uel longæ poſſeſſionis præſcriptione apiſcerentur dominium, ad te peruenit. PP. XII. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

V. *Idem. A. Heraſiano.*

DOmum, quam ex matris ſucceſſione ad te pertinere, & ab aduerſa parte iniuria occupatā eſſe oſtendis: præſes puinciæ cū penſionibus, quas percepit, aut percipere poterat, & oīm

causa damni dati restitui iubebit. Eius aũt, quod impẽdit, rationẽ haberi nõ posse, merito re scriptũ est: cũ mala fide possessores eius, quod in rem alienã impendũt, nõ eorũ negociũ gerentes, q̃rũ res est, nullã habeãt repetitionẽ: nisi necessarios sumptus fecerit. Sin aũt utileis: licentia eis p̃mittĩ, sine læsiõe prioris status rei eos auferre. PP. II. Id. Feb. Gordiano. A. & Auiola COSS.

VI. *Idem. A. Vstronio.*

SI ea pecunia, quam depo sueras, is, apud quem collocata fuerat, sibi possessiones cõparauit, ipsiq̃ traditæ sunt: tibi uel omnes tradi, uel quasdam cõpensatiõis causa ab inuito in te trãsferri, iniurioſum est. PP. V. Id. Iul. Gordiano. A. & Auiola COSS.

VII. *Imp.* PHILIPPVS. A. *&* PHILIPPVS. N. *Cæs. Antonio.*

PArtum ancillæ matris sequi conditionem, nec statum in hac specie patris considerari, explorati iuris est. PP. XIII. Kal. Nouemb. Philippo. A. & Titiano COSS.

VIII. *Idem. A. & C. Philippo militi.*

SI (ut proponis) pars diuersa pecunia tua quædam nomine suo cõparauit: præses prouinciæ utilem uindicationem obtentu militiæ tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis nõ negabit. Idem mandati quoq̃, seu negociorum gestorũ actionem inferenti tibi iurisdictionem præbebit. PP. II. Non. Mart. Præsente & Albino COSS.

IX. *Imppp.* CARVS, CARIN. *&* NVMERIAN. AAA. *Antonio.*

DOce ancillam, de qua supplicas, doralem fuisse in notione præsidis. quo patefacto: dubiũ non erit, uindicari ab uxore tua nequiuisse. PP. III. Kal. Mart. Caro & Carino AA. COSS.

X. *Imp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Ianuario.*

CVm super uernis mancipijs nulla instrumenta te habere adseueres: in iudicio, in quo negocium cœptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. iudex enĩ non ignorat, seruorum dominia, etiam citra instrumentorum exhibitionem, alijs probationibus, uel ipsorum interrogatione posse ostendi. G. II. Id. Febr. Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

XI. *Idem. AA. &. CC. Gallano.*

SI quis sciens alienum agrum conseuit, uel plantas imposuit: postq̃ hæ radicibus terram fuerint amplexæ, solo cedere, rationis est. domini enim magis segetem uel plantas, q̃ per huiusmodi factum solum suum facit. Sanè qui bona fide possidens hæc fecerit, per doli mali exceptionem contra uindicantem dominium seruare sumptus, iuris authoritate significatum est. D. IIII. Kal. Mart. Sirmij. AA. COSS.

XII. *Idem. AA. &. CC. Alexandro.*

INciuile atq̃ inusitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo modo dominium eius transtulisti, inuito eo ex nostro rescripto tibi adsignetur. unde intelligis, ancillæ semel emptoris factæ filios etiam postea natos eius dominium sequi, cuius mater eorum eo tempore fuerit. Sanè de precio, si non hoc ante probatum fuerit te recepisse: conueni aduersarium tuum. G. Id. April. AA. COSS.

XIII. *Idem. AA. &. CC. Cytichio.*

ORdinarij iuris est, ut mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipijs de possessione iudicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur. D. Idib. April. AA. COSS.

XIIII. *Idem. AA. &. CC. Septianæ.*

CVm â matre domum filij te sciente comparasse proponas: aduersus eum dominium uindicantem, si matri non successit, nulla te exceptione tueri potes. Quod si uenditricis obtinet hæreditatem: doli exceptione, pro qua portione ad eum hæreditas pertinet, uti non prohiberis. D. III. Kal. Iul. AA. COSS.

XV. *Idem. AA. &. CC. Aurelio Proculmo.*

QVoties duobus in solidum prædium iure distrahitur: manifesti iuris est, eum, cui prior traditum est, in detinendo dominio esse potiorem. Si igitur antecedente tempore possessionem emisse, ac precium exsoluisse apud præsidem prouinciæ probaueris: obtentu non datorum instrumentorum expelli te possessione non patietur. Erit sanè in arbitrio tuo, precium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumptuum ratio habeatur: cum & si ex causa donationis utriq̃ dominium rei uindicetis: eum, cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conuenit. D. II. Kal. Octobr. AA. COSS.

XVI. *Idem. AA. &. CC. Ianuario.*

SI in area communi domum aliquis exstruxit: hanc uobis communem iuris fecit ratio. cuius portionem ab eo, qui bona fide possidens ædificauit, si uelis uindicare: sumptus offerre debes,

debes, ne doli mali possis exceptione submoueri. D. Idib. Nouembr. Sirmij. AA. COSS.

XVII. *Idem. AA. & CC. Sabino & alijs.*

SI fundum uestrum, uobis per denunciationem admonentibus uolentem ad emptionem accedere, quòd distrahentis non fuerit, non recte is, contra quem precem funditis, comparauit, uel alio modo mala fide contraxit: tam fundum uestrum constitutum probantibus, ꝙ fructus, quos eum mala fide percepisse fuerit probatum, aditus præses prouinciæ restitui iubebit. D. XII. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

XVIII. *Iidem. AA. & CC. Claro.*

RE tua apud aliquem manente, proprietatis error nihil tibi potuit nocere: nisi alia contra te causa interuenerit. G. III. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XIX. *Iidem. AA. & CC. Callistrato.*

INdicia, cætera'q; ꝙ, quæ iure non respuuntur, nõ minorem probationis, ꝙ instrumenta continent fidem. Quo iure, si de proprietate domus ambigis, negocium'q; integrum est, uti non prohiberis. G. II. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XX. *Iidem. AA. & CC. Quartillæ.*

NON seruum, quem res tuas detinere adseueras, sed eius dominum de rebus repetendis cõ ueniendum esse perspicis. G. Kal. Mart. CC. COSS.

XXI. *Iidem. AA. & CC. Hierocli.*

A Possidentibus uindicata mancipia, quorum dominium ad uos pertinere intenditis, si postea, ꝙ impleueritis intentionem, hæc nõ restituantur: iurisiurandi solennitate secuta, cõdemnatio procedere debet. Petita. VI. Id. Octobr. CC. COSS.

XXII. *Iidem. AA. & CC. Diodotæ.*

CErtum est, mala fide possessores omnes fructus solere cũ ipsa re præstare: bona uero fide, exstantes: post litis autem contestationem, uniuersos. D. III. Kal. Nouemb. CC. COSS.

XXIII. *Iidem. AA. & CC. Magnifero.*

SI mancipium tuum per uim uel furtum ablatum alij ex nulla iusta causa distraxerunt: uindicanti tibi dominiũ soluendi precij nulla necessitas irrogetur. X. Kal. Decembr. CC. COSS.

XXIIII. *Iidem. AA. & CC. Iuliano.*

NVllo iusto præcedente titulo possidentes ratio iuris quærere dominium prohibet. idcirco cum etiam usucapio cesset, intentio dominij nunc ꝙ absumitur. Vnde hoc casu postliminio reuerso, citra beneficiũ actionis rescissoriæ, directa permanet integra uindicatio. G. X. Kal. Decemb. CC. COSS.

XXV. *Iidem. AA. & CC. Eugnomio.*

SOlentibus pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interueniente uenditione, solutionis causa minime dominum facit. D. XVI. Kal. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XXVI. *Iidem. AA. & CC. Heliodoro.*

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem, quæ post litem contestatam in præteritum æstimatur. D. X. Id. Decembr. CC. COSS.

XXVII. *Iidem. AA. & CC. Philadelpho.*

SEruum emptor non traditum sibi præsentem uindicare non potest. G. XII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

XXVIII. *Iidem. AA. & CC. Sopatro.*

RE alienas possidens, licet iustam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionem implenti, restituere cogitur. D. VIII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

DE VSVFRVCTV, VSV ET HABITATIONE, ET MINISterio seruorum. Tit. XXXIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Posidonio.*

SIususfructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est: ꝙuis cautionem à te prohibuerit testamento exigi: tamen non aliter à debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, ꝙ oblata secundum formam senatusconsulti cautione. PP. G. Kal. Octobr. Anulino & Frontone COSS.

II. *Iidem. AA. Felici.*

VErbis testamẽti, q̃ precibus inseruisti, usumfructũ legatũ tibi aiaduertimus. q̃ res nõ impe

pedit proprietatis dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui iuris. PP. VI. Id. Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. COSS.

III. Imp. ANTONINVS. A. Antoniano.

SI patri tuo ususfructus legatus est: defuncto eo, nihil ad te pertinet: cum morte eius, cui fuerat legatus, uel alio modo adquisitus, ad proprietatem regredi soleat. Vsufructuario autem superstite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi nō tollitur. PP. III. Kal. Augusti. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Verbicio.

VSufructu constituto, consequens est, ut satisdatio boni uiri arbitratu præbeatur ab eo, ad quem id commodum peruenit, quòd nullam læsionem ex usu proprietati adferat. nec interest, siue ex testamento, siue ex uoluntario contractu ususfructus constitutus est. PP. G. Idib. Mart. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

V. Idem. A. Euocato & alijs.

SI pater usumfructum prædiorum in tempus uestræ pubertatis matri uestræ reliquit: finito usufructu, postq̄ uos adoleuistis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratiōe sciēs de alieno percepit. PP. Kal. April. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

VI. Idem. A. Stratonicæ.

INterest, usumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit: an proprietas quidem dotis data sit, uerum pactum intercessit, ut moriente eo tibi eadem possessio redderetur. nam usufructuarius quidem proprietatem pignorare non potuit. Qui autem proprietatem æstimatam in dotem accepit: non ideo minus obligare eam potuit: quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio eius fuit. PP. Kal. Iul. Agricola & Clementino COSS.

VII. Imp. GORDIANVS. A. Vlpiano militi.

EVm, ad quem ususfructus pertinet, sarta tecta suis sumptibus præstare debere, explorati iuris est. proinde siquid ultra, cū impendi debeat, erogatum potest doceri: solenniter reposces. PP. Kal. Febr. Ariano & Pappo COSS.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Etheroni.

NEq̄ fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usumfructum habet, neq̄ successores eius, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit.

IX. Idem. AA. & CC. Auxanusæ.

VSufructu matri tuæ prædiorum & mancipiorum relicto: tam alienatio, cū manumissio interdicta est. Sanè mancipia, quorum testamento ministerium matri derelictum est: cum in his dominium non habeat: nec tradendo cuiq̄, nec manumittendo ad testatoris hæreditatē pertinentia, quidq̄ facit. D. Kal. Decemb. AA. COSS.

X. Idem. AA. & CC. Pomponio.

SI domina proprietatis usumfructum uxori tuæ locauit sub certa annua præstatione: morte conductricis ei, quæ locauit, etiam utendi fruendi causa nō est deneganda. XIII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XI. Idem. AA. & CC. Theodoro.

HAbitatio morte finitur, nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominij uindicationem excludit.

XII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P. P.

AMbiguitatem antiquitatis decidentes sancimus, siue uxori suæ, siue alicuicūq̄ usumfructum reliquerit sub certo tempore, in quod uel filius eius, uel quisq̄ alius peruenerit: stare usumfructum in annos, in quos testator statuit: siue persona, de cuius ætate compositum est, ad eam peruenerit, siue non. neq̄ enim ad uitā hominis prospexit, sed ad certa curricula: nisi ipse, cui ususfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus. tunc etenim in posteritatem ususfructus transmitti non est possibilis: cum morte usumfructū penitus exstingui, iuris indubitati sit. Si autem talis fuerit incerta conditio, donec in furore filius, uel alius quisq̄ remanserit, uel in alijs similibus casibus, quorum euentus in incerto sit: siquidem resipuerit filius, uel alius, pro quo hoc dictum est, uel conditio exstiterit: usumfructum finiri. Si autē adhuc is in furore constitutus decesserit: tunc, quasi in usufructuarij uitam eo relicto, manere usumfructum apud eum. Cū enim possibile erat, usq̄ ad omne uitæ tempus usufructuarij non ad suam mentem uenire furentem, uel conditionem impleri: humanissimum est, ad uitam eorum usumfructum extendi. Quemadmodum etenim si decesserit usufructuarius ante completam conditionem, uel furorem finitum, exstinguitur ususfructus: ita humanum est, extendi ad usufructuarij uitam, & si an

le decesserit furiosus, uel alia conditio defecerit. D. Kal. Augusti. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XIII. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm antiquitas dubitabat, usufructu habitatiõis legato, & primo quidem, cui similis esset, utrúm ne usui, uel usuifructui, an neutri eorum, sed ius proprium & specialẽ naturam sortita esset habitatio: postea autẽ si posset is, cui habitatio legata esset, eãdem locare, uel dominiũ sibi uindicare: authorum iurgiũ decidentes, compendioso responso omnẽ huiusmodi dubitationem resecamus. & siquidẽ habitationẽ reliquerit: ad humaniorẽ declinare sententiã nobis uisum est, & dare legatario etiã locationis licentiã. Quid eñ distat, siue ipse legatarius maneat, siue alij cedat, ut mercedẽ accipiat? & multomagis, si habitationis usumfructũ reliquerit: cũ & ei miæ subtilitati satisfactũ uideatur, etiam nomine ususfructus addito. in tantũ eteñ ualere habitationẽ uolumus, ut nõ antecellat usumfructũ. nec dominium habitationis speret legatarius, nisi specialiter euidentibus, pbationibus legatarius possit ostendere, & dominiũ ei domus esse relictũ. tunc eteñ uoluntati testatoris per omnia obediendũ est. Quã decisionẽ locũ habere censemus in oĩbus locis, qbus habitatio cõstitui põt. D. XVIII. Kal. Octob. Lãpadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XIIII. *Idem. A. Iuliano P.P.*

ANtiquitas dubitabat, si quis fundũ uel aliam rem cuidã testamento relinqueret, quatẽnus ususfructus apud hæredẽ maneret, si huiusmodi cõstaret legatũ. & quidẽ inutile legatũ esse existimabant: quia ususfructus nunq̃ ad suã rediret proprietatẽ, sed semper apud hæredẽ remaneret. & forsitan hoc existimabant, quia & secundus hæres, & deinceps successores unius esse uideant, nec possit ususfructus secundũ ueterem distinctionẽ solitis modis extingui. alij autem huiusmodi legatum nõ esse respuendum existimauerunt. Tales altercationes decidentes, censemus, & huiusmodi legatum firmũ esse, & talem usumfructũ unà cum hærede finiri: & illo moriente, uel alijs legitimis modis eum amittente, exspirare. quare eñ iste ususfructus sibi tale uindicet priuilegiũ, ut generali interemptione ususfructus ipse solus excipiat? quod ex nulla inducti rationabili sententia, manifestissimũ est. & ppter hoc & usumfructũ finiri, & ad proprietatẽ suã redire, & utile esse legatum sancientes, huiusmodi pauciss imis uerbis totam eorum ambiguitatem deleuimus. D. XV. Kal. Octobr. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XV. *Idem. A. Iuliano P.P.*

INter antiquam prudentiam dissensio incidit, si per seruum ususfructus domino fuerit adquisitus, & ex quibusdã casibus (multi eñ casus rebus incidunt mortalium) pars huius serui ad aliũ perueniat: utrũ oñis ususfructus, qui antea per seruũ ad aliquẽ peruenerit, apud eum remaneat: an totus tollat̃, uel ex parte deminuatur, ex parte aũt apud eum resideat. Et super huiusmodi dubitatione tres sentẽtiæ uertebant̃. una, quæ dicebat ex particulari alienatione serui totum usumfructum deminui. alia, in tãtum usumfructũ deminui, in q̃ntum & seruus alienaret̃. tertia, quæ definiebat, partem quidẽ serui posse alienari, totum aũt usumfructum apud eũ remanere, qui antea seruũ in solidum habebat. & in nouissima sententia, & summũ authorẽ iuris scientiæ Saluium Iulianũ esse inuenimus. Nobis aũt hæc decidentibus placuit Saluij Iuliani admitti sententiã, & aliorũ, qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius uisum est, non interemptionẽ ususfructus studiosam esse, sed magis retentionem, quatẽnus & si pars serui alienetur, tamen ne pars ususfructus depereat, sed maneat secundum suam naturam integer atq̃ incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus est, ita conseruetur, ex hniusmodi casu nullo deteriora tus modo. D. X. Kal. Octobr. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XVI. *Idem. A. Iuliano P.P.*

COrruptionem ususfructus multiplicẽ esse ueteribus placuit, uel morte usufructuarij, uel capitis deminutione, uel nõ utendo, uel alijs quibusdã non ignoratis modis. sed de usufructu quidẽ hoc indubitatũ fuerat. de personali aũt actione, quæ super usufructu nascit̃, siue in stipulationẽ ususfructus deductus sit, siue ex testamẽto relictus, dubitabat̃: morte quidẽ usufructuarij, & capitis deminutione eã tolli, oñibus concedentibus: non utendo aũt, si per annũ aut biennũ forsitan eundẽ usumfructũ nõ petierit usufructuarius, an personalis actio tollat̃, altercantibus. Sed hæc nos decidẽtes sancimus, nõ solum actionẽ, quæ de usufructu nascitur. sed nec usumfructum non utendo cadere: nisi tantummodo morte usufructuarij, & ipsius rei interitu, sed usumfructũ, quẽ sibi aliquis adquisiuit, hunc habeat, dum uiuit, intactũ: cum multæ & innumerabiles causæ rebus incidant mortalium, per quas homines iugiter detinere, quod habent, nõ possunt, & est satis durũ, per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est: nisi talis exceptio usufructuario opponatur, quæ etiam si dominium uindicare, posset eum præsentem

uel ab

uel absentem excludere. Sed nec per omnem capitis deminutionem huiusmodi detrimentum imminere nostris patimur subiectis (quare enim, si filiusfamilias fuerit is, qui usumfructū habet, forte ex castrensi peculio, ubi nec patri ususfructus adquiritur, ei possessum, per emancipationem eum amittat?) sed secundum quod definitum est, tunc eum finiri, cum usufructuarius uel res pereat, & tantummodo eum cum anima uel rei substantia exspirare: nisi prædictæ exceptionis uigor reclamauerit: excepta uidelicet capitis deminutione, quæ uel libertatem uel ciuitatem Romanam possit adimere. tunc etenim ususfructus omni modo ereptus, ad suam reuertatur proprietatem. D. Kal. Octobr. Costantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XVII. Idem. A. Ioanni. P. P.

EX libris Sabinianis quæstio nobis relata est, per quam dubitabatur, si ususfructus per seruū adquisitus uel per filiumfamilias capitis deminutione filij magna, uel media, uel morte, uel emancipatione: uel serui quacunq; alienatione, uel morte, uel manumissione possit adhuc remanere. Et ideo sancimus, in huiusmodi casibus, neq; si seruus uel filiusfamilias in præfatos casus inciderit, interrumpi patri uel domino usumfructum, qui per eos adquisitus est, sed manere intactum. Neq; si pater magnam capitis deminutionem uel mediā passus fuerit, uel morte ab hac luce fuerit exemptus, usumfructum perire: sed apud filium remanere, etiam si hæres à patre non relinquatur. usumfructum enim per eum adquisitum, apud eum remanere & post patris calamitatem oportet: cum plærunq; uerisimile est, testatorem contemplatione filij, & patris usumfructum ei reliquisse. D. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

DE SERVITVTIBVS ET DE AQVA. Tit. XXXIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Calpurniæ.

SI quas actiones aduersus eum, qui ædificium contra ueterem formam exstruxit, ut luminibus tuis officeret, competere tibi existimas: more solito exercere non prohiberis. Is, qui iudex erit, longi temporis consuetudinem uicem seruitutis obtinere sciet: modo si is, qui pulsatur, nec ui, nec clam, nec precariò possidet. PP. III. Id. Nouembr. Gentiano & Basso COSS.

II. Idem. A. Marciali.

SI aquam per possessionem Marcialis eo sciente perduxisti: seruitutem exemplo rerum immobilium tempore quæsisti. Quod si ante id spacium eius usus tibi interdictus est: frustra sumptus in ea re factos præstari tibi postulas: cum in aliena possessione operis facti dominium, quod in eadē causa manet, ad eū pertineat, cuius est possessio. PP. Kal. Iul. Læto & Cereale COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Rianæ.

ET in prouinciali prædio constitui aquæductus, uel aliæ seruitutes possunt: si ea præcesserint, quæ seruitutes constituunt. tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, si priores possessores aquam duci per prædia prohibere iure non potuerunt: cum eodem onere perferendæ seruitutis transire ad emptores eadem prædia posse. PP. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. Idem. A. Cornelio.

AQuam, quæ in alieno loco oritur, sine uoluntate eius, ad quem usus eiusdem aquæ pertinet, prætoris edictū non permittit ducere. PP. Idib. Aug. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. Imp. PHILIPPVS. A. Luciano militi.

SI quid pars diuersa contra seruitutem ædibus tuis debitam iniurioſe exstruxit: præses prouinciæ reuocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, pro sua grauitate curabit. PP. Kal. Febr. Præsente & Albino COSS.

VI. Imp. CLAVDIVS. A. Priſco.

PRæses prouinciæ usu aquæ, quam ex fonte iuris tui profluere allegas, contra statutam consuetudinis formam carere te non permittet: cum sit durum & crudelitati proximū, ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum uicinorum iniuria propagari. PP. VII. Kal. Maij. Claudio. A. & Paterno COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Iuliano.

SI manifeste doceri possit, ius aquæ ex uetere more atq; obseruatione per certa loca perfluentis utilitatem certis fundis irrigandi causa exhibere: procurator noster, ne quid contra ueterem formam atq; solennem morem innouetur, prouidebit. PP. IIII. Non. Maij. Maximo. II. & Aquilino COSS.

Idem

VIII. *Iidem. AA. & CC. Aniceto.*

ALtius quidē ædificia tollere, si domus seruitutē nō debeat, dñs eius minime prohibetur. In pariete uero tuo si fenestrā Iulianus ui uel clam fecisse cōuincat: sumptibus suis opus tollere, & integrum parietē restituere cōpellitur. D. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

IX. *Iidem. AA. & CC. Zosimo.*

SI in ædibus uicini tibi debita seruitute, parietē altius ædificauit Heraclius: nouum opus suis sumptibus per præsidem prouinciæ tollere cōpelletur. Sed si te seruitutem habuisse nō probetur: tollendi altius ædificiū uicino non est interdictū. PP. V. Kal. Iul. Sirmij. AA. COSS.

X. *Iidem. AA. & CC. Nymphidio.*

SI tibi seruitutē aquæ deberi præses animaduerterit, nec hactenus non utentē spacio temporis amisisse prospexerit: uti te iterū iure proprio prouidebit. nam hoc si minime probetur: loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquā, & facere, quo minus ager tuus irrigari possit, non prohibetur. PP. XI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XI. *Iidem. AA. & CC. Aureliano.*

PEr agrū quidē alienū, qui seruitutē non debet, ire uel agere uicino minime licet. uti autē uia publica nemo recte prohibetur. D. XI. Kal. Nouembr. Sirmij. CC. COSS.

XII. *Iidem. AA. & CC. Valeriæ.*

NOn modus prædiorum, sed seruitus aquæ ducendæ terminum facit. PP. III. Kal. Ianuar. CC. COSS.

XIII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.*

SIcut usumfructum, qui non utendo per bienniū in soli rebus, per annale spacium in mobilibus uel se mouētibus deminuebatur, nō passi sumus huiusmodi sustinere cōpendiosum in teritū, sed ei decennij, uel uiginti annorum dedimus spaciū: ita & in cæteris seruitutibus obtinēdum esse censuimus, ut omnes seruitutes non utendo amittantur, non biennio (quia tantūmodo soli rebus adnexæ sunt) sed decennio cōtra præsentes, uel uiginti annorū spacio cōtra absentes, ut in oīibus rebus huiusmodi causa similis sit, explosis differentijs. D. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestæ VV. CC.

XIIII. *Idem. A. Ioanni P. P.*

CVm talis quæstio in libris Sabinianis uerteret̄ (quidā em̄ pactus erat cū uicino suo, ut liceret ei uel per se uel per suos hoies per agrū uicini transitū facere, iterq; habere uno die tantūmodo per quinquēniū, quatēnus ei licētia esset in suā syluā inde transire, & arbores excidere, uel facere qdquid uisum fuisset) & quæreretur, quādo huiusmodi seruitus nō utendo amitteretur: & quidam putarent, si in primo uel secundo quinquennio per eam uiam itum nō esset, eandē seruitutē penitus tolli, quasi per bienniū ea nō utendo deperdita, singulo die quinquēnij p anno numerando: alijs aūt aliā sententiā eligētibus: nobis placuit ita causam dirimere, ut qa iam per legē latā à nobis, pspectū est, ne seruitutes per bienniū nō utendo depereāt, sed per decē uel uiginti annorū curricula: & in, pposita specie, si per q̄tuor quinquēnia nec uno die uel ipse uel hoies eius eadē seruitute usi sunt, tūc eā penitus amittat uiginti annorū desidia. Qui em̄ in tā lōgo, plixoq; spacio suū ius minime cōsecutus est, sera pœnitētia ad pristinā seruitutē reuerti desiderat. Cū aūt apertissimi iuris est, fructus aridos cōculcatiōe, quæ in area fit, suā naturā & utilitatē ostēdere: aliquis uicinū suū uetabat ita ædificiū extollere iuxta areā suā, ut uentus excluderet̄, & paleæ ex huiusmodi obstaculo secerni â frugibus nō possent, q̄si uetito uento suā uim p oēm locū inferre ex huiusmodi ædificatiōe, cū secundū situ regionis & auxiliū uenti areā accedit. Sācimus itaq; nemini licere sic ædificare, uel alio modo uersari, ut idoneū uentū & sufficientē ad præfatū opus infringat, & inutilem domino aream & fructuum inutilitatē faciat. D. XI. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatū Lampadij & Orestæ VV. CC.

DE LEGE AQVILIA. Tit. XXXV.

I. *Imp. ALEXANDER. A. Glyconidi.*

DAmnū per iniuriā datū, immisso in syluā igne, uel excisa ea, si probare potes: actione legis Aquiliæ utere. PP. VII. Id. Nouembr. Alexādro. A. II. & Marcello COSS.

II. *Imp. GORDIANVS. A. Mutiano.*

LEgis Aquiliæ actiōe expertus aduersus eū, quē domū tuā deposuisse, uel incendio cōcremasse, dānoq; te afflixisse, pponis: ut id damnū sarciat̄, cōpetentis iudicis authoritate cōsequēris. Quinetiā si aqua per iniuriā aliò deriuata sit: ut in priorē statū re-

ſtituaſ,eiuſdē iudicis cura impetrabis.PP.VIII.Id.Nouembr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

III. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ,quam cæſam cōqueſtus es,tam legis Aquiliæ damni ſarciendi gratia acti onem,q; criminalem accuſationē aduerſus obnoxium cōpetere poſſe,nō ambigitur.PP. V.Kal.April.Gordiano.A.II.& Pompeiano COSS.

IIII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.&.CC. Zoilo.

CONtra negantem ex lege Aquilia,ſi damnū per iniuriam dediſſe probetur,dupli procedit condemnatio.D.XV.Kal.Maij.Heracliæ.AA. COSS.

V. Iidem.AA.&.CC. Claudio.

DE pecoribus tuis,quæ per iniuriam incluſa fame necata ſunt uel interfecta,legis Aquiliæ actione in duplum agere potes.D.XV.Kal.Nouemb.AA. COSS.

VI. Iidem.AA.&.CC.Plenio.

DE iis,quæ p iniuriā depaſta contendis,ex ſentētia legis Aquiliæ agere minime phiberis.

FAMILIAE ERCISCVNDAE. Tit. XXXVI.

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA.Martiano.

SI non oīem paternā hæreditatem ex conſenſu diuiſiſti,nec ſuper ea re ſententia dicta, uel tranſactio ſubſecuta eſt:iudicio familiæ erciſcundæ experiri potes. PP. VIII.Kal.Octobr.Laterano & Rufino COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Vitiano

VXor tua,ſi mortuo patre tuo,cui dotem numerauerat, cum hæres ei exſtiteris,adhuc in matrimonio tuo fuerit:familiæ erciſcundæ actionē ad exſequēdā dotē ſecundum iuris pridem placitum aduerſus cohæredes tuos nactus es, eamq; retines,etiam ſi poſtea, dum tibi nupta eſt,deceſſerit.PP.II.Id.Febr.*.

III. Idem.A. Rufo.

ADuerſus cohæredes diuidēdæ hæreditatis iudicio ſecundū iuris formā experire. Iudex datus,ſiquid à cohærede etiā tuæ portionis ex hæreditate ſublatū fuerit probatū: adiudicationibus factis ſecundum iuris formā eū tibi cōdemnabit.Expilatæ em hæreditatis crimē fructus cohæredi intendiſ,cum iudicio familiæ erciſcundæ indemnitati eius proſpiciatur.

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Antonio.

SI filiusfamilias fuiſti,& res mobiles uel ſe mouentes,quæ caſtrenſis peculij eſſe poſſunt,donatæ tibi à patre ſunt: eas quoq; in cætero peculio caſtrenſi nō cōmunes cum fratribus habes. prædia aūt,licet eūti tibi in caſtra filio pater donauerit,peculij caſtrēſis nō ſunt. Diuerſo iure ea p̄dia habenſ,quæ ex occaſiōe militiæ filijs familiarū obueniūt.hæc em caſtrenſi peculio cedūt.

V. Idem. A. Statiliæ.

IN ipſius mariti fuit poteſtate,mutare, quod in ſeruos ſuos iratus teſtamēto cauerat, ut unus quidē in perpetuis uinculis moraretur,alter uero exportandus uenundareſ. proinde ſi offenſam iſtam clementia flexit(quod licet ſcriptura non probetur,alijs tamen rationibus doceri nihil impedit: præſertim,cum poſteriora eorum talia merita deprehenduntur,ut ira dñi potuerit mitigari) nouiſſimam eius uoluntatē arbiter familiæ erciſcundæ ſequetur.

VI. Imp.GORDIANVS. A. Pomponio militi.

EA,quæ in nominibus ſunt, nō recipiūt diuiſionē:cū ipſo iure in portiones hæreditarias ex lege duodecim tabularum diuiſa ſunt.

VII. Idem.A. Aeliano.

SI qua fideicōmiſſorum petitio inter cohæredes conſiſtat:prætor, uel præſes prouinciæ eius rei diſceptator conſtitutus,uel iudex familiæ erciſcundæ iudicio aditus,ut uoluntas teſtatoris ſeruetur,ſuas partes accommodare debet.

VIII. Idem.A.Teleſphoro.

BOna, quæcūq; tibi ſunt cōmunia cū fratre tuo ex hæreditaria ſucceſſiōe patris uel matris, cū eodē familiæ erciſcundæ iudicio experiens,ut diuidantur,impetrabis.

IX. Iidem.A.Verino.

NON eſt ambiguū,cū familiæ erciſcundæ titulus inter bonæ fidei iudicia numeretſ, portionem hæreditatis,ſi qua ad te pertinet,incremēto fructuum augeri.

X. Idem.A.Teleſphoro.

QVoties inter omnes hæredes teſtator ſucceſſionē ſuam diuidit, ac ſingulos certis poſſeſſionibus

onibus cum mancipijs, quæ in eiſdem ſunt conſtituta, iubet eſſe contentos: uoluntati eius, ſalua legis Falcidiæ authoritate, obtemperandum eſſe, manifeſtum eſt. nec mutat, quòd in ſequẽtibus uerbis mancipia ſua uniuerſa, nulla facta eorum diſcretione, commẽdanda putauerit hæredibus: cum utiq; his ea uideat̃ inſinuaſſe, quibus etiã teſtamẽto relinquenda eſſe decreuit.

XI. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. C. *Antonio.*

INter filios & filias bona inteſtatorum parentum pro uirilibus portionibus æquo iure diuidi oportere, explorati iuris eſt.

XII. *Impp.* GALLIENVS & VALERIANVS AA. *Rufo.*

NOn ideo diuiſio inter te & fratrem tuum (ut ꝓponis) facta irrita habenda eſt, ꝙ eã ſcriptura ſecuta non eſt: cum fides rei geſtæ ratam diuiſionem adfirmet.

XIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Saturnino.*

CErtum eſt, liberorum peculia poſt mortem patris in hæreditatem diuidẽdam ad cõmunionem eſſe reuocanda. Frater autem & cohæres tuus ob contractus, quibus uiuente patre etiam ignorante ipſo obligatus fuit, conuenire te & alterum tuum fratrẽ cohæredem ueſtrum ultra nõ poteſt, quàm ut de peculio ſuo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus eſt his, cum quibus ipſe contraxit.

XIIII. *Iidem* AA. *Hermiano.*

SI familiæ erciſcundæ iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrẽ tuũ æquo iure diuiſa ſunt, nihil ſuper euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter inter uos cõuenit, id eſt ut unuſquiſq; euẽtum rei ſuſcipiat: recte poſſeſſionis euictæ detrimẽtum fratrẽ tuum & cohæredẽ ꝑ parte agnoſcere, præſes ꝓuinciæ per actionẽ præſcriptis uerbis compellet.

XV. *Iidem* AA. *Theophilo.*

SI diuiſionẽ cõuentione factã, etiã poſſeſſio conſenſu ſecuta, pro ſolido dominiũ rerum, quas ſpectinere ad patrẽ tuum placuit, ei firmauit: earum uindicationẽ habere potes, ſi patri tuo ſucceſſiſti. Si uero placitũ diuiſionis uſq; ad pactum ſtetit: arbiter familiæ erciſcundæ iudicio uobis datus, cõmunionẽ inter uos finiri prouidebit.

XVI. *Iidem* AA. *Heraclio.*

FIlij patris teſtamentum reſcindendi, ſi hoc inofficioſum probare nõ poſſunt, nullã habent facultatem. Sed etſi tam circa teſtamentum, quàm etiam codicillos iudicium eius deficiat, uerum quibuſcunq; uerbis uolũtas eius declarata ſit: licet ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum: ex ſenatus conſulto retentionis modo ſeruato, familiæ erciſcundæ iudicio aditum iudicem ſe qui uoluntatem patris oportere, iuris authoritate ſignificatur.

XVII. *Iidem* AA. & CC. *Cõmodiano.*

COhæredibus diuiſionẽ inter ſe faciẽtibus, iuri abſentis & ignorantis minime derogari, ac pro indiuiſo portionẽ eam, quæ initio ipſius fuit, in oñibus cõmunibus rebus retinere, certiſſimum eſt. unde portionẽ tuam cum reditibus arbitrio familiæ erciſcundæ percipere potes, ex facta inter cohæredes diuiſione nullum præiudicium timens.

XVIII. *Iidem* AA. & CC. *Dominæ.*

FIliæ, cuius pater noĩe res cõparauit, ſi non poſtea contrarium eius iudicium ꝓbetur, per arbitrium diuidẽdæ hæreditatis præcipuas adiudicari, ſæpe reſcriptum eſt. His itaq; ſi patri ſucceſſiſti, quẽ nomine tuo quædã cõparaſſe dicis, aduerſus ſororẽ tuã apud præſidẽ ꝓuinciæ, ſi res integra eſt, uti potes. In cõmuni aũt hæreditate quin ſumptus ab uno facti bona fide, familiæ erciſcundæ iudicio uel negociorũ geſtorũ actione ſeruari poſſint, nõ eſt ambiguum.

XIX. *Iidem* AA. & CC. *Liſicrati.*

INcerti iuris nõ eſt, in familiæ erciſcundæ iudicio earũ rerum, quas ex cohæredibus quidã de cõmunibus adſumpſerunt, uel deteriores fecerunt, rationem eſſe habendam, eiuſdemq; rei cæteris præſtandam indemnitatem.

XX. *Iidem* AA. & CC. *Pactuelæ.*

IN familiæ erciſcũdæ iudicio ab uno pro ſolido rei ueluti cõmunis uenundatæ precium non uenit: ſed mandati, ſi præceſſit, cohæres uenditoris agere poteſt: uel negociorum geſtorum, ſi ratam fecerit uenditionẽ. Nam ſi uelut propriã unus diſtraxerit, ac precium poſſideat: hæreditas ab eo petenda eſt.

XXI. *Iidem* AA. & CC. *Fortunato.*

SI cogitatione futuræ ſucceſſionis, officium arbitri diuidendæ hæreditatis præueniendo, pater communis ſuo uel qualicunq; iudicio ſuam declarauit uoluntatem: inter eos, qui ei ſuc ceſſerunt: exemplo Falcidiæ retentiõis habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter:

pro uirili præterea portione eorum,quæ nulli generaliter uel ſpecialiter adſignauit,facta diuiſione:in adiudicando patris ſequetur uoluntatem.

XXII. *Iidem.AA.&.CC. Dionyſio.*

SEruum communem,non conſentientibus cohæredibus,ſed per errorem ad eum,qui poſſidet,pertinere credentibus,tenens:cum omnis uerus titulus deficiat:ſuum nō facit,ſed in eo portiones hæreditarias adſignatas penes ſingulos ſucceſſores remanere,manifeſtum eſt.

XXIII. *Iidem.AA.&.CC.Hermogeni.*

LIcet pacto diuiſionis aduerſus ſingulos actio pro hæreditarijs portionibus creditori parata mutari non poſſit:tamen ad exhibendam fidem his,quæ conuenerant, ſtipulationis & iuris adhibito remedio,qui placitum excedit,urgeri poteſt:cum & hoc omiſſo, ſi nō contrarium conueniſſe probaretur,præſcriptis uerbis conueniri potuiſſet.

XXIIII. *Iidem.AA.&.CC.Socrati.*

FIlius,quem habentem fundum portionem hæreditatis fratribus & quibuſdam alijs ſub cō ditione uerbis precarijs reſtituere ſanxit teſtator:poſt eius conditionis euentum, hæreditaria parte prædij in quartæ ratione retenta:compenſato præterea,quod à cohæredibus uice mutua percepit:& ſi quid deeſt,in ſupplementum deducto:quod à cæteris in eo fundo ſoluetur,ſupra quartam habens,reddere compellitur. D.v.Non.Ianuar.CC.COSS.

XXV. *Iidem.AA.&.CC.Diocli.*

EX cauſa donationis,uel aliunde tibi quæſita,ſi aui ſucceſſionem reſpueris,cōferre fratribus compelli non potes. D.Idib.April.Tuſco & Anulino COSS.

XXVI. *Imp.CONSTANTINVS.A.ad Baſſum P.P.*

INter omnes,duntaxat hæredes ſuos,qui ex quolibet uenientes gradu, tamen pares uidentur eſſe,uel emancipatos,quos prætor ad ſucceſſionem uocat:ſiue cœptum neq; impletum teſtamentum,uel codicillus,ſeu epiſtola parentis eſſe memoretur,ſiue quocunq; alio modo ſcripturæ quibuſcunq; uerbis uel indicijs inueniantur relictæ:iudicio familiæ erciſcundæ(licet inteſtatō ad ſucceſſionē liberi uocentur)ſeruato ſenatuſcōſulti auxilio,defuncti diſpoſitio cuſtodiat, & ſi ſolennitate legū huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta. Si uero in huiuſmodi uoluntate, deſignatis liberis,alia ſit miſta perſona:certū eſt,eam uoluntatē,quantū ad illam duntaxat perſonam permiſtam,pro nullo haberi. D.Romæ.Kal.*.Criſpo.II.& Conſtantino Cæſ.II.COSS.

COMMVNI DIVIDVNDO. Tit. XXXVII.

I. *Imp.ANTONINVS.A. Lucano.*

FRater tuus,ſi ſolam portionem prædij ad ſe pertinentem diſtraxit, uenditionem reuocari non oportet:ſed aduerſus eum,cum quo tibi idem prædium commune eſſe cœpit,communi diuidundo iudicio conſiſte:& ea actione aut uniuerſum prædium,ſi licitatione uiceris,exſoluta ſocio parte precij,obtinebis:aut precij portionem,ſi meliorem alius conditionem obtulerit,conſequeris. Quod ſi diuiſio prædij ſine cuiuſq; iniuria commode fieri poterit:portionem ſuis finibus tibi adiudicatam poſſidebis:hoc uidelicet cuſtodiendo,ut poſt litis conteſtationem nec partem ſuam, cæteris eiuſdem rei dominis non conſentientibus,alienare poſſit. PP.Kal.Mart.Romæ.Antonino.A.IV.& Balbino COSS.

II. *Imp.ALEXANDER.A. Auito militi.*

SI probatum fuerit præſidi prouinciæ,fratrem tuum uineas communes pignori dediſſe:cū partem tuam,quam in uineis habes,creditori obligare nō potuerit:præſes prouinciæ reſtitui tibi eam iubebit cum fructibus,quos creditor de parte tua perceperit. Idem præſes prouinciæ de diuiſione uinearum inter te & creditorē fratris tui cognoſcet:& iubebit eum accepta pecunia,quanti ſtatuerit partem fratris tui ualere,eam partem,quam de fratre tuo accepit,tibi reſtituere:aut æſtimata tua parte,ad creditorem fratris tui,data pecunia, quanti eam æſtimauerit,transferre. PP.II.Id.Septembr.Alexandro.A.II.& Marcello COSS.

III. *Idem.A. Verecundiano.*

AD officium arbitri,qui inter te & fratrem tuū de diuidendis bonis datus fuerit,ea ſola pertinent,quæ manent communia tibi & illi. Nam & ea,quorum partem is uendidit, cū emptoribus tibi communia ſunt:& aduerſus ſingulos arbitrum petere debes,ſi ab illorum quoq; ſocietate diſcedi placeat. Cum autem regionibus diuidi aliquis ager inter ſocios non poteſt: uel ex pluribus ſinguli,æſtimatione iuſta facta,unicuiq; ſociorum adiudicantur,compenſatione pre

ne precij inuicē facta: eoq; cui maioris precij res obuenerit, cæteris condemnato: ad licitationē nonnunq; etiam extraneo emptore admisso: maxime, si se non sufficere ad iusta precia alter ex socijs sua pecunia uincere uilius licentē profiteat. PP. V. Non. Maij. Iuliano & Crispino COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Herodæ.*

SI maior quinq; & uiginti annis soror tua tecum res cōmunes diuisit: cuius non instrumentis, sed alijs probationibus earum communionē diremptam esse probetur: stare finitis conuenit. Quod si minor fuit, nec tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit: an in integrum propter diuisionem restitui debeat, causa cognita prouinciæ præses æstimabit. Idē eorum etiam, quæ uobis permanent communia, fieri diuisionem prouidebit: tam sumptuum, (si quis de uobis in res communes fecit) q̄ fructuum, item doli & culpæ (cum in communi diuidundo hæc omnia uenire non ambigitur) rationem, ut in omnibus æquabilitas seruetur, habiturus. D. VIII. Id. Febr. CC. COSS.

V. *Iidem. AA. &* CC. *Secundino.*

IN communione uel societate nemo compellitur inuitus detineri. Quapropter aditus præses prouinciæ, ea, quæ cōmunia tibi cum sorore prospexerit, diuidi prouidebit. D. VIII. Kal. Septembr. CC. COSS.

COMMVNIA VTRIVSQVE IVDICII, TAM FAMILIAE erciscundæ, q̄ communi diuidundo. Tit. XXXVIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Marco.*

DIuisionem prædiorum uicem emptionis obtinere placuit. PP. VI. Kal. Decembr. Gentiano & Basso COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Euphratæ.*

ETiam si is diuisioni arbitrū dedit, cui dandi ius non fuit: tamē si socij quondā diuisioni cōsensum dederint: quod quisq; eorum secundū placita possedit, pro parte socij dominium nactus est. PP. XVI. Kal. Decembr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Seuæ.*

MAioribus etiam, per fraudem, uel dolum, uel perperam sine iudicio factis diuisionibus, solet subueniri: quia in bonæ fidei iudicijs, quod inæqualiter factū esse constiterit, in melius reformabitur. PP. XVI. Kal. Jul. Ipsis. AA. COSS.

IIII. *Iidem. AA. ad Maximianum.*

SI patruus tuus ex communibus bonis res comparauit, sibi negocium gerens, nō omnium bonorū socius cōstitutus: pro cōpetentiū portionū modo indemnitati tuæ cōsuli oportet. & ideo rem emptā cōmunicare eū, cōtra iuris formā postulas. PP. XVI. Kal. Nouēb. Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

V. *Iidem. AA. Frontino & Gafirioni.*

DE instrumentis, quæ cōmunia fratrē uestrum tenere, pponitis, rector prouinciæ aditus, apud quē collocari debeant, æstimabit. PP. VI. Id. Febr. Sirmij. AA. COSS.

VI. *Iidem. AA. &* CC. *Thesidianæ & alijs.*

SI cum patruo uestro hac conditione diuisionem feciſtis, ut se nullum dolum adhibuisse iuraret, nec fidem placitis exhibuit: quo minus res indiuisas requiratis, eorum placitum, qui in diuisionem uenerunt, nihil uobis nocere potest. D. V. Kal. April. Sirmij. CC. COSS.

VII. *Iidem. AA. &* CC. *Seueriano & Flauiano.*

SI fratres uestri pro indiuiso cōmune prædium citra uestram uoluntatē obligauerunt, & hoc ad uos secundū pactum diuisionis nulla pignoris facta mentione peruenit; euictis partibus, quæ ante diuisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantū constitit: ex stipulatu, si inter eos fit: alioquin quanti interest, præscriptis uerbis contra fratres agere potestis. Nam si fundi scientes obligationem, dominium suscepistis: tantū euictionis promissionē solennitate uerborū uel pacto promissam probantes, eos conueniendi facultatem habebitis. D. II. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VIII. *Iidem. AA. &* CC. *Nicomacho & alijs.*

SI inter uos maiores annis uigintiquinq; rerum cōmunium diuisio, relicta uel translata possessione, finem accepit: instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. D. Non. Decemb. CC. COSS.

IX. *Iidem. AA. &* CC. *Demetriano.*

FAmiliæ erciscundæ, uel cōmuni diuidundo iudiciū ita demū, si corpora maneāt cōmunia,

agi potest. D. VI. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

X. Iidem. AA. & CC. Gallicano.

SCriptura testamenti, qua specialiter omnia diuisa continentur: quo minus res, quarũ testator nõ fecit mentionẽ, hæredes inquirere possint, nihil impedit. Sine die & consule.

XI. Imp. CONSTANTINVS. A. Cærulo rationali trium prouinciarum.

POssessionũ diuisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorẽ unumquenq; seruorum uel colonorũ adscripticiæ conditiõis, seu inquilinorũ proximorum adgnatio uel adfinitas permaneat. Quis eñ ferat liberos à parentibus, à fratribus sorores, à uiris coniuges segregari? Igitur si qui sic sociata in ius diuersum mancipia uel colonos traxerint: in unum eadem redigere cogantur. Data. III. Kal. Maij. Proculo & Paulino COSS.

XII. Imp. IVSTINIANVS. A. ad Senatum.

ILlud æquitatis fouere rationibus, bene nobis apparuit. si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem cõscripserit uel dederit, uel pro filia sua dotem: & hoc, quod dedit, iterum ad eum reuertatur, uel stipulatione, uel lege hoc faciente: uel & si alio dotem uel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor uel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento condito uel filios suos, uel extraneos scripserit hæredes, & nihil de huiusmodi rebus, quæ ad eum reuersæ sunt, uel peruenerunt, disposuerit: inueniantur autem alij liberi eius res à paterna substantia lucrati, uel per ante nuptias donationem, uel dotes, uel militiæ causa, quas (utpote testamento existente) non coguntur conferre: Tunc filius uel filia easdem res, quæ ad patrem reuersæ sunt, uel peruenerunt, habeant præcipuas, ad simile tamen lucrum computandas: ut in præsenti casu tantũ habeat ipse uel ipsa, quantũ eius fratres à patre sunt consecuti, secundũ eos modos, quos supra diximus, & quos conferre propter testamentum non coartantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum à patre collatũ est: neq; ipsos sibi præcipue hanc partem uindicare, sed quasi paternæ facta substantiæ sit, inter omnes secundũ institutionis tenorẽ diuidi. & hæc quidem, si inter fratres patris elogium compositũ sit. Sin autẽ extranei sint scripti hæredes, & nihil in testamẽto suo neq; in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo præcipuũ habeat filius uel filia, quod ad patrẽ reuertit̃ uel puenit. Si tamẽ minus in fratres collatũ est, amplius autẽ ex huiusmodi causa ad patrẽ peruenit: illo, quod ad similẽ quantitatẽ concurrit, excepto, cætera quasi paternæ substantiæ facta secundũ modũ institutionũ diuidant̃. Illo, cui dubio obseruando, si minus sit, quod pater ex huiusmodi causa habuit, ea quantitate, quæ inter fratres collata est: tota huiusmodi portio ad eas personas perueniat, quarum occasiõe res ad patrẽ reuertit̃. Ea igitur, quæ in paterna persona diximus, obtinere uolumus etiã in auo & proauo paterno uel materno, & in matre & in auia & proauia paterna uel materna. D. XI. Kal. Augusti. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

FINIVM REGVNDORVM. Tit. XXXIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Niæphoro.

REgionem certam fundi, proprijs finibus eius mutatis, dominus eius distrahere, ac residuum retinere nõ prohibetur. nec amplius emptor, cũ quod ratione secundũ uenditionis fidẽ ad se peruenit, uindicare potest prætextu teminorum temporis antecedentis uenditionem. D. Idib. Decemb. Nicomediæ. AA. COSS.

II. Iidem. AA. & CC. Tatiano.

SVccessionum uarietas, & uicinorum noui consensus, additis & detractis agris alterutrõ, determinationis ueteris monumenta sæpe permutant. D. IX. Kal. Ianuar. Nicomediæ. AA. & COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Tertullianum.

SI quis super sui iuris locis prior de finibus detulerit querimoniã, quæ proprietatis cõtrouersiæ cohæret: prius possessionis quæstio finiatur: & tunc agrimensor ire præcipiatur ad loca, ut patefacta ueritate huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne huiusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit: nihilominus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris prouinciæ unà cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet. Data. XVI. Kal. Mart. Veronæ. Gallicano & Symmacho COSS.

IIII. Idem. A. ad Bassum P. V.

SI constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusq; aliquid sententia determinet, rem sibi alienam usurpare uoluisse: non solum id, quod male petebat, amittat: sed (quo magis unusquisq; contentus suo, rem nõ exspectet iuris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite

superatus: tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittat. Lecta apud acta. XIII. Kal. Iul. Gallicano & Symmacho COSS.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Neoterio P.P.

QVinq; pedum præscriptione submota, finalis iurgij uel locorum libera peragatur intentio. PP. VIII. Kal. Augusti. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

VI. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

CVnctis molitionibus & machinis amputatis, decernimus in finali quæstione nõ longi temporis, sed tantũmodo triginta annorum præscriptionem locum habere. D. II. Non. Nouembr. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

DE CONSORTIBVS EIVSDEM LITIS. Tit. XL.

I. Imp. IVLIANVS. A. Seaundo P.P.

EXplosis atq; reiectis præscriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortiũ, studio trahẽdæ disceptatiõis, excogitare consuerunt: siue unius fori omnes sint, siue in diuersis prouincijs uersentur: nec adiuncta præsentia consortis uel cõsortium, agendi uel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. D. III. Non. Septembr. Mamertino & Neuita COSS.

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. Salustio P.P.

COmmune negociũ post litẽ legitime ordinatam, & quibusdã absentibus, in solidũ agi sine mãdato potest: si p̃sentes rem ratã dñm habiturũ cauere parati sint, uel (si quid ab his petit) iudicatũ solui satisdatiõe firmauerit. PP. VI. Id. Decẽb. Diuo Iouiniano. A. & Varroniano COSS.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS. Tit. XLI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Marcello.

SI exstat corpus numorum, quos ablatos ex patris tui hæreditate ab eo, quem liberum esse constitit, allegas: uindicare eos, uel ad exhibendum agere non prohiberis. Nam cuius aliàs noxa caput sequatur, & manumissus furti actione teneatur, quæ in hæredẽ non competit: cum tamen seruus à domino aliquid aufert, cuius furtum committat, furti tamen actio non est nata: neq; aduersus ipsum, si postea manumissus est, locum habet: nisi furtiuas res & post manumissionem cõtrectet. PP. XII. Kal Decembr. Maximo. II. & Aeliano. COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Quintiliano & alijs.

SI serui uestri inscientibus uobis, uel etiam prohibentibus, furtim arbores ceciderũt, quibus etiã propria pœna iuxta legem saltui datam fuerit præstituta: frustra ueremini, ne ex persona eorum ultra noxæ deditionẽ sitis obstricti: cum ex delictis seruorũ domini ignorantes, uel prohibentes, si noxali actione conueniant̃, ita condemnari debeant, ut aut noxæ dedere, aut condemnationẽ sufferre habeant in sua potestate. PP. III. Non. Iun. Gordiano & Auiola COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Eutychio.

SIue seruũ plagij paras solenniter accusare, præsidem prouinciæ adire nõ prohiberis: siue dominũ eius sollicitati serui noxali iudicio uel furti malueris conuenire, suã tibi notionẽ præses prouinciæ cõmodabit: non ignorans, quòd si dominũ elegeris, & eo nõ consentiente, quod intendis, cõmissum pbaueris: uel noxæ dedendæ, uel damni sarciendi, ac pœnæ præstandæ habeat facultatem. PP. V. Non. Octob. Sirmij. AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Sosio.

SI seruus ignorante domino, uel sciente, & prohibere nequeunte, res tuas ui rapuerit: dominũ eius apud præsidem prouinciæ, si necdũ utilis annus excessit, quadrupli: quòd si hoc effluxit tempus, simpli noxali iudicio cõuenire potes. Qui si noxæ maluerit seruũ dedere: nihilominus cũ ipso, cuius tũ ad eũ puenit, experiri nõ phiberis. Nã si eo cõscio, & phibere ualente: detracta noxæ deditione, cõuentus ad summã condẽnationis soluendã oĩno cõpellendus est. Sanè si criminis publici accusationẽ ppter uxorẽ tuã à seruo raptã intendendã putaueris: nõ cõtra dñm, sed contra eum seruũ, quẽ facinus cõmisisse, pponis, hãc instituere debes. PP. XVIII. Kal. Septẽb. Sirmij. AA. COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtũ nec manifestũ ancillã seruus ope consilioq; dñi cũ alijs rebus subtraxerit: cũ inter seruũ & liberũ ciuile iudiciũ nõ possit cõsistere: eũ ad hoc delictũ dupli pœnali actione, & de rebus ppris uindicatione, uel condictione cõuenire potes. S. V. Kal. April. CC. COSS.

Ad ex

AD EXHIBENDVM. Tit. XLII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Crescenti militi.

SI dominium ancillæ, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec iure à patre tuo uenundata est, eiusq; proprietatem tibi uindicare paratus es: præses prouinciæ exhiberi eam iubebit, ut apud iudicem de rei ueritate quæratur. PP. Kal. Maij. Alexandro. A. COS.

II. Idem. A. Syro.

SI criminis alicuius reus seruus postulatur, per ad exhibendum actionem produci à domino, non cælari debet. PP. XI. Kal. Decemb. Alexandro. A. COS.

III. Idem. A. Felicissimæ.

NEq; ad exhibēdum actio, neq; proprietatis uindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quòd aliquando aduersus te ad exhibēdum actione aliter pronunciatum est: quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Septembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. Idem. A. Flacillæ.

NOn ignorabit iudex instrumenta tui iuris, quæ penes diuersam partem fuisse probaueris, si ab eisdem non exhibeantur, iurisiurandi in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. III. Kal. Mart. Agricola & Clementino COSS.

V. Imp. GORDIANVS. A. Sabiniano militi.

AD exhibendum actione non tantum eum, qui possidet, sed & eum teneri, qui dolo fecit, quo minus exhiberet, merito tibi à non contemnendæ authoritatis iurisconsulto Modestino responsum est. PP. II. Id. Febr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

VI. Imp. PHILIPPVS. A. Palemonidi.

INstrumenta ad ius tuum pertinentia partem diuersam inuasisse adseuerans (siquidem crimen intendis) solennibus accusatiōibus impletis, fidē adseuerationi tuæ fac. Si uero ad exhibendum intendis: iudiciorum more experire. PP. II. Id. Mart. Peregrino & Aemyliano COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Vitalianis.

EXhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam uel dolū in explendo præcepto committit: ita, ut si rem deteriorem exhibuit, æquitas exhibitiōis perficiat, ut quis ad exhibendum agi non potest, in factum tamen actio contra eum detur. PP. XVI. Kal. Iun. Maximo. II. & Aquilino COSS.

VIII. Idem. AA. & CC. Photino.

SI res tuas commodauit aut deposuit is, cuius in precibus meministi: aduersus tenentem ad exhibendum, uel uindicatione uti potes. Quòd si pactum sit, ut tibi restituantur: siquidem ei, qui deposuit, successisti: iure hæreditario depositi actione uti non prohiberis. Si uero nec cuiuis nec honorario iure ad te hæreditas eius pertinet: intelligis, nullam te ex eius pacto, contra quem supplicas, actionem stricto iure habere. utilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur actio depositi. S. V. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

IX. Idem. AA. & CC. Faustino.

SI ex quocunq; contractu apud præsidem prouinciæ, iure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaueris: chirographa tua, ex quibus iam nihil peti potest, & instrumenta ad eum cōtractum pertinentia, tibi naturaliter liberationem consecuto, exhiberi ac reddi iubebit. S. VIII. Kal. Septemb. CC. COSS.

DE RELIGIOSIS, ET SVMPTIBVS FVNERVM, ET aleæ lusu, & aleatoribus. Tit. XLIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Doritæ.

SI ui fluminis reliquiæ filij tui continguntur, uel alia iusta & necessaria causa interuenit: æstimatione rectoris prouinciæ transferre eas in alium locum poteris. PP. VIII. Kal. Nouemb. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

II. Idem. A. Hilariano.

INuito uel ignorante te ab alio corpus illatum in puram possessionem tuam, uel lapidem, locum religiosum facere nō potest. Sin autem uoluntate tua aliquis mortuum in locum tuum intulerit: religiosus iste efficitur, quo facto, monumētum neq; uenire, neq; obligari à quo-

ri à quoquam prohibente iuris religione posse, in dubium non uenit. PP. Kal. Maij. Aquilino II. & Anulino COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Rimo.

LEgato à defũcto tibi relicto, & quod in funus eius uel morbũ erogasse te uiri boni arbitratu ꝓbaueris, præses ꝓuinciæ solui tibi iubebit. PP. V. Non. Iul. Maximo II. & Aeliano COSS.

IIII. Idem. A. Luciano.

SI sepulchrum monumenti appellatione significas: scire debes, iure dominĩ id nullum uindicare posse. sed si familiare fuit: ius eius ad hæredes omnes pertinere, nec diuisionẽ ad unũ hæredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quæ circa id sunt, si semper uicinis ædificijs usui hominum destinatis cesserint: eius sunt, cui illa, quorum partes esse uisæ sunt, ex diuisione obtigerunt. PP. VI. Non. Nouembr. Maximo II. & Aeliano COSS.

V. Idem. A. Cassio militi.

MIlitis uoluntatẽ, quam circa monumentũ sibi faciendum testamento expressit, & pater & mater hæredes eius negligere non debent. nam etsi delatio hoc nomine præteritis cõstitutionibus amota est: inuidiam tamen, & conscientiam circa omissum supremum eiusmodi officium, & contemptum iudicium defuncti euitare non possunt. PP. VIII. Kal. Maij. Iuliano & Crispino COSS.

VI. Idem. A. Primitiuo & alijs.

MOnumentorum inscriptiones, neq; sepulchrorum iura, neq; dominium loci puri ad libertos transferent. præscriptio autem longi temporis, si iustam causam initio habuit, uobis proficiet. PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano & Crispino COSS.

VII. Imp. GORDIANVS. A. Claudio.

STatuas sepulchro superimponere, uel monumento, quod à te exstructum profiteris, ornamenta, quæ putas, superaddere nõ prohiberis: cum iure suo eorũ, quæ minus ꝓhibita sunt, uuicuiq; facultas libera nõ deneget. PP. III. Kal. Aug. Gordiano A. II. & Pompeiano COSS.

VIII. Imp. PHILIPPVS. A. Iuliæ.

IVs familiarium sepulchrorũ ad adfines, seu proximos cognatos, non hæredes constitutos, minime pertinet. PP. XVI. Kal. Iul. Peregrino & Aemyliano COSS.

IX. Idem. A. & PHILIPPVS. C. Faustinæ.

LOcum quidem religiosum distrahi non posse, manifestum est. Verum agrum purum monumento cohærentem profani iuris esse, ideoq; efficaciter uenundari, non est opinionis incertæ. PP. VI. Kal. Decembr. Philippo. A. & Titiano COSS.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aquilianæ.

SI necdum perpetuæ sepulturæ corpus traditum est: translationem eius facere non prohiberis. PP. VIII. Id. Febr. Diocletiano IV. & Maximiano. III. AA. COSS.

XI. Iidem. AA. & CC. Gaudentio.

OBnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non uetamus. PP. VIII. Id. April. Ipsis IV. & III. AA. COSS.

XII. Iidem. AA. & CC. Victorino.

MOrtuorum reliquias, ne sanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatem condi, iam pridem uetitum est. PP. III. Kal. Octobr. Ipsis IV. & III. AA. COSS.

XIII. Iidem AA. & CC. Dionysio.

IVs sepulchri tam familiaris, quàm hæreditarij, ad extraneos etiã hæredes: familiaris autẽ ad familiam, etiam si nullus ex ea hæres sit, non etiam ad alium quenq;, qui non est hæres, pertinere potest. S. III. Id. Nouembr. Sirmij. CC. COSS.

XIIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

NEmo humanũ corpus ad alterũ locũ sine Augustis affatibus transferat. D. III. Kal. Mart. Cõstantinop. Honorio nobili puero & Euodio COSS.

* In uet. cod. notatur græcã hic constitutionẽ deesse. quæ ꝗꝗ in manus nostras nõ peruenit: libuit tamen, ne eius nos sensus omnino fugeret, ob morosa quorundã iudicia uel inertiam ludi

XV. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

*ALearum usus antiqua res est, & extra opera pugnatoria concessa. uerum pro tempore prodijt in lachrymas extranearum multa nationum susciꝑiẽs. quidã enim ludẽtes, nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt, die noctuq; luden do argento, apparatu, lapidibus & auro. consequenter autẽ ex hac inordinatione blasphemare deum conantur, & instrumenta conficiunt. Cõmodis igitur subiectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis uel priuatis domib9 ludere, neq; inspicere. & si

ctã & corrupta ꝓte deficiãt ꝓtã subijcere.

cõtra factum fuerit: nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur, & cõpetentibus actionibus repetatur ab his, qui dederunt, aut eorum hæredibus: aut his negligentibus, à procuratoribus, uel patribus, seu defensoribus: nõ obstãre, nisi quinquaginta annorũ præscriptiõe. episcopis uero locorũ hoc prouidẽtibus, & præsidũ auxilio utẽtibus, deinde ordinẽt quinq; ludos: comon belôn, comon diaulomolon, rhindalca, kayron, & ecperusan. Sed nec pmittim9 etiã lude re in his ultra unũ solidũ, etiã si multũ diues sit: ut si quẽ uinci cõtigerit, casum grauẽ nõ sustineat. non eñ bella solũmodo bene ordinamus, sed & res ludicras. Sed istam interminantes pœnã transgressoribus, potestatem dando episcopis hoc inquirendi, & præsidum auxilio sedandi: prohibemus etiam, ne sint equi lignei. & si quis ex hac occasione uincitur: hoc ipse recuperet: domibus eorum publicatis, ubi hæc reperiuntur. Si aũt noluerit accipere is, qui dedit: procurator noster hæc inquirat, & in opus publicum cõuertat. Similiter prouideant iudices, ut à blasphemijs & periurijs (quæ eorum inhibitionibus debent cõprimi) omnes penitus cõquiescant.

CODICIS DOMINI IV/

STINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER QVARTVS.

DE REBVS CREDITIS, ET IVREIVRANDO. Tit. I.

I. Imp. ANTONINVS. A. Herculiano.

Causa iureiurando ex cõsensu utriusq; partis, uel aduersario inferente, delato & præstito, uel remisso, decisa: nec periurij prætextu retractari potest, nisi speciaLiter hoc lege excipiat. PP. XV. Kal. Iul. Antonino. A. IV. & Balbino. COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Felici.

IVrisiurandi cõtempta religio satis deum ultorem habet. periculum aute corporis, uel maiestatis crimen, secundum constituta diuorum parẽtum meorum, & si p principis quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet. PP. VI. Kal. April. Maximo II. & Aeliano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Seuerę.

IN bonæ fidei contractibus, necnõ etiã in cæteris causis, inopia probationum, per iudicẽ iurãdo causa cognita res decidi oportet. PP. X. Kal. Septẽbr. Maximo II. & Aquilino COSS.

IIII. Iidem. AA. Maximæ.

SI ad excludendam tutelæ actionem pupillus iusiurandum tutori detulerit: postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. Kal. Iul. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

V. Iidem. AA. Iuliano.

CVm etiam à pupillorum tutoribus, uelut ab ipsis pupillis, relicta fidei cõmissa uidentur: super fideicõmissis præses prouinciæ cognoscet. & si id tibi relictum esse constiterit: reddi tibi efficiet. idem si inficiet, ad iusiurandũ (ut desideras) tutorem adiget. PP. IIII. Kal. Decembr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

VI. Iidem AA. Beßio.

CVm proponas partibus placuisse iurisiurandi religione litem decidi: præses prouinciæ iuxta decretum arbitri ad uolũtatis uestræ placitum amitæ tuæ filijs cõsulet. PP. V. Id. Febr. Tyberiano & Dione COSS.

VII. Iidem. AA. & CC. Eutychianæ.

NEc filius, nec quisq; alius, nec litigando, nec pactionẽdo, sed neq; iusiurandũ citra uolũtatẽ dominæ rei deferendo, præiudicium ei facere potest. Vnde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti: nihil tibi oberit. S. Idib. Novembr. AA. & COSS.

VIII. Iidem. AA. & CC. Alexandro.

ACtori, delato, uel relato iureiurando, si iurauerit, uel ei remissum sit sacramentum: ad similitudinem iudicati in factum actio cõpetit. S. XII. Kal. Maij. CC. COSS.

IX. Iidem. AA. & CC. Martiano.

DElata conditione iurisiurandi, reus (si non per actorem, quo minus de calumnia iuret, steterit) per iudicem soluere, uel iurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet. S. v. Kal. Maij. Sir-

Maij. Sirmij. AA. COSS.

X. *Idem. AA. & CC. Protogeni.*

IN actione etiã depositi, quæ super rebus quãuis sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum cæterorum bonæ fidei iudiciorum deferri potest. S.V. Kal. Decemb. CC. COSS.

XI. *Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.*

SI quis iusiurandum intulerit, & necdum eo præstito, postea utpote sibi allegationibus abundantibus, hoc reuocauerit: sancimus, nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere (satis enim absurdum est, redire ad hoc, cui renunciandum putauit: & cum desperauit aliam probationem, tunc denuo ad religionem conuolare) & iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates uenientes. Si quis autẽ sacramentum intulerit, & hoc reuocare maluerit: licere quidem ei hoc facere, & alias probationes (si uoluerit) præstare: ita tamen, ut huiusmodi licentia usq; ad litis tantummodo terminum præstetur. Post definitiuam autem sententiam, quæ prouocatione suspensa nõ sit, uel quæ postq; fuerit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo reuocare iuramentum, & iterum ad probationem uenire cuidã concedimus: ne repetita lite, finis negocij alterius causæ fiat exordiũ. Data. XV. Kal. Octob. Chalcedone. Decio. V.C. COS.

XII. *Idem. A. Demostheni. P.P.*

GEneraliter de omnibus iuramentis, quæ in litibus offerũtur, uel à iudice, uel à partibus, definiendum est. cum enim iam increbuit, iudices in plenissima definitione sacramentum imponere: euenit, ut prouocatione lite suspensa, hi quidem, qui iusiurandum præstare iussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem eorum cadant: cum multum discrepet iuramentum hæreditarium à principali sacramento. Necessitate itaq; rerum coacti, & probationibus pinguius subuenientes, ad huiusmodi uenimus sanctionem. Omne igitur iuramentum, siue à iudicibus, siue à partibus illatum, uel in principio litis, uel in medio, uel in ipsa definitiua sententia: sub ipso iudice detur, nõ exspectata uel ultima definitione, uel prouocationis formidine. Sed iuramento illato (cum hoc à partibus factum fuerit, & à iudice adprobatũ, uel ex authoritate iudicis cuicunq; parti illatum) siquidem is, cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus: & hoc præstet̃, uel referat̃: necessitate ei imponẽda, cui iure referr̃, relationis sacramentum subire: uel si hoc recusauerit, quasi illato sacramento præstito, causa uel capitulum decidatur, nullo loco prouocationi relinquendo. Quis enim ferendus est ad appellationis ueniens auxilium in ijs, quæ ipse facienda procurauit? Sin autem is, cui sacramẽtum est illatum, uel à parte, uel à iudice, hoc subire minime uoluerit: licentiam quidem habeat sacramẽtum recusare. Iudex autem, si hoc omnimodo præstandũ existimauerit, sic causam diriмat, quasi uolente eo sacramentum sit recusatum: & ita cætera siue capitula, siue totius negocij summa examinentur, & lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obuiante. Ipse autem, qui sacramentum sibi illatum dare recusauerit: uel hoc atteſtetur, uel si forte nõ audeat, habeat sibi in ultima prouocatione repositum auxilium. & si iudex appellationi præsidens bene quidẽ illatum iusiurandum, nõ rite autem recusatum pronunciauerit: res, secundum quod iudicatũ est, permanebit, sin autem nõ rite quidem illatum, recte autem recusatum sacramentum pronũciauerit: tunc ei licebit emẽdare sententiã iudicis, quæ quasi ex recusato sacramento processit, & nihil penitus nec præiudicij nec iniusti dispendij cuicunq; incurret. sed & causæ cursus ab initio usq; ad nouissimum terminum nõ impedietur, & lis æqua lance trutinabitur. Siue autem illatum iuramentum præstitum fuerit, siue recusatum: ipsi parti, quæ hoc intulit, nullum prouocationis remedium in hoc reseruabitur: cum nimis crudele est, parti, quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quòd iudex eius petitionem secutus est, supereſſe prouocationẽ. His de præsentibus personis statutis, nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subiungimus. & si persona nõ præsens inueniatur, cui sacramentum est illatum, lite forte per procuratorem uentilata: necesse est, uel ipsam principalem personã datis certis inducijs ad iudicem uenire, ut ea, quæ de sacramentis statuta sunt, impleat: uel si iudex existimauerit in prouincia, ubi degit, sub actorum testificatione iuramentum ab ea uel dari, uel referri, uel recusari, hoc procedere: ut singulis casibus euentus iam definitus imponatur. Licentia concedenda etiam parti alteri, uel per se, uel procuratorem super hoc ipso ordinatum adesse his, quæ de iuramento aguntur: uel si neutrum facere maluerit, & ex una parte (sub fide tamen gestorum) iuramentum præstari, uel referri, uel recusari: expensis propter huiusmodi causam præstandis officio iudicis trutinandis, an ab utraq; parte, uel ab altera eas oporteat depẽdi. Nullo tamẽ ex hoc litibus impedimẽto generando, sed donec ea procedunt, alijs capitulis uel litis membris à iudice examinandis. & postq; fuerint ei intimata gesta super iuramento subsecuta: tunc iterum ad hoc capitulum iudice redeunte, &

eo adimpleto,ad cætera perueniente:omnibus alijs,quæ de præsentibus sancita sunt, & in absentium parte obseruandis. In omnibus autem casibus,in quibus sacramenta præstantur,obseruationem iudicialē permanere censemus secundum personarū qualitatē:siue sub ipso iudice præstari oportet iuramentū,siue in domibus,siue sacris scripturis tactis,siue in sacrosanctis oratorijs. Similiq; modo in sua firmitate manere,quæ de calumniæ iureiurādo,uel relato sacramento legibus cauta sunt,uel à nobis uel retro diuis principibus introducta. nō enim ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata sunt, sed ut siquid deesse eis uideatur, hoc repleatur. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani.D.III.Kal.Nouemb.Decio.V.C.COS.

XIII. *Idem.A. Ioanni P.P.*

CVm quis legatum uel fideicommissum utpote sibi derelictū exigeret, & testamento forte nō apparente pro eo sacramentum ei ab hærede delatum esset,& is religionem suā præstasset, affirmans sibi legatum uel fideicommissum derelictū esse,& ex huiusmodi testamento id,quod petebat,cōsecutus esset, postea autem manifestum esset factū,nihil ei penitus fuisse derelictum:apud antiquos quærebatur,utrum iureiurando standum esset, an restituere deberet, quod accepisset: uel si reuera ei derelictū fuisset legatū uel fideicommissum,an daremus licētiā hæredi falcidiam,si cōpetat,ex hoc retinere? Nobis itaq; melius uisum est, repeti ab eo legatū uel fideicommissum,nullumq; ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere. Sed si uerum fuerit inuentum: quartæ detentionem introduci(si tamen locum habeat) ne cui ex delicto impium sibi lucrum adferre nostris legibus concedatur. D.XV.Kal.Nouembr.Constantinop.post cōsulatum Lampadij & Orestæ.VV.CC.

SI CERTVM PETATVR. Tit. II.

I. *Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA.Modestino.*

NEq; æquam,neq; usitatam rem desideras,ut æs alienum patris tui non pro portionibus hæreditarijs exsoluatis tu & frater cohæres tuus,sed pro æstimatione rerum prælegatarū:cū sit explorati iuris,hæreditaria onera ad scriptos hæredes pro portionibus hæreditarijs,nō pro modo emolumenti pertinere.quod nec tu ipse ignorare uideris,cum creditoribus secundum formam iuris pro portione tua caueris, D.Kal.Iul.Chilone & Libone COSS.

II. *Imp.ANTONINVS.A.Hermogeni.*

QVamuis pecuniā tuam Asclepiades suo nomine crediderit:stipulando tamē sibi ius obligationis quæsiuit.quam pecuniā ut possis petere:mandatis tibi ab eo actionibus, consequeris.PP.VII.Kal.Maij.Messala & Sabino COSS.

III. *Imp.GORDIANVS.A.Sempronio.*

EOs,qui officia administrant,neq; per se,neq; per suppositas personas tempore officij sui in prouincia fœnus agitare posse,sæpe rescriptū est.PP.VIII.Kal.Septēb.Gordiano.A.& Auiola COSS.

IIII. *Imp.PHILIPPVS.A.& PHILIPPVS.C.Maximo.*

SI absentis pecuniam nomine eius fœnori dedisti,ac reprobato nomine mandatis actionibus experiris:præses prouinciæ iurisdictionem suam præbebit.Idem si cessare mādatū animaduerterit:utilem tibi aduersus debitorem actionem eo nomine competere nō negabit.Pro pos.XV.Kal.Mart.Præsente & Albino COSS.

V. *Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC.Aristodemo et Proculo.*

SI non singuli in solidum accepta mutua quantitate,uel stipulanti creditori sponte uos obligastis, licet uni numerata sit pecunia,uel nō iuterceſſionis nomine hanc pro reo susceptis obligationem:frustra ueremini,ne eius pecuniæ nomine uos conuenire possit, quā alij mutuò dedit,si intra præstitutum tempus rei gestæ quæstionem detulistis. Ac multomagis inanem timorem geritis,si pecunia numerata oleum susceptum instrumento sit collatum: cum (si de reddendo oleo stipulatio nulla subiecta est,& huius rei habita est solennis contestatio) in suo statu remanente eo,quod uere factum interceſſit,ex olei accepti scriptura nihil deberi manifestum sit.S.V.Non.Maij.AA.COSS.

VI. *Idem.AA.& CC.Nicandro.*

SI ex precio debitæ quantitatis,facta nouatione,per stipulationem usuras licitas ab eo, contra quem supplicas,stipulatus es:falsa mutuæ datæ quantitatis demonstratio præmissa, cum

cum obligationis substantia non defecerit, quo minus usq; ad modum placitum usuræ possint exigi, nihil nocet. Si uero citra uinculum stipulationis tantum mutuam pecuniam datam conscriptum est, & eius præstari fœnus conuenit: simulatis pro infectis habitis, huiusmodi placitum nihil de præcedenti mutauit obligatione. S. XV. Kal. Decembr. AA. COSS.

VII. *Iidem. AA. & CC. Pactumeiæ.*

NOn unde originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat: sed qui contraxit, si ut propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur. S. V. Non. Octobr. Sirmij. AA. COSS.

VIII. *Iidem. AA. et. CC. Proculo.*

SI pro mutua pecunia, quam à creditore poscebas, argentum, uel iumenta, uel alias species uti usq; consensu æstimatas accepisti, dato auro pignori: licet ultra centesimam usuras stipulanti spopondisti: tamen sors, quæ æstimatione placito partium definita est, & usurarum titulo legitima tantum recte petitur. nec quidq; tibi prodesse potest, quod minoris esse pretij pignus, quod dedisti, proponis, quo minus huius quantitatis solutioni pareas. S. XVII. Kal. Ianuar. AA. COSS.

IX. *Iidem. AA. & CC. Alexandro.*

CVm te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itemq; numeratam pecuniam mutuò dedisse, ut Romæ solueretur, precibus adsueueras: aditus competens iudex, si duos reos stipulandi, uel re pro solido tibi quæsitam actionem, siue ab hæredibus Syntrophi procuratorē te factum animaduerterit: totum debitum, alioquin quod dedisti solum, restitui tibi iubebit. S. XV. Kal. Ianuar. AA. COSS.

X. *Iidem. AA. & CC. Crispino.*

EO, quòd à multis proprij debiti singulorum obligationis uno tantum instrumento probatio continetur, exactio non interpellatur. Nam si pro pecunia, quam mutuò dedisti, tibi uinum stipulanti, qui debuerant, spoponderunt: negocij gesti pœnitentia recte habitum contractum non constituit irritum. S. II. Non. Febr. Sirmij. AA. COSS.

XI. *Iidem. AA. & CC. Maximiano.*

INcendium ære alieno non exuit debitorem. S. II. Id. Febr. Sirmij. AA. COSS.

XII. *Iidem. AA. & CC. Theophanio.*

SI in rem communem cum Ione mutuam sumpsisti pecuniam, nec re, nec solennitate uerborum te obligasti in solidum: etsi eam post integram soluisti: de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum posceres, iudice cognoscente potes. S. XV. Kal. Septembr. CC. COSS.

XIII. *Iidem. AA. & CC. Frontoni.*

EVm, qui mutuam sumpsit pecuniã, licet in res alienas: creditore non contemplatione domini rerum eam fœnori dante: principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet. S. XVII. Kal. Nouembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XIIII. *Iidem. AA. et. CC. Hadriano.*

MVtuæ pecuniæ, quam alijs dedit, creditor, citra solennitatem uerborum subscribentem instrumento, non habet obligatum. Sine die. AA. COSS.

XV. *Iidem. AA. et. CC. Charidemo.*

NOn aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius, cui hanc credideras, hæredes experiri: contra iuris formam euidenter postulas. S. V. Kal. Decembr. CC. COSS.

XVI. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Theodoro* P.P.

QVisquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, si in prouincia fuerit uersatus: quasi emptor legum atq; prouinciæ. uel si quis collectarius honoris precium dederit ambienti: exilij pœna unà cum ipso iudice plectetur. D. XVII. Kal. Nouembr. Basso & Philippo COSS.

XVII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

SVper chirographarijs instrumentis hæc pro communi utilitate sancienda duximus, ut si quis pecuniam credere supra quinquaginta libras auri uoluerit, uel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit memorata quantitate: sciat non aliter debere chirographum à debitore uel à creditore percipere, q̃ si testimonium trium testium probatæ opinionis per eorum subscriptiones idem chirographum capiat. Nam si citra huiusmodi obseruationem chirographum super pecunijs memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur: minime hoc admitti à iudicãtibus oportet. quæ & in futuris creditis uel debitorũ solutionibus

locum habere oportet. D. X. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano. A. II. COS.

DE SVFFRAGIO. Tit. III.

I. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P.P.

SI qui desideria sua explere cupientes, ferri sibi à quocũq; suffragium postulauerint, & ob referendam uicem se sponsione constrinxerint: promissa restituant, cum ea, quæ optauerint, consequantur. si artibus moras nectent: ad solutionẽ debiti sunt coartandi. Si quid eo nomine in auro, uel argento, uel cæteris mobilibus datum fuerit: traditio sola sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatem: quoniã collatio rei mobilis inita integra fide ac ratione cumulatur. Quòd si prædia rustica uel urbana placitum continebit: scriptura, quæ ea in alium transferat, emittatur, sequatur & traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta testentur. aliter enim ad nouum dominum transire non possunt, neq; de uetere iure discedere. Quòd si quis dum solum communitorio suffragioni titur, bona duxerit occupanda: reus temeritatis ac uiolentiæ retinebitur, atq; in statum pristinũ possessio reducetur: eo à petitione excluso, qui nõ dubitauit inuadere, quod petere debuisset. D. III. Non. Mart. Arcadio. III. & Honorio. II. AA. COSS.

DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE PECVNIAE. Tit. IIII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Ioanni P.P.

QVoties ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. oportet enim debitorem primo conuinci, & sic ad solutionem pulsari. quam rem non solum iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet: ut probationes secum adferat, debitoremq; conuincat pecuniam petiturus. D. VI. Id. Iul. Rauennæ. Honorio. XIII. & Theodosio. X. AA. COSS.

DE CONDICTIONE INDEBITI. Tit. V.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Mutiano.

PEcuniæ indebitæ per errorem, non ex causa iudicati solutæ, esse repetitionem in re condictionis, nõ ambigitur. Si quid igitur probare potueris, patrem tuum, cui hæres exstitisti, amplius debito creditori suo persoluisse: repetere potes. usuras autem eius summæ præstari tibi frustra desideras. actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur, quæ indebita soluta est. PP. III. Kal. August. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Iidem. AA. Secundinæ.

SI citra ullam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es: aduersus eam, quæ te delegauit, condictionem habere potes. PP. XIII. Kal. Ianuar. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Pamphilo.

CVm & soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit: multo facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ condictio competit, uel doli exceptio agenti opponitur. S. III. Non. April. Bizantij. AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ per inficiationem in lite crescunt, ab ignorante etiam indebita soluta repeti non posse, certissimi iuris est. Sed & si cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur: condictioni locum nõ esse constat. S. V. Id. April. Bizantij. AA. COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Attalo.

SI à patre emancipatus, ei non intra tempora præstituta iure honorario successisti: quidquid indebitum postea per errorem (utpote patris successor) dedisti, eius condictionem tibi competere, non est incerti iuris. S. XIIII. Kal. Maij. AA. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Mnaseæ.

SI per ignorantiam facti non debitam quantitatem pro alio soluisti, & hoc adito rectore prouinciæ fuerit probatum: hanc ei, cuius nomine soluta est, restitui eo agente prouidebit. S. VI. Id. August. AA. COSS.

Iidem

VII. Idem. AA. & CC. Dionysiæ.

FIdeicõmissum uel legatum indebitũ per errorem facti solutum repeti posse, explorati iuris est. S. V. Id. Septembr. AA. COSS.

VIII. Idem. AA. & CC. Zyparo

CReditoris falso procuratori soluenti, aduersus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. Petit. XV. Kal. Nouembr. AA. & COSS.

IX. Idem. AA. & CC. Gratianæ.

INdebitum solutum sciens non recte repetit. Citra mandatum autem ab alio re distracta, dominus euicta re, uel ob præcedens uicium satis emptori faciens, nõ indebitum prætendere, sed per huiusmodi factum ratum contractum habuisse probans, à se debitum ostẽdit solutum. S. IIII. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

X. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano.

SI quis seruum certi nominis, aut quandam solidorum quantitatẽ, uel aliã rem promiserit, & cum licentia ei fuerat unum ex ijs soluendo liberari, utrunq; per ignorantiam dependerit: dubitabatur, cuius rei daretur à legibus ei repetitio, utrum ne serui, an pecuniæ? & utrum stipulator, an promissor habeat huius rei facultatem? Et Vlpianus quidem electionem ei præstat, qui utrũq; accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit: & tam Marcellum, cẽq; Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui utrunq; persoluit, electionem donat: qui & ante, cẽq; de pendat, ipsam habet electionem, quod uelit præstare: & huius sententiæ sublimissimum testem adducit Saluium Iulianum summæ authoritatis hominem, & prætorij edicti perpetui ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, Iuliani & Papiniani sententia placet: ut ipse habeat electionẽ recipiendi, qui & dandi habuit. D. Kal. Aug. Constantinop. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

XI. Idem. A. Iuliano P. P.

PRo dubietate eorum, qui mente titubante indebitam soluerint pecuniam, certamen legislatoribus incidit: id'ne, quod ancipiti animo persoluerint, possint repetere, an non. Quod nos decidentes sancimus, omnibus, qui incerto animo indebitam dederint pecuniam, uel aliã quandam speciem persoluerint, repetitionem non denegari, & præsumptionem transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte adprobetur. D. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

DE CONDICTIONE OB CAVSAM DAtorum. Tit. VI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Callisthenidi.

PEcuniam, quam te ob dotem accepisse pacto interposito (ut fieri, cum iure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis: impediente quocunq; modo iuris authoritate matrimonium, iure condictionis restituere debes: & pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum nõ esset, haberi oportet. PP. VI. Kal. August. Læto. II. & Cereale COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Asclepiadi.

SI (ut proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, cætera'q;, quorum meministi, donauit, ut creditoribus ipsa satisfaceret, ac si placita obseruata nõ essent, donatio solueretẽ: ea'q; cõtra fidem negocij gesti uersata est: non est iniquum, actionem cõdictionis ad repetitionem rerũ donatarum tibi, qui patri successisti, decerni. PP. XIIII. Kal. Decẽb. Albino & Maximo COSS.

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Aurelio et Alexandræ.

EA lege in uos collata donatio, ut neutri alienandæ suæ portionis facultas ulla competeret, id efficit, ne alteruter eorum dominium prorsus alienet: uel ut donatori, uel eius hæredi condictio, si non fuerit conditio seruata, quæratur. PP. Kal. April. Valeriano. IIII. & Gallieno. III. AA. COSS.

IIII. Idem. AA. & VALERIANVS. C. Aemiliæ.

SI cum exiguam pecuniã reuera susciperes, longe maiorẽ te accepisse cauisti, eo, quòd tibi patrocinium aduersarius repromitteret: cum dicas fidem promissi non secutam: ut libereris obligatione eius, quod non acceptum propter speratum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris. PP. V. Kal. Maij. Aemyliano & Basso COSS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Martiali.

SI militem ad negocium procuratorem fecisti (cum hoc legibus interdictum sit) ac propter hoc pe

hoc pecuniam ei numerasti:quidquid ob causam datum est,causa non secuta,restitui tibi competens iudex curæ habebit.PP.X.Kal.Octobr.Ipsis.IIII.&.III. COSS.

VI. Iidem.AA.&.CC.Cyrioni & Plotioni.

CVm ancillam patrem uestrum ei,cõtra quem supplicatis,dedisse proponatis: interest multum,utrum'ne donandi animo dedit,an ob manumittendam filiam,quam ancillam existimabat:cum perfecta quidem donatio reuocari non possit:causa uero donandi nõ secuta,repetitio competat.S.II.Id.Maij.AA. COSS.

VII. Iidem.AA.&.CC. Gerontio.

SI repetendi,quod donabas uxori eius,quem ad proficiscendum tecum huiusmodi liberalitate prouocare proposueras,nullam addidisti conditionem:remanet integra donatio:cum leuitati perfectã donationẽ reuocare cupientiũ iure occurratur. S.VII.Kal Septẽb.AA.COSS.

VIII. Iidem.AA.&.CC. Flauiano.

DIctam legem donationi(si non impossibilem contineat causam)ab eo,qui hanc suscepit, non impletam,condictioni facere locum,iuris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo,certam dixisti legem,nec huic illa, cum posset,paruit:successores ipsius de repetendis,quæ dederas,si hoc tibi placuerit,conuenire non prohiberis.S.III.Id.Febr.AA.COSS.

IX. Iidem.AA.&.CC. Bibulo.

SI liber constitutus,ut filiæ tuæ manumittantur,aliquid dedisti:causa non secuta,de hoc tibi restituendo condictio competit.Nam si quid seruus de peculio domino dederit: cõtra eum quidem nullam actionem habere potest: sed dominũ,qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est,aditus prouinciæ rector hortabitur(salua reuerentia)fauore scilicet libertatis,placito suo stare.S.III.Id.Febr.Sirmij.AA. COSS.

X. Idem.AA.&.CC.Cononianæ.

PEcuniam à te datã,si hæc causa,pro qua data est,nõ culpa accipientis,sed fortuito casu nõ est secuta: minime repeti posse,certum est.S.III.Non. Decembr.Nicomediæ. CC. COSS.

XI. Idem.AA.&.CC.Stratonicæ.

ADuocationis causa datam pecuniam:si per eos, qui acceperant, quo minus susceptam fidem impleant,stetisse probet:restituendã esse cõuenit.S.XVII.Kal.Ianuar.CC.COSS.

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM. Tit. VII.

I. Imp.ANTONINVS.A. Ingenuo.

SI ex cautione tua conueniri cœperis:nullam te accepisse pecuniam, sed ob turpẽ causam,& quam fieri prohibitum est,interpositam cautionem, ei,qui super ea re cogniturus est,probãdum est:& eo impleto,absolutio sequet. Sine die & cõsule.

II. Idem.A. Longino.

CVm te propter turpem causam,contra disciplinam temporum meorum,domum aduersariæ dedisse profitearis:frustra eam tibi restitui desideras:cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur.PP.XV.Kal. Decemb.Læto.II.& Cereale COSS.

III. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN. AA. Dizonti militi.

QVod euitandi tyrocinij causa dedisse te apud competentem iudicem ei,de quo quereris, indubia probationis luce constiterit:instantia eius recipies. Qui memor censuræ publicæ post restitutionem pecuniæ etiam concussionis crimen in ultum esse non patietur. PP. III. Kal.Augusti. Ipsis.IIII.&.III. AA.COSS.

IIII. Iidem.AA.&.CC. Rufino.

QVoties accipientis,non etiam dantis turpis inuenitur causa:licet hæc secuta fuerit:datum condici tantum,non etiam usuræ peti possunt.S.VII.Id.Ianuar.Sirmij.AA.COSS.

V. Iidem.AA.&.CC.Bichoporo.

MErcalem te habuisse uxorem proponis.unde intelligis,& confessionem lenocinij preces tuas continere,& cautæ quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamuis enim utriusq; turpitudo uersatur,ac soluta quantitate cessat repetitio:tamen ex huiusmodi stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones,iuris authoritate demõstratur.S.VI.Id.Maij.CC. COSS.

VI. Iidem.AA.&.CC. Eutychiæ.

OB restituenda, quæ subtraxerat, accipientem pecuniam: cum eius tantum turpitudo inter

interueniat: cõdictione conuentũ, hanc restituere debere cõuenit. D. XV. Kal. Iun. CC. COSS.

VII. *Iidem. AA. & CC. Zenoni.*

FVm, qui ob restituenda, quæ abegerat, pecora pecuniã accepit: tam hanc, quàm ea, quæ per hoc cõmissum tenuit, restituere debere cõuenit: licet mortua uel alio fortuito casu perisse dicãtur: cum hoc casu in rem mora fiat. D. V. Kal. Decembr. Nicomediæ. AA. COSS.

DE CONDICTIONE FVRTIVA. Tit. VIII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Hermogeni.*

PRæses prouinciæ sciens furti quidẽ actione singulos quosq; in solidum teneri, cõdictionis uero numorum furti subtractorum electionem esse, ac tum demum, si ab uno satisfactum fuerit, cæteros liberari: iure proferre sententiã curabit. D. Kal. Maijs. CC. COSS.

II. *Iidem. AA. & CC. Aristæneto.*

ANte oblationẽ interemptæ rei furtiuæ damnum ad furem pertinere, certissimi iuris est. D. Kal. Maijs. CC. COSS.

DE CONDICTIONE EX LEGE, ET SINE CAVSA, uel iniusta causa. Tit. IX.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Vlpio.*

LIcet ante tempus debita exigi non possunt: tamen si te ex primipilo debitorẽ cõstitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum præses prouinciæ compererit, ut ad solutionis securitatem solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse uideat̃: cõmonebit debitorem tuum, si saltem ipse sit soluendo, ut ante definitũ tempus debita repræsentet: ut fisco, cuius ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exsoluatur. S. XIII. Kal. Aug. Sirmij. CC. COSS.

II. *Iidem. AA. & CC. Sculatio.*

DIssolutæ quantitatis retentum instrumẽtum ineffica x penes creditorẽ remanere, & ideo per condictionem reddi oportere, non est ambigui iuris. S. III. Non. April. CC. COSS.

III. *Iidem. AA. & CC. Galatiæ.*

MAla fide possidens, de proprietate uictus, de exstantibus fructibus rei uindicatione, de cõsumptis uero condictione conuentus, eorum restitutioni parére compellitur. D. Idib. Februarijs. CC. COSS.

IIII. *Iidem. AA. & CC. Alexandro.*

SI non est numeratum, quod uelut accepturũ te, sumpsisse mutuò scripsisti: & necdum transisse tempus statutum, uel infra hunc diem habitam contestationem monstrando: reddi cautionem præsidali notione postulare potes. D. XVII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS. Tit. X.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Valeriæ.*

DAta certæ pecuniæ quãtitate ei, cuius meministi, in uicẽ debiti actiones tibi aduersus debitorem, pro quo soluisti, dicis esse mandatas: & ante, q̃ eo nomine litẽ contestareris, sine hærede creditorem fati munus implesse proponis. quæ si ita sunt: utilis actio tibi competit. PP. V. Kal. Maij. Attico & Prætextato COSS.

II. *Impp.* VALERIANVS & GALLIENVS. AA. *Celso.*

NOminibus in dotem datis: quamuis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio subsecuta sit: utilem tamẽ marito actionem ad similitudinem eius, qui emerit, dari oportere, sæpe rescriptum est. PP. XIIII. Kal. Febr. Seculari & Donato COSS.

III. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Rusticiano.*

OB causam proprij debiti locatoris cõueniri colonos, pensionibus ex placito satisfaciẽtes, per q̃ iniuriosum est. PP. prid. Kal. Ianuar. Tyberiade. Maximo II. & Aquilino COSS.

IIII. *Iidem. AA. Liciniæ.*

BOnam fidem in contractibus considerari æquum est. III. Non. Octobr. AA. COSS.

V. *Iidem. AA. & CC. Camerino & Martiano.*

SIcut initio libera potestas unicuiq; est habendi,uel non habendi contractus:ita renunciare semel constitutæ obligationi,aduersario non consentiente,nemo potest. Qua propter intelligere debetis,uoluntariæ obligationi semel uos nexos,ab hac nō consentiente altera parte,cuius precibus feciſtis mentionē,minime posse discedere. D. Non. April. Byzantij. AA. & COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Mauricio.

SI in solutum nomē debitoris sui debitor tibi dedit,ac te in rem tuā procuratorē fecit:pignora,quæ specialiter uel generaliter habes obligata,persequere. Quod si ab his,quibus fuerant obligata,cum potiores erant, distracta probentur:emptoribus auocari non posse, perspicis. D. IX. Kal. Iul. Sirmij. AA. COSS.

VII. Iidem. AA. & CC. Dionysio.

SI à creditore nomen comparasti:ea pignora, quæ uenditor nominis persequi posset, apud præsidem prouinciæ uindica. Nam si debitum ex eius persona res obligatas tenentes non transferant:iure communi pignora distrahere non prohiberis. Sanè si creditoribus in ordine pignorū antecedentibus uenundantibus, qui possident,comparauerunt,uel longi temporis præscriptione muniti perhibentur: pignorum distrahendorum facultatem te non habere,perspicis. S. III. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

VIII. Iidem. AA. & CC. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei,quem affectione patris te dilexisse proponis,tuam accipere pecuniam permisisti:& hanc tuam liberalitatem remunerans,te à procuratore suo aliam pecuniam sumere præcepit, rebusq; humanis ante perceptionem fuit exemptus : nec quod desideras, recuperare(cum perfectā habuit donationem)nec quod tibi dari mandauit, necdū tibi traditum,petere potes à procuratore. Quòd si mutuò dedisti,nec à delegatis dari nouādi causa stipulatus es:successores eius solutioni parēre cōpellantur. XIII. Kal. Febr. CC. COSS.

IX. Iidem. AA. & CC. Glyconi.

NEgantes debitores non oportet armata ui terreri: sed petitore quidem non implente suā intentionē,uel exceptione submoto, absolui. Conuictos autem condemnari, ac iuris remedijs ad solutionem urgeri,conuenit. D. Idib. Febr. CC. COSS.

X. Iidem. AA. & CC. Rufino.

ADuersus debitorē electis pignoribus personalis actio nō tollitur:sed eo,quod de precio seruari potuit,in debitū cōputato,de residuo manet integra. D. III. Non. April. CC. COSS.

XI. Iidem. AA. & CC. Paulæ.

NImia credulitate circumuēta es, cū quod colonis in rem suam mutuò dedisti, à domino prædij postulare posse credidisti:nec ad eum obligandum actorum ipsius adiuuat te præsentia. D. VIII. Kal. Aug. CC. COSS

XII. Iidem. AA. & CC. Iouino.

OB æs alienum seruire liberos creditoribus, iura compelli non patiuntur. D. XIII. Kal. Nouembr. CC. COSS.

XIII. Iidem. AA. & CC. Barsumio.

EVm,cui mutuam dedisti pecuniā, ad solutionē urgere competenti debes actione.nam aduersus negociatores,quos ex mercibus pecuniam abstulisse tuo debitori proponis, nullā habes actionem. D. XI. Kal. April. CC. COSS.

XIIII. Iidem. AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

EST in arbitrio uestro,personali debitoris hæredes actione,an eum,qui ab his distracta sibiq; tradita pignora tenet, in rem Seruiana (si non longi temporis præscriptione munitus sit) anutroſq; conueniatis. D. V. Kal. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VT ACTIONES ET AB HAEREDIBVS ET CONTRA hæredes incipiant. Tit. XI.

XV. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm stipulationes,& legata,& alios cōtractus post mortē cōpositos, antiquitas quidem respuebat,nos aūt pro communi hoīm utilitate recepimus:cōsentaneū erat, etiā illam regulā,qua uetustas utebatur, more humano emendare. Ab hæredibus eñ incipere actionē,uel contra hæredes,ueteres nō cōcedebant, cōtemplatione stipulationum cæterarum q; causarū post mortem conceptarū. sed nobis necesse est, ne prioris uicij materiam relinquamus,& ipsam regulam de medio tollere: ut liceat & ab hæredibus,

dibus,& contra hæredes incipere obligationes & actiones: ne propter subtilitatem nimiam uer borum uoluntates contrahentiũ impediantur. D.XV.Kal.Nouembr.Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestæ VV.CC.

NE VXOR PRO MARITO, VEL MARITVS PRO VXORE, uel mater pro filio conueniatur. Tit. XII.

I. *Impp.*DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*Asclepiodotæ.*

IVstra dubitas de cõtractibus cũ marito tuo habitis, utrũ ne iure steterint, an mínime:cũ tibi sufficiat,si proprio nomine nullum contractum habuisti,quo minus ꝑ marito tuo cõueniri possis:ꝙ nec si spõte ꝑ eo intercessisses,qdcꝫ à te ꝑpter senatus cõsultũ exigi iure potuisset. D.prid.Idib.April.Dioclet.III.& Maxi.AA.COSS.

II. *Iidem. AA. Terentiæ.*

OB maritorũ culpã uxores ineꝫtari leges uetãt,ꝑinde rationalis, si res, q̃ à fisco occupatæ sunt,dominij tui esse ꝓbaueris,ius publicũ sequet. D.III.Non.Sept.Dioclet.& Maxi.AA. COSS.

III. *Iidem AA.& CC.Carpophoro.*

CVm te possessiões nõ in dotẽ pro filia tua dedisse, sed ad sustẽtandã eã extra dotis causam filiæ tuæ prædia adsignasse proponas: ciuilium munerũ uel onerũ municipialiũ obtentu, ex persona mariti eius,quomodo matres ex persona filiorũ interpellari nõ possunt:cũ neꝫ maritũ pro uxoris obligatione cõueniri posse cõstet,nisi ipse ꝑ ea se obnoxiũ fecit.certissimum eñ est,ex alterius contractu neminẽ obligari.III.Id.Septembr.Sirmij.AA. COSS.

IIII. *Iidem.AA.&.CC. Philotheræ.*

CVm te ideo ex persona filij tui cõmemores cõueniri,quòd pro debitis eius aliquid intulisse uidearis:defensionibꝰ tuis uti apud eũ,cuius super ea re notio est,minime ꝓhiberis:& is ad solutionẽ alieni debiti urgeri te nõ patiat̃. D.X.Kal.Septẽbr.Titiano & Nepotiano COSS.

NE FILIVS PRO PATRE, VEL PATER PRO FILIO emancipato,uel libertus pro patrono conueniatur. Tit. XIII.

I. *Imp.*GORDIANVS.A. *Candido militi.*

NEꝫ ex eius filij persona,qui cum sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius,si non fidem suam obstrinxit,cõueniri potest:neꝫ ex eius,quem in potestate habet, si sine eius iussu contractũ est(neꝫ si cõtra senatus consultũ Macedonianũ mutua pecunia data est) amplius,quàm de peculio, actionẽ sustinere cogit̃. Quappter pater tuꝰ,si ei pecunia à creditore fratris tui extorta est,ob quã reddendã nõ tenebat:ꝓbis ꝑuinciæ authoritate eã recupabit.PP.III.Non.Octobr.Pio & Põtiano COSS.

II. *Impp.*DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*Neoterio & Eutolmi.*

NE contra iuris authoritatem ab eo, qui patrem uestrum, à quo emancipatos uos dicitis, ad munus ciuile deuocauerat,inquietemini:præses prouinciæ ꝑuidebit. D.VIII.Kal.Feb. Maximo II.& Aquilino COSS.

III. *Iidem.AA.&.CC. Achiuæ.*

PAtris nomine superstitis filium,nec munerum ciuiliũ,nec debiti causa, personali posse cõueniri actione cõstat.S.XII.Kal.Mart.Sirmij.CC. COSS.

IIII. *Iidem. AA.& CC. Theogeni.*

SIfiliusfamilias inuito patre decurio creatus sit:pro eo patrem inquietari nõ posse, iure manifestissimo cautum est.G.X.Kal.Maij.CC. COSS.

V. *Iidem. AA.& CC. Lampetio.*

EXpatroni uel domini cõtractu liberi uel serui cõueniri nõ possunt. D.Idib.April. CC. COSS.

AN SERVVS PRO SVO FACTO POST MANVmissionem teneatur? Tit. XIIII.

I. *Impp.*SEVERVS*&*ANTONINVS.AA. *Iuuentiano.*

QVamuis cũ statulibero cõtraxeris: tamẽ ex ante gesto te non habere cum eo post impletam conditionẽ libertatis actionem,scire debes. PP.IIII.Id.Decembr. Dextro.II.& Prisco COSS.

II. *Imp.*ANTONINVS.A.*Bexico.*

CReditoribus tuis, qui tibi in seruitute mutuam pecuniam crediderunt, nulla aduersus te actio competit: maxime, cum peculium tibi non esse legatum proponas. PP. III. Kal. Septembr. Læto & Cereale COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Herodi.

PRomissæ tibi pecuniæ à seruo tuo, ut eum manumitteres: si postea, & manumisisti, stipulatus ab eo non es: aduersus eum petitionē per in factum actionem habes. PP. Idib. Septemb. Alexandro. A. COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Hieroni.

LIcet seruitutis tēpore ea, quæ pecuniā matris tuæ subripuisse dicit, ob eiusmodi admissum cōueniri nō poterat: ad libertatē tamen perductā (nam caput noxa sequitur) furti actione tenetur. PP. Idib. Septemb. Pio & Pontiano COSS.

V. Idem. A. Chresto.

SI (ut allegas) anteā à domino manumittereris, fundos eius coluisti, postea'q; adempto peculio libertate donatus es: ob reliqua, si qua pridē contracta sunt, res bonorū, quas postea propriis laboribus quæsijsti, inquietari minime posſūt. PP. XVI. Kal. Decēb. Ariano & Pappo COSS.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Feliciano.

SIue serui sunt hi, quorū precibus fecisti mentionē: domi eos conueni: quia inter dominos & seruos iudiciū cōstare nullū potest. siue post delictū manumissi sunt: ex antecedentibus post datam libertatē eos nulla ratio iuris à dominis quondā cōueniri patitur. Sanè si post manumissionem quid illicite commiserunt: hoc apud præsidem prouinciæ argue, accepturus ex iure sententiam. D. II. Id. April. Byzantij. AA. COSS.

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS DEBITORIS SVI debitores conuenire possit. Tit. XV.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Valeriano.

PRopter æs alienū pupilli res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet, pignori capi non oportet. PP. XI. Kal. Iun. Laterano & Rufino COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Marco.

SI in causa iudicati Valentis, quē tibi condemnatū esse proponis, nihil est, quod sine quæstione pignoris loco capi & distrahi possit: debitores eius conuenti ad solutionem authoritate præsidis prouinciæ compelluntur.

III. Imp. GORDIANVS. A. Primanio.

SI debitum nō inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest uideri nō esse iniquū, quod desideras, ut ad solutionē per officiū procuratoris cōpellant. Nam si quæstio aliqua refert: id cōcedi nō oportere, etiā ipse perspicis. PP. VI. Kal. Febr. Sabino & Venusto COSS. IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Zosimo.

NOn prius ad eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionē fiscalē extēdi oportere, nisi potuerit, pbari principales reos idoneos non esse, certissimi iuris est. S. XII. Kal. Maij. AA. COSS. V. Idem. AA. & CC. Nanidæ.

IN solutum nomine dato, nō aliter, nisi mandatis actionibus, ex persona sui debitoris aduersus eius debitores creditor experiri potest: suo autem nomine utili actione recte uetur. D. Kal. Ianuar. CC. COSS.

DE ACTIONIBVS HAEREDITARIIS Tit. XVI.

I. Imp. GORDIANVS. A. Hermeroti.

PEcuniam, quam tibi à matre debitam fuisse dicis, ab hæredibus eius cohæredibus tuis pro parte tibi cōpetente petere debes. sed & res, si quæ ob idē debitū obligatæ sunt, persequi nō, phiberis. PP. XI. Kal. Mart. Gordiano. A. II. & Pōpeiano COSS.

II. Imp. DECIVS. A. Telemachæ.

PRo hæreditarijs partib9 hæredes onera hæreditaria agnoscere, etiā in fisci rationibus placuit: nisi intercedat pignus uel hypotheca. tunc enim possessor obligatæ rei conueniendus est. PP. XIIII. Kal. Nouembr. Aemyliano & Aquilino COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Maximæ.

HAeredem mariti quondam tui de dote reddenda tibi conueni. personalem autem actionem

nem cõtra debitores hæreditarios decerni tibi frustra postulas. PP. XIIII. Kal. Maij. AA. COSS.

IIII. *Iidem. AA. & .CC. Crispo.*

SVb prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij creditorũ exactionẽ differri nõ posse, nimis euidens est. unde cum te tutorem proponas: quemadmodum à pupillis creditoribus satisfiat, eniti debes. D. X. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

V. *Idem. AA. & .CC. Iulio.*

VT debitum ante tibi de hæreditate soluatur, ac tunc si ad te pertineret, quæri iubeamus: præpostera petitio est. etenim cum tibi soceri successionem quæsitam patuerit: debiti petitionem per confusionem extingui non ambigitur. D. prid. Non. Mart. Sirmij. CC. COSS.

VI. *Iidem. AA. & .CC. Domno.*

SI adulta, cuius curam geris, pro triente patruo suo (quem etiam tutelam eius administrasse proponis) hæres extitit, nec ab eo quidq̃ exigere prohibita est: debitum à cohæredibus eius pro besse petere non prohibetur, cum ultra eam portionem, qua successit, petitio non confundatur. Nam aduersus adultam tuam rescindi postulas testamentum: siquidem cohæredes eius adeuntes hæreditatem se etiam obligant. at si non soluendo constituri probentur: postulata separatio nullum ei damnum fieri patietur. D. Kal. Decembribus. AA. COSS.

VII. *Iidem. AA. et. CC. Apolausto.*

CReditores hæreditarios aduersus legatarios non habere personalem actionem conuenit: quippe cum euidentissime lex duodecim tabularum hæredes huic rei faciat obnoxios. D. VI. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

EX DELICTIS DEFVNCTORVM IN QVANTVM hæredes conueniantur. Tit. XVII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & .CC. *Macedoni.*

POst litis contestationem eo, qui uim fecit, uel concussionem intulit, uel aliquid deliquit, defuncto: successorem eius in solidum, alioquin in quantum ad eum peruenit, conueniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditetur. D. V. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

DE CONSTITVTA PECVNIA. Tit. XVIII.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Felici.*

SI pro alieno debito te soluturum constituisti: pecuniæ constitutæ actio non solum aduersus te, sed aduersus hæredes tuos perpetuò competit. D. VII. Kal. Iul. Sirmij. CC. COSS.

II. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P. P.

REcepticia actione cessante, quæ solennibus uerbis composita, inusitato recessit uestigio: necessarium nobis uisum est, magis pecuniæ constitutæ naturam ampliare. Cũ igitur præfata pecuniæ constitutæ actio in his casibus tantũmodo à ueteribus concluſa est, ut exigeret res, quæ pondere, numero, mensura consistunt, in alijs autem rebus nullam haberet communionem: & neq; in omnibus casibus longæua esset constituta, sed in speciebus certis annali spacio concluderetur: & dubitaretur, an pro debito sub conditione uel in diem cõstituto eã possibile esset fieri, & an pure constituta pecunia contracta ualeret: hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus constituere, non solum res, quæ pondere, numero, mensura cõsistunt, sed etiam alias omnes, siue mobiles, siue immobiles, siue sese mouentes, siue instrumenta, uel alias quascunq; res, quas in stipulationem possint homines deducere. neq; sit in quocunq; casu annalis, sed siue pro se quis constituat, siue pro alio: sit & ipsa in tali uitæ mẽsura, in qua omnes personales actiones positæ sunt, id est annorũ metis triginta. & liceat pro debito pure, uel in diẽ, uel sub conditione constitui: & non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus priuilegijs minime defraudata. sed & hæredibus & contra hæredes competat: ut neq; recepticiæ actiõis, neq; alio indigeat respublica in huiusmodi casibus adminiculo, sed sit pecuniæ constitutæ actio per nostrã cõstitutionẽ sibi in omnia sufficiens: ita tamẽ, ut hoc ei inhæreat, ut p debito fiat cõstitutũ: cũ secundũ antiquã recepticiã actionẽ exigebat, & si quid nõ fuerat debitũ: cum satis absurdũ, & tam nostris tẽporibus, q̃ iustis legibus contrariũ sit, permittere per actionem recepticiam res indebitas consequi, & iterum multas proponere conditiones,

quæ & pecunias indebitas & promissiones corrumpi & restitui definiunt. ut igitur non erubescat tale legum iurgium: hoc tantummodo constituatur, quod debitum est: & omnia, quæ de recepticia in diuersis libris legislatorum posita sunt, aboleantur: & sit pecuniæ constitutæ actio omnes casus complectens, qui & per stipulationem possunt explicari. Et neminem moueat, quod sub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentium, licet constituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quæ pondere, numero, mensura cõstitutæ erant. Sed & possibile est omnes res in pecuniam conuerti. si enim certa domus, uel certus ager, uel certus homo, uel alia res, quæ expressa est, in constituendis rebus ponatur: quid distat à nomine ipsius pecuniæ? Sed ut subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed uana nominum uocabula amplecti desiderant: ita omnes res ueniant in constituram actionem, tanq; si fuisset ipsa pecunia constituta: cum etiam ueteres pecuniæ appellatione omnes res significari definiant, & huiusmodi uocabulum & in libris iuris authorum, & in alia antiqua prudentia manifestissime inuentum sit. His uidelicet, quæ argenti distractores, & alij negociatores indefense constituerint, in sua firmitate secundum morẽ usq; adhuc obtinentem durantibus. D. x. Kal. Mart. post consulatum Lampadij & Orestæ. vv. cc.

III. *Iidem. A. Ioanni* P. P.

Diui Hadriani epistolã, quæ de periculo diuidẽdo inter mãdatores & fideiussores loquitur, locum habere & in his, qui pecunias pro alijs simul constituunt, necessarium est. æquitatis enim ratio diuersas species actionis excludere nullo modo debet. D. Kal. Nouembr. post Lampadij & Orestæ. vv. cc. consulatum.

DE PROBATIONIBVS. Tit. XIX.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Faustino.*

VT creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur: ita rursum debitor, qui solutam adfirmat, eius rei probationẽ præstare debet. PP. prid. Kal. Iul. Dextro. II. & Prisco COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Aulizano.*

POssessiões, quas ad te pertinere dicis, more iudiciorum persequere. nec enim possessori incumbit necessitas probandi, eas ad se pertinere: cum te in probatione cessante, dominium apud eum remaneat. PP. XV. Kal. Decembr. Læto & Cereali COSS.

III. *Idem. A. Vito.*

PRoprietatis dominium non tantum instrumento emptionis, sed ex quibuscunq; alijs legitimis probationibus ostenditur. PP. Kal. Nouembr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Leænæ et Lupo.*

EX persona collegæ aui uestri conueniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officij soluendo fuisse ostenderitis. PP. V. Kal. Ianuar. Pompeiano & Peligno COSS.

V. *Imp.* PHILIPPVS. A. *et* PHILIPPVS *Cæs. Sertorio.*

INstrumenta domestica, seu priuata testatio, seu adnotatio, si non alijs quoq; adminiculis adiuuetur, ad probationem sola non sufficit. PP. VII. Id. April. Philippo. A. & Titiano COSS.

VI. *Iidem. A. & Cæs. Romulo.*

RAtiones defuncti, quæ in bonis eius inueniuntur, ad probationem sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est. Eiusdem iuris est, & si in ultima uoluntate defunctus certam pecuniæ quantitatẽ, aut etiã res certas sibi deberi significauit. PP. Idib. Mart. Philippo. A. & Titiano COSS.

VII. *Imp.* GALLIENVS. A. *Sabino.*

EXemplo perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisq; sibi adnotatiõe propria debitorem constituit. unde neq; fiscum, neq; alium quemlibet, ex suis subnotationibus debiti probationem præbere oportet. PP. III. Non. Mart. Gallieno. A. VII. & Sabinillo COSS.

VIII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Publicio &* Optato.

FRustra uereminí, ne ab eo, qui lite pulsatur, probatio exigatur. PP. XIII. Kal. *. Basso & Quintiano COSS.

IX. *Iidem.* AA. *&* CC. *Martianæ.*

CVm te minorem quinq; & uiginti annis proponas: adire præsidem prouinciæ debes, & de ætate probare. D. Idib. April. AA. COSS.

X. *Iidem.* AA. *&* CC. *Isidoro.*

Neq;

NEq; natales tui(licet ingenuum te probare possis)neq; honores,quibus te functum esse cõ memoras,idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continent:cum nihil prohibeat & te ingenuum,& eam ancillam esse. D.XVIII.Kal.Maij.AA.COSS.

XI. *Iidem.AA.& .CC.Antoniæ.*

SI scriptum hæredem ab amita tua,uel de testamenti uicio,uel quacunq; alia ratione nõ posse obtinere hæreditatem,probari à te posse confidis:de hac hæreditate apud rectorem prouinciæ agere potes.S.V.Kal.Maij.Heracliæ.AA.&COSS.

XII. *Iidem.AA.& CC.Chroniæ.*

CVm res non instrumentis gerantur,sed in hæc gestæ rei testimonium conferatur:factam emptionem,& in uacuam possessionem inductum patrem tuum,precium'q; numeratum, quibus potes,iure proditis probationibus docere debes.D.V.Non.Octobr.AA.& COSS.

XIII. *Iidem.AA.& CC.Iustino.*

NOn epistolis necessitudo consanguinitatis,sed natalibus,uel adoptionis solennitate coniungitur:nec aduersus absentem hæreditatis diuidendæ gratia, uel contra fratrem pro ancilla petitus arbiter,substantiæ perimit ueritatem.Siue itaq; quasi ad sororem,quam ancillã te posse probare confidis,epistolã emisisti:siue familiæ erciscundæ,quasi pro cohærede petitus arbiter doceatur:fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit.D.Kal.Decemb.AA.COSS.

XIIII. *Iidem.AA.& CC.Munitiano.*

NOn nudis adseuerationibus,nec ementita professione(licet utriq; consentiant)sed matrimonio legitimo concepti,uel adoptione solenni filij ciuili iure patri constituuntur.Si ita q; hunc,contra quem supplicas,alienum esse confidis:per te,uel per procuratorem adfirmationem eius falsam detege.D.Kal.Decembr.AA.COSS.

XV. *Iidem.AA.& CC.Antonio.*

VIs eius,qui se dominum contendit,ad imponendum onus probationis seruo minime prodest.Cum igitur aufugisse te de domo Seueri profitearis,uerum nec ab illo iuste te initio, sed per uiolẽtiam detentum adseueras:inquisito prius,an in possessione libertatis sine dolo mã lo constitutus sis:tunc etiam,onus probationis qui debeat subire,per huiusmodi euentum declarabitur.D.VI.Kal.Ianuar.AA.COSS.

XVI. *Idem.AA.&.CC.Philippæ & Sebastianæ.*

SIue possidetis prædia,quæ à patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes, uindicant:ipsis incumbit facti probationis necessitas.siue ipsis ea prædia quasi à patre uestro sibi donata tenentibus,uos hæredes constituti patris petitis,ut intentionem uestram nõ constitisse detegant:unde domini facti sunt,emergente quæstione, docere compelluntur. D.X. Kal. Febr.AA.COSS.

XVII. *Iidem.AA.&.CC.Paulinæ.*

MAtrem tuam consecutam libertatem,ac te post editam,ut ingenua probari possis,ostendi conuenit.quod enim fratribus tuis nulla moueatur quæstio:ad defensionem tuam nihil prodesse potest.D.V.Id.Febr.AA.COSS.

XVIII. *Iidem.AA.& CC.Violantillæ.*

CVm precibus tuis significes,ignorante te prædium eum,cuius meministi,sibi uelut à te donatum instrumentis inseri feciſſe:si uera sunt,quæ indidisti:nec ad nomen factæ donationis fundus iste peruenit.unde adito iudice competenti,probare te oportet,contra uoluntatem tuam hunc fundum instrumento aduersarium tuum sibi adscribi laborasse:ut secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam.D.VII.Id.April.Byzantij.CC.COSS.

XIX. *Iidem.AA.&.CC.Menandro.*

EXceptionem dilatoriam opponi quidem initio:probari uero,postq; actor monstrauerit, quod adseuerat,oportet.D.XIII.Kal.April.Nicomediæ.CC.COSS.

XX. *Iidem.AA.et CC.Phrominæ.*

SI de possessione seruitutis,emptionis instrumentis subtractis,in libertatem proclamat Eutychia:cum petitori probationis onus incumbat:intentione sua defecta,his iuuari minime potest.nam si in seruitutem petatur:ad emptionis probationem non est indicijs alijs opus, sed instrumentorum furtum monstrare sufficit.IIII.Non.Decembr.Nicomediæ.CC.COSS.

XXI. *Iidem.AA.et.CC.Crispo.*

AD probationem dominij uti, aliena subtrahentes instrumenta, minime possunt: quippe cum horum lectio non recitantes,sed quem tenor scripturæ designat, adiuuet. Cum itaq; nec cætera probationum indicia reprobentur iure competenti:prædiorum,quæ in quæstionem

onem ueniunt, dominium ad te ostende pertinere. nam res uindicantem ab emptore, suos numeratos numos adseuerantem, erga probationem laborare non conuenit: siquidem huiusmodi, licet probetur, factum intentioni nullum præbet adminiculum. S. VI. Id. Decembr. Singiduni. AA. COSS.

XXII. *Iidem. AA. & CC. Agathocleæ.*

AD probationem seruitutis Glyconis, matrem eius ac fratrem seruilia fecisse ministeria, non sufficit: cum neq; ingenuorum conniuentia coniunctis necessitudine præiudicet, neq; de seruis ex eadem matre natis libertatem unus adipisci prohibeatur. D. VIIII. Kal. Ianuar. Ipsis CC. COSS.

XXIII. *Iidem. AA. & CC. Menelao.*

ACtor, quod adseuerat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. D. VIII. Kal. Ianuar. CC. & COSS.

XXIIII. *Imppp. VALENS. GRAT. & VALENT. AAA. ad Antonium P. P.*

IVbemus omnes, qui scripturas suspectas comminiscuntur, cum quid in iudicio promunt, nisi ipsi adstrinxerint ueritatem, ut nefariæ scripturæ reos, & quasi falsarios esse detinendos. D. prid. Id. Ianuar. Tyberiade. Valente. V. & Valentiniano Iun. COSS.

XXV. *Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Floro P. P.*

SCiant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, uel instructa apertissimis documentis, uel indicijs ad probationem indubitatis et luce clarioribus expedita.

DE TESTIBVS. Tit. XX.

I. *Imp ALEXANDER. A. Carpo.*

SI tibi controuersia ingenuitatis fiet: defende causam tuam instrumentis & argumentis, quibus putas. soli etenim testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt. PP. X. Kal. Maij. Maximo II. & Aeliano COSS.

II. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Roſæ.*

ETiam iure ciuili domestici testimonij fides improbatur. PP. III. Kal. Septēbr. Valeriano. II I. & Gallieno. II. AA. COSS.

III. *Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Valerio.*

SOla testatione prolatam, nec alijs legitimis adminiculis causam adprobatam, nullius esse momenti, certum est. PP. VIII. Kal. Decembr. Caro & Carino. AA. COSS.

IIII. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Candido.*

EOs testes ad ueritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidē religiōi iudiciariæ debitā possint ꝓponere. PP. V. Kal. Maij. Maximo. II. & Aquilino. COSS.

V. *Iidem. AA. & CC. Tertullo.*

PArentes & liberi inuicem aduersus se, nec uolentes ad testimonium admittendi sunt. PP. IIII. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VI. *Iidem. AA. & CC. Diogeni & Ingenuæ.*

NImis graue est, quòd petitis urgeri partem aduersam ad exhibitionem eorum, per quos sibi negocium fiat. unde intelligitis, quod intentionis uestræ proprias adferre debetis probationes, non aduersus se ab aduersarijs adduci. D. VI. Kal. Maij. CC. & COSS.

VII. *Iidem. AA. & CC. Deruloni.*

SEruos pro domino, quemadmodum aduersus eum, interrogari non posse: pro facto autem suo interrogari posse, non ambigitur. D. Kal. Nouemb. Nicomediæ. CC. COSS.

VIII. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad Iulianum præsidem.*

IVrisiurandi religione testes prius, cȝ perhibeant testimonium, iamdudū artari præcepimus, & ut honestioribus potius testibus fides habeat. Simili modo sancimus, ut unius testimonio nemo iudicum in quacunq; causa facile patiatur admitti. & nunc manifeste sancimus, ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiam si præclaræ curiæ honore præfulgeat. D. VIII. Kal. Septembr. Arzi. Optato & Paulino COSS.

IX. *Imppp. VALENS. GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Gracchum P. V.*

OMnibus in re propria dicendi testimonij facultatem iura submouerunt. D. V. Kal. Decembr. Valente. V. & Valentiniano Iun. COSS.

Impp.

X. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P.P.

QVoniam liberi testes ad causas postulantur alienas, si socij & participes criminis non dicãtur, sed fides ab his noticiæ postuletur: in exhibitione necessariarũ personarũ, hoc est testium talis debet esse cautio iudicãtis, ut his uenturis ad iudiciũ per accusatorẽ, uel ab his, per quos fuerant postulati, sumptus cõpetentes dari præcipiant. Idem iuris est, & si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte producendi sunt. D. XIII. Kal. Febr. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodosio III. AA. COSS.

XI. Idem. AA. Georgiæ

LIbertorum aduersus patronos illicitas atq; improbas uoces pœnæ obiectiõe præcludimus: atq; ita, ut non solummodo sponte prodire non audeant, sed ne uocati quidem in iudicium uenire cogantur. D. IIII. Id. Aug. Rauennæ. Mariniano & Asclepiodoto COSS.

XII. Imp. ZENO. A. Arcadio P.P.

NVllum penitus, cum semel ad iudicem quemlibet, licet non suum, dicendi gratia testimonium fuerit ingressus: armatã forte militiam, uel quamlibet aliam fori præscriptionem, ad euadendum iudicis motum, quem uel testimonij uerborum improbitas, uel rei qualitas flagitauerit, posse prætendere præcipimus. Sed omnis, qui in ciuili causa scilicet, suum præbẽt testimonium, seperato & tanc̃ ante iudicium interim deposito exceptionis fori priuilegio, huiusmodi præsidio denudatos, ita ad iudicantis intrare secretum, ut quicunq; aures eius iudicis offenderint, non dubitent sibimet formidandum: data cunctis iudicibus absq; ullo præscriptionis obstaculo (sicut sæpe dictum est) in testes, quorum uoces falsitate uel fraude non carere perspexerint, pro qualitate uidelicet delicti, animaduertendi licentia. D. XII. Kal. Iun. Decio & Longino COSS.

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SI quis testibus usus fuerit, ijdemq; testes aduersus eum in alia lite producantur: non licebit ei personas eorũ excipere: nisi ostenderit inimicitias inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia, ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed & si liquidis probationibus donatione uel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit: etiam eam allegationẽ integram ei seruari præcipimus. D. VII. Kal. Iun. D N. Iustiniano A. II. COS.

XIIII. Idem. A. Mennæ P.P.

TEstium facilitatem, per quos multa ueritati contraria perpetrantur, prout possibile est, resecãtes: oĩbus prædicimus, ut qui in scriptis à se debita retulerint, non facile audiantur, si dicant omnis debiti uel partis solutionem sine scriptis fecisse, uelintq; uiles & forsitan redemptos testes super huiusmodi solutione producere: nisi quinq; testes idonei & summæ atq; integræ opiniõis præstò fuerint solutioni celebratæ, hiq; cum sacramenti religione deposuerint sub præsentia sua debitum esse solutum: ut scientes omnes ita ea statuta esse, nõ aliter debitum uel partem eius persoluant, nisi uel securitatem in scripturis capiant, uel obseruauerint præfatam testium probationem: his scilicet, qui iam sine scriptis debitum uel partem eius soluerunt, præsenti sanctione merito excipiendis. Sin uero facta quidem per scripturã securitas sit, fortuito autem casu uel incendij, uel naufragij, uel alterius infortunij perempta: tunc liceat his, qui hoc perpessi sunt, causam peremptiõis probantibus, etiam debiti solutionem per testes probare, damnumq; ex amissione instrumenti effugere. D. Kal. Iun. DN. Iustiniano A. II. COS.

XV. Idem. A. Iuliano P.P.

SI quando inuitos testes in pecuniarijs causis ex nostra lege aliquis trahere maluerit: si quidẽ sua sponte fideiussionem suæ personæ sine damno præstare uelint: hoc fieri. Sin autem noluerint: non carcerali custodia detrudi, sed sacramẽto eos cõmitti censemus. si em̃ pro toto litis certamine iuriiurando credendum esse testium putauerint hi, qui eos produxerunt: multomagis præsentiam suam testibus sacramento eorum credere debent. Sed cũ minime oporteat testes in huiusmodi casibus protelari, & pro alienis commodis suas inuenire difficultates: disponimus, nõ amplius testes obseruare compelli iudices, postq; fuerint admoniti, nisi tantum quindecim dies, inter quos iudices prouideant, quatenus cognitionẽ suscipiant, in qua testes necessarij uisi fuerint: ut omnimodo licentia eis concedatur, & altera parte cessante, & minime eos obseruare uolente, si per executores admoniti uenire noluerint, testes accipere, & alterutra parte præsente, quæ eos introducit, testimonia eorum capere. his autem diebus effluentibus: liceat quidem testibus discedere à iudice, nullam habente licentiam eos, postq; adfuerint, iterum retrahere. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit, quo minus testimoniũ præstetur: parti læsæ

omnem iacturã pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus. D. XII. Kal. April. Lampadio & Oresta COSS.

XVI. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm apud compromissarios iudices testes fuissent producti, uariatum erat, utrum deberet eorum depositiõibus in iudicio litigator uti, an nõ esset audiẽdus. sancimus igitur siquidẽ in compromissis aliquid pro huiusmodi causa statutum est, hoc obseruari. sin autem nihil conuentum est in huiusmodi casibus: siquidem supersint testes: licentiam habere eum, contra quẽ depositiones eorum proferuntur, si eos recusauerit, concedere testes iterum adduci, & non opponi eis, quòd iam testimonium suum dederint. uel si hoc concedere minime maluerit: depositiones eorũ quasi factas accipere: omni iure legitimo, quod ei competit, aduersus eas seruato. Sin autem ab hac luce oñes subtracti sunt: tunc necessitatem ei imponi, fide scripturæ adprobata, in qua depositiones eorũ referuntur, eas quasi factas accipere. Si uero res permistæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij uiuentes: tunc in superstitum quidem testimonijs eandem electionẽ seruari litigatori, aduersus quẽ testimonia proferunt̃. In morientiũ aũt personas depositiões eorũ nõ esse respuendas: oñi, secundũ quod iam p̃diximus, aduersus eas & testes legitimo iure, q̃d ei cõpetit, aduersus quẽ ꝓferunt̃, integro seruato. D. VI. Kal. April. Lãpadio & Oresta COSS.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET AMISSIONE EORVM, ET apochis, & antapochis faciẽdis, & de his, quæ sine scriptura fieri possunt. Tit. XXI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Marchiæ.*

DEbitores tuos quibuscunq; rationibus debere tibi pecuniam si probaueris: ad solutionem compellet aditus præses prouinciæ. nec oberit tibi amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. PP. V. Id. Septembr. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Mabiliano.*

SI uteris instrumẽto, de quo alius accusatus falsi uictus est, & paratus est (si ita uisum fuerit) à quo pecuniã petis, eiusdẽ criminis te reum facere, & discrimẽ periculi pœnæ legis Corneliæ subire: nõ oberit sententia, à qua nec is, contra quem data est, appellauit: nec tu, qui tunc crimini non eras subiectus, appellare debuisti. PP. III. Kal. Octobr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. *Idem. A. Aeliano.*

SI aduersarius tuus apud acta p̃sidis ꝓuinciæ, cũ fides instrumẽti, quod ꝓferebat, in dubiũ reuocaret̃, nõ usurũ se cõtestatus est: uereri nõ debes, ne ex ea scriptura, quã nec esse uerã etiã ꝓfessione eius cõstitit, negociũ denuo repetat̃. PP. III. Non. Decẽbr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Martiano.*

ILlatæ dispensatori pecuniæ si ob amissorũ instrumentorũ casum ꝓbatione defeceris: in speculationum fiscalium fidem demonstrabit. D. II. Id. Febr. Gordiano A. & Auiola COSS.

V. *Idem. A. Prisco & Marco militibus.*

SIcut iniquũ est, instrumẽtis ui ignis cõsumptis, debitores quãtitatũ debitarũ renuere solutionẽ: ita nõ statim casum cõquerẽtibus facile credendũ est. Intelligere itaq; debetis, nõ existẽtibus instrumẽtis, uos uel alijs argumẽtis ꝓbare, fidẽ p̃cibus uestris adesse. PP. III. Kal. Iun. Sabino II. & Venusto COSS.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. A A. *Lucido.*

STatum tuũ, natali ꝓfessione perdita, mutilatum nõ esse, certi iuris est. D. XIII. Kal. Febr. Nicomediæ. Maximo. II. & Aquilino COSS.

VII. *Iidem A A. Zinimæ.*

SI solennibus stipendijs honeste sacramento solutus es: licet sup huiusmodi re instrumẽta (ut dicis) facta perdita sint: tamẽ si alijs euidẽtibus probationibus ueritas ostẽdi potest, ueterano rũ priuilegia etiã te usurpare posse, dubiũ nõ est. D. XV. Kal. Iun. Maximo. II. & Aquilino COSS.

VIII. *Iidem. AA. Alexandræ.*

SI constiterit ꝓprietatẽ possessionis, de qua agitur, apud uos esse: prouidebit iudex ex persona fructuariæ nullum præiudicium dominio comparari propter amissionẽ instrumentorum. D. XV. Kal. Mart. Diocletiano. II. & Maximiano. AA. COSS.

IX. *Iidem. AA. & CC. Aristæneto.*

INstrumentis etiam nõ interuenientibus, semel diuisio recte facta nõ habetur irrita.

X. *Iidem. AA. & CC. Victorino.*

Cũ in-

CVm instrumentis etiam non interuenientibus uenditio facta rata maneat: consequenter amissis etiam, quæ interceſſerant, non tolli ſubſtantiam ueritatis placuit. D. VIII. Kal. Nouembr. Retinaſſi. AA. COSS.

XI. *Iidem. AA. & CC. Theagenæ.*

EMancipatione facta, & ſi actorũ tenor nõ exiſtat: ſi tamen aliis indubitis probationibus uel ex perſonis uel ex inſtrumentorum incorrupta fide factam eſſe emancipationem, probari poſſit: actorum interitu ueritas cõuelli non ſolet. D. III. Id. Nouembr. AA. COSS.

XII. *Iidem. AA. & CC. Dionyſiæ.*

NOn idcirco minus, in uacuam inductus prædij poſſeſſionem donationis cauſa, quòd eius facti prætermiſſum inſtrumentum adſeueratur, hanc obtinere potes. D. Idib. Decembr. Nicomediæ. AA. COSS.

XIII. *Iidem. AA. & CC. Leontio.*

APud eos, qui rem geſtam ignorauerunt, amiſſorum iuſtrumentorum habita teſtatio nihil ad probationẽ ueritatis prodeſſe poteſt. D. XVI. Kal. Ianuar. Nicomediæ. AA. COSS.

XIIII. *Iidem. AA. & CC. ad Seuerum comitem Hiſpaniarum.*

SCripturæ diuerſæ, fidem ſibi inuicem derogantes, ab una eademq; parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt. D. IIII. Kal. Maij. Viminatij. CC. COSS.

XV. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad Populum.*

INexercendis litibus eandẽ uim obtinent tam fides inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium. D. Romæ. XII. Kal. Aug. Gallicano & Baſſo COSS.

XVI. *Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P. P.*

COntractus uenditionum, uel permutationum, uel donationum, quas intimari eſt neceſſarium: dationes etiam arrarum, uel alterius cuiuſcunq; cauſæ, quas tamen in ſcriptis fieri placuit: tranſactionum etiam, quas in inſtrumento recipi conuenit: nõ aliter uires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptionibusq; partium confirmata, & ſi per tabellionẽ conſcribãtur, etiã ab ipſo completa, & poſtremo partib9 abſoluta ſint: ut nulli liceat prius, quàm hæc ita præceſſerint, uel à ſcheda cõſcripta (licet literas unius partis uel ambarum habeat) uel ab ipſo mũdo, quod necdum eſt impletum uel abſolutũ, aliquod ius ſibi ex eodẽ cõtractu uel tranſactione uindicare. Adeo, ut nec illud in huiuſmodi uenditionibus liceat dicere, quòd precio ſtatuto neceſſitas uenditori imponatur, uel contractum uenditionis perficere, uel id, quod emptoris intereſt, perſoluere. Quæ tã in poſtea cõficiendis inſtrumentis, q; in his, quæ iam ſcripta, nondum aũt abſoluta ſunt, locũ habere præcipimus: niſi iam ſuper his tranſactũ, uel iudicatum ſit, quæ retractari non poſſunt: exceptis emptionalibus tantũ inſtrumentis, uel iam in ſcheda, uel in mundo cõſcriptis, ad quæ præſentẽ ſanctionẽ nõ extendimus, ſed priſca iura in his tenere cõcedimus. Illud etiã adijcientes, ut in poſterum, ſi quæ arræ ſuper facienda emptiõe cuiuſcunq; rei datæ ſunt, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis: licet nõ ſit ſpecialiter adiectũ, qd ſuper his arris nõ pcedente cõtractu oporteat fieri: tamẽ & qui uẽdere pollicitus eſt, uenditionẽ recuſans, in duplum eas reddere cogat̃: & qui emere pactus eſt, ab emptione recedens, datis à ſe arris cadat, repetitione earum deneganda. D. Kal. Iun. DN. Iuſtiniano A. II. COS.

XVII. *Idem. A. Mennæ P. P.*

IVdices, ſiue in hac inclyta urbe, ſiue in puincijs, ſecundũ ea, q̃ diſpoſuimus, ut poſſint (ſi hoc pſpexerint) occaſione teſtiũ in alijs locis degentiũ litigantes uel procuratores eorũ ibi deſtinare, ut depoſitionibus ſub utriuſq; partis præſentia factis, res ad eos referatur: etiã in illis ſeruare uolumus, qui prolatis inſtrumentis fidem adhibere exiguntur, ut ſi popoſcerint in alijs locis, id eis facere permittatur. & hoc ſi iuſte peti iudex inuenerit: ſimilis proferatur ſententia: ut poſt quàm in locis oportunis fides inſtrumento data, uel minus data fuerit, referatur negocium ad priorem iudicem. D. VIII. Id. April. Decio V. C. COS.

XVIII. *Idem. A. Demoſtheni P. P.*

PLures apochis uel redituum uel uſurarũ perceptis, ſi quando ſuper his dubitatio fuerit exorta, eas habere ſe negando, ius agentium faciunt uacillare: cum coloni ad dominium certantes, & ſibi iniquam forte libertatẽ uindicantes, uel debitores creditoribus ſuis temporalẽ præſcriptionem opponere cupientes, ad eaſdẽ inficiationes perueniunt. Quod reſecãtes iubemus, ut in præfatis caſibus, uel alijs priuatis ſimilibus, ſi uoluerit is, qui apocham conſcripſit, uel exemplar cum ſubſcriptione eius, qui apocham ſuſcepit, ab eo accipere, uel antapocham ſuſcipere: omnis ei licentia hoc facere concedatur, neceſſitate imponenda apochæ ſuſceptori antapochã reddere: ita tamẽ, ut ſi hoc is, qui apochã conſcribit, facere neglexerit, uel nõ curauerit:

nullum ei præiudicium ex eo, quod antapocham nõ receperit, generetur: cũ hoc, quod pro quibuſdam introductum eſt, inferre eis iacturam, minime rationi conuenit æquitatis. D. XII. Kal. Octobr. Chalcedone. Decio. V. C. COS.

XIX. *Idem. A. Iuliano P.P.*

COmparationes literarum ex chirographis fieri, & alijs inſtrumentis, quæ nõ ſunt publice confecta, ſatis abundeq; occaſionem criminis falſitatis dare & in iudicijs & in cõtractibus, manifeſtũ eſt. Ideoq; ſancimus nõ licere comparationes literarum ex chirographis fieri, niſi triũ teſtiũ habuerint ſubſcriptiones: ut prius literis eorũ fides imponatur, uel ex ipſis hoc deponentibus, ſiue cunctis, ſiue omnimodo duobus ex his, ſine comparatione literarum teſtium procedente: & tunc ex huiuſmodi chartula iam probata comparatio fiat. aliter etenim fieri comparationẽ nullo concedimus modo, licet in ſemetipſum aliquis chartam cõſcriptam pferat: ſed tantummodo ex forenſibus, uel publicis inſtrumentis, uel huiuſmodi chirographis, quæ enumerauimus, comparationem trutinandam. Omnes autẽ comparationes nõ aliter fieri concedimus, niſi iuramento antea præſtito ab his, qui cõparationẽ faciunt, fuerit adfirmatũ, quòd neq; lucri cauſa, neq; inimicitijs, neq; gratia tenti, huiuſmodi faciunt cõparationem. & hoc obſeruari tam in oñibus ſacris noſtris ſcrinijs, q̃ in apparitione omnis ſublimiſſimæ præfecturæ, necnõ magiſteriæ poteſtatis, cæteriſq; omnibus iudicijs, quæ in orbe noſtro cõſtituta ſunt: his omnibus in poſterum obſeruandis. comparatiões etenim iam antea factas retractari, extra periculum minime eſt. D. XIIII. Kal. April. Lampadio & Oreſta COSS.

XX. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm quidam inſtrumẽtum protulerit, uel aliam chartulam, eiq; fidem impoſuerit, poſtea autem perſona, contra quam iſta chartula uel inſtrumentum prolatum eſt, quaſi falſum hoc conſtitutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur, utrum neceſſitatem ei, qui protulit, imponi oporteat repetita uice hoc proferre, an ſufficiat fides iam adprobata: ſancimus, ſi quid tale eueniat, eum, qui petit eam chartam proferri, prius ſacramentum præſtare, quòd exiſtimans ſe poſſe falſum redarguere, quod prolatum eſt, ad huiuſmodi ueniat petitionem. Quid enim ſi cum noſſet deperditam eſſe chartam, uel forte cõcrematam, uel alio modo deminutã, hanc requiri adſimulans, & ad difficultatem productionis reſpiciens, huiuſmodi faciat petitionem? Et poſtq̃ hoc ab actore uel petitore fuerit iuratum, & inſcriptionum pagina apud competentem iudicem depoſita: tunc neceſſitatem imponi ei, qui protulit chartam, de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus poſſit apud eum crimen falſitatis uentilari. Sin autem dicat non eſſe ſibi poſſibile eam oſtendere, quia per fortuitos caſus huius copia ei abrepta ſit: tunc ſubeat ſacramentum, quòd nec habeat eandem chartulam, nec alij eam dederit, nec apud alium uoluntate eius conſtituta ſit, nec dolo malo fecerit, quo minus appareat ea: ſed reuera ipſa chartula ſine omni dolo ſit deperdita, & productio eius ſibi impoſſibilis ſit. & ſi tale ſubeat ſacramentum: ab huiuſmodi neceſſitate relaxetur. Quòd ſi prædictũ iuſiurandum ſubire minime maluerit: tunc quaſi falſa chartula nullas habeat uires aduerſus eũ, contra quem prolata eſt, ſed ſit penitus euacuata. neq; enim ulterius pœnam produci cõtra eos, qui non iurauerint, uolumus: cum forſitan quidam ſubtili reuerentia tenti, nec uerum ſacramentum præſtare patiuntur. Eandem autẽ copiam ei præſtamus, donec cauſa apud iudicem uentilatur. ſi enim iam pleniſſimum finem accepit, & neq; per appellationem ſuſpenſa eſt, neq; per ſolitam retractationem adhuc lis uiuere ſperatur: tunc ſatis durum eſt huiuſmodi querelæ indulgeri: ne in infinitum cauſæ retractentur, & ſopita iam negocia per huiuſmodi uiam iterũ aperiantur, & cõtrarium aliquid noſtro eueniat propoſito. D. V. Kal. Mart. Lampadio & Oreſta. VV. CC. COSS.

PLVS VALERE, QVOD AGITVR, QVÀM QVOD SIMULATE CONCIPITUR. Tit. XXII.

I. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Rufino.*

IN contractibus rei ueritas potius, q̃ ſcriptura perſpici debet.

II. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Soteriæ.*

ACta ſimulata, uelut non ipſe, ſed eius uxor comparauerit, ueritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt. quæſtio itaq; facti per iudicem uel præſidem prouinciæ examinabitur. D. X. Kal. Maij. CC. COSS.

III. *Idem. AA. & CC. Maximæ.*

Emptio-

EMptione pignoris causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. D. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

IIII. Idem. AA & CC. Decio.

SI quis gestum à se, alium egisse scribi fecerit: plus actum, q̃ scriptum ualet. D. VIII. Kal. Decembr. CC. COSS.

V. Idem. AA. & CC. Victori.

SI falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi, uelut locationis, quam fieri mandaueras, subscribenti non relecto, sed fidem habenti suasit: neutrum contractum (in utroq; alterutrius consensu deficiente) constitisse, proculdubio est. D. XIII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

DE COMMODATO. Tit. XXIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Sciolæ.

IAquidem, quæ maiore ui auferuntur, detrimento eorum, quibus res cõmodantur, imputari non solent. sed cum is, qui à te commodari sibi bouem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis & fortunam futuri damni in se suscepisse proponatur: præses prouinciæ, si probaueris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conuentionis implere eum compellet. D. VI. Kal. Iun. Ipsis. AA. COSS.

II. Idem. AA. Aulizano.

CVm eum, qui temporalis ministerij causa susceperit ancillam, ad restitutionẽ eius bona fides urgeat: consequens est, socerum tuum huius rei causa tradidisse ancillam, adito præside prouinciæ, probare: ut fidem susceptam is, aduersus quem supplicas, compellatur agnoscere. Dat. pridie Non. Nouembr. Ipsis AA. COSS.

III. Idem. AA. Soteriæ.

DE restituendis rebus, quas obligandas pro se dederas, postq̃ debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam aduersus hæredes eius exercere potes. D. III. Id. April. Sirmij. Ipsis & COSS.

IIII. Idem. AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur. D. XII. Kal. Decembr. Ipsis AA. & COSS.

DE ACTIONE PIGNERATICIA. Tit. XXIIII.

I. * Græca Constitutio Seueri & Antonini AA. ad Metrodorum. PP. Idib. Octobr. Apro & Maximo COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Demetrio.

QVod ex operis ancillæ, uel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quãtitatem releuabit. D. Kal. Octobr. Antonino IIII. & Alexandro COSS.

III. Idem. A. Victorino.

CReditor, qui prædiũ pignori nexũ detinuit, fructus, quos percepit uel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti cõputare necesse habet. & si agrum deteriorem constituit: eo quoq; nomine pigneraticia actione obligatur. PP. VI. Id. Decembr. Antonino. IIII. & Alexandro COSS.

IIII. Idem. A. Hermeo & Maximillæ.

PActum uulgare, quod proposuistis, ut si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori uel hypothecæ data uendere liceret: non adimit debitori aduersus creditorem pigneraticiam actionem. PP. XII. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. Idem. A. Dioscoridæ.

SI creditor sine uicio suo argentum pignori datum, perdidit: restituere id non cogitur. sed si culpæ reus deprehenditur, uel non probat manifestis probationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet. PP. XIII. Kal. Maij. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VI. Idem. A. Throphimæ.

QVæ fortuitis casibus accidunt, cum præuideri non potuerant: in quibus etiam aggressura la-

sura latronum est)nullo bonæ fidei iudicio præstantur.& ideo creditor pignora, quæ ex huiusmodi causa interierint,præstare non compellitur:nec à petitione debiti submouetur, nisi inter cõtrahentes placuerit,ut amissio pignorũ liberet debitorem. PP.Idib.April. Fusco & Dextro COSS.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Iuliano.

CReditor,qui fundos & domos pignori uel hypothecæ accepit,damnum in decidendis arboribus, domibusq; destruendis ab eo datum, in rationem deducere cogitur. & si dolo uel culpa rem suppositã deteriorem fecerit:eo quoq; nomine pigneraticia actione tenebitur, ut talem restituat,qualis fuerit tempore obligationis.creditor autẽ necessarios sumptus, quos circa res pigneraticias fecit,exigere non prohibetur. PP.XIII. Kal. August. Gordiano. A.II.& Pompeiano COSS.

VII. Imp.PHILIPPVS. A.& PHILIPPVS.Cæs.Saturnino.

SI nulla culpa seu segnicia creditori imputari potest :pignorum amissorum dispendium ad periculum eius minime pertinet. Sanè si simulata amissione, etiamnum eadem pignora(ut adseueras)à parte diuersa possidentur:aduersus eũ experiri potes.PP.VIII.Kal.Mart.Præsente& Albino COSS.

VIII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Georgio.

PIgnus in bonis debitoris permanere,ideoq; ipsi perire,in dubium nõ uenit. cum igitur adseueras,in horreis pignora deposita:consequens est,secundum ius perpetuum pignoribus debitori pereũtibus(si tamen in horreis,quibus & alij solebant publice uti,res depositæ sint)personalem actionem debiti reposcendi causa,integram te habere.PP.VI. Non.Maij. Mediolani. AA.COSS.

IX. Iidem.AA.Apollodoræ.

NEq; creditores,nec qui his successerunt,aduersus debitores pignori quõdam res nexas pertentes,reddita iure debiti quantitate:uel his non accipientibus,oblata,& cõsignata,& deposita:longi temporis præscriptione muniri possunt. Vnde intelligis,quòd si originem rei probare potes,aduersario tenente,uindicare dominium debes. Vt autem creditor pignoris defensione se tueri possit:extorquetur ei necessitas probandi debiti:uel si tu teneas,per uindicationem pignoris hoc idem inducitur.& tibi non erit difficilis,uel solutione,uel oblatiõe atq; solenni depositione,pignoris liberatio. D.Non.Maij.Ipsis & COSS.

X. Iidem.AA.& CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas soluto debito restitui debere,pigneraticiæ actionis natura declarat.quo iure,si titulo pignoris obligasti mancipia,per eandem actionem uti potes: nec creditor extra conuentionem uel præsidialem iussionem debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest.D. V.Kal.Ianuar. Sirmij.Ipsis CC. & COSS.

XI. Iidem. AA.& CC.Herisco.

QVominus fructuum, quos creditor ex rebus obligatis accepit,habita ratione ac residuo debito soluto,uel(si per creditorem factum fuerit,quominus solueretur)oblato,& consignato,& depositO:pignora,quæ in eadem causa durant,restituat debitori:nullo spacio longi tẽporis defenditur.D.XII.Kal. Decembr.CC.COSS.

DE EXERCITORIA, ET INSTITORIA ACTIONE. Tit. XXV.

I. Imp. ANTONINVS. A. Hermeti.

SEruus tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligauit,si cum eum officio alicui uel negociationi exercendæ proponeres, etiam ut id faceret,ei permissum à te probetur.quòd si hæc actio locum non habeat:siquidem in rem tuam uersum probabitur: actione in eam rem proposita, cogeris exsoluere.PP.VIII.Kal.Septembr. Duobus & Aspris COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A.Callisto.

EX contractibus seruorum,cuius de peculio duntaxat domini teneantur:de eo tamen,quod in rem eorum uersum est, uel cum institore ex causa,cui præpositus est, contractum est: etiã in solidũ cõueniri posse,dubiũ nõ est.PP.III.Kal. Maij. Alexandro. A.II.& Marcello COSS.

III. Idem. A.Martiæ.

INstitoria tibi aduersus eum actio competit,à quo seruum mensæ præpositum dicis:si eius negocij causa,quod per eum exercebatur,depositA pecunia nec reddita potest probari. PP. Non. Maijs. Agricola & Clementino COSS.

IIII. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN. AA.& CC. Antigonæ. Etsi

ET si à muliere magister naui præpositus fuerit: ex contractibus eius ea exercitoria actione ad similitudinem institoriæ tenetur. PP. XIII. Kal. Nouemb. Sirmij. CC. COSS.

V. *Iidem. AA. & CC. Caio.*

SI mutuam pecuniam accipere Demetriano Domitianus mandauit, & hoc posse probare confidis: ad exemplum institoriæ eundem Domitianum apud competentem iudicem potes conuenire. D. IIII. Kal. Nouembr. Ipsis CC. & COSS.

VI. *Iidem. AA. & CC. Onesimæ.*

QVi secutus domini uoluntatem, cum seruo ipsius habuit contractum: instar actionis institoriæ recte pro solido dominum conuenit. D. XIIII. Kal. Decembr. CC. COSS.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE EST, negocium gestum esse dicetur, uel de peculio, seu quod iussu, uel de in rem uerso. Tit. XXVI.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Aelio.*

CVm filiusfamilias tutor aut curator datur: pater tutelæ, uel negociorum gestorũ iudicio, de peculio, & de in rem uerso conueniendus est. quòd si uoluntate eius filius decurio sit creatus, & à magistratibus tutor constitutus: pater in solidum satisfacere cogitur: cum id onus exemplo cæterorum munerum ciuilium introductum, intelligatur. D. VII. Id. Nouembr. Dextro. II. & Prisco COSS.

II. *Iidem. A. Annio.*

EIus rei nomine, quæ cum filiofamilias contracta est, siue sua uoluntate, siue eius, in cuius potestate fuit, siue in peculium ipsius, siue in rem patris ea pecunia redacta est: & si paterna hæreditate abstinuit: actionem, nisi in id, quod facere possit, non dari: perpetui edicti interpretatione declaratum est. PP. VIII. Kal. Decembr. Dextro. II. & Prisco COSS.

III. *Imp. ANTONINVS. A. Artemoni.*

ETiam si non mandante, neq; iubente, neq; subscribente domina, pecuniam mutuam seruo Priscæ dedisti: tamen ea quantitas, si in rem dominæ eius iustis erogatiõibus uersa est: de in rem uersõ apud suum iudicem eam conueni, consecuturus secundum iuris formam id, quod tibi deberi apparuerit. D. III. Kal. Iul. Læto & Cereali COSS.

IIII. *Idem. A. Lucio.*

SI ex contractu patris iussu eius mutuam pecuniam accepisti, teq; eius hæreditate abstines: frustra uereris, ne à creditoribus eius conueniaris. D. V. Kal. Ianuar. Messala & Sabino COSS.

V. *Imp. ALEXANDER. A. Asclepiadi.*

NVlla res prohibet filiosfamiliarũ, si pro aljs maiores uigintiquinq; annis fideiusserunt, actione competenti aduersus eos teneri. sed si duntaxat de peculio tecum agatur: defensionibus, si quæ tibi competunt, utéris. PP. VI. Id. Decembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

VI. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. Cæs. Matrono.*

SI seruus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua in usurarum uicem habitandi facultatem concessit: nullo iure aduersarius tuus hospitium ex hac causa sibi uindicat, cũ te seruiue factum non obligauerit: & ingrediens rem tuam, contra uim eius authoritate competentis iudicis protegéris. D. XII. Kal. Iul. Aemyliano & Basso COSS.

VII. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Crescenti.*

EI, qui seruo alieno dat pecuniam mutuam, q̃diu supereſt seruus, itẽ post mortem eius intra annum, de peculio in dominum competere actionem: uel si in rem domini hæc quantitas uersa sit, post annum etiam esse honorariam: non est ambigui iuris. Quapropter siquidẽ in rem domini uersa pecunia est: hæredes eius conueniri possunt de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si uero hoc probari non potuerit: consequens est, ut superstite quidem seruo, dominũ de peculio conuenias: uel si iam seruus rebus humanis exemptus est, uel distractus, seu manumissus, nec annus excessit: de peculio quondam aduersus eum experiri possis. Alioquin si cum libero res eius agente, cuius precibus meministi, contractum habuisti, & eius personam elegisti: prouides, contra dominium nullam te habuisse actionem, nisi uel in rem eius pecunia processit, uel hunc contractum ratum habuit. D. Non. April. Byzantij. AA. COSS.

VIII. *Iidem. AA. & CC. Isidoro.*

SI ex alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor exstitisti, uel quod patrem tuum in fide

in fide suscepisti:tam in pātris positus potestate iure teneris,cȝ etiam morte genitoris tui iuris effectus.& siquidem patri hæres exstitisti:in solidum.alioquin,in quantum facere potes secundum edicti formam. Sed si per emancipationem tui iuris effectus es:similiter cōueniri te posse,debes intelligere. D.VI.Id.April.Byzantij.CC.COSS.

IX. Iidem. AA.& CC.Diogeni.

SI mandator pro filio tuo exstitisti,uel iussu tuo cum eo,quem in potestate habuisti,cōtracti est:intelligis & sorti & usuris te parére oportere,si te his omnibus obligasti,ut res,quæ pignoris iure detinentur, liberari possint. quòd si fideiussor creditæ pecuniæ intercessisti :teneri te ex ea obligatione,explorati iuris est.D.III.Kal.Maij.CC.COSS.

X. Iidem. AA.et CC. Aphrodiseo.

SI liberam peculij administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu serui uendiderunt: reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem.Quod si non habentes liberam peculij administrationem,rem dominicam eo ignorante distraxerunt:neq; dominium, quod nō habent,in alium transferre possunt:neq; conditionem eorum seruilem scientibus possessionis iustum adferunt initium. Vnde nō immerito nec temporis præscriptionem huiusmodi possessoribus prodesse manifestum est.ideoq; res mobiles ementes,etiam furti actione tenentur. D.V.Non.Octobr.Sirmij.CC.COSS.

XI. Iidem.AA.et CC. Attalo.

CVm ancilla contrahenti,quam iure non obligari posse constat, aduersus dominum, in quantum locupletius eius peculium est,ea superstite:ac post mortem,intra annum utilē dandam actionem,non ambigitur.D.prid.Kal.Decembr.CC.COSS.

XII. Iidem.AA.& CC.Victori.

DOminum per seruum obligari non posse,ac tantum de peculio,deducto scilicet,quod naturaliter seruus domino debet,eius creditoribus dari actionem:uel si quid in rem eius cōuersum probet,de in rem uerso,edicto perpetuo declarat.D.XIII.Kal.Febr.Sirmij.CC.COSS.

XIII. Impp. HONOR.& THEOD.AA.Ioanni P.P.

DOminos ita constringi manifestum est actione prætoria,quæ appellatur quod iussu,sicet tam numerari præceperint seruo actoriúe pecuniam . igitur in perpetuum edictali lege sancimus,ut qui seruo,colono,conductori,procuratori,actoriúe possessionis pecuniam mutuā dat:sciat dominos possessionum cultoresúe terrarum obligari non posse.Neq; familiares episcopi las,quibus homines plærunq; commendant absentem,in id trahere cōuenit,ut pecuniam,quā rogatus non fuerat,impēdisse pro prædijs mentiatur:cum nisi specialiter,ut pecuniam præster, à domino fuerit postulatus,idem dominus teneri nō possit:creditaq; quantitate multari uolumus creditores,si huiusmodi personis,non iubente domino,nec fideiussoribus specialiter acceptis,fuerit credita pecunia. Sanè creditori damus,ut si liber à rationibus,quas gerebat, fuerit inuentus actor,seruus,procuratorúe prædiorum:utilis actio pateat de peculio. D.V.Id.Iul. Rauennæ.Honorio.X.& Theodosio.VI.AA.COSS.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ADQVIRATVR. Tit. XXVII.

I. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Marcellæ.

EXcepta possessionis causa per liberam personam,quæ alterius iuri non est subdita,nihil adquiri posse,indubitati iuris est.Si igitur procurator non sibi,sed ei,cuius negocia administrabat,redintegratæ rei uindicationem pactus est, idq; pacti etiam stipulatio insecuta est:nulla domino obligatio adquisita est.seruis autē res traditæ dominis quæruntur. D.Kal.Iul.Ipsis & COSS.

II. Imp.IVSTINIANVS.A.Iuliano P.P.

CVm per liberam personam,si pecunia alterius nomine fuerit numerata ,adquiratur quidem ei,cuius nomine pecunia credita est,per huiusmodi numerationem condictio,non autem hypotheca uel pignus eorum,quæ procuratori data uel suppositа sunt, dominis contractus adquiritur:talem differentiam expellentes,sancimus,& condictionem, & hypothecariam actionem,uel pignus,ipso iure & sine aliqua cessione ad dominum contractus peruenire. Si enim procuratori necessitas legibus imposita est,domino contractus cedere actionem :quare quemadmodum ab initio in personali actione cessio superuacua uidebatur,non etiam in pignoribus & hypothecis,simili modo dominus contactus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris uinculū,uel retentionē sibi adquisitam. D.Kal.Nouembr.Lampadio & Orestа.VV.CC.COSS.

Imp.

III. *Idem A. Iuliano P.P.*

SI duo uel plures communē ſeruū habeant, & unus ex his iuſſerit, ut ſuo nomine ſeruus ab aliquo ſtipuletur, decem puta aureos, uel aliam rem: ipſe autem ſeruus non eius, qui iuſſit, ſed alterius ex dominis ſuis fecit mentionē, & nomine illius ſtipulatus eſt: inter antiquā ſapientiā quærebatur, cui adquiratur actio uel lucrum, quod ex ea cauſa accidit: utrum ei, qui iuſſit, an ei, cuius ſeruus fecit mentionem, an ambobus. Cūq; ex oñi latere magna pars authorū multū effuderit tractatū: nobis uerior eorū ſententia uideť, qui domino, qui iuſſit, adferunt ſtipulationem, & ei tantūmodo adquiri dixerūt: quàm aliorū, qui in alias opiniones deferuntur. neq; eñ malignitati ſeruorum indulgendum eſt, ut liceat eis domini iuſſione contempta, ſua libidine facere ſtipulationē, & ad alium dominum, qui eum forſitan corrupit, alienum lucrū tranſferre. quod neq; ferendum eſt, ſi ſeruus impius domino quidem, qui iuſſit, minime obediendum exiſtimauerit: aliį autem, qui forſitan ignorat & neſcit, repentinū adducat ſolatiū. Quod enim ſæpe apud antiquos dicebatur, iuſſionem domini non eſſe abſimilem nominationi: tunc debet obtinere, cum ſeruus iuſſus ab uno ex dominis ſtipulationem facere, & ſine nomine ſtipulatus eſt. tunc etenim ei ſoli adquirit, qui iuſſit. Si autem expreſſerit alium dominū: ſoli illi neceſſe eſt adquiſitionem celebrare. multo enim amplius oportet ualere dominici nominis mentionem, quam heritem iuſſionem. D. XV. Kal. Decembr. Lampadio & Oreſta VV. CC. COSS.

AD SENATVSCONSVLTVM MACEDONIANUM. Tit. XXVIII.

I. *Imp. AELIVS PERTINAX. A. Atilio.*

SI filiuſſamilias, cum in poteſtate patris eſſet, mutuam à te pecuniam accepit, cum ſe patrēfamilias diceret, eiusq; adfirmationi credidiſſe te iuſta ratione edocere potes: exceptio ei denegabitur. PP. X. Kal. April. Falcone & Claro COSS.

II. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Sophiæ.*

ZEnodorus ſi, cū ſui iuris eſſe publice uideretur, aut patris uolūtate cōtraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, uel ſuæ poteſtatis conſtitutus nouatione facta fidem ſuam obligauit, uel aliàs agnouit debitū: non eſſe locum decreto ampliſſimi ordinis, rationis eſt. PP. V. Kal. Mart. Saturnino & Gallo COSS.

III. *Iidem. AA. Macrino.*

SI filiuſſamilias aliquid mercatus, precium ſtipulāti uenditori cū uſurarū acceſſione ſponſat: non eſſe locum ſenatuſconſulto, quo fœnerare filijsfamiliarum eſt prohibitū, nemini dubiū eſt. origo eñ potius obligationis, quàm titulus actionis conſiderandus eſt. PP. Idib. Mart. Saturnino & Gallo COSS.

IIII. *Iidem. AA. Cyrillæ.*

SI permittente patre, filiofamilias pecuniam mutuam dediſti, ſenatuſconſulti poteſtas non interuenit. & ideo perſecutio pignoris, quod in bonis patris fuit, non denegabiť: præſertim, cum & eidem filius hæres exſtiterit: modo, ſi nullus alius nomine conuentionis, ratione temporis, & ordinis, potior apparuerit. PP. XII. Kal. Maij. Fabiano & Mutiano COSS.

V. *Imp. ALEXANDER. A. Muſæ.*

MAcedoniani ſenatuſconſulti authoritas petitionem eius pecuniæ nō impedit, quæ filiofamilias ſtudiorum, uel legationis cauſa alibi degenti ad neceſſarios ſumptus, quos patris pietas nō recuſaret, credita eſt. Sed ex cōtractu filij poſt mortē eius de peculio actio in patrē cōpetere ita demum poterit, ſi anni utilis ſpacium petionem non impedit. Sanè ſi iuſſu patris datum mutuum probetur: nec in quē uſum uerſa ſit pecunia, diſquiri neceſſe eſt, ſed perpetua in patrem, etiam mortuo filio, eſt actio. PP. prid. Kal. Maij. Agricola & Clementino COSS.

VI. *Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. Cæſ. Theopompo.*

SI filius tuus in poteſtate tua agens, contra ſenatuſcōſultū Macedonianū mutuā ſumpſit pecuniam: actio de peculio aduerſus te eo nomine efficaciter dirigi nequaq; poteſt. Quod ſenatuſconſulti auxilium, licet filijfamilias meminit, & ad nepotes & pronepotes porrigitur. PP. VI. Non. Mart. Philippo A. & Titiano COSS.

VII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.*

SI filiuſſamilias citra patris iuſſionem, uel mandatum, uel uoluntatem, pecunias creditas acceperit, poſtea autem pater ratum cōtractum habuerit: ueterū ambiguitatē decidentes ſancimus, quemadmodum ſi ab initio uolūtate patris uel mandatu filiuſſamilias pecuniam credi-

tam accepiſſet,obnoxius firmiter conſtitueretē: ita etſi poſtea ratum pater habuerit contractū, ualidum eſſe huiuſmodi contractum:cum teſtimonium paternum reſpuere ſatis iniquum ſit. Neceſſe eſt enim patris ratihabitionem, uel principali mandato patris, uel conſenſui non eſſe abſimilem:cum noſtra nouella lege generaliter omnis ratihabitio prorſus retro trahatur,& cōfirmet ea,quæ ab initio ſubſecuta ſunt. & hæc quidem de priuatis hominibus ſancienda ſunt.

Sin autē miles filiuſſamilias pecuniam creditam accepit, etſi ſine mandato, uel conſenſu, uel uoluntate,uel ratihabitione patris:ſtare oportet cōtractum,nulla differentia introducenda, ob quam cauſam pecuniæ creditæ, uel ubi conſumptæ ſint.in pluribus enim iuris articulis filij familiarum milites non abſimiles uidentur hominibus, qui ſui iuris ſunt: & ex præſumptione omnis miles non creditur in aliud quidq̄ pecuniam accipere & expendere, niſi in cauſas caſtrē ſes. D.XII.Kal.Aug.Lampadio & Oreſta VV.CC. COSS.

AD SENATVSCONSVLTVM VELLEIANUM. Tit. XXIX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Lucillæ.*

MVlieribus quidem,quæ alienam obligationē ſuſcipiunt, uel in ſe tranſferunt, ſi id cōtrahentes non ignorent,ſenatuſconſulto ſubuenitur. Sed ſi pro aliſs, cum obligatæ non eſſent,pecuniam exſoluerunt: interceſſione ceſſante,repetitio nulla eſt. PP.Nonis Decembrib.Gentiano & Baſſo COSS.

II. *Idem.* A. *Nepotianæ.*

FRuſtra ſenatuſconſulti exceptione,quod de interceſſionibus fœminarū factū eſt, uti tentaſti:quoniam principaliter ipſa debitrix fuiſti.eius enim ſenatuſconſulti exceptio tunc mulieri datur,cum principaliter ipſa nihil debet, ſed pro alio debitore apud creditorem eius interceſſit. Sin autē pro creditore ſuo aliſ ſe obligauerit,uel ab eo ſe uel debitorem ſuum delegari paſſa eſt: huius ſenatuſconſulti auxilium non habet. PP. III. Id. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino. COSS.

III. *Idem.* A. *Scruato.*

SI cum ipſe mutuam pecuniam acciperes, mater tua contra ampliſſimi ordinis conſultum fidem ſuam interpoſuit:exceptione ſe tueri poteſt. PP. III.Id. Aug.Antonino A.IV. & Balbino COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Alexandriæ.*

SEnatuſconſultum locum habet, ſiue eam obligationem, quæ in alterius perſona conſtitit, mulier in ſe tranſtulit,uel participauit:ſiue cum alius pecuniam acciperet,ipſa ſe ab initio ream conſtituit.quod in rerum earum pro aliſs obligationibus admiſſum eſt. Sed ſi prædia tua annis maior uigintiquinq; uendidiſti, & pro marito pecuniam ſoluiſti:deficit auxilium ſenatuſcōſulti. PP.VI.Kal.Ianuar.Maximo II.& Aeliano COSS.

V. *Idem.* A. *Popiliæ.*

SI ſine uoluntate tua res tuæ à marito tuo pignori datæ ſunt: non tenentur. Quòd ſi conſenſiſti obligationi, ſciente creditrice: auxilio ſenatuſconſulti uti potes. Quòd ſi patientiam præſtitiſti,ut quaſi ſuas res maritus obligaret,decipere uoluiſti mutuam pecuniam dantem:& ideo tibi non ſuccurretur ſenatuſconſulto,quo infirmitati,non calliditati mulierum cōſultum eſt.D.XV.Kal.Iul.Iuliano II.& Criſpino COSS.

VI. *Idem.* A. *Torquato.*

SI mater,cum filiorum ſuorum patrimonium gereret, tutoribus eorum ſecuritatem promiſerit, & fideiuſſorem præſtiterit,uel pignora dederit:quoniam quodam modo ſuum negocium geſſiſſe uidetur: ſenatuſconſulti auxilio neq; ipſa, neq; fideiuſſor ab ea præſtitus, neq; res eius pignoratæ adiuuantur. Sin autem tutore ſe excuſare uolente, ipſa ſe interpoſuit, indemnitatem ei repromittens:auxilio ſenatuſcōſulti uti minime prohibetur.Si uero tutores petiſt, & ſponte periculum ſuſcepit:quominus teneatur,authoritas eā iuris tuetur. PP.VI.Id.Octobr. Modeſto & Probo COSS.

VII. *Imp.*GORDIANVS.A. *Viniano.*

SI ſciens creditor à marito propter proprium debitum fundum mulieris, licet ea conſentiente,pignori accepit:propter ſenatuſconſulti auxilium uendendo eum dominiū mulieris auferre nequiuit:nec tibi neceſſe eſt, præſtito precio emptori uindicare, ſi matri hæres exſtitiſti. PP.XII.Kal.Octobr.Pio & Pontiano COSS.

Idem A.

VIII. *Idem. A. Triphoni.*

SI paternam obligationẽ nõ tantum masculini sexus filij, uerumetiam filiæ emancipatæ in se receperũt: cũius filiæ uirilibus obligationibus eximantur propter exceptionem, quæ ex senatusconsulto Velleiano descendit: tamen filios in id, quod se obligauerũt, teneri: filiarumq; subducta persona, patrem in id conueniri posse, in quo conueniretur, si filiæ nõ intercessissent: dubium non est. pignora tamen patris, & si in posteriorem obligationem accepta sunt, sine dubio tenẽtur. sed etsi in priore fuerint: quatenus ad patrem per restitutoriam actionem redit, hac tenus tenebuntur. PP. Non. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

IX. *Idem. A. Proculo.*

QVamuis mulier pro alio soluere possit: tamen si præcedente obligatione, quã senatusconsulti beneficio munitam se ignorans: locum habet repetitio. PP. Non. Iul. Gordiano. A. & Auiola COSS.

X. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS *Cæs. Triphonæ.*

SI aduersarius tuus, non cum marito tuo, sed tecum negocium gessit: reliqua conductionis, quæ dicis esse contracta, obtentu eiusmodi obligationum non potes recusare. Enimuero si cum eosdem fundos non tibi, sed marito tuo locaret, personam tuam ut idoneam secutus est: beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. PP. XVIII. Kal. Septembr. Peregrino & Aemyliano COSS.

XI. *Idem. A. Hæboræ.*

ETiam constante matrimonio ius hypothecarum seu pignorum marito remitti posse, explorati iuris est. PP. VIII. Kal. Octobr. Peregrino & Aemyliano COSS.

XII. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Sepidutæ.*

SI dotare filiam uolens, genero res tuas obligasti: pertinere ad te beneficium senatusconsulti falsò putas. hanc enim causam ab eo beneficio esse remouendam, prudentes uiri putauerunt. PP. VIIII. Kal. Mart. Tusco & Basso COSS.

XIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Condianæ.*

SI fœnebris pecunia iuxta fidem ueri à creditore tibi data est: siue tota quantitas fœnoris, siue pars eius in usum mariti processisse proponatur: decreto patrum nõ adiuuaris, licet creditor causam contractus non ignorauerit. D. III. Kal. Septembr. Ipsis A A. & COSS.

XIIII. *Iidem. A A. & CC. Basilissæ.*

MVlierem cõtra senatusconsulti Velleiani authoritatem non posse intercedere, ex eaq; exceptione fideiussores eius uti posse, iuris authoritas probat. Vnde si mater tua marito quondam suo hæres non exstitit: satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. PP. VIII. Kal. April. Byzantij. CC. COSS.

XV. *Iidem. AA. & CC. Agrippino.*

SI uxor pro marito contra senatusconsultum intercessura, te rogauit mandatorio nomine, pro ea tuam fidem adstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligatiõi tuæ adhæsit securitas, qua conuentus defendi potes. PP. XVIII. Kal. Iun. Sirmij. CC. COSS.

XVI. *Iidem. AA. & CC. Rufino.*

SI mulier alienam suscepit obligationem: cum ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur: creditori contra priores debitores rescissoria actio datur. PP. XVII. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XVII. *Iidem. AA. & CC. Alexandro & alijs.*

SI cum pater uester à Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, uelut hanc eius uxor accepisset, instrumentum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex senatusconsulto uenientem peruenire necesse est: cum eam ueritatis substantia constituta potior, q; simulata gesta tueatur. III. Id. Mart. CC. COSS.

XVIII. *Iidem. A A. & C C. Zotico.*

FOeminis alienas, uel ueteres, uel nouas obligationes aliqua ratione suscipientibus subueniatur: nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit. nam tunc replicatione doli senatusconsulti exceptionem remoueri constitutum est. D. V. Id. Nouembr. Antiochiæ. CC. COSS.

XIX. *Iidem. AA. & CC. Faustinæ.*

CVm ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserint primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere perpetuo edicto declaratur: si tamen creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris

personam eligit: exceptione contra petitores secundum ea, quæ adseueras, defendi potes. D. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

XX. Iidem. AA. & CC. Theodotiano.

HAeredes quoq; mulieris aduersus creditores eadem exceptione, quæ ex senatusconsulto introducta est, uti posse, non dubium est. D. IX. Kal. Ianuar. Ipsis CC. COSS.

XXI. Imp. ANASTASIVS. A. Celeri magistro officiorum.

IVbemus, licere mulieribus & pro uno contractu, uel certis contractibus, seu pro una, uel certis personis seu rebus, iuri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare: quodq; ita gestum sit, hac authoritate nostra firmum illibatumq; custodiri: ita tamen, ut & si generaliter tali renunciatione pro uno (ut dictum est) contractu, seu certis contractibus, uel ad unam, uel ad certas res seu personas consensum proprium accommodantes, usæ sunt, uel fuerint: eadem renunciatio illos cõtractus & illas res seu personas, quibus cõsensum suum propriũ accõmodauerũt, uel accõmodauerint, coartet: nec alijs quibusdã cõtractibus, quibus minime mulieres cõsenserũt, uel cõsenserint, prætẽdentibus eam opponẽdi licẽtia præbeatur: ijs scilicet omnibus, quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos nihilominus contractus, pro negocijs & controuersijs necdum transactionibus uel definitiuis sententijs seu alio legitimo modo sopitis, locũ habituris. D. Kal. April. Anatolio & Agapito COSS.

XXII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P. P.

SI mulier perfectæ ætatis constituta, post intercessionem uel cautionem conscripserit, uel pignus aut intercessorem præstiterit: sancimus, antiqua legum uarietate cessante, siquidem intra biennale iuge tempus post priorem cautionem numerandum, pro eadem causa fecerit cautionem, uel pignus, aut intercessorem dederit: nihil sibi præiudicare, quod adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit. Sin autẽ post biennium hæc fecerit: sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat, & euitare, non fecit, sed ultro firmauit. uidetur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere: & tam ex secunda cautione sese obnoxiam facere, in quantum hoc fecit, q̃pignus aut intercessorem utiliter dare.

XXIII. Idem. A. Iuliano P. P.

ANtiquæ iurisdictionis retia & difficillimos nodos resoluentes, & superuacuas distinctiones exsulare cupientes: sancimus, mulierem, si intercesserit, siue ab initio, siue postea aliquid accipiens, ut sese interponat: omnimodo teneri, & non posse senatusconsulti Velleiani uti auxilio: siue sine scriptis, siue per scripturam sese interposuerit. Et siquidem in ipso instrumento intercessionis dixerit sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionem uenisse, & hoc instrumentum publice confectum inueniatur, & tribus testibus consignatum: omnimodo esse credendum eam pecunias uel res accepisse, & non esse ei ad senatusconsulti Velleiani auxilium regressum. Sin autem sine scriptis intercesserit, uel instrumento non sic confecto: tunc si possit stipulator ostendere eam accepisse pecunias uel res, & sic subijsse obligationem: repelli eam à senatusconsulti iuuamine. Sin uero hoc minime fuerit ab eo adprobatum: tunc mulieri superesse auxilium, & antiquam actionem aduersus eum seruari, pro quo mulier intercessit, uel ei actionem parari. Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis pecunias uel res dedit, ut pro eo sese obligaret: mulieri quidem, quæ reuera hæc accepit, nullus pateat aditus ad senatusconsulti authoritatem. creditori autem liceat aduersus eam uenire, & quod potest, ab ea exigere, & in reliquũ antiquũ debitorẽ aggredi, uel in partẽ, si aliquid à muliere possit accipere: uel in totũ, si ea penitus inopia fatigetur. Ne aũt mulieres perperam sese pro alijs interponant: sancimus, nõ aliter eas in tali cõtractu posse se obligare, p alijs, nisi instrumẽto publice cõfecto, & à tribus testibus subsignato, accipiãt hoies à muliere pro alijs confessionẽ. tunc etenim tantũmodo eas obligari: & sic oĩa tractari, quæ de intercessionibus fœminarũ uel ueteribus legibus cauta, uel ab imperiali authoritate introducta sunt. Sin aũt extra eandẽ obseruationẽ susceperint mulieres intercedẽtes: pro nihilo habeaĩ huiusmodi scriptura, uel sine scriptis obligatio, tanq; nec cõfecta, nec scripta: ut nec senatusconsulti auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

XXIIII. Idem. A. Iuliano P. P.

VEterũ ambiguitatẽ decidẽtes, sancimus, si quis ut seruo suo manumissionẽ imponat, mulierẽ acceperit obnoxiã sese pro certa quãtitate facientẽ, si ad libertatẽ seruũ perduxerit: siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit: teneri eã, recte oĩmodo senatusconsultũ Velleianũ in hoc casu tacere imperantes. satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrari-

contrarium, dominũ ſerui, qui credidit mulieri: ſiue ſoli, ſiue pro ſerui ꝓmiſſione: & libertatem ſeruo imponere, & ſuũ famulum ꝑdere, & ea minime accipere, quibus fretus ad huiuſmõi uenit liberalitatem.

XXV. *Idem. A. ad populũ urbis Conſtantinopolitanæ & uniuerſos prouinciales.*

GEneraliter ſancimus, ut ſi quis maior uigintiquinq; annis, ſiue maſculus, ſiue fœmina, dotẽ pollicitus ſit, uel ſpopõderit pro qualibet muliere, cũ qua matrimoniũ licitũ eſt: oĩmodo cõpellat̃ ſuã confeſſionẽ adimplere. neq; eñ ferendũ eſt, quaſi caſu fortuito interueniente, mulierẽ fieri indotatã, & ſic à uiro forſitan repelli, & diſtrahi matrimoniũ. cũ eñ ſcimus, fauore dotiũ & antiquos iuris cõditores ſeueritatẽ legis ſæpius mollire: merito & nos ad huiuſmodi uenimus ſanctionẽ. nam ſi ſpontanea uoluntate ab initio liberalitatẽ ſuã oſtendit: neceſſe eſt eũ uel eam ſuis ꝓmiſſiõibus ſatiſfacere: ut quod ab initio ſpõte ſcriptũ aut in pollicitatiõe deductũ eſt, hoc ab inuitis poſtea cõpleat̃: oĩ authoritate Velleiani ſenatuſconſulti in hac cauſa ceſſante.

DE NON NVMERATA PECVNIA. Tit. XXX.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Hilario.*

SI pecuniam tibi nõ eſſe numeratã, atq; ideo fruſtra cautionẽ emiſſam adſeris, & pignus datũ, ꝓbaturus es: in rem experiri potes. nam intentio dati pignoris neq; numeratæ pecuniæ non aliter tenebit, cũ ſi de fide debiti conſtiterit. eademq; ratione ueritas ſeruetur, ſi te poſſidente pignus aduerſarius tuus agere cœperit.

II. *Imp. ANTONINVS. A. Maturio.*

MInorẽ pecuniã te accepiſſe, & maiorẽ cautionẽ interpoſuiſſe, ſi apud eũ, qui ſuper ea re cognituru eſt, cõſtiterit: nihil ultra, cũ ſi accepiſti, cũ uſuris in ſtipulatũ deductis, reſtituere te iubebit.

III. *Idem. A. Demetrio.*

SI ex cautione tua, licet hypotheca data, conueniri cœperis: exceptione oppoſita ſeu doli, ſeu non numeratæ pecuniæ, compellitur petitor probare pecuniam tibi eſſe numeratam. quo non impleto: abſolutio ſequetur.

IIII. *Idem. A. Baſſano.*

CVm fidem cautionis agnoſcens, etiam ſolutionem portionis debiti uel uſurarum feceris: intelligis de non numerata pecunia nimium tarde querelam te deferre.

V. *Imp. ALEXANDER. A. Hauſtiano.*

ADuerſus petitiones aduerſarij ſi quid iuris habes: uti eo potes. ignorare autem nõ debes, nõ numeratæ pecuniæ exceptionẽ ibi locum habere, ubi quaſi credita pecunia petitur. cum aũt ex præcedente cauſa debiti in chirographum quãtitas redigitur: nõ requiritur, an tũc, cum cauebatur, numerata ſit: ſed an iuſta cauſa debiti præceſſerit.

VI. *Idem. A. Iuſtino.*

FRuſtra opinaris, exceptione non numeratæ pecuniæ te eſſe munitum: quando (ut fateris) in eius uicem, qui erat obligatus, ſubſtitueris te debitorem.

VII. *Idem. A. Iuliano & Ammiano.*

SI quaſi accepturi mutuam pecuniam aduerſario cauiſtis, quæ numerata non eſt: per condictionem obligationem repetere, etſi actor non petat: uel exceptione non numeratæ pecuniæ aduerſus agentem uti poteſtis.

VIII. *Idem. A. Materno.*

SI intra legibus definitũ tempus, qui cautionem expoſuit, nulla querimonia uſus, defunctus eſt: reſiduum tempus eius hæres habebit, tam aduerſus creditorẽ, cũ ſi aduerſus eius hæredem. Sin autem queſtus eſt: exceptio nõ numeratæ pecuniæ hæredi & aduerſus hæredẽ eius perpetuõ competit. Sin uero legitimum tempus exceſſit, in querimoniam creditore minime deducto: omnimodo hæres eius, etiam ſi pupillus ſit, debitum ſoluere compellitur.

IX. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Zoilo.*

CVm ultra hoc, quod accepit, re obligari neminem poſſe conſtet: & ſi ſtipulatione interpoſita, placita creditor non dederit: in factum eſſe dandam exceptionem conuenit, ſi necdũ tempus, infra quod huius rei querela deferri debet, tranſijt: uel ſi intra hoc in teſtando iuri paritum ſit: nihil ultra hoc, quod accepiſti, ſortis à te nomine rector prouinciæ exigi patietur.

X. *Iidem. AA. Mazantio.*

ADſeueratio debitum ſolutum contendentis, temporis diuturnitate non excluditur. nec huic obloquitur, quod exceptio non numeratæ pecuniæ certa die non delata querela

prius euaneſcat:cum inter eum,qui factum adſeuerans onus ſubíjt probationis,& negantẽ numerationem,cuius naturali ratione probatio nulla eſt,& ob hoc ad petitorem eius rei neceſſitatem transferentem,magna ſit differentia.

XI. Iidem.AA.Eutychiano.

SI tranſactionis cauſa dare Palladio pecuniam ſtipulanti ſpopondiſti:exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes.

XII. Iidem.AA.Seueriano.

TAm mandatori,q̃ fideiuſſori non numeratæ pecuniæ exceptio,exemplo rei principalis competit.

XIII. Imp.IVSTINVS.A.Theodoro P.P.

GEneraliter ſancimus,ut ſi quid ſcripturis cautum fuerit pro quibuſcunq; pecunijs exantecedente cauſa deſcendentibus,eamq; cauſam ſpecialiter promiſſor edixerit:non iam ei licentia ſit cauſæ probatione ſtipulatorem exigere,cum ſuis adquieſcere debeat:niſi certe ipſe è contrario per apertiſſima rerum argumenta ſcriptis inſerta,religionem iudicis poſſit inſtruere,quòd in alium quenq; modum,& non in eum,quem cautio perhibeat,negocium ſubſecutũ ſit.nimis enim indignum eſſe iudicamus,ut quod ſua quiſq; uoce dilucide proteſtatus eſt,id in eundem caſum infirmare,teſtimonioq; proprio reſiſtere.

XIIII. Imp.IVSTINIANVS.A.Mennæ P.P.

IN cõtractibus,in quibus pecuniæ uel aliæ res numeratæ,uel datæ eſſe conſcribuntur,non intra quinquennium,quod antea conſtitutum erat,non numeratæ pecuniæ exceptionem obijcere poſſit,qui accepiſſe pecunias uel alias res ſcriptus ſit,uel ſucceſſor eius:ſed intra ſolum biennium continuum,ut eo lapſo,nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci poſſit: his ſcilicet,qui propter aliquas cauſas ſpecialiter legibus expreſſas,etiam lapſo quinquennio in præteritis temporibus adiuuantur,etiam in poſterum,licet biennium pro quinquennio ſtatutum eſt,eodem auxilio potituris. Sed quoniam ſecuritatibus & inſtrumentis depoſitarum rerum uel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur:iuſtum eſſe proſpicimus,huiuſmodi poteſtatem in certis quidem caſibus prorſus amputare,in alijs uero breui tempore concludere.Ideoq; ſancimus,inſtrumento quidem depoſitionis certarum rerum uel certæ pecuniæ,ſecuritatibusq; publicarum functionum(ſiue in ſolidum,ſiue pro parte ſolutæ eſſe conſcribantur)illis etiam ſecuritatibus,quæ poſt confectionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta dote ex parte uel in ſolidum exponuntur:nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. Super cæteris uero ſecuritatibus,quæ ſuper priuatis debitis à creditore conſcribuntur,partem debiti ſortis uel uſurarum nomine ſolutam eſſe ſignificantes,uel adhuc fœneraticia cautione apud creditorem manente,ſolidi tamen debiti ſolutionem factam eſſe demonſtrantes,uel etiam futuram eſſe redhibitionem inſtrumenti fœneraticij promittentes,uel (ſi qua alterius cuiuſcunq; contractus gratia,in quo numeratio pecuniarum uel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt,ſecuritas ſimiliter data ſit)depenſas eſſe pecunias uel alias res uel partem earum ſignificantes:intra triginta tantummodo dies poſt huiuſmodi ſecuritatis expoſitionẽ connumerandos,exceptionem non numeratæ pecuniæ poſſe obijci:ut ſi hi tranſacti fuerint,eadem ſecuritas à iudicantibus omnibus modis admittatur:nec ei liceat,qui ſecuritatem expoſuit,poſt exceſſum memoratorum triginta dierum nõ eſſe ſibi ſolutas pecunias uel alias res dicere.Illo uidelicet ſemper oſeruando,ut in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere,uel ab initio,uel poſt taxatum tempus elapſum:in his nec iuſiurandum offerre liceat. In omni eiñ tempore,quod memoratæ exceptioni taxatum eſt,ei licebit,cui talis exceptio competit,uel denunciationibus ſcripto miſſis querelam non numeratæ pecuniæ manifeſtare ei,qui numeraſſe eam,uel alias res dediſſe,inſtrumento ſcriptus eſt.uel ſi abeſſe eũ his locis,in quibus cõtractus factus eſt,contigerit:in hac quidem alma urbe apud quemliberordinarium iudicem,in prouincijs uero apud uiros clariſſimos rectores earum uel defenſores locorum eandem querelam manifeſtare,eoq; modo perpetuam ſibi exceptionem efficere.ſed ſi præſens quidem ſit,qui pecunias numeraſſe,uel alias res dediſſe ſcriptus eſt, aliquam uero adminiſtrationem in hac alma urbe uel in prouincijs gerat,ut difficile eſſe uideatur denunciationem ei mittere: licentiam damus ei,qui memorata exceptione uti uelit,alios iudices adire, uel in hac alma urbe,uel in prouincijs,& per eos ei manifeſtare,cui exceptioné huiuſmodi obijcit,factam à ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe.Quòd ſi in prouincijs uel non ſit aliquis adminiſtrator ciuilis uel militaris,uel per aliquam cauſam difficile ſit ei,qui memoratã querelam opponit,adire eum,& ea,quæ dicta ſunt,facere:licentiam ei damus,per uirum reuerendiſſi-

dissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutũ interrumpere. Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere, certum est.

XV. *Idem. A. Mennæ P.P.*

SI cui non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo supersedente tali auxilio uti, uel præsente, uel absente, creditores eius (siue ipsi conueniantur, utpote res eius detinentes, ab ijs, qui debita eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio, uel dotis, uel alterius cautionis nomine: siue contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moueant) possint in examinandis negocijs suis aduersarijs eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere. nec eo prohibeantur, quòd principalis debitor ea nunquam usus sit. Ita tamen, ut neq; principali debitori, neq; fideiussori eius aliquod præiudicium generetur, si is, qui eam exceptionem exposuerit, uictus fuerit: sed possint illi postea, si conueniantur, intra statuta scilicet tempora, ea se exceptione tueri.

XVI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

INdubitati iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere & in talibus nominibus, uel fœneraticijs, uel alijs cautionibus, quæ etiam sacramenti habent mentionẽ. quæ enim differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurandum positum est, siue non, tam in fœneraticijs, q̃ in alijs instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?

DE COMPENSATIONIBVS. Tit. XXXI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Dianensi.*

TSenatus censuit, & sæpe rescriptum est, compensationi in causa fiscali ita demũ locũ esse, si eadem statio quid debeat, quæ petit. Atq; hoc ius propter confusionẽ diuersorum officiorum tenaciter seruandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionem fecisti, deberi constiterit: q̃ primum recipies.

II. *Idem. A. Asclepiadæ.*

EX causa quidem iudicati si debitum solutum repeti non potest, ea propter nec compensatio eius admitti potest. Eum uero, qui iudicati conuenitur, compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Capitoni.*

IN ea, quæ reipublicæ te debere fateris, compensari ea, quæ inuicẽ ab eadem tibi debentur, is, cuius de ea re notio est, iubebit: si neq; ex kalendario, neq; ex uectigalibus, neq; ex frumẽti uel olei publici pecunia, neq; tributorum, neq; alimentorum, neq; eius, qui statutis sumptibus seruit, neq; fideicommissi ciuitatis debitor sis.

IIII. *Idem. A. Luciano*

SI constat pecuniam inuicem deberi: ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraq; parte debetur, utiq; quo ad concurrentes quantitates: eius q̃ solius, quod amplius apud alterum est, usuræ debentur: si modo petitio earum subsistit.

V. *Idem. A. Honoratæ.*

ETiam si fideicommissum tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis: æquitas compensationis usurarum excludit computationem. petitio autem eius, quod amplius tibi deberi probaueris, sola relinquitur.

VI. *Idem. A. Pollidenti.*

NEq; scriptura, qua cautum est accepta, quæ negas tradita, obligare te contra fidem ueritatis potuit, & contrà pensationis æquitatem iure postulas. non enim prius exsolui, quod debere te constiterit, æquũ est, q̃ petitioni mutuæ respõsum fuerit: eo magis, quòd ea te persequi dicis, quæ à muliere diuortij causa amota quereris.

VII. *Idem. A. Euzosio.*

SI ex uenditione precium uenditori debetur: compensationis ratio opponitur. aduersus fiscum enim solummodo emptores petitioni precij compensationem obijcere prohibentur.

VIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Emerito.*

SI propter fructus ex possessione tua perceptos, uitricus tuus debitor tibi constitutus est: cum id, quod à matre tua legatum est, à te petere cœperit: mutuò debitæ quantitatis apud eum, qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immeritò obijcies.

IX. *Idem. A. Eumenidi.*

ELius, quod non ei debetur, qui conuenitur, sed alij, compensatio fieri non potest,

Impp.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Nicandro.

QVoniam liberum fundum distractum tibi proponis, post uero ueluti præcedẽte emptionẽ obligatione, certum quid soluisse: si debitum à te apud præsidem prouinciæ petatur: compensationem eius, quod indebite soluisti, potes opponere.

XI. Iidem. AA. Iuliano & Paulo.

SI tutores pupillis officio magistratus urgente nominastis, ac pro his propter onus primipili pecuniam soluistis: superstitiosam geritis sollicitudinem, ne ab ipsis conuenti, hanc eis imputari minime possitis: uel à uobis quidq; amplius exigatur, si tantum, quantum eis tutores debuerunt, uel uos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

XII. Iidem. AA. Corneliano.

INuicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas: soluens, uel accipere creditore nolente, offerens, & consignatum deponens, de pignoribus agere potes.

XIII. Iidem. AA. Basso.

SI uelut in id debitum, quod solẽnium publicarum pensitationum nomine debueras, cõpensaturo tibi nihil petiturum postea Mutiano scripsisti: redditis his, quæ uenerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.

XIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

COmpensationes ex oñibus actiõibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem, uel in personalibus actionibus inter se obseruãda. Ita tamen compensatiões obiici iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare. satis enim miserabile est, post multa forte uaria q; certamina, cũ res iam fuerit adprobata: tunc ex altera parte, quæ iam penè conuicta est, opponi compensationẽ iam certo & indubitato debito, & moratorijs ambagibus spem condemnationis excludi. Hæc itaq; iudices obseruent, & non procliuiores ad admittendas compensationes existant, nec molli animo eas suscipiant: sed iure stricto utentes, si inuenerint eas maiorem & ampliorem exposcere indaginem: eas quidem alij iudicio reseruẽt, litem autem pristinam iam penè expeditam, sententia terminali componant: excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse dispositimus. Possessionem etiam alienam perperam occupantibus, compensatio non datur.

DE VSVRIS Tit. XXXII.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Euocato.

SI interrogatione præcedente promissio usurarum recte facta probetur: licet instrumento conscripta non sit: tamen optimo iure debentur.

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Lucio.

VSuras emptor, cui possessio rei tradita est, si precium uenditori non obtulerit: cuius pecuniam obsignatam in depositi causam habuerit: æquitatis ratione præstare cogitur.

III. Iidem. AA. Iuliano.

QVamuis usuræ fœnebris pecuniæ citra uinculum stipulationis peti non possunt, tamen ex pacti cõuentiõe solutæ, neq; ut indebitæ repetũtur, neq; in sortẽ acceptò ferendæ sunt.

IIII. Iidem. AA. Honorio.

PEr retentionem pignoris usuras seruari posse, de quibus præstandis conuenit, licet stipulatio interposita non sit, meritò constitutum est, & rationem habet: cum pignora conuentione pacti etiam usuris obstricta sint. Sed enim in causa, de qua agis, hæc ratio cessat: siquidẽ tempore contractus de minoribus usuris petendis conuenit. postea autem, cum se debitor præstaturum maiores repromisit, non potest uideri rata pignoris retentio: quando eo tempore, quo instrumenta emittebantur, non conuenit, ut pignus etiam ob hanc adiectionem teneatur.

V. Iidem. AA. Sabino & alijs.

ADuersus creditorem usuras maiores ex stipulatu petentem, si probetur, per certos annos minores postea consecutus, utilis est pacti exceptio. secundum quod tueri causam potestis etiam aduersus defensores ciuitatis maiores petentes ex cautione: si probaueritis, semper quincunces amitam pupillorum uestrorum, quæ maiores cauerat, dependisse.

VI. Imp. ANTONINVS. A. Antiæneo.

SI creditrici, quæ ex causa pignoris obligatam sibi rem tenuit, pecuniam debitam cum usuris re-

tis testibus præsentibus obtulisti, eaq; non accipiente obsignatam eam deposuisti: usuras ex eo tempore, quo obtulisti, præstare non cogeris. absente uero creditrice: præsidem super hoc interpellare debueras.

VII. Idem. A. Aristeo.

CReditor instrumentis suis probare debet, quæ intendit, & usuras se stipulatũ, si potest. nec enim si aliquando ex consensu præstitæ sunt, obligationem cõstituunt.

VIII. Idem. A. Theophoro.

QVamuis Bassa, cum pecuniam mutuam acciperet, minores usuras Menophani spopondit: & nisi intra certũ tẽpus eas soluisset, ampliores (licitas tamen) promisit: tamen si post tempus cautioni præfinitum creditor easdem accepit, nec maiores sibi dare postulauit, ac per hoc nõ recessisse eum à minorum præstatione probari potest: eas usuras cõputari oportet, quatum in exactione creditor perseuerauit.

IX. Idem. A. Probo.

SI per te non stat, quominus intra tempora præfinita pecuniam minorum solueres usurarũ, sed per tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idq; apud iudicem datum probaueris: eius temporis, quo per te nõ stetisse apparuerit, usuræ maiores non exigentur. quòd si etiam sortem deposuisti: exinde, ex quo id factum apparuerit, in usuras non cõuenieris.

X. Idem. A. Donato.

VSuræ per tempora solutæ nõ proficiunt reo ad dupli cõputationem. tunc enim ultra sortis summam usuræ nõ exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem.

XI. Idem. A. Popilio.

EX prædijs pignori obligatis creditor post oblatam sibi iure pecuniam, quam non suscepit, si fructus accepit: exonerari sortis debitum, certum est.

XII. Imp. ALEXANDER. A. Tyranno.

FRumenti uel hordei mutuò dati accessio etiam ex nudo pacto præstanda est.

XIII. Idem. A. Eustachiæ.

INbonæ fidei iudicijs, quale est etiá negociorũ gestorũ, usurarum rationẽ haberi certum est. Sed si finitum est iudiciũ sententia: quamuis minoris condemnatio facta est, non adiectis usuris, nec prouocatio secuta est: finita retractanda nõ sunt, nec eius temporis, quod post rem iudicatam fluxerit, usuræ ullo iure postulant̃, nisi ex causa iudicati.

XIIII. Idem. A. Aurelio.

SI ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, ut uice usurarum domum inhabitaret, pactóq; ita, ut conuenit, usa est, non etiam locando domum pensionem redegit: referri quæstionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quàm usurarum legitimarum ratio colligit, minime oportet. licet enim maiore sorte potuerit cõtrahi locatio: nõ ideo tamen illicitum fœnus esse contractum, sed uilius conducta habitatio uidetur.

XV. Imp. GORDIANVS. A. Claudio

CVm allegas uxorem tuam ea conditione mille aureorum quãtitatem sumpsisse, ut si intra diem certum debito satis non feciisset, cum pœna quadrupli redderet, quod accepit: iuris forma non patitur legem contractus istius ultra pœnã legitimarũ usurarũ posse ꝓcedere.

XVI. Idem. A. Sulpitio.

CVm non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, ut certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis in fraudem legitimarum usurarum grauatum te esse contendas: potes aduersus improbam petitionẽ competenti uti defensione.

XVII. Imp. PHILIPPVS. A. Euxeno.

SI ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, ut fructus in uicem usurarum consequeretur: obtentu maioris percepti emolumenti, propter incertum fructuũ, puentum rescindi placita non possunt.

XVIII. Idem. A. Castori.

INdebitas usuras, etiam si ante sortem solutæ non fuerint, ac propter ea minuere eam nõ potuerint, sed post sortem redditam creditori fuerint datæ, exclusa ueteris iuris uarietate, repeti posse perpensa ratione firmatum est.

XIX. Idem. A. Hyreniæ

ACceptam mutuò sortem cum usuris licitis creditoribus post contestationem offeras. at

si non suscipiant:consignatam in publico depone,ut cursus legitimarum usurarum inhibeat. In hoc autem casu publicũ intelligi oportet,uel sacratissimas ædes,uel ubi competens iudex super ea re aditus deponi eas dispposuerit. quo subsecuto:etiam periculo debitor liberabitur, & ius pignorum tollitur:cum Seruiana etiam actio manifeste declaret,pignoris inhiberi persecutionem,uel solutis pecunijs,uel si per creditorem steterit,quo minus soluantur. Quod etiam in traiecticijs seruari oportet:creditori scilicet actione utili ad exactionem earum,nõ aduersus debitorem(nisi forte eas receperit)sed contra depositarium,uel ipsas cõpetente pecunias.

XX. *Idem. A. Aelio.*

CONstitutionibus sacris,quæ ultra certum modum usuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mandatoribus etiam uel fideiussoribus subuentum est. quibus quasi mandator uel fideiussor conuentus uti potes.

XXI. *Idem. A. Chresimo.*

SI usuras præstari pignore dato conuenerat,& in continenti numeratione facta,postea uel ante,propter quod debitum solutionem feceras,non designasti: habuit creditor in usuras tibi acceptò ferendæ solutæ quantitatis facultatem.

XXII. *Idem A. Carino.*

PIgnoribus quidem interuenientibus:usuræ,quæ sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. Verum hoc iure constituto,cum huiusmodi nullo interposito pacto,tantummodo certæ summæ præstari pœnam cõueniisse proponas:nec peti,nec retineri quidq̃am plius posse,& ad pignoris solutionem urgeri te disciplina iuris perspicis.

XXIII. *Idem. A. Iasoni.*

OLeo quidem,uel quibuscunq; fructibus mutuò datis,incerti precij ratio additam enta usurarum eiusdem materiæ suasit admitti.

XXIIII. *Idem. A. Glauciæ.*

SI mater tua maior annis cõstituta negocia,q̃ ad te pertinẽt,gesserit:cũ omnẽ diligẽtiam præstare debeat:usuras pecuniæ tuæ,quã administrasse fuerit cõprobata,præstare cõpelli potest.

XXVI. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad populum.*

PRo auro & argento & ueste facto chirographo licitas solui uel promitti usuras iussimus.

XXVII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.*

EOs,qui principali actiõe per exceptionẽ triginta uel quadraginta annorũ,siue personali,siue hypothecaria ceciderũt:iubemus nõ p osse super usuris uel fructibus præteriti tẽporis aliquã mouere quæstionẽ,dicẽdo ex ijsdem tẽporibus eas uelle sibi persolui,quæ nõ ad triginta uel quadraginta præteritos annos referuntur, adserẽdo singulis annis earum actiones nasci. principali enim actione non subsistente,satis superuacuum est super usuris uel fructibus adhuc iudicem cognoscere. Super usurarum uero quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus,ueterẽ duram & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoq; iubemus,illustribus quidẽ personis,siue eas præcedentibus minime licere ultra tertiam partem centesimæ usurarum nomine in quocunq; contractu uili uel maximo stipulari. Illos uero, qui ergasterijs præsunt,uel aliquam licitã negociationẽ gerunt,usq; ad bessem centesimæ suam stipulationem moderari. In traiecticijs autẽ contractibus, uel specierũ fœnori dationibus,usq; ad centesimam tãtummodo licere stipulari,nec eam excedere, licet ueteribus legibus hoc erat concessum. Cæteros autẽ omnes homines dimidiam tantummodo cẽtesimæ usurarum nomine posse stipulari:& eam quantitatem usurarum etiam in alijs omnibus casibus nullo modo ampliari,in quibus citra stipulationem exigi usuræ solent:nec liceat iudici memoratã augere taxationem occasione consuetudinis in regione obtinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis:nullam penitus de superfluo habeat actionem. sed etsi acceperit:in sortem hoc imputare compelletur. interdicta licentia creditoribus,ex pecunijs fœnori dandis aliquid detrahere uel retinere siliquarum nomine, uel sportularum,uel alterius cuiuscunq; causæ gratia.nam siquid huiusmodi factum fuerit: principale debitum ab initio ea quãtitate minuetur:ut tam ipsa minuenda pars,quàm usuræ eius exigi prohibeantur. Machinationes etiam creditorum,qui ex hac lege prohibiti maiores usuras stipulari,alios medios subijciunt,quibus hoc non ita interdictum est,resecantes: iubemus,si quid tale fuerit attentatũ: ita usuras computari,ut necesse esset,tanq̃ si ipse,qui alium interposuit,fuisset stipulatus.in quo casu sacramenti etiã illationẽ locũ habere sancimus.

XXVII. *Idem. A. Mennæ P.P.*

DE usuris,quarum modum iam statuimus, prauam quorundam interpretationem penitus remo

tus remouentes: iubemus etiam eos, qui ante eandem sanctionem ampliores, quàm statutæ sunt, usuras stipulati sunt, ad modum eadem sanctione taxatũ ex tempore lationis eius suas moderari actiones: scilicet illius temporis, quod ante eandem fluxit legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos. Cursum insuper usurarum ultra duplum minime procedere concedimus: nec si pignora quædã pro debito creditori data sint, quorum occasione quædam ueteres leges & ultra duplum usuras exigi permittebãt. quod & in bonæ fidei iudicijs, cæterisq; oĩnibus casibus, in quibus usuræ exiguntur, seruari censemus.

XXVIII *Idem. A. Demostheni P.P.*

VT nullo modo usuræ usurarum à debitoribus exigantur, & ueteribus legibus quidem cõstitutum fuerat, sed non perfectissime cautum. si enim usuras in sortẽ redigere fuerat cõcessum, & totius summæ usuras stipulari: quæ differẽtia erat debitoribus, qui reuera ad usurarũ usuras exigebant: hoc certe erat non rebus, sed uerbis tantummodo leges ponere. Quapropter hac apertissima lege definimus: nullo modo licere cuiquã usuras præteriti temporis uel futuri in sortem redigere, & earum iterum usuras stipulari. sed & si hoc fuerit subsecutum: usuras quidem super usuras manere, & nullum usurarum aliarum incrementum sentire: sorti autem antí quæ tantũmodo incrementum usurarum accedere.

DE NAVTICO FOENORE. Tit. XXXIII.

I. *Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Honorato.*

RAiecticiam pecuniã, quæ periculo creditoris datur, tam diu liberã esse ab obseruatione cõmuniũ usurarum, quàm diu nauis ad portum adpulerit, manifestũ est.

II. *Idem. AA. Chosimaniæ.*

CVm dicas te pecuniam ea lege dedisse, ut in sacra urbe tibi restitueretẽ, nec incertum periculum, quod ex nauigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis: non est dubium, pecuniæ creditæ ultra licitum te usuras exigere nõ posse.

III. *Idem. AA. Iuniæ.*

CVm proponas te nauticũ fœnus ea cõditione dedisse, ut post nauigiũ, quod in Africã dirigi debitor adseuerabat, in Salonitanorũ portũ naue delata, fœnebris pecunia tibi redderet: ita, ut nauigij duntaxat, quod in Africam destinabatur, periculũ susceperis: perq; id uicium debitoris, nõ loco quidem nauigij seruato, illicitis comparatis mercibus, ea, quæ nauis cõtinebat, fiscum occupasse: amissarum mercium detrimẽtum, quod non ex marinæ tempestatis discrimine, sed ex præcipiti auaricia & inciuili debitoris audacia accidisse adseueratur, adscribi tibi iuris publici ratio non permittit.

IIII. *Idem. AA. Euchariſto.*

TRaiecticiæ quidẽ pecuniæ, quæ periculo creditoris mutuò datur, casus, anteq; ad destinatũ locũ nauis perueniat, ad debitorem non pertinet. sine huiusmodi uero conuentione, infortunio naufragij debitor nõ liberabitur.

DEPOSITI, VEL CONTRA. Tit. XXXIIII.

I. *Imp. ALEXANDER. A. Mestæno.*

SIincursu latronum uel alio fortuito casu ornamenta deposita apud interfectũ perierint: detrimentum ad hæredem eius, qui depositũ accepit, qui dolum solum & latam culpam (si nõ aliud specialiter conuenit) præstare debuit, nõ pertinet. Quòd si prætextu latrocinij commissi uel alterius fortuiti casus, res, quæ in potestate hæredis sunt, uel quas dolo desijt possidere, non restituũtur: tam depositi, quàm ad exhibendum actio, sed et in rem uindicatio competit.

II. *Imp. GORDIANVS. A. Celso.*

VSuræ in depositi actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudicijs, ex mora uenire solent.

III. *Idem. A. Austero.*

SIdepositi experiris: nõ immerito etiam usuras tibi restitui flagitabis: cum tibi debeat gratulari, quòd furti eum actione non facias obnoxiũ. siquidem qui rem depositã inuito domino sciens prudensq; in usus suos conuerterit: etiam furti delicto succedit.

IIII. *Idem. A. Timocrati.*

SIdeposita pecunia is, qui eam susceperit, usus est: nõ dubiũ est, etiã usuras debere præstari. Sed

si cum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est: ultra nō potes propter usuras experiri. nō em̃ duæ sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una: ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Claudiano.

PRopter instrumenta quidē, quæ te deposuisse cū aduersario tuo dicis, ut residua pecunia, q̃ ex conductiōe debebat̃, soluta, ea reciperes: si id, q̃d placuerat, implesti: sequestrū potes cōuenire. Quāuis aūt hæc reddita nō fuerint: tñ aduersus eū, à quo fundū cōduxeras: si om̃e, quod ex hoc contractu debebatur: reddidisti, ipsis solutionibus tutus es.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Alexandro.

IS, penes quem utraq; partes transactionis uel alia instrumenta commendasse dicis, legem, qua hæc suscepit, seruare necesse habet.

VII. Idem. AA. Attico.

DEsideriū tuū cū ratiōibus iuris nō congruit. nā si custodiā pecuniæ suscepisti, quā alijs à te mutuò datā, cōscriptū instrumentū, quo hāc tibi reddi ꝑsiteris, arguit: solutionē eius competentē improbe recusas. VIII. Idem. AA. Alexandro.

SI is, q̃ depositā à te pecuniā accepit, eā suo noīe uel cuiuslibet alterius mutuò dedit: tā ipsum de implenda susceptа fide, q̃ eiꝰ successores teneri tibi, certissimū est. aduersus eū aūt, q̃ accepit, nulla actio tibi cōpetit: nisi numi exstent. tunc em̃ cōtra possidentē uti rei uindicatiōe potes.

IX. Idem. AA. Menophyllo & cæteris.

CVm hæreditas ꝑsonā dñi sustineat: ab hæreditario seruo prius, q̃ patri uestro successeritis, res cōmendatas secundū bonā fidē ab eius, q̃ suscepit, successoribus apud rectorē ꝓuinciæ petere potestis. X. Idem. AA. & CC. Septimæ.

QVi depositum non restituit, suo nomine cōuentus & condemnatus, ad eius restitutionem cum infamiæ periculo urgetur.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni.

SI quis uel pecunias uel res quasdā per depositionis acceperit titulū: eas uolenti ei, qui deposuit, reddere ilico modis oībus cōpellat̃: nullā q̃ cōpensationē, uel deductionē, uel doli exceptionē opponat, quasi & ipse q̃sdā contra eū, qui deposuit, actiones ꝑsonales, uel in rem, uel hypothecariā ꝑtendens: cū nō sub hoc modo depositū accepit, ut nō concessa ei retentio generet, & cōtractus, q̃ ex bona fide orit̃, ad ꝑfidiā retrahat̃. Sed etsi ex utraq; parte aliquid fuerit depositū: nec in hoc casu cōpensationis ꝓpeditio oriat̃: sed depositæ quidē res uel pecuniæ ab utraq; parte q̃ celerrime sine aliquo obstaculo restituant̃, ei uidelicet primū, qui primus hoc uoluerit: & postea legitimæ actiones integræ q̃q; ei reseruent̃. Quod obtinere (sicut iam dictū est) oportet, & si ex una parte depositio celebrata est, ex altera aūt cōpensatio fuerit opposita: ut integra oīni legitima ratione seruata, depositæ res uel pecuniæ prima fronte restituant̃. Quòd si in scriptis attestatio nō ꝑ dolū uel fraudē fuerit ei, qui depositū susceptit, ab alio transmissa, ut minime deposita restituat, hoc q̃ per iusiurandum adfirmauerit: liceat ei, qui deposuit, sub defensionis cautela idonea præstita, res depositas quàm ocyssime recuperare.

XII. Idem. A. Ioanni P. P.

SVperuacuā ueterū differentiā de medio tollentes, si quis certū pondus auri uel cōfecti uel in massa cōstituti deposuerit, & plures scripserit hæredes, & unus ex his contingentē sibi portiōnē à depositario acceperit, alter supersederit, uel alias fortuito casu impeditus hoc facere nō potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunā, uel sine dolo depositum perdiderit: sancimus, nō esse cohæredi eius licentiā uenire contra cohæredē suum, & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minime potuit, quasi eo, quod cohæres accepit, communi constituto: cū si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suā partē unus ex cohæredibus acceperit, nemini ueniat in dubiū, bene eū accepisse partē suā, & nō debere aliā partē attingere. nobis etem nō uideť esse homo obnoxius, neq; in massa, neq; in specie, neq; in pecunia numerata, qui suam partem susceptit: ne industria pœnas desidiæ soluat. si enim & alius hæres tempora opportuna, quemadmodum cohæres eius, obseruasset: & suum uterq; reciperet, & sequentibus altercationibus minime locus relinqueretur.

MANDATI, VEL CONTRA. Tit. XXXV.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Leonidæ.

Duersus eū, cuius negocia gesta fūt de pecunia, quā de ꝓprijs opib9, uel ab alijs mutuò acceptā erogasti, mandati actione pro sorte & usuris potes experiri. De salario autem

autem,quòd promisit:apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur.

II. *Idem. AA. Marcello.*

CVm ex causa fideiussionis pecuniam patrē tuū exsoluisse ꝓponas:habes mandati actionē, qua nō solū pecuniam,sed etiā pignora in obligationē deducta,potes consequi.

III. *Idem. AA. Germano.*

SI pater tuus tibi sui iuris cōstituto actionē aduersus debitores suos mandauit:potuit & ipse præsens aduersus eos re integra experiri.si quid itaq; ab eo apud iudicem actum est: rescindi id nulla ratio patitur.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Vulnerato.*

ETiam si contrariam sententiam reportauerunt, qui te ad exercendas causas appellatiōis ꝓcuratorem constituerunt:si tamen nihil culpa tua factum est:sumptus,quos in litē probabili ratione feceras,contraria mandati actione petere potes.

V. *Idem. A. Guliano.*

SI maritus fororis tuæ tibi procurans petere bonorum possessionem noluit: cum ipso tibi cō grediendum est.quam querelam ita cum effectu habes,si mandasse te, ut peteretur bonorū possessio, eumq; neglexisse arguas.

VI. *Imp.* GORDIANVS. A. *Sosibio.*

SI fideiussor pro reo patiente fidem suam adstrinxerit: mandati cū eo post exsolutam pecuniam ,uel factam condemnationem potest actionem exercere.

VII. *Idem. A. Aureliano.*

SI literas eius secutus,qui pecuniæ actor fuerat,ei,qui tibi literas tradidit,pecunias credidisti: tam cōdictio aduersus eum, qui à te mutuam sumpsit pecuniā, q̄ aduersus eum,cuius mandatum secutus es,mandati actio tibi competit.

VIII. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. *Lucio.*

SI tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem suam seruis eius crederes, mandauit,& in hanc rē æque ipso præcipiente pignora sunt obligata:& mandati actione pupillos post mortē patris conuenire ,& exsequi ius obligationis pignorum poteris,si in solutione cessabitur.

IX. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Marcello.*

CVm per ꝓcuratorē causam tuā læsam esse dicas:mādati actio aduersus eū tibi competit

X. *Idem. AA. Papio.*

SI pro ea,cōtra quā supplicas,fideiussor seu mandator intercessisti,& neq; condēnatus es,neq; bona eā dilapidare postea cœpisse cōprobare possis,ut tibi iustā metuendi causam præbeat, neq; ab initio ita te obligationē suscepisse,ut eam possis & ante solutionē conuenire:nulla iuris ratione ante,q̄ satis creditori pro ea feceris,eam ad solutionē urgeri,certū est. Fideiussorē uero seu mandatorē exceptione munitū,& iniuria iudicis damnatū,& appellatione contra bonā fidem minime usum,non posse mandati agere,manifestum est.

XI. *Idem. AA. Gaio.*

PRocuratorem,non tantum pro ijs,quæ gessit,sed etiam pro ijs,quæ gerenda suscepit, & tā propter exactam ex mandato pecuniam,q̄ non exactam,tam dolum,q̄ culpam, sumptum ratione bona fide habita,præstare necesse est.

XII. *Idem. AA. Firmo.*

CVm mādati negocij contractū certā accepisse legē adseueres:eam integrā secundū bonam fidē custodiri conuenit. Vnde si cōtra mandati tenorē procurator tuus ad te pertinentem fundū uendidit,nec uenditionē postea ratā habuisti:dominiū tibi auferri non potuit.

XIII. *Idem. AA. Zosimo.*

A Procuratore dolum & omnem culpam,non etiam improuisum casum præstandū esse, iuris authoritate manifeste declaratur.

XIIII. *Idem. AA. Hermiano.*

SI secundum mandatum Triphonis & Felicis equos tua pecunia cōparatos,uel in solutū à ꝓprio debitore tibi traditos,uni de his utriusq; uoluntate dedisti:ad parendum placitis eos mandati iudicio conuentos bona fides urget.

XV. *Idem. AA. Preatio.*

MAndatum re integra domini morte finitur.

XVI. *Idem. AA. Vranio.*

AD comparandas merces data pecunia,qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti interest mandatoris,tenetur.

XVII. Iidem. AA. Gorgonio.

SAlarium incerta pollicitatione promissum peti non potest.

XVIII. Iidem. AA. Tusciano

POst solutionẽ à se factã, qui dari mutuò mãdauit, ab eo, ꝑ quo interceſſit, uel ſucceſſoribus eius, quòd ſolutum eſt, etiam cum uſuris poſt moram recte poſtulat.

XIX. Iidem. AA. Eugenio.

PRecíj rerum diſtractarum, quas uenales præcedente mandato acceperas, ultra licitum uſuras ex ſtipulatiõe uel mora præſtare (licet pignora data ꝓbentur) compelli non potes.

XX. Iidem, AA. Epagatho.

SI contra licitum litis incertum redemiſti: interdictæ conuentionis tibi fidem impleri frustra petis. quòd ſi gratuitũ mãdatũ ſuſcepiſti: ſecundũ bonã fidem ſumptus recte poſtulas.

XXI. Imp. CONSTANTINVS. A. Voluſiano P. P.

IN re mandata non pecuniæ ſolum, cuius eſt certiſſimum mandati iudicium, uerumetiam exiſtimationis periculum eſt. nam ſuæ quidem quiſq; rei moderator atq; arbiter, non omnia negocia, ſed plæraq; ex proprio animo facit. Aliena uero negocia exacto officio geruntur: nec quidq̃ in eorum adminiſtratione neglectũ ac declinatum culpa uacuum eſt.

XXII. Imp. ANASTASIVS. A. Euſtachio P. P.

PEr diuerſas interpellationes ad nos factas, comperimus quoſdam alienis rebus fortuniſq; inhiantes, ceſſiones aliís competentium actionũ in ſemetipſos exponi properare: hoc̃q; modo diuerſis perſonas litigatorum uexationibus afficere: cum certum ſit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea ſuppetebant, iura ſua uindicare, q̃ ad alios ea transferre uelle. Per hanc itaq; legem iubemus in poſterum huiuſmodi conamen inhiberi. nec enim dubium eſt, redemptores litium alienarum uideri eos eſſe, qui tales ceſſiones in ſe confici cupiũt. Ita tamen, ut ſi quis datis pecuníjs, huiuſmodi ſubierit ceſſionem: uſq; ad ipſam tantummodo ſolutarum pecuniarum quantitatem & uſurarum eius actiones exercere permittatur, licet inſtrumento ceſſionis uenditionis nomen inſertum ſit. exceptis ſcilicet ceſſionibus, quas inter cohæredes pro actionibus hæreditaríjs fieri contingit: & íjs, quaſcunq; uel creditor uel is, qui res alienas poſſidet, pro debito, ſeu rerum apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione accipit: nec non íjs, quas inter legatarios ſeu fideicommiſſarios, quibus debita uel actiones ſeu res aliæ relictæ ſunt, pro his fieri neceſſe ſit. nulla etenim tali ratione intercedente: redemptor (ſicuti ſuperius declaratum eſt) magis exiſtit, qui alienas, pecuníjs præſtitis, ſubíjcit actiones. Sin autem per donationes ceſſio facta eſt: ſciant omnes huiuſmodi legi locum non eſſe, ſed antiqua iura eſſe ſeruanda: ut ceſſiones tam pro exceptis & ſpecialiter enumeratis, q̃ aliís cauſis factæ ſeu faciendæ, ſecundũ actionũ, quæcũq; ceſſæ ſunt uel fuerint, tenorẽ ſine quadã imminutione obtineãt.

XXIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

AB Anaſtaſio diuæ memoriæ principe iuſtiſſima conſtitutio conſcripta eſt, tam humanitatis, q̃ beneuolentiæ plena: ut ne quis alienum ſubeat debitum ceſſione in eum facta, & ne amplius à debitore cõſequatur quis, quàm quæ præſtitit ceſſionis authori: exceptis quibuſdã caſibus, qui ſpecialiter illa ſanctione continẽtur. ſed cũ íj, qui circa lites morantur, eandẽ piam diſpoſitionem in ſua natura remanere minime conceſſerunt, inuenientes machinationem, ut partem quidẽ debiti uenditionis titulo tranſferant in alium creditorem, reliquã autẽ partẽ per coloratam cedant donationem: generaliter Anaſtaſianæ conſtitutioni ſubuenientes, ſancimus nulli licere partẽ quidẽ debiti cedere pecuníjs acceptis & uenditione actionũ habita, partẽ autẽ donationis titulo uideri transferre, ſed ſi uoluerit debitum totum pure donare, & per donationem actiones transferre: hoc non occulte, nec per artes clandeſtinas pecunias ſuſcipere, publice autem ſimulatam donationem celebrare, ſed undiq; puram & non diſſimulatam facere donationem. huiuſmodi enim ceſſionibus nõ aduerſamur. Si quis autẽ occulte aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accepit: & uendiderit particulatim actiones, partem autem donare ſimulat, uel ipſi, qui emptionem actionis ſubíjt, uel forſitan alíj per ſuppoſitam perſonã: (quia & hoc ſæpius perpetratum eſſe didicimus) huiuſmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, q̃ ipſe uero contractu re ipſa perſoluit: ſed omne, quod ſuperfluum eſt, & per figuratam donationem translatum, inutile eſſe ex utraq; parte cenſemus: & neq; ei, qui ceſſit actiones, neq; ei, qui eas ſuſcipere curauit, aliquid lucri uel fieri uel remanere, uel aliquam contra debitorem, uel res ad eum pertinentes, eſſe utriq; eorũ actionẽ. Sed & ſi quis donaonem quidẽ omnis debiti facere adſimilauerit, ut uideatur eſſe tota donatio, aliquid autẽ occulte ſuſceperit: & in hoc caſu tantummodo exactionem ſortiri eius, quod datum eſſe cõprobatur.

batur.etsi hoc à debitore persoluatur:nulla contra eum,uel substantiam eius ex dissimulata do natione oriatur molestia. Et iustum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data est, quam homines astute lacerandam es se existimauerunt. sed ne uideamur in tanta temporum nostrorum beneuolentia aliquid acer- bius admittere:in futuris post præsentem legem casibus hæc obseruari censemus: ut omne, quod contra legẽ Anastasianam excogitatũ est,hoc in posterum nostro perfruatur remedio.

SI SERVVS EXTERO SE EMI MANDAVERIT. Tit. XXXVI.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Dionysiæ.*

Si seruus extero se mandauerit emendum:cuius nec ex persona serui(quia hoc li- ber mandare nõ potest) nec ex domini persona (quoniam qui mandat,ut â se res comparetur, inutiliter mandat) consistere credebatur actio:tamen optima ratio ne,quia non id agitur,ut ex ipso mandato,sed propter mandatum ex alio cõtra- ctu nascatur actio:domino quæri placuit obligationem. Si itaq; domino igno- rante emi te mandasti,ac te numos subministrante peculiares,soluti sunt emptori: minime li- beratio per huiusmodi factum potuit peruenire. Nec tamen si tradita,nec manumissa es:etiam tam mandati de ancilla,& empti de precio consequendo contrarias actiones ei exercere conce- di placuit. Sanè in illius arbitrio relictũ est,utrum ne mancipiũ,an preciũ cõsequi uelit:cũ ex peculio,quod eius fuit,solutio celebrata, obligationis uinculo emptorẽ liberare nõ potuit.

PRO SOCIO. Tit. XXXVII.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Aurelio.*

Societatem, uno pecuniam cõferente,alio operã,posse contrahi,magis obtinuit.

II *Iidem.* AA. *&* CC. *Pantonio.*

Cum proponas te prædium coniuncto dominio cum patruo tuo comparas- se,in possessionem q; tam te,q; ipsum inductum:iuris ratio efficit,ut domini- bus pensitationibus,cessante socio,satis factum esse dicis:iudicio societatis id,quod eo nomine præstari oportuerit,consequeris. um fundi ad utrunq; pertineat. Sanè quia preciũ à te solo numeratũ, & solenni-

III. *Iidem.* AA. *&* CC. *Victorino.*

Cum in societatis contractibus bona fides exuberet,conueniat q; æquitatis rationibus,eti- am compendia æqualiter inter socios diuidi:præses prouinciæ,si patrem tuum salinarum societatem participasse,& non recepta communis cõpendij portione, rebus humanis exemptũ esse perspexerit,cõmodũ societatis,quod deberi iuxta fidẽ ueri cõstiterit,restitui tibi præcipiet.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Celeri.*

Si societatis iure, uel transactionis stipulatione subdita, bonorum omnium æquis partibus inter te & Fauiam diuisionem recte fieri placuit: quominus hæc rata seruentur: nihil inter- est, utrũ testatus quis fuerit obligatus, an intestatus rebus sit humanis exemptus.

V. *Iidem* AA. *&* CC. *Theodoro.*

Tam diu societas durat,quàmdiu consensus partium integer perseuerat. Proinde si iam ti- bi pro socio nata est actio:etiã eã inferre apud eum,cuius super ea re notio est,nõ phiberis.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

De societate apud ueteres dubitatum est, si sub conditione contrahi potest. puta, si ille consul fuerit,societatem esse cõtractã. sed ne simili modo apud posteritatem,sicut apud antiquitatem huiusmodi causa uentiletur:sancimus societatem contrahi posse non solum pu- re, sed etiã sub conditione. uoluntates etẽ legitime cõtrahentiũ oñimodo conseruãdæ sunt.

VII. *Idem* A. *Ioanni.* P.P.

Sancimus ueterum dubitatione semota, licentiam habere furiosi curatorem dissoluere(si maluerit)societatem furiosi,& socijs licere ei renunciare:& quemadmodum in omnibus cõ tractibus alijs legitimam authoritatem ei dedimus:ita & in hac parte eum permittimus com- petenter commodis furiosi prouidere.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE ET VENDITIONE. Tit. XXVIII.

I. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Paulo.*

Venditio-

VEnditiones,etsi in alio loco,& in quo possessiones constitutæ sunt, fiant:nō ideo irritæ esse creduntur.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Auito.

EMptionem & uenditionem consensum desiderare,nec furiosi ullum esse cōsensum, manifestū est. Intermissionis autem tempore furiosos maiores uigintiquinq; annis uenditionem,& alios quoslibet contractus posse facere,non ambigitur.

III. Iidem. AA. Valeriæ.

SI donationis causa uenditionis simulatus contractus est: emptionis deficit substantia. Sanè si in possessionem rei sub specie uenditionis causa donationis,ut te aleret,induxisti: sicut perfecta donatio facile rescindi nō potest:ita legi,quā rebus tuis donans dixisti, parére cōuenit.

IIII. Iidem. AA. Luciano.

CVm res tibi donatas ab hærede donatricis tibi distractas proponas ,intelligere debueras, duplicari tibi titulū possessionis nō potuisse:sed ex donatione & traditione dominū factū fruſtra emisse:cum rei propriæ emptio non possit consistere. at tunc demum tibi profuit,si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur. Sanè,quoniam omnia bona tibi ab ea donata & tradita dicis:ad hoc & à filio facta uenditio rerum maternarum adferre, perfecta etiam donatione,poterit defensionem,ne uel exemplo inofficiosi testamenti possit hoc auocare.

V. Iidem. AA. Gratiæ.

CVm ipse tutor nihil ex bonis pupilli,quæ distrahi possunt,comparare palam & bona fide prohibetur: multomagis uxor eius hoc facere potest.

VI. Iidem. AA. Lucretio.

SI Gaudentius in matrem tuam titulo uenditionis sine quadam fraude dominium mancipij transtulit:non idcirco,quòd postea inter eos matrimonium & diuortium secutum dicitur, iuri eius quidq; derogatū est. quod uindicare, te matri tuæ successisse probās,minime phiberis.

VII. Iidem. AA. Pisoni.

SI ancillam ex emptione sibi quæsitam mater tua donatione à secundo marito postea se simulauit accepisse: tituli falsi figmentum donationis dominium ei duplicare uel auferre non potuit.

VIII. Iidem. AA. Diogeni.

SI non donationis causa,sed uere uineas distraxisti,nec precium numeratum est : actio tibi precij, non eorum,quæ dedisti,repetitio competit.

IX. Iidem. AA. Seuero.

EMpti fides ac uenditi sine quantitate nulla est. Placito autem precio nō numerato, sed solum tradita possessione,istiusmodi contractus non habetur irritus:nec idcirco is,qui comparauit,minus recte possidet,quòd soluta summa,quam dari conuenerat,negatur. Sed etsi donationis gratia prædij factā uenditionē,traditio sequatur:actione precij nulla competente, perficitur donatio.

X. Iidem. AA. Georgio.

SI mater tua,uelut ex patris tui bonis prædium suum comparauit:cum rei propriæ non consistat emptio,& hanc simulatam proponas:huiusmodi placitum mutare substantiam ueritatis,& ei nocere non potuit.

XI. Iidem. AA. Paterio.

INuitum comparare uel distrahere postulantis desiderium iustam causam non continet.

XII. Iidem. AA. Paterno.

NOn idcirco minus emptio perfecta est,quòd emptor fideiussorem non accepit, uel instrumētum testationis uacuæ possessionis omissum est.nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus,recte possidet.precium sanè,si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest.nec enim licet in continenti facta pœnitentiæ cōtestatione consensu finita rescindi.

XIII. Iidem. AA. Iuliano.

INuendentis uel ementis uoluntatē collata conditione comparandi, quæ non adstringit necessitate contrahentes,obligatio nulla est.idcirco dominus inuitus ex huiusmodi conuentione rem propriam,uel quilibet alius distrahere non compellitur.

XIIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Fabiano P. P. Illyrici & Italiæ.

DVdum proximis consortibusq; concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neq; homines suo arbitratu uēdenda distraherent. sed quia grauis hæc uidet iniuria, quæ manı honestatis colore uelatur,ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti:superio re le-

re lege cassata, unusquisq; suo arbitratu quærere uel ꝓbare possit emptorem: nisi lex specialiter quasdã psonas hoc facere ꝓhibuerit. D. VI. Kal. Iun. Vincẽtiæ. Tatiano & Symmacho coss.

XV. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

SVper rebus uenũdandis, siquis ita rem comparauerit, ut res uendita esset, quanti preciũ Titius æstimauerit, magna dubitatio exorta est multis antiquæ prudentiæ cultoribus. quã decidentes censemus, cum huiusmodi conuentio super uenditione procedat, quanti ille æstimauerit sub hac conditione stare uenditionem: ut si quidem ipse, qui nominatus est, precium definierit: omnimodo secundum eius æstimationem, & precia persolui, & uẽditionem ad effectum peruenire, siue in scriptis, siue sine scriptis contractus celebretur: scilicet si huiusmodi pactũ, cũ in sciptis fuerit redactum, secundum nostræ legis definitionem per omnia completum & absolutum sit. Sin autem uel ipse noluerit, uel non potuerit precium definire: tunc pro nihilo esse uenditionem, quasi nullo precio statuto: nulla coniectura, imò magis diuinatione inposterum seruanda, utrum in personam certam, an in uiri boni arbitrium respicientes contrahentes ad hæc pacta uenerunt: quia hoc penitus impossibile esse credentes, per huiusmodi sanctionem expellimus. Quod etiam in huiusmodi locatione locum habere censemus.

DE HAEREDITATE VEL ACTIONE uendita. Tit. XXXIX.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Geminio.

AEs alienum, hæreditate nomine fisci uendita, ad onus emptoris bonorum pertinere, nec fiscum creditoribus hæreditarijs respondere, certum & absolutũ est.

II. Imp. ANTONINVS. A. Floriano.

RAtio iuris postulat, ut creditoribus hæreditarijs & legatarijs seu fideicommissarijs te conuenire uolentibus, tu respondeas: & cum eo, cui hæreditatem uenũdedisti, tu experiaris suo ordine. nam ut satis tibi detur, serò desideras: quoniam eo tempore, quo uenũdabatur hæreditas, hoc non est cõpræhensum. quamuis enim ea lege emerit, ut creditoribus hæreditarijs satisfaciat: excipere tamen actiones hæreditarias inuitus cogi nõ potest.

III. Imp. ALEXANDER. A. Timotheo.

NOminis uenditio etiam ignorante uel inuito eo, aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet.

IIII. Idem. A. Diogeni.

QVi nondum certus de quantitate hæreditatis, persuadente emptore, quasi exiguam quantitatem eam uendidit: bonæ fidei iudicio conueniri, ut res tradat, uel actiones mandet, non compellitur. nam suo quoq; iure eorum persecutionem habet.

V. Idem. A. Onesimo.

EMptor hæreditatis actionibus mandatis eo iure uti debet, quo is, cuius persona fungitur: cuius utiles etiam aduersus debitores hæreditarios actiones emptori tribui placuit.

VI. Idem. A. Pomponio.

QVi tibi hæreditatem uendidit, antecq; res hæreditarias traderet, dominus earum perseuerauit: & ideo uendendo eas alijs dominium transferre potuit. sed quoniam contractus fidem fregit: ex empto actione conuentus, quanti tua interest, præstare cogitur.

VII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Manassæ.

POstq; eò decursum est, ut cautiones quoq; debitorum pignori dentur: ordinarium uisum est, post nominis etiam uenditionem utiles actiones emptori (sicut responsum est) ut ipsi creditori postulanti, dandas.

VIII. Idem. AA. & CC. Iuliano.

EX nominis emptiõe dominium rerum obligatarum ad emptorem non transit: sed in rem suam procuratore facto, uel utilis secundum ea, quæ pridem constituta sunt, exemplo creditoris persecutio tibi tribuitur.

IX. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CErti & indubitati iuris est, ad similitudinem eius, qui personalem redemerit actionem, & utiliter eam mouere suo nomine conceditur: & eum, qui in rem actionem comparauerit, eadem uti posse facultate: cum enim nomen actionis generale est omnium, siue in rem, siue in personam actionum, & apud omnes ueteris iuris cõditores hoc nomen in omnibus pateat: nihil est tale, quod differentiam in huiusmodi utilibus actionibus possit introducere.

QVAE RES VENDI NON POSSVNT, ET QVI uendere uel mercari uetantur. Tit. XL.

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Fauſto comiti ſacr. larg.*

FVcãdæ atq; diſtrahẽdæ purpuræ, uel in ſerico, uel in lana, quæ blatta, uel oxyblatta atq; hyacinthina dicit̃, facultatem nullus poſſit habere priuatus. ſin autem aliquis ſupradicti muricis uellus uendiderit: fortunarum ſe ſuarum & capitis ſciat ſubitu- rum eſſe diſcrimen.

II. *Idem. AA. Toriobando duci Meſopotamiæ.*

COmparandi ſerici à barbaris facultatem omnibus, ſicut iam præceptum eſt, præter comi- tem cõmerciorum, etiamnum iubemus auferri.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *ad ſenatũ & populum.*

QVia nõnunquam in diuerſis litoribus diſtrahi publici canonis frumenta dicuntur: uen- dentes & ementes ſciant capitali pœna ſe eſſe ſubdendos, & in fraudem publicã commer- cia contracta damnari.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Fauſto P.P.*

NE frumentum, quod deuotiſſimo exercitui mittitur, in prædam lucrum'q; uertatur: hac ſanctione decernimus, ut quicunq; hoc fuerint forte mercati: honeſtiores quidem ſtylum proſcriptionis & omnium bonorum amiſſionem incurrant: inferiores autem, uilioresq; perſo- næ capitali ſupplicio ſubiaceant.

QVAE RES EXPORTARI NON DE- beant. Tit. XLI.

I. Impp. VALENS. & GRAT. AA. *ad Theodorum magiſtrũ militum.*

AD barbaricum tranſferendi uini, olei, & liquaminis nullam quiſq; habeat facul- tatem, nec guſtus quidem cauſa, aut uſus commerciorum.

II. Imp. MARTIANVS. A. *Aulo P.P.*

NEmo alienigenis barbaris cuiuſcunq; gentis ad hanc urbem ſacratiſſimam ſub legatiõis ſpecie, uel ſub q̃cunq; alio colore ueniẽtibus, aut in diuerſis aliis ciuitatibus uel locis, loricas, ſcuta, & arcus, ſagittas, & ſpathas, & gladios, uel alterius cuiuſcũq; ge neris arma audeat uenundare. nulla prorſus ijſdem tela, nihil penitus ferri, uel facti iam, uel ad huc infecti, ab aliquo diſtrahatur. pernicioſum nãq; Romano imperio, & proditioni proximum eſt, barbaros, quos indigere conuenit telis, eos, ut ualidiores reddantur, inſtruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcunq; nationum barbaris alienigenis cõtra pietatis noſtræ in terdicta ubicunq; uendiderit: bona eius uniuerſa protinus ad fiſcum adĳci, ipſum quoq; capita- lem pœnam ſubire decernimus.

DE EVNVCHIS. Tit. XLII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. *Aurelio duci Meſopotamiæ.*

SI quis poſt hanc ſanctionem in orbe Romano eunuchos fecerit, capite puniatur: mancipio tali, necnon etiam loco, ubi hoc cõmiſſum fuerit, domino ſciente & diſ- ſimulante, confiſcando.

II. Imp. LEO. A. *Viuiano P.P.*

ROmanæ gentis homines, ſiue in barbaro, ſiue in Romano ſolo eunuchos fa ctos, nullatenus quolibet modo ad dominiũ cuiuſquã trãſferri iubemus: pœna grauiſſima ſtatuẽ da aduerſus eos, qui hæc perpetrare auſi fuerint: tabellione uidelicet, qui huiuſmodi emptiõis, ſi ue cuiuslibet alterius alienationis inſtrumẽta cõſcripſerit, & eo, qui octauã uel aliquid uectigalis cauſa p̃ his ſuſceperit, eidẽ pœnæ ſubĳciendo. barbaræ aũt gentis eunuchos extra loca noſtro im perio ſubiecta factos, cunctis negociatoribus, uel quibuſcunq; alĳs emendi in commercĳs & uen- dendi, ubi uoluerint, tribuimus facultatem.

DE PATRIBVS, QVI FILIOS SVOS DISTRA- xerunt. Tit. XLIII.

Impp. Dio-

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Papinianæ.

IIberos à parentibus neq; uẽditionis, neq; donationis titulo, neq; pignoris iure, aut quolibet alio modo, nec sub prætextu ignorãtiæ accipiẽtis, in aliũ transferri posse, manifesti iuris est.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. prouincialibus.

SI quis propter nimiam paupertatem, egestatemq;, uictus causa filiũ filiamue sanguinolẽtus uendiderit: uenditione in hoc tantũmodo casu ualente: emptor obtinendi eius seruitij habeat facultatẽ. liceat aũt ipsi, qui uẽdidit, uel qui alienatus est, aut cuilibet alij, ad ingenuitatẽ eum propriã repetere: modo si aut precium offerat, quod potest ualere, aut mancipiũ pro huiusmodi præstet.

DE RESCINDENDA VENDITIONE. Tit. XLIIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Maroni.

SIpater tuus per uim coactus domũ uẽdidit: ratũ nõ habebitur, quod non bona fide gestũ est. malæfidei enim emptio irrita est. Adituṡ itaq; nomine tuo præses prouinciæ, authoritatem suam interponet: maxime, cum paratũ te proponas id, q̃d precij nomine illatum est, emptori refundere.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Lupo.

REm maioris precij si tu uel pater tuus minore precio distraxerit, humanũ est, ut uel preciũ te restituẽte emptoribus, fundũ uenditũ recipias, authoritate iudicis intercedẽte: uel si emptor elegerit, quod deest precio iusto recipies, minus autẽ precium esse uidetur, si nec dimidia pars ueri precij soluta sit.

III. Iidem. AA. Martianæ.

DEcontractu uẽditiõis & emptiõis iure perfecto, alterutro inuito, nullo recedi tempore bona fides patitur, nec ex rescripto nostro. quo iure fiscum nostrum uti, sæpe constitutũ est.

IIII. Iidem. AA. Eudoxio.

AD rescindendam uenditionem & malæfidei probationem hoc solum non sufficit, quòd magno precio fundum comparatum, minoris distractum esse cõmemoras.

V. Iidem. AA. Rufo.

SIdolo aduersarij deceptum uenditionem prædij te feciſſe, præses prouinciæ aditus animad uerterit: sciens contrarium esse dolum bonæ fidei, quæ in huiusmodi maxime contractibus exigitur: rescindi uenditionem iubebit. quòd si iure perfecta uenditio est à maiore uigintiquinq; annis: intelligere debes, consensu mutuo perfectam uenditionem resolui non posse.

VI. Iidem. AA. Gratiano.

NOn est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam uenditionem desideras. quamuis enim duplum offeras precium emptori: tamen inuitus ad rescindendam uenditionem urgeri non debet.

VII. Iidem. AA. Mucarolo & alijs militibus.

RAtas manere semper factas iure uenditioneis, uestra etiam interest. nam si oblato precio rescindere uẽditionem facile permittatur: eueniet, ut & siquid uos de laboribus uestris à fisco nostro uel à priuato cõparaueritis, eadem lege cõueniamini, quam uobis tribui postulatis.

VIII. Iidem. AA. Euodiæ.

SIuoluntate tua fundum tuum filius tuus uenundedit: dolus ex calliditate atq; insidijs emptoris argui debet, uel metus mortis uel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata uenditio. hoc enim solum, quòd paulo minore precio fundum uenundatum significas, ad rescindendam uenditionem inualidum est. quòd si uidelicet contractus emptionis atq; uenditionis cogitasses substantiam, & quòd emptor uiliore comparandi, uenditor cariore distrahendi uotum gerentes, ad hunc contractum accedant, uixq; post multas cõtentiones paulatim uenditore de eo, quod petierat, detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certũ cõsentiant preciũ: perfecto perspiceres, neq; bonam fidem, quæ emptionis atq; uenditionis conuentionem tuetur, pati, neq; ullam rationem concedere, rescindi propter hoc cõsensu finitum contractũ, uel statim, uel post precij quãtitatis disceptationẽ: nisi minus dimidia iusti precij, quod fuerat tempore uenditionis, datum esset, electione iam emptori præstita seruanda.

IX. Iidem. AA. Domitio.

PRecij causa non pecunia numerata, sed pro ea pecoribus in solutũ consentienti datis, con-

tractus non constituitur irritus.

X. Iidem. AA. Seuero.

DOlus emptoris qualitate facti, non quantitate precij æstimatur. quòd si fuerit interceſſiſſe probatum: non aduersus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei uindicatio uenditori, sed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum restitutio competit.

XI. Iidem. AA. Magnæ.

VEnditor factum emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, nõ quod eo tempore scierit, quo id ageretur, & consensit, de dolo queri potest. Igitur cum patrem tuum, ut maius compræhenderetur instrumento precium, cẽ rei, quæ distrahebatur, conuenerat, concessisse profitearis: propter hoc solum de circũscriptione frustra queritur. sanè si placitum precium non probetur solutum, uel in quantitatem debiti per errorem facti compensari cautum fuit: hoc reddi recte postulatur.

XII. Iidem. AA. Antiocho.

NOn idcirco minus uenditio fundi, quòd hunc ad minus sumptibus necessarijs urgentibus, non uilioris precij, uel urgente debito te distraxisse contendis, rata manere debet. Ab illicitis itaq; petitionibus abstinendo, ac precium, si non integrum solutum est, petendo, facies consultius.

XIII. Iidem. AA. & CC. Nicæ.

SI maior annis uiginti quinq; fundum distraxisti: propter hoc solum, quòd ementi, ne compararet socer tuus, denunciauit: emptionem factam à te rescindi, bona fides non patitur.

XIIII. Iidem. AA. & CC. Basilicæ.

EA conditione distractis prædijs, ut quod rei publicæ debebatur, qui comparauit, restitueret: uenditor à se celebrata solutione, quanti interest, experiri potest: non ex eo, quod emptor non satis conuentioni fecit, contractus irritus constituitur.

XV. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P.

QVisquis maior ætate prædia, etiam procul posita, distraxerit: paulo uilioris precij nomine repetitionis rei uenditæ copiam minime consequatur. neq; enim inanibus immorari sinatur obiectis, ut uires locorum sibimet causetur incognitas, qui familiaris rei scire uires uel merita atq; emolumenta ante debuerat. D. VI. Kal. Maij. Merobaude II. & Saturnino COSS.

XVI. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Magillũ uicariũ Africæ.

SI quos debitorum mole depressos necessitas publicæ rationis adstringat proprias distrahere facultates: qualitas rei & redituum quãtitas æstimetur, nec sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, ut possessiõibus uiliore precio distractis, plus exactor ex gratia, cẽ debitor ex precio cõsequatur. Hi postremo sub empti titulo perpetuo dominij iure potiantur, qui tantũ adnumerauerit fisco, quãtum exegerit utilitas priuatorũ. etemẽ periniquũ est, ut alienis sub gratiosa auctione distractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori.

XVII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ.

HI, qui imposita munera ciuitatum fuga destituunt, uel ineundos furtim existimant esse cõtractus: intelligant sibi nihil hæc profutura esse commenta, & precio emptorem fugæ conscium multandum esse, quod dederit.

XVIII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Nestorio com. rer. priuat.

VEstiũ auri & argenti seu mancipiorum coëmendorũ, si quando à priuatis nostris ea contigerit uenũdari, palatini sciant sibi copiã denegatã: pœna in eos amissiõis precij exercẽda.

QVANDO LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE. Tit. XLV.

I. Imp. GORDIANVS. A. Rufino.

RE quidem integra ab emptione & uenditione utriusq; partis consensu recedi potest. etenim quod consensu contractum est, contrariæ uoluntatis adminiculo dissoluitur. etenim post traditionem interpositam nuda uoluntas non resoluit emptionem, si nõ actus quoq; priori similis, retro agens uenditioni intercesserit.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Felici.

PErfectam emptionem atq; uenditionem re integra tantum pacto & consensu posse dissolui constat. ergo siquidem arræ nomine aurum datum sit: potes hoc solum secundũ fidem pacti

pacti recuperare. sin uero partem precij persoluisti: ad ea, quæ uenditorem oportet ex uenditione præstare, magis actionem, & ad precij quantitatẽ, quã te dedisse significas, habes.

SI PROPTER PVBLICAS PENSITATIONES VENDITIO fuerit celebrata. Tit. XLVI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Materno.

VEnditionem ob tributorum cessationem factam reuocari non oportet, nec priore domino precium offerente, nec creditore eius ius hypothecæ siue pignoris prætendente. potior enim est causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Plotio.

SI deserta prædia ob cessationẽ collationum, uel reliqua tributorum ex permissu præsidis ab ijs, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta syncera fide iusto precio solenniter comparasti: uenditio ob solennes præstationes necessitate facta, conuelli non debet. Sin autem uenditio nulla iusta authoritate præsidis præcedente facta est: hanc ratam haberi, iura non concedunt. id itaq; quod frustra gestum est, reuocari oportet: ita, ut indemnitati tributorum omnibus modis consulatur. Quæ omnia tractari conuenit præsente eo, quem emptorem exstitisse proponis.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. Fausto præsidi Beticæ.

SI quis fundum uel mancipium, aliamúe rem ob cessationem tributorum, uel etiam ob uectium auri argentiq; debitum, quæ annua exactione soluuntur, occupata, conuento debitore, & apud iudicem interpellatione celebrata: cum solutio cessauerit, sub hasta distracta comparauerit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris forte persona fuerit inserta: necesse sit legitimæ defensionis uenditioni personam adesse: nihilq; interfit, utrum ne officiũ summæ rei procuratoris, an certe rectoris prouinciæ id, quod debitũ fuerit, ꝓposuerit.

SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM COMparari non posse. Tit. XLVII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Capitoni.

EX conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, ut ipsa tributa agnosceret: actio tibi aduersus eam cõpetere non potest, & si pactum in stipulationem deductum probetur. sed & si fundus æstimatus ita, ut pars instrumenti significat, in dotem datus est: ex uendito actio, ut placitis stetur, non competit. PP. Non Decembr. Ipso A. III. & Dione COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Marcellum.

REi annonariæ emolumenta tractantes, cognouimus hanc esse causam maxime reliquorum, quòd nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitates sub hac conditione fundos comparant, ut nec reliqua eorum fisco inferant, & immunes eos possideant. ideoq; placuit, ut si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum, atq; hac lege possessionem esse mercatum: tam pro solitis censibus fundi comparati, & pro reliquis uniuersis eiusdem possessionis obnoxius teneatur: cum necesse sit eum, qui comparauit, censum rei comparatæ agnoscere: nec liceat cuiquam rem sine censu comparare uel uendere.

III. Imp. IVLIANVS. A. Seclæ P.P.

OMnes pro ijs agris, quos possident, publicas pẽsitationes agnoscant. nec pactionibus contrarijs adiuuentur, si uenditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita uoluerit retinere. & si necdum translata sit professio censualis, sed apud priorẽ fundi dominũ forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut nõ possidentes pro possidentibus exigantur.

DE PERICVLO ET COMMODO REI uenditæ. Tit. XLVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Apollonio.

POst perfectam uenditionẽ oñe cõmodũ & incõmodũ, quod rei uenditæ cõtingit, ad emptorẽ ptinet. Auctor eñ ex his tantũ causis suo ordine tenet, quæ ex ꝑce

dente tempore cauſam euictionis parant:& ita, ſi ei denunciatũ eſt,ut cauſæ agendæ adeſſet,& non abſente emptore contra eum pronunciatum eſt.

II. Idem. A. Iuliano.

CVm cõuenit,ut ſingulæ amphoræ uini certo precio ueneant: ante,q̃ tradantur,imperfecta etiam tunc uẽditione,periculum uini mutati,emptoris,qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit,non fuit. Cum autem uniuerſum,quod in horreis erat poſitum, ueniſſe ſine menſura,& claues emptoribus traditas allegas:poſt perfectam uenditionẽ,quod uino mutato damnum accidit,ad emptorem pertinet. Hæc omnia locum habent non ſolum ſi uinũ, ſed etiam ſi oleum,uel frumentum, uel his ſimilia uenierint, & ea aut deteriora, aut penitus corrupta fuerint.

III. Idem. A. Diaphaniæ.

DOlum auctoris bonæ fidei emptori non nocere, certi iuris eſt.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Siluro.

CVm inter emptorem & uenditorem,contractu ſine ſcriptis inito,de precio conuenit,mora q́ uenditoris in traditione non interceſſit:periculo emptoris rem diſtractam eſſe,in dubium non uenit.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Leontio.

CVm ſpeciem uenditam per uiolentiam ignis abſumptam dicas:ſi uenditionem nulla conditio ſuſpenderat :amiſſæ rei periculum te non adſtringit.

VI. Iidem. AA. Cærulo.

MOrtis caſus ancillæ diſtractæ,etiam ante traditionem ſine mora uenditoris dilatam,nõ ad uenditorem,ſed ad emptorem pertinet:& hac non ex præterito uicio rebus humanis exempta,ſolutionem precij emptor non recte recuſat.

DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI. Tit. XLIX.

I. Imp. ANTONINVS. A. Delianæ.

ADuerſus eum,cui agrum uendidiſti,iudicio uenditi conſiſte.nec enim tibi in rem actio cum emptore,qui perſonaliter tibi ſit obligatus, competit.

II. Impp. VALERIAN.& GALLIEN.AA.& VALER.Cæſ. Domitiano.

VEnditi actionem ad recipiendum reſiduum precium intendere aduerſario tuo poteris.nec quod in compenſationem uenerit,quaſi & tu inuicem deberes,id obeſſe tibi poterit:ſi in bonæ fidei contractu,in quo maiores etiam uigintiquinq́ annis officio iudicis in ijs ,quæ dolo commiſſa ſunt,adiuuantur:iuſto errore te ductum, uel fraude aduerſarij captum,quaſi debitum id eſſet,quod reuera non debebatur, pepigiſſe monſtraueris. Fructus quoq; perceptos ante uenditionem contractam,quos cum uenditioni non acceſſiſſent, eundem emptorem inuaſiſſe proponis,eodem iudicio repoſces.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Serpodoro.

EXarrali pacto perſonalis duntaxat actio paciſcentibus præparatur.

IIII. Iidem. AA. Mutiano.

SI traditio rei uenditæ iuxta emptionis contractum procacia uenditoris non fiat : quanti intereſſe compleri emptionem fuerit arbitratus præſes prouinciæ, tantum in condemnationis taxationem deducere curabit.

V. Iidem. AA. Decimæ.

CVrabit præſes prouinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit,partem precij,quam penes ſe habet,cum uſuris reſtituere: quas & perceptorum fructuum ratio,& minoris ætatis fauor(licet nulla mora interceſſerit) generauit.

VI. Iidem. AA. Neracio.

VEnditi actio,ſi non ab initio aliud conuenit,non facile ad reſcindendam perfectam uenditionem,ſed ad precium exigendum competit.

VII. Iidem. AA. Diodoro.

SI ſeruos diſtraxiſti,ac precium de peculio eorum,quod ad te pertinebat,neſciens,unde ſoluetur, accepiſti : conſequens eſt,integram te habere actionem precij :cum proprij uenditoris numi ſoluti non præſtent emptori liberationem.

VIII. Iidem. AA. Euſebio.

SI pater tuus uenundedit portionem ſuam,nec induxit in uacuam poſſeſſionem prædij: ius omne

omne penes se eum retinuisse, certũ est. neq; enim uelut traditionis factæ uectigal exsolutum, si simulatum factum interceſſit, ueritatem mutare potuit. Quapropter aditus præses prouinciæ, si animaduerterit in uacuam possessionẽ, nec patrem tuum, neq; successores eius emptorẽ uel hæredes eius quocunq; loco factos, induxisse: non dubitabit nihil esse translatum pronunciare. Etsi te ex empto ad inducendum eum in uacuam possessionem prædij perspexerit cõueniri: existimabit, an precium sit solutum. ac si reppererit non esse precio satisfactum: hoc restitui tibi prouidebit.

IX. *Idem A A. Antipatræ.*

Si minor â uenditore (siue sciente, siue ignorante) dicebatur capitatio prædij uenditi, & maior inuẽta sit: in tantum conuenitur, in quantum, si scisset emptor ab initio, minus daret precij. Sin uero huiusmodi onus & grauamen functionis cognouisset: nullam aduersus uenditorem habet actionem.

X. *Idem. A A. Attalo.*

Cum uenditorem carnis fide conuentionis rupta tempore placito hanc non exhibuisse proponas: ex empto actione eum, quanti interſit tua, si tunc tibi præstita fuisset, apud præsidem prouinciæ conuenire potes.

XI. *Idem. AA. Buærpiæ.*

Si ancillam tibi ex causa uenditionis traditam uenditor manumisit: libertatem alienæ factæ præstare non potuit. Quòd si post uenditionem ante traditionem manumisit: pleno iure dominus constitutus, ciuem Romanam facere non prohibetur: tibi personali propter ruptam fidem contra uenditorem actione competente.

XII. *Idem. A A. Crispino.*

Sicut periculum uini mutati, quod certum fuerat cõparatum, ad emptorem, ita commodũ auĉti precij pertinet: utq; hoc uerum est, sic certæ qualitatis ac mẽsuræ distracto uino, fidem placitis seruandam esse conuenit. quo non restituto: non precij quantitatis, sed quanti interest emptoris, competit actio.

XIII. *Idem. AA. Alexandro.*

Fructus post perfectum iure contractum, emptoris spectare personam conuenit, ad quem & functionum grauamen pertinet. Venditor quoq; precium tantum, ac si moram interceſſisse probetur, usuras officio iudicis exigere potest.

XIIII. *Idem. AA. Rufini.*

Emptor seruorum certe de his tradendis, & de eorum fuga, itemq; sanitate, erronesq; non esse, aut noxa solutos repromitti sibi recte postulat.

XV. *Idem. AA. Antonio.*

Vltra modum tritici distracti, citra pactum, in solutione mora non facta, nihil emptor exigere potest.

XVI. *Idem. AA. Cerilo.*

Post perfectam uenditionem, fœtus quidem pecorum emptori, uenditori uero sumptus, si quos bona fide fecerit, restitui debere, notissimum est.

XVII. *Idem. AA. Hermiano & Lupo.*

Expulsos uos de fundo per uiolentiam à Nerone, quem habere ius in eo negatis, profitentes: nullam uobis aduersus eum, ex cuius uenditione fundum possidetis, actionem competere probatis. Igitur ad instar interdicti seu actionis permissæ experiendum esse perspicitis.

SI QVIS ALTERI VEL SIBI SVB ALTERIVS NOMINE uel aliena pecunia emerit. Tit. L.

I. *Imp. ANTONINVS. A. Scandino.*

Si pecunia patris fundus, mancipiaq; comparata sunt: tamen cum emptiones matris tuæ nomine factas esse proponas: ignorare non debes, traditione matrem tuã dominam fuisse constitutam. planè si pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem precij existimas: ciuiliter consiste.

II. *Imp. ALEXANDER. A. Septimæ & alijs.*

Si emancipatis uobis fundos, quos nomine uestro, cum in potestate ageretis, pater emerat, tradidit, uel in possessione eorum uoluntate patris fuistis: dominium adquisistis.

III. *Idem. A. Patrimo.*

Manci-

MAncipia,quorum meministi,si(ut proponis)nomine tuo,itemq; fratris tui,cui successisti,empta uobis tradita sunt:licet instrumento emptionis matrem tuam pecunias numerasse contineatur:persequi ea more iudiciorum non prohiberis.

IIII. Imppp.VALERIAN.& GALLIEN.AA.& VALERIAN. Cæs. Cyrillo.

QVamuis instrumento emptionis socrus nomen inscripseris:tamen si possessionem tenes dominus effectus es:ob eam rem frustra calumniam mulieris,cuius ipsa contractus tabulas habeat,reformidas.

V. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Vero.

CVm propria pecunia tua te comparante possessionem,quondam uxoris tuæ nomen tantummodo accommodasse dicas,eandemq; occasione custodiæ suæ cõmissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fundi usurpasse dicas: rector prouinciæ pro sua exercitatione cognitum habens,donationem à non domina uxore tua in filiam sua collatam,nullum præiudicium dominio tuo attulisse:docenti tibi ueritatem precibus tuis adsistere,restituere eandem possessionem,habita etiam fructuum taxatione,curabit.

VI. Iidem.AA.Dionysio.

MVltum interest,utrum ne uxore tua comparãte, pecuniam numerasti,eiq; possessio tradita est:an contractu emptionis à te nomine tuo habito,tantum uxoris nomen post instrumentis inscribi feceris.nam siquidem uxor tua nomine suo emit,eiq; res traditæ sunt,nec in te quidq; de ijs processit:non nisi de precio aduersus eam,in quantum tu pauperior,& illa locupletior facta est,habes actionem. Quòd si emisti tu quidem,& tradita est tibi possessio,tantum autem nomen instrumento uxoris quondam tuæ scriptum est:res gesta potior,q; scriptura habetur. Si uero ab initio negocium uxoris gerens,comparasti nomine ipsius:empti actionem nec illi,nec tibi quæsisti,dum tibi non uis,nec illi potes.quare in dominij quæstione illepotior habetur,cui possessio à domino tradita est.

VII. Iidem.AA.Geronio.

CVm per eos,qui negocia tua gerebant,olei materiam te comparasse, contractusq; fidem precio suscepto rupisse uenditorem proponas:siquidem ex empto ijs,qui iuri tuo subiecti fuerant,contrahentibus, tibi quæsita est actio:uel per te, uel per eum, cui mandaueras. si uero sui iuris constituti, secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt, ac sibi empti quæsierunt actionem:per eos,uel quibus illi dederint mandatum,adi competentem iudicẽ: qui secundum bonam fidem,quæ in huiusmodi cõtractibus obseruari solet,satisfieri,quidebit.

VIII. Iidem.AA.Valentinæ.

QVi aliena pecunia comparat, non ei, cuius numi fuerunt, sed sibi tam actionem empti, q; dominium,si ei fuerit tradita possessio,quærit. Cum itaq; de rebus communibus fratrem patruelem tuum quædam comparasse contendas:de tua pecunia hunc conueniendo,facies consultius. nam in rem de rebus ab eo comparatis,tibi contra eum petitio non competit.

IX. Iidem.AA.Rufinæ.

NIhil prohibet,altero pecuniam numerante,in alium uel utriusq; contrahentis consensu, uel certe uenditore tantummodo uolente,dominium transferri. Eo etiam manifeste constituto,ut inter absentes per mediam personam,ueluti per nuncium,uel per epistolam,talis contractus perfici possit.

DE REBVS ALIENIS NON ALIENANDIS,ET DE PROhibita rerum alienatione,uel hypotheca. Tit. LI.

I. Imp.ALEXANDER.A.Cantiano.

SI præsidi prouinciæ probatum fuerit,Iulianum nullo iure munitum,seruos tuos scientibus uendidisse:restituere emptores seruos iubebit.quod si ignoraverint,& eorum facti sunt: precium eorum Iulianum tibi soluere iubebit.

II. Imp.GORDIANVS.A.Græciæ.

DIstrahente marito rem tui iuris, si consensum non ei accõmodasti: licet sigillo tuo uenditionis instrumentum fraude conquisita,signaueris:eiusmodi tamen commentum emptori,usucapione non subsecuta,uel longi temporis præscriptione minime munito, nullam præstitisse securitatem potest.

III. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA. Valeriano.

VEnditrici succedenti hæreditario iure perfectam recte uenditionem rescindere,ac dominium

niũ reuocare nõ licet. Sed etsi hic ex persona sua uindicet: uel exceptiõe te doli mali, si hãc uiã elegeris, tueri: uel euicta re, si defẽsione mõstrata uti nolueris, quãti tua intereſt, poteris experiri.

IIII. *Iidem. AA. Affabili.*

MAncipia patris, qui fundum à Philippo cõduxerat, ſucceſſione tibi quæſita, domino fũdi pro debitis inſolutũ mater tua dando, nihil tibi auferre potuit. Ideoq; ſi tu maior uigintiquinq; annis effectus, ab ea negocium geſtum non feciſti ratum: oblato debito, ſi nõ hæc locator iure pignoris obligata ſibi uendidit, petere poteris.

V. *Iidem. AA. Aegro.*

SI fundum tuum pater poſt emancipationem te non conſentiente uenũ dedit, neq; ei ſucceſſiſti, neq; poſſidens longi temporis præſcriptione munitus eſt: tibi agenti, eum rector prouinciæ reddi efficiet.

VI. *Iidem. AA. Ruſo.*

NEmo res ad te pertinẽtes, nõ obligatas ſibi, nec ex officio uendẽdi poteſtatẽ habens, diſtrahendo, quidq; tibi nocere potuit.

VII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.*

SAncimus, ſiue lex alienationem inhibuerit, ſiue teſtator hoc fecerit, ſiue pactio contrahentium hoc admiſerit: non ſolum dominij alienationem, uel mancipiorum manumiſſionẽ eſſe prohibendã: ſed etiam uſusfructus dationẽ, uel hypothecam, uel pignoris nexum penitus ꝓhiberi. ſimiliq; modo & ſeruitutes minime imponi, nec emphyteuſeos cõtractum: niſi in ijs tantummodo caſibus, in quibus conſtitutionum authoritas, uel teſtatoris uoluntas, uel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiſerit.

DE COMMVNIVM RERVM ALIENATIONE. Tit. LII.

I. *Imp. ANTONINVS. A. Apollodoro.*

SI nulla uſucapionis p̃rogatiua, uel diuturni ſilentij præſcriptio, emptorẽ poſſeſſionis, quam à cohæredibus patrui tui diſtractã ſuggeris, ꝓ portiõe tua munit: in rem actio incolumis pſeuerat. at ſi receptũ ius ſecuritatẽ emptori p̃ſtiterit: arbitriũ eſt tibi liberũ cõueniẽdi eos, qui ꝓ portione tua ſatis illicitã uenditionẽ celebrauerũt.

II. *Idem. A. Terentiano.*

MVltum intereſt, utrum cohæredes tui poſſeſſiõem cõmunem diſtraxerũt: an uero fiſcus, cum partis dominus eſſet, ſoliditatem iuxta proprium priuilegium uendidit. etenim ſi à fiſco facta ſit uenditio: fidem eius infringi, minime rationis eſt. Si uero cohæredes ſoliditatem uendiderunt: licet emptor ab his delegatus partem precij fiſco ſoluerit, alteramq; in cautionem deduxerit: tamen portioni tuæ ea uenditio non poteſt obſiſtere.

III. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Euſebio.*

FAlsò tibi perſuaſum eſt, cõmunis prædij portionem pro indiuiſo, anteq; cõmuni diuidundo iudiciũ dictetur, tantum ſocio, nõ etiam extraneo poſſe diſtrahi.

IIII. *Iidem. AA. Vlpiano militi.*

PORtionem quidẽ tuam militãtis frater tuus alienare nõ potuit. eius aũt partem precio ſoluto tibi reſtitui poſtulare, nec militari grauitati conuenit.

V. *Iidem. AA. & CC. Olympiano.*

SI maior annis uigintiquinq; ueluti propria neſcienti cõmunia cum fratribus tuis prædia diſtraxiſti: licet inſtrumentũ interceſſerit, nec quidq; ſpecialiter cõuenerit: alienæ portionis euictione ſecuta, quanti intereſt, emptori ſolues.

REM ALIENAM GERENTIBVS NON INTERDICI RERum ſuarum alienatione. Tit. LIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Publicæ.*

NOn eſt interdictũ tutoribus uel curatoribꝰ, etſi ex eo titulo iudicati debitores ſunt cõſtituti, cum ſua cauſa res ſuas alienare. Potuit ergo curator tuus fundum ſuum cũ ſuo onere obligare fiſco noſtro. nam & priuato potuiſſet.

DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOrem compoſitis. Tit. LIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Diotimæ.

SI ea lege prædium uendidisti, ut nisi intra certũ tempus preciũ fuisset exsolutum, emptrix arras perderet, & dominiũ ad te pertineret: fides cõtractus seruanda est.

II. Imp. ALEXANDER. A. Charisio.

SI fundũ parentes tui ea lege uendiderunt, ut siue ipsi, siue hæredes eorũ empto ri preciũ quandocũq; , uel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, tẽq; parato satisfacere conditioni dictæ, hæres emptoris nõ paret, ut cõtractus fides seruet: actio præscriptis uerbis, uel ex uendito tibi dabitur: habita ratione eorũ, quæ post oblatam ex pacto quantitatem, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt.

III. Idem. A. Felici militi.

QVi ea lege prædium uendidit, ut nisi precium reliquum intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradidit: rei uindicationem non habet, sed actionem ex uendito.

IIII. Idem. A. Iuliano.

COmmissoriæ uenditionis legem exercere nõ potest, qui post præstitutum precij soluendi diem non uindicationẽ rei eligere, sed usurarũ precij petitionem sequi maluit.

V. Imp. GORDIANVS. A. Longino.

INitio uenditionis si pactus es, ut is, cui uendidisti possessionem, precij tardius exsoluti tibi usuras pẽsitaret: nõ immerito existimas, etiã eas tibi adito præside, puinciæ ab emptore præstari debere. Nam si initio contractus non es pactus: si cœperis experiri, deberi ex mora dunta xat usuras tam ab ipso debitore, quàm ab eo, qui in omnem causam empti suam fidem adstrinxit: de iure postulabis.

VI. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Rimulo.

CVm te fundum tuum certæ rei contemplatione inter uos habita, exiguo precio in alium transtulisse commemoras: poterit tibi ea res non esse fraudi: quando nõ impleta promissi fide, dominij tui ius in suam causam reuerti conueniat. Et ideo aditus cõpetens iudex, fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cũ fructibus suis sine ulla ludificatione sua authoritate perficiet: præcipue, cũ & aduersa pars receptis numis suis, nullã passa possit uideri iniuriam.

VII. Imppp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Musæo.

SI à te comparauerit is, cuius meministi, & conuenit, ut si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta: remitti hanc conuentionẽ rescripto nostro nõ iure petis. Sed si se subtrahat, ut iure dominij eandem rem retineat: denunciationis, & obsignationis, depositionisq; remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.

VIII. Idem. AA. & CC. Auxanoni.

TEmpore contractus inter emptorem & uenditorem habitam cõuentionem integram seruari, si ab ea posteriore pacto non recedatur, certum est.

IX. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

SI quis ita pacisçatur in uenditionis uel alienationis contractu, ut nouo domino nullo modo liceat in loco uendito, uel alio modo sibi concesso, monumentum exstruere, uel alio modo humano iuri eum eximere: sancimus, licet hoc apud ueteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendum, & immutilatũ permanere. forsitan enim multum eius intererat, ne ei uicinus, nõ solum quem nollet, aggregaretur, sed etiã pro quo specialiter interdictum est. cum etenim uenditor, uel alius alienator non alia lege suum ius transferre passus est: nisi tali fretus conuentione: quomodo ferendũ est, aliquam captionẽ ex uaria pati eum interpretatione?

SI SERVVS EXPORTANDVS VEneat. Tit. LV.

I. Imppp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Petroniæ.

LEge uenditionis exportata mancipia sub denunciatione manus iniçiendæ, libertatem ab emptore, uel qui successit in locum eius, anteq; fides rumpatur, accipere possunt. quæ tamen à fisco post manumissionem uindicantur, & in perpetuam seruitutem eadem lege ueniunt, cum in ijs ciuitatibus conuersantur, quas contrahentes exceperunt. ante manumissionem uero, iniçiendæ manus facultas non denegatur, atq; ideo non petuntur in publicum.

Iidem

II. *Idem. AA. Nedieno.*

SI ut manus iniectionē haberes, cauisti tibi: iure tuo uti potes. quòd si hoc omisisti, & pœnam stipulatus es: homo quidem fisco commissus est, tu uero nactus es ex stipulatu actionem. in omnibus tamen quæritur, an domini uoluntate in locum prohibitum uenerit.

III. *Imp. ALEXANDER. A. Nonio.*

ANcilla, quæ exportanda uenit, nec exportata est, sed ab emptore in eadem ciuitate morante, in qua empta, & manumissa est: aduersus legē uenditionis libera fieri non potuit. & ideo aditus à te procurator meus, partibus suis fungetur.

IIII. *Idem. A. Papiæ.*

MOueor, quòd te à seruis tuis dominum eorum uenisse adfirmas sub ea lege, ne in patria moreris: & ab eo, cui te emptor prior uendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex aduersus eum, quē præsentem esse dicis, cognitionē suā præbebit: etsi ueritas accusatiōi aderit, exsecrabile delictum in exemplum capitali pœna uindicabit. Sed quoadusq; probaueris, quæ intendis: status tuus esse uidetur, qui in te post manumissionem deprehenditur.

V. *Idem. A. Seraphiano.*

QVi exportandus à domino de ciuitate sua uenit, nec in urbe Roma morari debet. qui autem de prouincia certa: nec in Italia. Si itaq; contra legem constitutam factum probare potes: utere iure, quod propterea tibi competit.

SI MANCIPIVM ITA VENIERIT, NE PROstituatur. Tit. LVI.

I. *Imp. ALEXANDER. A. Socrati.*

PRæfectus urbi amicus noster eam, quæ ita uenit, ut si prostituta fuisset, abducēdi potestas esset: ei, cui secundum constitutionem diui Hadriani id competit, abducendi impertiet facultatem. Quòd si eum patientiam accommodasse contra legem, quam ipse dixerat, ut in turpi quæstu mulier haberetur, animaduerterit: libertate competente secundum interpretationem eiusdem principis: perduci eam ad prætotem, cuius de liberali causa iurisdictio est, ut ibi lis ordinetur, iubebit. nec enim tenor legis, quam semel comprehendit, intermittitur, quòd dominium per plures emptorum personas ad primum, qui prostituit, sine lege simili peruenit.

II. *Impp. SEVERVS. A. P. P.*

MVlierem, quam ita uenisse allegas, ne prostitueretur: aut si prostituta fuerit, libera esset: per officiū militare exhiberi apud tribunal oportet: ut si controuersia referatur: de facto, quo tamen (si uerum est) libertas mulieri existente conditione competat, agatur causa apud eum, cuius de ea re notio est. hæc autem lex, etsi tabulis uenditionis inserta nō est, cūius epistola uel sine scriptis facta ostenditur, ualet.

III. *Idem. A. Aurelio.*

EAm, quæ ita uenit, ne corpore quæstum faceret, nec in caupona sub specie ministrādi prostitui (ne fraus legi dictæ fiat) oportet.

SI MANCIPIVM ITA FVERIT ALIENATVM, VT MAnumittatur, uel contra. Tit. LVII.

I. *Imp. ALEXANDER. A. Patriensi.*

SI Patroclus postea, quàm te Hermiæ donatiōis causa dedit lege dicta, ut si quinquim annis continuis seruijsses, ad libertatem perducereris ita, ut ciuis Romanus esses tempore peracto: si modo Patroclus nō contrariæ uoluntatis fuerat: etiamsi iam decesserat, ad libertatem peruenisti: quoniam placuit non solum ad uenditos, sed etiam ad donatos eam legem, ut manumitterentur, pertinere. nec te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alij Patroclus uendere. & ideo non de præstanda tibi libertate, quam ex cōstitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti: sed libertatem, quam obtinueras, defendere.

II. *Idem. A. Eutichiano liberto.*

SI ea lege Chrestes seruum, sed naturalem filium, uenundedit, ut emptor eum manumitteret: cūius non est manumissus: ex constitutione diuorum Marci & Cōmodi ad Aufidium Victorī-

ctorinum liber est.

III. Idem. A. Fulginio.

SI Iusta Saturnino puellam nomine Firmam agentem tunc annos septem hac lege uendidit, ut cum haberet annos uigintiquinq; libera esset: cuius factum ab emptore præstandæ libertatis pacto non sit insertum, sed ut libera esset, expressum: tamen constitutioni diuorum Marci & Commodi in semestribus scriptæ, locus est. ideoq; impleto uicesimoquinto anno, Firma libera facta est: nec obest ei, quòd uicesimoseptimo anno manumissa est, quæ iam ex constitutione libera erat: & is, quem post uicesimumquintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Ioandæ.

SI is, qui precium pro te acceperat, ut statuto tempore te libertati donaret, moram repromissæ libertati præstitit, ex eo tempore te liberam esse effectam manifestum est, ex quo cum posset dari libertas, non est præstita: & ideo ex te natos ingenuos uideri, non incertæ opinionis est.

V. Idem. A. Martino.

EA quidem mancipia, quorum uenditio eam legem accepit, ne ad libertatem perducãtur, etiam si manumittantur, nanciscí libertatem non possunt. Neq; enim conditio, quæ personæ eius cohæsit, mutari facto eius, qui ea lege cõparauit, potest. nec tamen pœnæ exactio (si qua ádita est) conditioni non seruatæ iustam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te potuerit uocare ad officium procuratoris, qui eam legem uenditioni dedit, perspici non potest: cum nec in priuatorum contractibus fiscus se interponere debeat, & literæ ad te missæ personæ factum, si non ipse manumiseris, nõ contineant.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Rufinæ.

SI puellam ea lege uendidisti, ut manumitteretur, & si manumissa nõ esset, centum aurei præstarentur: non seruata fide, nihilominus eam raptam ex uestigio seruitutis ad libertatẽ, quæ præstari potuit, constitit. nec pecunia, quasi rupta fide suscepta, recta petetur: cum non mutata uenditoris uoluntate, conditionis potestatem post manumittentis factum repræsentari, optima ratione placuit.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS. Tit. LVIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Decensio.

SI non simpliciter, sed consilio fraudis seruum tibi nescienti fugitiuum, uel alio modo uiciosum quis uendidit, isq; idem fugitiuus abest: non solum in precium serui uenditorem conueniri, sed etiam damnum, quod per eum tibi accidit, competens iudex, ut iampridem placuit, præstari iubebit.

II. Imp. GORDIANVS. A. Penthilio.

CVm proponas seruum, quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse: qua ratione eo nomine cum uenditore eiusdem congredi quæras, non possum animaduertere. etenim redhibitoriam actionem sex mensium temporibus, uel quanto minoris anno concludi, manifesti iuris est.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Mutiano.

SI apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur: fuga post uenditionem ueniens, ad damnum emptoris pertinet. Sin autem uenditor non uiciosum etiam in posterũ fieri seruum temere promiserit: cuius hoc impossibile esse uideatur: tamen secundum fidem antecedentis, uel in continenti secuti pacti experiri posse, non ambigitur. posteriores enim casus, non uenditoris, sed emptoris periculum exspectant. uerum cum seruũ, quem comparaueras, ad eum, qui distraxerat, redisse cõtendis: competens iudex perspectis omnibus, pro repertæ rei qualitate, proferre curabit sententiam.

IIII. Idem. A A. Falso.

SI prædium quis sub ea lege comparauit, ut si displicuerit, inemptum sit: id, utpote sub conditiõe uenditũ resolui, & redhibitoriam actionem aduersus uenditorem competere, palãm est. Idem obseruatur, etsi pestibilis fundus, id est pestibilem herbam, uel lætiferam habens ignorante emptore distractus sit. nam & in hoc etiam casu per eandem actionem eum quoq; redhibendum esse, constat.

V. Impp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Nephridio. Habito

HAbito ſemel bonæ fidei cõtractu, mancipioq; ſuſcepto, & precio ſoluto, ita demum repetendi precij poteſtas eſt ei, qui mancipium comparauit, largienda: ſi illud, quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere. hoc enim non ſolum in barbaris, ſed etiam prouincialibus ſeruis iure præſcriptum eſt.

DE MONOPOLIIS, ET CONVENTV NEGOCIATORVM illicito, uel artificum, ergo laborum, necnon balneatorum prohibitis illicitis pactionibus. Tit. LIX.

I. *Imp.* ZENO. A. *Conſtantino* P.P.

IVbemus, ne quis cuiuſcunq; ueſtis, uel piſcis, uel pectinum forte, aut echini, uel cuiuſlibet alterius ad uictum, uel ad quemcunq; uſum pertinentis ſpeciei, uel cuiuſlibet materiæ, pro ſua authoritate, uel ſacro iam elicito, aut in poſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, uel ſacra noſtræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: neúe quis illicitis habitis conuentionibus coniurare, aut paciſci, ut ſpecies diuerſorum corporum negociationis non minoris, q̃ inter ſe ſtatuerint, uenundentur. Aedificiorum quoq; artifices, uel ergolabi, aliorumq; diuerſorum operum profeſſores, & balneatores, penitus arceantur pacta inter ſe componere, ut ne quis, quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut iniunctam alteri ſollicitudinem alter intercipiat: data licentia unicuiq; ab altero incohatum & derelictum opus per alterum ſine aliquo timore diſpendij implere, omniaq; huiuſmodi facinora denunciandi ſine ulla formidine, & ſine iudiciarijs ſumptibus. Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere: bonis proprijs exſpoliatus, perpetuitate damnetur exſilij. Cæterarum præterea profeſſionum primates, ſi in poſterum aut ſuper taxandis rerum precijs, aut ſuper quibuſlibet illicitis placitis, auſi fuerint conuenientes huiuſmodi ſe pactis conſtringere: quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus: officio tuæ ſedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, ſi in prohibitis monopolijs & interdictis corporum pactionibus commiſſas forte (ſi hoc euenerit) ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes uenalitate interdum, aut diſſimulatione, uel quolibet uicio minus fuerit exſecutum.

DE NVNDINIS ET MERCATIONIBVS. Tit. LX.

I. *Impp.* VALENS & VALENTIN. AA. *ad Probum* P.P.

QVi exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam, uel ueterum indulto, uel noſtra authoritate meruerunt: ita beneficio reſcripti potiantur, ut nullum in mercatibus atq; nundinis ex negociatorum mercibus conueniant, uel uenalicijs, aut locorum temporali quæſtu & commodo priuata exactione ſectentur, uel ſub prætextu priuati debiti aliquã ibidẽ concurrentibus moleſtiam poſſint inferre.

DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS. Tit. LXI.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Victorino.*

SI iure manumiſſus es ante quæſtionem commiſſi motam: ſtatum tuum uectigalis nomine conuelli non eſt æquum.

II. *Iidem.* AA. *Linuo.*

NEq; commiſſum, quod ante quinquennium factum dicitur, ſi lite res anticipata nõ eſt, uindicari poteſt: neq; pro re, quæ in commiſſi cauſam cecidit, ſi ipſa non exſtat, nec dolo ſupprimatur, precium peti poteſt.

III. *Iidem.* AA. *Ingenuo militi.*

OMnibus militibus noſtris, pſpeximus, ne ob omiſſas profeſſiones pœna cõmiſſi tenerentur. proinde depoſito hoc metu, ſi qua portoria debere te apparuerit, exſolue.

IIII. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Rufum.*

PEnes illum uectigalia manere oportet, qui ſuperior in licitatione exſtiterit: ita, ut non minus, q̃ triennij fine locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exigendis uectigalibus præſtitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionumq; recreari oportet, ac ſimili modo alijs collocari.

V. Idem. AA. Menandro.

VNiuersi prouinciales prois rebus, quas ad usum proprium uel ad fiscum inferunt, uel exercendi ruris gratia reuehunt, nullum uectigal à stationarijs exigantur. ea uero, quæ extra prædictas causas, uel negociationis gratia portantur: solitæ præstatiõi subiugamus, capitali pœna proposita stationarijs & urbanis militibus, & cæteris personis, quorum auaricia id tentari fir-matur.

VI. Impp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Florũ comitẽ sacrarũ largitionũ.

OMnium rerum ac personarum, quæ priuatam degunt uitam, in publicis functionibus æqua debet esse inspectio. hoc ideo dicimus, quia nõnulli priuatorum elicitas suffragio pferunt sanctiones, quibus uectigalia, uel cætera huiusmodi, quæ inferri fisco moris est, sibi adsciuerant esse cõcessa. Si quis ergo priuatorũ eiusmodi rescriptione nitatur: cassa eadem sit. uectigalium enim non parua functio est, quæ debet ab omnibus (qui negociationis seu transferendarũ mercium habent curam) æqua ratione dependi: exceptis nauicularijs, cum sibi gerere rem probabuntur.

VII. Iidem. AA. & GRATIANVS. A. ad Archelaum comitẽ orientis.

EX præstatione uectigalium nullius omnino nomine quidq; minuatur: quin octauas more solito constitutas omne hominum genus, quod commercijs uoluerit interesse, dependat: nulla super hoc militarium personarum exceptione facienda.

VIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Palladio com. sacr. larg.

ALegatis gentium deuotarum ex ijs tantum speciebus, quas de locis propriis, unde conuiniunt, huc deportant, octauarij uectigal accipiant. quas uero ex Romano solo (quæ sunt tamen lege concessæ) ad propria deferunt: has habent à præstatione immunes ac liberas.

IX. Iidem. AAA. eidem com. sacr. largit.

VSurpationem totius licentiæ submouemus circa uectigal Arabarchiæ per Aegyptum atq; Augustaneam constitutum: nihilq; super traductione animalium, quæ sine prohibitione solita minime permittenda est, temeritate per licentiam uindicari concedimus.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Rufino P. P.

VEctigalia, quæcunq; quælibet ciuitates sibi ac suis curijs ad angustiarum suarum solacia quæsierunt: siue illa functionibus curialiũ ordinũ profutura sunt, seu quibuscunq; alijs earundem ciuitatum usibus designantur: firma his, atq; ad habendum perpetua manere præcipimus, neq; ullam contrariam supplicantium super his molestiam formidari.

XII. Iidem. AA. Lampadio P. P.

SI quis sine persona mancipum sales emerit, uendereue tentauerit: siue propria audacia, siue nostro munitus oraculo: sales ipsi unà cum eorum precio mancipibus addicantur.

XIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cusoni comiti sacrarum largitionum.

QVidquid contra uectigales largitionalium titulorum, uel pragmaticis, uel sacris adnotationibus fuerit elicitum, effectu & uiribus carere censemus.

XIII. Impp. THEODOSIVS & VALENTIN. AA. Flauiano P. P.

EXceptis ijs uectigalibus, quæ ad sacrum patrimonium nostrum quocunq; tempore pernerunt: cætera reipublicæ, ciuitatum atq; ordinum æstimatis dispendijs, quæ pro publicis necessitatibus tolerare non desinunt, reseruentur: cum duas portiones ærario nostro conferri prisca institutio disposuerat, atq; hanc tertiam iubemus adeo in dictione urbium municipũq; consistere, ut proprij compendij curam non in alieno potius, q; in suo arbitrio nouerint constitutam. Designatè igitur consortium portionis eatenus iuri ordinum ciuitatum q; obnoxium maneat, ut etiam locandi, quanti sua interest, licentiam sibi nouerint contributam.

VECTIGALIA NOVA INSTITVI non posse. Tit. LXII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Victorino.

NOn quidem temere permittenda est nouorum uectigalium exactio. sed si adeo tenuis est patria tua, ut extraordinario auxilio iuuari debeat: allega præsidi prouinciæ, quæ in libellum contulisti. qui re diligenter inspecta, utilitatem communem intuitus, scribet nobis, quæ compererit: & an habenda sit ratio uestri, & quatenus, existimabimus.

Iidem

II. Iidem. AA. Callistiano.

VEctigalia noua nec decreto ciuitatum instituí possunt.

III. Impp. GALLIEN. & VALERIAN. AA. Tusco & alijs.

NOn solent noua uectigalia inconsultis principibus instituí. ergo & exigi aliquid, quod illicite poscatur, competens iudex uetabit: & id, quod exactum uidetur, si contra rationem iuris extortum est, restituí iubebit.

IIII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Feliçm P.P.

SI prouincialium nostrorum querela de conductorum auiditate exstiterit, & probatum fuerit ultra antiquam consuetudinem & nostræ terminos iussionis aliquid eos profligasse: rei tanti criminis perpetuo exsilio puniantur. sub cõspectibus autem tuis, uel eorum, qui tuæ grauitati succedunt, licitationis cura seruetur.

DE COMMERCIIS ET MERCATORIBVS. Tit. LXIII

I. Impp. VALENS. & VALENT. AA. ad Iulianum comitem orientis.

NEgociatores, si qui ad domum nostram pertinent, potentiorum quoq; homines necessitatem debitam pensionum (ut honestas postulat) agnoscere moneantur: ut per cunctos, qui emolumenta negociationibus captant, tolerabilis fiat agnoscendæ deuotionis effectus.

II. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Tatiano com. sacr. larg.

NOn solum barbaris aurum minime præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio. Sed si ulterius aurum pro mancipijs, uel quibuscũq; speciebus, ad barbaricum fuerit trãslatum à mercatoribus: non iam damnis, sed supplicijs subiugentur. etsi id iudex repertum non uindicat: tegere, ut conscius, criminosa festinat.

III. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P.P.

NObiliores natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negociatores facilius sit emendi uendendiq; commercium.

IIII. Iidem. AA. Anthemio. PP.

MErcatores, tam imperio nostro, cq; Persarum regi subiectos, ultra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni (quod nõ conuenit) scrutentẽ arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus Nisibin, Callinicum & Artaxatan ultra emendi seu uendendi species causa proficisci audeat. nec præter commemoratas ciuitates cum Persa merces existimet commutandas: sciente utroq;, qui contrahit, & species, quæ præter hæc loca fuerint uenundatæ uel comparatæ, sacro ærario nostro uindicandas: & præter earum ac precij amissionem, quod fuerit numeratum uel commutatum, exsilij se pœna sempiterna subdendum: non defutura contra iudices, eorumq; apparitiones, per singulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus uel Persa commeauerit: exceptis uidelicet ijs, qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas, quibus humanitatis & legationis intuitu extra præfinita etiam loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes, nec legati reditum ad propria comitentur. hos enim mercaturæ insistentes, non immerito unà cum ijs, cum quibus contraxerint seu resederint, pœna huius sanctionis persequetur.

V. Iidem. AA. Aëtio. P.P.

CEssante omni ambitiõe, omni licentia, quingentorũ sexaginta triũm collegiatorũ numerus maneat, nulliq; his addẽdi mutandiue, uel in defuncti locum substituẽdi pateat copia: ita, ut iudicio tuæ sedis sub ipsorum præsentia corporatorum in eorum locum, quos humani subtraxerint casus, ex eodem, quo illi fuerant corpore, subrogentur: nulli alij corporatorum præter prædictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

VI. Iidem. AA. Maximo comiti sacrarum largitionum.

SI qui inclytas nominatim uetustis legibus ciuitates transgredientes ipsi, uel peregrinos negociatores sine comite commerciorum susciptentes fuerint deprehensi: nec proscriptionem bonorum, nec pœnam perennis exsilij ulterius euadent. Ergo omnes pariter, siue priuati, seu cuiuspiam dignitatis, siue in militia constituti, sciant sibi aut ab huiusmodi temeritate

peni-

penitus abstinendum, aut supradicta supplicia subeunda.

DE RERVM PERMVTATIONE, ET PRAESCRIPTIS uerbis. Tit. LXIIII.

I. Imp. GORDIANVS. A. Therasæ.

SI cum patruus tuus uenalem possessionem haberet, pater tuus precij nomine, licet non taxata quantitate, aliam possessionem dedit: idq; quod comparauit, non iniuria iudicis, nec patris tui culpa euictum est: ad exemplum ex empto actionis non immerito id, quod tua interest (si in patris iura successisti) consequi desideras. At enim si cum uenalis possessio non esset, permutatio facta est: idq; quod ab aduersario præstitum est, euictum est: quod datum est (si hoc elegeris) cum ratione restitui postulabis.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Primitiuæ.

PErmutationem, utpote re ipsa bonæ fidei constitutam, sicut commemoras, uicem emptionis obtinere, non est iuris incogniti.

III. Iidem. AA. & CC. Leontio.

EX placito permutationis, nulla re secuta, constat nemini actionem competere: nisi stipulatio subiecta ex uerborum obligatione quæsierit partibus actionem.

IIII. Iidem A A. & C C. eidem Leontio.

CVm precibus tuis expresseris placitum inter te & alium permutationis interceſſiſſe, eiq; fundũ à te datũ uendidisse: cõtra emptorẽ quidẽ te nullã habere actionẽ pspicis, cum ab eo Iusceperit dominiũ, cui te tradidisse titulo permutatiõis nõ negas. Sed si secundũ fidẽ placiti stipulatio subiecta est: successores eiusdẽ, cũ quo contractũ habuisti, cõuenire non prohiberis. Si uero nulla stipulatio interceſſit: præscriptis uerbis actio est, ut uel fides placiti tibi seruet̃, uel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa non secuta, restituatur.

V. Iidem A A. & C C. Theodolanæ.

QVoniam adseueras patrem tuum ei, contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, ut inuicem domum certam acciperet: aditus præses prouinciæ placitis eum pa rére: uel si causam, propter quam fundus datus est, sequi non prospexerit: condictionis ratione datum à te restituere, sicut postulas, iubebit.

VI. Iidem. AA. & CC. Protogeni.

REbus certa lege traditis, si huic non pareatur, præscriptis uerbis incertam ciuilem dandã actionem, iuris authoritas demonstrat.

VII. Iidem. AA. & C C. Timotheo.

EMptionem rebus fieri non posse, pridem placuit. Igitur cum frumenti certam modiationẽ Callimacho & Acamato te dedisse, ut tibi repræsentẽt olei designatum pondus, adseueres: si placitis citra stipulationis solennitatem non exhibeant fidem: quantũ dedisti, causa non secuta, condicere pro desiderio tuo potes.

VIII. Iidem. AA. & CC. Paulinæ.

EA lege rebus donatis Candido, ut quod placuerat, menstruum seu annuum tibi præstaret: cum huiusmodi conuentio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus propriis dictæ legis substantia muniat̃: ad implendũ tibi placitũ, sicut postulas, præscriptis uerbis cõpetit actio.

DE LOCATO ET CONDVCTO. Tit. LXV.

I. Imp. ANTONINVS. A. Agrippino.

DOminus horreorum periculum uis maioris, uel effracturam latronum conducto ri præstare non cogitur. his cessantibus, si quid extrinsecus ex depositis rebus illæsis horreis perierit: damnum depositarum rerum ei resarcire debet.

II. Idem. A. Epicleto.

ADuersus eos, à quibus exstruenda ædificia conduxisti, ex conducto actione consistens: eo iudicio, quod est bonæ fidei, debitum cum usuris solitis consequéris.

III. Idem. A. Callimorphoniæ.

AEde, quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum soluisti, inuitam te expelli non oportet: nisi proprijs usibus dominus eam necessariam esse probauerit, aut corrigere domum maluerit, aut tu male in re locata uersata es.

Imp

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Sabino.

EX diui Antonini Pij literis certa forma est, ut domini horreorum effractorũ eiusmodi que relas deferentibus custodes exhibere necesse habeãt, nec ultra periculo subiecti sint. quod uos quoq; adito præside prouinciæ impetrabitis. Qui si maiorem animaduersionẽ exigere rem depræhẽderit: ad Domitiũ Vlpianũ præfectũ prætorio & parentẽ meũ reos remittere curabit. sed quia domini horreorũ nominatim etiã ipsi custodiã repromiserunt: idem exhibere debent.

V. Idem. A. Petromæ.

CErti iuris est, ea, quæ uoluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis prædiorum teneri. quãdo autem domus locatur: nõ est necessaria in rebus inductis uel illatis scientia domini. nam ea quoq; pignoris iure tenentur.

VI. Idem. A. Victorino.

NEmo prohibetur rem, quam conduxit fruendam, alij locare, si nihil aliud conuenit.

VII. Idem. A. Terentiano.

SI cum Hermes uectigal octauarium in quinquẽnium conduceret, fidem tuam obligasti: postea q; spacio eius temporis expleto, cum idem Hermes in conductione ut idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti: non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi, competens iudex non ignorabit.

VIII. Idem. A. Hignio.

LIcet certis annuis quantitatibus fundum conduxeris: si tamen expressum non est in locatione (ut mos regionis postulabat) ut si qua lue tẽpestatis, uel alio cæli uicio accidissent damna, ad onus tuus pertinerent: & quæ euenerunt sterilitates, ubertate aliorum annorũ repensatæ non probabuntur: rationem tui iuxta bonam fidem haberi recte postulabis, eam q; formã, qui ex appellatione cognoscet, sequetur.

IX. Idem. A. Fusco.

EMptorem quidem fundi necesse nõ est stare colono, cui prior dominus locauit: nisi ea lege emit. Verum si probetur, aliquo pacto consensisse, ut in eadem conductione maneat: quamuis sine scripto: bonæ fidei iudicio ei, quod placuit, parére cogitur.

X. Imp. GORDIANVS. A. Pomponio.

VIam ueritatis ignoras, in conductionibus non succedere hæredes conductoris existimãs: cum siue perpetua conductio est, etiam ad hæredes transmittatur: siue temporalis, intra tẽpora locationis hæredi quoq; onus contractus incumbat.

XI. Imp. PHILIPPVS. A. Theodoro.

INuitos conductores seu hæredes eorum post tempora locationis impleta non esse retinendos, sæpe rescriptum est.

XII. Idem. A. Nicæ.

DAmnũ, quod per aggressurã latronũ in possessionibus locatis rei tuæ illatũ esse pponis, à domina earundem possessionum, quam nullius criminis ream facere te dicis, resarciri tibi nulla ratione desideras.

XIII. Impp. VALERIAN & GALLIEN. AA. & VALERIAN. Cæs. Heraclidæ.

SI diuisa cõductio fuit, & in singulis pro partibus facta: alieno nomine conueniri uos nõ oportet. Si aũt omnes, qui conducebant, in solidum locatori sunt obligati: ius ei cõpetens cõueniẽdi, quẽ uelit, nõ debet auferri. habetis sanè uos facultatẽ locatori offerendi debitũ, & ut trãsferant in uos ea, quæ ob hãc cõductionẽ ab ijs, quorũ noie inquietamini, obligata sunt, postulãdi.

XIIII. Iidem. AA. & Cæs. Iuliano & alijs.

SIhi, qui à uobis redemerãt frumentum & hordeum annonæ inferendum, accepta pecunia fidem fefellerunt: ex locato agere cum eis potestis.

XV. Iidem. AA. & Cæs. Euphrosinæ.

SI de fundo à locatore expulsa es, cũ eo agere ex cõducto potes. pœnam quoq; à locatore, quã præstari rupta conuentionis fide placuit, exigere ac retinere potes.

XVI. Iidem. AA. & Cæs. Timotheo.

LEgem quidem cõductionis seruari oportet, nec pensionum nomine amplius, quàm cõuenit, reposci. Si aũt tempus, in quo fundus locatus fuerat, sit exactũ, & in eadẽ locatione cõductor permanserit: tacito consensu eandẽ locationẽ unà cũ uinculo pignoris renouare uidetur.

XVII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Hosalio.

PRæses prouinciæ ea, quæ ex locatione debent, exsolui sine mora curabit: nõ ignarus ex locato & cõducto actionẽ, cũ sit bonæ fidei, post moram usuras legitimas admittere.

XVIII. Iidem. AA. Amno.

EXcepto tẽpore,quo edaci locuſtarũ pnicie ſterilitatis uiciũ interceſſit,ſeq̃ntis tẽporis fructꝰ, quos tibi iuxta præteritã cõſuetudinẽ deberi cõſtiterit, reddi tibi præſes ꝓuinciæ iubebit.

XIX. Iidem. AA. Valerio.

CIrca locationes atq; conductiones maxime fides contractus ſeruanda eſt:ſi nihil ſpecialiter exprimatur contra cõſuetudinem regionis. Quòd ſi aliꝭ remiſerint contra legem cõtractus atq; regionis conſuetudinẽ penſiones: hoc aliꝭs præiudiciũ adferre nõ poteſt.

XX. Iidem. AA. Carpophoro.

QVi rem propriã conduxit,exiſtimans alienam,dominium nõ tranſfert, ſed ineficacẽ cõductionis contractum facit.

XXI. Iidem. AA. & CC. Antoniæ.

SIolei certa ponderatione fructus anni locaſti:de contractu bonæ fidei habito propter hoc ſolum,quòd alter maiorem obtulit ponderationẽ,recedi nõ oportet.

XXII. Iidem. AA. & CC. Papiniano.

SIhi,contra quos ſupplicas,locatione facta certi temporis,ſuas tibi locauerint operas:quatenus bona fides patitur,cauſa cognita cõpetens iudex cõuentionem ſeruari iubebit.

XXIII. Iidem. AA. & CC. Priſco.

AD probationem rei propriæ ſiue defenſionem nõ ſufficit locatio ei facta, qui poſt dominio cœperit cõtendere:cũ inſciẽtia dominꝭ proprꝭ & errantis nullũ habeat cõſenſum: ſed ex euẽtu,ſi uictus fuerit,cõtractus locationis nõ cõſtitiſſe magis declaratur: nemo enim ſibi iure poſſeſſionem mutare poteſt.

XXIIII. Iidem. AA. & CC. Antonino.

COntractus locationis cõductionisq;,nõ interueniẽtibus etiã inſtrumẽtis,ratus habeat.ſecundum quod hæredes cõductoris(etſi nõ interuenerint inſtrumẽta)nõ uxorem conuenire debes.ſanè de poſteriore tempore,quo conductricem ipſam proponis fuiſſe, adeſſe fidẽ precibus tuis probans,penſiones integras ab ea pete.

XXV. Iidem. AA. & CC. Epagatho.

SIquis conductionis titulo agrum,uel aliam quancunq; rem accepit: poſſeſſionem prius reſtituere debet,& tunc de proprietate litigare.

XXVI. Iidem. AA. & CC. Oploni & Hermogeni.

SIconductionis impleſtis:fidem eiuſdem rei gratia factũ inſtrumentũ euanuit. quòd ſi quid ſueſtrũ in fundo fuit,uel ui direptum eſt:hoc reſtitui uobis præſes prouinciæ iubebit.

XXVII. Iidem. AA. & CC. Neroni.

SItibi quæ pro colonis conducti prædiꝭ prorogaſti,dominus fundi ſtipulanti dare ſpopondit: cõpetens iudex reddi tibi iubebit. Nam ſi conuentio placiti fine ſtetit:ex nudo pacto proſpicis actionem iure noſtro naſci non poſſe.

XXVIII. Iidem. AA. & CC. eidem Neroni.

IN iudicio tã locati, q̃ cõducti,dolũ & cuſtodiã,nõ etiã caſũ,cui reſiſti nõ poteſt,uenire cõſtat.

XXIX. Iidem. AA. & CC. Iuliano.

CVm conductorem ædificia,quæ ſuſcepit integra,deſtruxiſſe proponis:hoc etiam hæredes eius præſes prouinciæ inſtaurare,ædificiorum inter uos habita ratione, iubebit.

XXX. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Florentio P.P.

CVrialis neq; ꝓcurator,neq; cõductor alienarũ rerũ,nec fideiuſſor,aut mãdator cõductoris exiſtat.alioquin nullã obligationẽ,neq; locatori, neq; cõductori ex huiuſmodi contractu comperere ſancimus.

XXXI. Imp. LEO. A. Aſpari magiſtro militum.

MIlites noſtros alienarũ rerũ conductores,ſeu ꝓcuratores,aut fideiuſſores, uel mãdatores cõductorũ fieri ꝓhibemꝰ: ne omiſſo armorũ uſu ad opus rureſtre ſe cõferãt,& uicinis graues p̃ſumptione cinguli militaris exiſtant.armis aũt,nõ priuatis negocijs occupent:ut numeris & ſignis ſuis iugiter inhærẽtes,rẽpublicã, à qua aluntur,ab omni bellorũ neceſſitate defendãt.

XXXII. Imp. ZENO. A. Adamantio P.P.

NE cui liceat,q aliquã domũ alienã,uel locũ,aut ergaſteriũ noĩe cõductionis accepit, alteri, q poſt eũ dñi uolũtate ad eandẽ cõductionẽ acceſſit,litẽ inferre,quaſi rem illicitã,aut agenti dãnoſam tẽtauerit:ſed patére facultatẽ dñis domos ſuas,uel ergaſteria,uel loca,cui uoluerint, locandi:ipſis nihilominꝰ,qui cõduxerint,ab oñi ſup hoc moleſtia liberis cõſeruandis:niſi forte pacta p ſcripturã ſpecialiter inita cũ dñis,uel cũ his,q poſtea cõduxerũt,legibꝰ uidelicet cognita,agẽtis intẽ-

tis intẽtionibus suffragentur. Quòd si quis huiusmodi controuersiã sacris iussionibus intet-dictam crediderit commouendam: si priuatus est: acriter cæsus, exsilij subeat pœnã. si militat: de cem librarum auri dispendio feriatur.

XXXIII. *Idem. A. Sebastiano P.P.*

CONductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem precariò detinentes, seu hæredes eorum, si non eam dominis recuperare uolentibus restituerint, sed litem usq; ad definitiuam sententiam exspectauerint, non solum rem locatam, sed etiam æstimationẽ eius uictrici parti ad similitudinẽ inuasoris alienæ possessionis præbere cõpellantur.

XXXIIII. *Imp. IVSTINIANVS. A. ad Senatum.*

LIcet retro principes multa de militibus, qui alienas possessiones uel domos cõductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestũ est: tamen quia res sic est cõtempta, ut neq; interminatiõis sacratissimæ cõstitutiõis milites memores, ad huiusmodi sordida audeãt uenire ministeria, & relictis studijs publicis, signisq; uictricibus, ad cõductiones alienarũ rerũ prosilire, & armorũ atrocitatem nõ in hostes ostendere, sed cõtra uicinos, & forsitan etiam aduersus ipsos miseros colonos, quos ꝓcurandos susceperint, conuertere: necessarium duximus ad hanc sacratissimam uenire constitutionem, altius & plenius huiusmodi causam corrigentes. Iubemus itaq;, omnes omnino, qui sub armis militant, siue maiores, siue minores (milites autem appellamus eos, qui tam sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quàm qui in undecim deuotissimis scholis taxati sunt, necnon eos, qui sub diuersis optionibus fœderatorum nomine sunt decorati) saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare. scituros, quòd ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto uel aliqua sententia cadãt militia, & non sit regressus eis ad pristinum gradum, neq; beneficio imperiali, neq; consensu uel ꝓmissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamq; opinionem amittant, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti. & quod post huiusmodi conductionem, quam penitus interdicimus, à publico susceperint, & hoc sine aliqua mora, uel procrastinatione, reddere cõpellant. Scituris & ipsis, qui suas facultates post hãc legem eis ad cõductionẽ permiserint, nostra lege eorum conamine uiolata, quòd nulla eis exactio contra eas concedatur: ut qui alieni appetens cõstitutus militem procuratorem elegerit, & à suis cadat reditibus. Pateat autẽ omnibus huiusmodi copia apud cõpetentes iudices accusatiõis: ut qui in hac causa delator existat, laudãdus magis, quàm uituperandus intelligatur, pœna: quã cõtra milites nostrorum præceptorum contemptores, & ipsos, qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente.

DE IVRE EMPHYTEVTICO. Tit. LXVI.

I. *Imp. ZENO. A. Sebastiano P.P.*

VS emphyteuticarium neq; conductionis neq; alienationis esse titulis adijciendũ, sed hoc ius tertium esse constituimus, ab utriusq; memoratorũ contractuum societate seu similitudine separatũ: conceptionem itẽ definitionemq; habere propriã, & iustum esse ualidũq; contractũ, in quo cũcta, quæ inter utrasq; contrahentiũ partes super omnibus (uel etiã fortuitis casibus) pactionibus scriptura interueniente habitis placuerint, firma illabataq; perpetua stabilitate modis omnibus debeãt custodiri, ita ut si interdum ea, quæ fortuitis casibus eueniunt, pactorum non fuerint conuentione concepta: siquidem tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per emphyteusim data est, faciat interitum: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedẽte cõtractu, habiturus fuerat, imputetur. Sin uerò particulare, uel aliud leue contigerit damnum, ex quo nõ ipsa rei penitus lædatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partibus nõ dubitet adscribendum.

II. *Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.*

IN emphyteuticarijs cõtractibus sancimus, siquidem aliæ pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ: easdẽ & in omnibus alijs capitulis obseruari, & de reiectione eius, qui emphyteusim susceperit, si solitam pensionem, uel publicarum functionum apochas nõ præstiterit. Sin autẽ nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neq; pecunias soluerit, neq; apochas domino tributorum reddiderit: uolenti ei licere eum à prædijs emphyteuticarijs repellere, nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, uel eorum,

quæ emponemata dicuntur,uel pœna opponenda,sed omnimodo(si dominus uoluerit)eo repellendo,neq; prætendente, quòd non est super hac causa inquietatus: cum neminẽ oporteat conuentionem uel admonitionem exspectare,sed ultro sese offerre,& debita spontanea uolũtate persoluere,secundum quod & anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur, emphyteutas suos repellere, & reditum minime uelle susci pere,ut ex huiusmodi machinatione triennio elapso,suo iure is,qui emphyteusin susce pit, cadat: licentiam ei concedimus,attestatione præmissa, pecunias offerre,hisq; ob signatis,& secundum legem depositis,minime deiectionis timere periculum.

III. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm dubitabatur,utrũ emphyteuta debeat cũ domini uoluntate suas meliorationes,quæ græco uocabulo emponemata dicũtur,alienare,uel ius emphyteuticũ in aliũ trãsferre,an uero eius exspectare cõsensũ nõ oporteat: sancimus,siquidẽ emphyteuticũ instrumentũ sup hoc casu aliquas pactiones habeat:eas obseruari. Sin aũt nullo modo huiusmodi pactio interposita est,uel forte instrumẽtũ emphyteuseos deperditũ est:minime licere emphyteutæ sine cõsensu domini meliorationes suas alijs uendere,uel ius emphyteuticũ transferre. Sed ne hac occasione accepta,domini minime cõcedant emphyteutas suos accipere precia meliorationũ, quæ inuenerunt,sed eos deludãt,& ex hoc cõmodũ emphyteutæ depereat:disponimus attestationẽ domino transmitti,& prædicere,quantum preciũ ab alio reuera accipi potest.& siquidẽ dominus hoc dare maluerit,& tantã præstare quantitatẽ,quantã ipse reuera emphyteuta ab alio accipere potest:ipsum dominũ oñimodo hæc cõparare. Sin aũt duorum mensiũ spacium fuerit emensum,& dominus hoc facere noluerit:licentia emphyteutæ detur,ubi uoluerit,& sine consensu domini melioratiões suas uendere:ijs tamẽ personis,quæ nõ solent in emphyteuticis contractibus uetari ad huiusmodi uenire emptionẽ. Necessitatẽ aũt habere dños,si alijs melioratio secundũ præfatũ modum uẽdita sit,accipere emphyteutã: uel si ius emphyteuticũ ad personas nõ phibitas,sed cõcessas & idoneas ad soluendũ emphyteuticũ canonem transponere,emphyteuta maluerit:nõ contradicere, sed nouum emphyteutam in possessionem suscipere,non per cõductorem,uel per procuratorem,sed ipsos dominos per se,uel per literas suas, uel(si hoc nõ potuerint,uel noluerint)per depositionem in hac quidem ciuitate apud uirum clarissimum magistrum censuum,uel præsentibus tabularijs per attestationem,in prouincijs autem per præsides uel defensores celebrandam. Et ne auaricia tenti domini magnam molem pecuniarũ propter hoc efflagitent,quod usq; ad præsens tẽpus perpetrari cognouimus:nõ amplius eis liceat per subscriptiõe sua uel depositiõe,nisi quinquagesimã partẽ precij uel æstimatiõis loci, qui ad aliã personã transfertur,accipere. Sin aũt nouũ emphyteutã uel emptorẽ melioratiõis suscipere minime dominus maluerit,& attestatiõe facta intra duos mẽses hoc facere supersederit:licere emphyteutæ,& nũ cõsentientibus dominis,ad alios suũ ius uel emponemata transferre. Sin aũt aliter fuerit uersatus,q; nostra constitutio disposuit:iure emphyteutico cadat.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER QVINTVS.

DE SPONSALIBVS, ET ARRIS SPONSALICIJS,& proxeneticis. Tit. I.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Annonariæ.*

LIj desponsatæ renunciare conditiõi,& nubere alij non prohibetur.

II. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *&* CONSTANS *Cæs. ad Cæl. Probinũ. P.V.*

SIis,qui puellã suis nuptijs pactus est,intra bienniũ exsequi nuptias in eadem prouincia degens supersederit,eiusq; spacij decurso fine in alterius postea conuentionem puella peruenit:nihil fraudis ei sit,quæ nuptias maturando uota sua diutius eludi non passa est.

III. *Imppp.* GRAT. VALENT. *&* THEOD. AAA. *Entropio P.P.*

ARris sponsaliorum nomine datis,si interea sponsus uel sponsa decesserit, quæ data sunt, iubemus

iubemus restitui: nisi causam,ut nuptiæ nõ celebrarentᷣ,defuncta persona iam præbuit.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *ad Maximianum.*

SI pater pactum de filiæ nuptijs inierit,& humana sorte consumptus, ad uota non potuerit peruenire:id inter sponsum & sponsam firmum ratumq; permaneat,quod à patre docebitur destinatum: nihilq; permittatur habere momenti, quod cum defensore,ad quem minoris commoda pertinebant, docebitur fuisse transactum.periniquum est enim,ut contra paternam uoluntatem redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium:cum plerunq; etiam ipsius fœminæ aduersus commoda propria inueniatur laborare consilium.

V. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. *Erythrio* P.P.

MVlier iuris sui constituta,arrarum sponsalium nomine usq; ad duplum teneatur,id est in id,quod accepit,& aliud tantundem,nec amplius,si post completũ uicesimumquintum annum,uel post impetratam ueniam ætatis,atq; in competenti iudicio comprobatam,huiusmodi arras suscepit. In simplum autem,id est tantummodo in id,quod accepit,si minoris ætatis est: siue uirgo,siue uidua sit,siue per se, siue per tutorem aut curatorem,uel aliam personam easdem arras acceperit.Patrem uero uel matrem legitimæ ætatis constitutos, siue simul,siue separatim arras pro filia susceperint: auum etiã uel proauum, si pro nepte uel pronepte: in duplum tantummodo cõuenit teneri. Quæ ita custodiri censemus,si non propter personã,uel conditionẽ,uel aliam causam legibus uel generalibus cõstitutionibus interdictam, futurum matrimonium cõstare prohibetur.tũc enim quasi nullo facto,utpote sine causa,easdẽ arras præstitas tantummodo reddi cõsequens esse præcipimus. His hoc quoq; adijcimus, ut etiam si legibus prohibitæ nõ sint speratæ nuptiæ:post arras autẽ sponsalicias sponsa coniugiũ sponsi,propter turpem uel impudicam conuersationem,aut religionis aut sectæ diuersitatem recusauerit,uel eo,quòd quasi uir coitum(ex quo spes sobolis oritur) facere non potuerit, uel ob aliam iustam excusationis causam: siquidem probatum fuerit, ante datas easdem arras sponsalicias hoc idem mulierẽ uel parentes eius cognouisse:sibi debeant imputare Sin uero horum ignari sponsalicias arras susceperint,uel post arras datas aliqua iusta causa pœnitentiæ intercesserit:nisdem tantummodo redditis,super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quæ omnia simili modo etiam de sponsis super recipiendis necne arris præstitis custodiri censemus. Quadrupli uidelicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat,in qua & arrarum quantitas imputabatur, cessante: nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit.extra definitionem autem huius legis,si cautio pœnam stipulationis continens,fuerit interposita: ex utraq; parte nullas uires habebit: cum in contrahendis nuptijs libera potestas esse debeat.

SI RECTOR PROVINCIAE, VEL AD EVM PERTINENtes,sponsalicias dederint arras. Tit. II.

I. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Eutropio* P.P.

SI quis in potestate publica positus,atq; honore administrãdarum prouinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus,aut ipsis,quæ matrimoniũ cõtractu ræ sunt,potest esse terribilis,arras sponsalicias dederit:iubemus,ut deinceps, siue parentes,siue eædem mutauerint uoluntatẽ:non modo iuris laqueis liberentur, pœnæq; statutæ expertes sint:sed extrinsecus data pignora lucratiua habeãt,si ea non putent esse reddenda.Quod & ita late patére uolumus,ut non solum circa administrantes,sed etiã circa administrantium filios,nepotes,ac propinquos,& participes,id est cõsiliarios, domesticosq; locum habeat:quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non uetamus,quod tempore potestatis ob eas personas,de quibus locuti sumus,atris fuerat obligatum,si sponsarum consensus accedat.

DE DONATIONIBVS ANTE NVPTIAS, VEL PROPTER nuptias,& sponsalicijs. Tit. III.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Metrodoro.*

MVltum interest, si ea, quæ donat uir futurus, tradiderit uxori, & postea in dotem acceperit : an uero donandi animo dotem auxerit, ut uideatur accepisse, quod non accepit. priore enim casu donatio non impeditur, & res, quæ in

ea causa sunt dotis effectæ,iudicio de dote peti possunt.posteriore autẽ casu nihil actum est do, natione:& quod in dotem datum nõ est,non potest repeti.

II. Imp. ALEXANDER. A. Attalo.

SI præsidi prouinciæ probaueris,ut Eutychiam uxorem duceres,munera te parentibus eius dedisse:nisi Eutychia tibi nupserit:tibi restitui,quod dedisti, iubebit.

III. Idem A. Marcellæ.

POllicitatione à fratre quondam tuo sponsalium causa facta, etiam si in stipulationem deducta sit, ideo præstanda non fuit, quoniam in dote uxor maritum fefellit. exceptionem itaq; doli aduersus actionem ex stipulatu recte obijcies.

IIII. Imp.GRATIANVS.A.Marco.

QVod sponsæ ea lege donatur,ut tunc dominium eius adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ,sine effectu est.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Theodoræ.

EA,quæ tibi ut sponsæ daturum se promisit is, qui te ficto cælibatu, cum aliam matremfamilias domi reliquisset,sollicitauit ad nuptias,petere cum effectu non potes:cum tu sponsa,uxore domi posita,non fuisti.

VI. Imp. AVRELIANVS. A. Donatæ.

CVm in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarũ, & in ambiguũ possit uenire,utrum à sponso,an à marito donatum sit:sic distinguendum est,ut si in tua domo donum acceptum est:ante nuptias uideatur facta esse donatio.quòd si penes se dedit sponsus: retrahi possit.uxor enim fuisti.

VII. Imppp.CARVS, CARIN. & NVMERIAN.AAA.Lucianæ.

SI cum ante nuptias munera darentur,ita conuentum est,atq; huiusmodi conscripta pactio est,ut si qua sors exstitisset contra uoluntatem eius,& matrimonium distraxisset, tunc quæ data erant,apud eum,qui dedisset,hæredemúe eius remanerent:potest,qui hæreditatem eius accepit,cui pacta puella munera lege prædicta susceperat, eadem iure postulare.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Euphrosinæ.

SI ante matrimonium maior quinq; & uiginti annis constitutus,sponsæ suæ,licet ante sponsalia,fundum donauit,eamq; in uacuam induxit possessionem:postea nullo titulo superstitem uel testamento eundem relinquentem,alienare potuisse,certi ac manifesti iuris est.

IX. Iidem AA. Iuliano.

CVm te sponsæ filij tui quædam donasse confitearis: perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto,quam tua uoluntas iurisq; authoritas fecit ratam.

X. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI filiæ tuæ sponsus ei mancipium donauit,ac tu in eum iumenta liberalitatis ratione contulisti,nec nuptijs secutis contra iuris rationem,quod dederat,abstulit:non inuicem datorum restitutio,sed eius,quod illicite rapuit,repetitio competit.

XI. Iidem. AA. & CC. Neæ.

SI tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit:eo,quòd ab hostibus postea interfectus est,irrita donatio fieri non potest.

XII. Iidem AA. & CC. Timotheæ & Cleotimæ.

SI mater uestra filiæ suæ sponso uel marito prædia sine ulla repetendi lege donauit, & eum in uacuam possessionem induxit:nuptijs diuortio solutis,perfecta nõ dissoluit donatio.

XIII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis,creditores mariti facti,si non prius obligatas eas sibi probent,eam conuenire minime possunt.

XIIII. Iidem. AA. & CC. Aureliæ.

SI consentiente matre sua sponsus filiæ tuæ mãcipia donauit,& his acceptis in dotẽ non æstimatis, in matrimonio post decessit: mater,eademq; hæres eius precium offerens, restitutionem eorum improbe recusat.

XV. Imp.CONSTANTINVS.A. ad Maximum P.V.

CVm ueterum sententia displiceat,quæ donationes in sponsam,nuptijs quoq; non secutis, decreuit ualere:ea,quæ largiendi animo inter sponsos & sponsas iure celebrant, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus:ut siue ad finitatis coëundæ causa,siue non ita,uel in potestate patris degentes,uel ullo modo proprij iuris constituti,tanq; futuri causa matrimonij aliquid sibijpsi,uel consensu parẽtum mutuò largiantur; siquidem sponsus uel parẽtes eius sortiri filiũ

nolue

uoluerint uxorem: id, quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditũ. et ſiquid apud donatorem reſedit, ad ſponſam & hæredes eius, ſubmotis ambagibus, transferatur. Quòd ſi ſponſa, uel is, in cuius agit poteſtate, cauſam nõ contrahendi matrimonij præbuerit: tunc ſpõſo eiusq; hæredibus ſine aliqua deminutiõe per cõdictionẽ, aut per utilem actionem in rem redhibeantur. Quæ ſimiliter obſeruari oportet, etſi ex parte ſponſæ in ſpõſum donatio facta ſit. D. XVII. Kal. Nouembr. PP. VI. Kal. Septembr. Romæ. Conſtantino A. V. & Licinio COSS.

XVI. *Idem. A. ad Tyberianum uicarium Hiſpaniarum.*

SI à ſponſo rebus ſponſæ donatis, interueniẽte oſculo, ante nuptias hunc uel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarũ ad ſuperſtitẽ pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti uel defunctæ hæredes cuiuſlibet gradus ſint, & quocunq; iure ſucceſſerint: ut donatio ſtare pro parte dimidia, & reſolui pro parte dimidia uideatur. Oſculo uero non interuenien te: ſiue ſponſus, ſiue ſponſa obierit: totam infirmari donationem, & donatori ſponſo uel hæredibus eius reſtitui. Quòd ſi ſponſa, interueniente uel non interueniente oſculo, donationis titulo (quod raro accidit) fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hunc uel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam ſiue eius ſucceſſores donatarum rerũ dominium transferatur. Accept. XIII. Kal. Maij. Hiſpali. Nepotiano & Pacato COSS.

XVII. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Hierio* P. P.

MInoribus ætate fœminis, etiam actorum teſtificatione in ante nuptias donatione ad eas facta omiſſa, ſi patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſte conſulitur, ut firma donatio ſit. D. X. Kal. Mart. Conſtantinop. Tauro & Felice COSS.

XVIII. *Imp.* ZENO. A. *Sebaſtiano* P. P.

SI liberis ex priore matrimõio procreatis pater ad ſecũdas migrauerit nuptias, uel nõ migrauerit: nihil omnino filijs prioris cõiugij ex donatiõe ante nuptias, quã ipſe uel alius pro ipſo uxori quondã eius matri cõmuniũ liberorũ donauerat, ſeruare cogitur: quoniã & mater liberis ex priore matrimonio exſtãtibus, poſt ſecũdas nuptias (multo q; amplius, ſi nõ fuerit altero marito ſociata) nihil ijſdẽ filijs ex dote, quã patri eorũ ipſa uel alius pro ea obtulerit, ſeruare cõpelliẽ.

XIX. *Imp.* IVSTINVS. A. *Archelao* P. P.

SI conſtante matrimonio conſilium augendæ dotis inierit, uel uxor forte, uel eius nomine quilibet alius: nihilominꝰ marito quoq; liceat, ſeu pro marito cuilibet alij, tanto donationẽ ante nuptias additamento maiorem facere, quanto dotis augetur titulus. nec obſit in huiuſmodi munificentijs interdictas eſſe liberalitates tempore nuptiarum. indulgendũ eſt nanq; cõſenſui communi partium: ne cum negetur augendæ poteſtas donationis, dotis etiam pignus conſtituatur augmentum. Idem q; licere præcipimus & in his matrimonijs, in quibus interdum accidit, ante nuptias quidem donationem nullam eſſe, ſolam uero dotem marito mulierem obtuliſſe: ut etiam tunc muliere dotem augente, liceat marito quoq; donationem in uxorem ſuam eiuſdem quantitatis facere, quantum aucta dos continere dinoſcitur. Pactis uidelicet de redhibitone uel retentiõe auctæ dotis uel donationis, prout partes conſenſerint, pro iam ſtatuto modo ineundis, ſiue iniungendis ueteribus pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione & dote principaliter conſtituenda inita ſunt. Iura etiam hypothecarum, quæ in augẽda dote uel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ ſunt, & non ad prioris dotis uel ante nuptias donationis tempora referantur.

Sed etſi è contrario maritus & uxor ad deminuendam dotem & ante nuptias donationẽ conſenſerint: licere eis ad ſimilitudinem deminutionis, quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: ut pacta de amborum deminutionibus ineunda firma & legitima eſſe intelligantur. Exceptis uidelicet his caſibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad ſecundas migrauerit nuptias: aut uxor ſimiliter ex anteriore matrimonio liberis exſtantibus, ſecundo marito ſe iunxerit. in hoc enim ſecundo matrimonio, uel à parte mariti, uel à parte mulieris, uel ab utraq; (ſi hoc etiã acciderit) interdictã eſſe deminutionẽ dotis uel ante nuptias donatiõis: ne aliquid aduerſus filios prioris matrimonij machinari uideatur: cẽſemus.

XX. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P. P.

CVm multæ nobis interpellationes factæ ſint aduerſus maritos, qui decipiendo ſuas uxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominauit, inſinuare autem eas actis interuenientibus ſuperſedebant, ut infectæ maneant, & ipſi quidem dotis commoda lucrentur, uxores autem ſine nuptiali remedio relinquantur: ſancimus nomine prius emeritato, ita rem corrigi, & non ante nuptias donationem eam uocari, ſed propter nuptias donationem. Quare enim dotẽ quidẽ, etiam cõſtante matrimonio, mulieri marito dare conceditur:

dona-

donationem autem marito, nisi ante nuptias, facere non permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, cꝫ maribus subueniri? sicut enim dos propter nuptias fit, & sine nuptijs quidem nulla dos intelligitur, sine dote autem nuptiæ possunt celebrari: ita & in donationibus, quas mariti faciunt, uel pro his alij, debet esse aperta licentia & constante matrimonio talem donationem facere: quia quasi antipherna hæc possunt intelligi, & nõ simplex donatio. Ideo enim antiqui iuris cõditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine & substantia nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare nõ etiã ea simili modo & matrimonio cõtracto dabit? Sancimus itaq; omnes licentiam habere: siue prius, cꝫ matrimonia contraxerint, siue postea: donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non simplices donationes intelligantur, sed propter dotem & propter nuptias factæ. Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias uetitæ sunt: & propter alias causas, & libidines forsitan, uel unius partis egestatem, non propter ipsarum nuptiarum affectionem efficiuntur. Si igitur dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamen, ut dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significauerit, quod non simplicem faciat donationẽ, sed propter dotem iam conscriptam & ipse ad donationem uenerit: licebit hæc ei facere, & supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio. & siquidem hoc specialiter fuerit expressum: pacta conuenta seruari oportet. Sin autem donatio talis quidem facta sit, utpote dotali instrumento antecedente, nulla pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa uideatur hoc esse pactum, ut secundum dotales conuentiones intelligantur & in tali donatione pacta fuisse conuenta: ut æquis passibus utraq; ambulet, tam dos, cꝫ donatio. Ita tamen, ut Leoniana constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra, quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes. disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem deducendam esse censemus, ut eodem modo uterq; minorem partem lucretur. Similiꝫ modo si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias uocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit & constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multomagis insinuare. Similiꝫ modo & ea constitutio, quam pro augendis tam dotibus, cꝫ ante nuptias donatiõibus fecimus, intacta illibataq; conseruet. Omnibus uidelicet, quæ de simplicibus donationibus inter maritũ & uxorẽ cõstante matrimonio, uel à ueteribus, uel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

DE NVPTIIS. Tit. IIII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Porcio.*

CVm de nuptijs puellæ quæritur, nec inter tutorem & matrem & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium præsidis prouinciæ necessarium est.

II. *Iidem.* AA. *Trophimæ.*

SI nuptijs pater tuus consensit: nihil oberit tibi, quòd instrumẽto ad matrimonium pertinenti non subscripsit.

III. *Iidem.* AA. *Valeriæ.*

LIbertum, qui patronam, seu patroni filiam, uel coniugem, uel neptem, uel proneptem uxorem ducere ausus est: apud competentem iudicem accusare poteris, moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas esse meritò duxerunt.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Perpetuo.*

LIberi concubinas parentum suorum uxores ducere non possunt: quia minus religiosam & probabilem rem facere uidentur. qui si contra hoc fecerint: crimẽ stupri committunt.

V. *Idem.* A. *Maximæ.*

SI (ut proponis) pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptijs uestris, nõ contradixit: uereri non debes, ne nepotem suum non agnoscat.

VI. *Imp.* GORDIANVS. A. *Valeriæ.*

ET si contra mandata principum contractũ sit in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamẽ post depositũ officiũ, si in eadem uolũtate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur. & ideo postea susceptos liberos, natosq; ex iusto matrimonio legitimos esse, responsum uiri

uiri prudentissimi Pauli declarat.

VII. Idem. A. Apro.

SI (ut proponis) post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima cõiunctio est, cessante patris uoluntate, in cuius est potestate. atq; ideo non petente filia: petitionem dotis repetere non prohiberis.

VIII. Idem. A. Romano.

INcopulandis nuptijs nec curatoris (qui solam rei familiaris sustinet administrationem) nec cognatorum, uel adfinium ulla authoritas potest interuenire: sed spectãda est eius uoluntas, de cuius coniunctione tractatur.

IX. Imp. PROBVS. A. Fortunato.

SI uicinis, uel alijs scientibus, uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamuis neq; nuptiales tabulæ, neq; ad natam filiam pertinentes factæ sunt: nõ ideo minus ueritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suã habet potestatem.

X. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Paulinæ.

CVm te non ex senatore patre procreatam, ob matrimonium cum senatore contractũ clarissimæ fœminæ nomen adeptam dicas: claritas, quæ beneficio mariti tibi parata est, si secũdi ordinis uirum postea sortita es: redacta ad prioris dignitatis statum, deposita est.

XI. Idem. AA. & CC. Alexandro.

SI inuita detinetur uxor tua à parentibus suis: interpellatus rector prouinciæ amicus noster, exhibita muliere, uoluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

XII. Idem. AA. & CC. Sabino.

NEc filium quidem familiæ inuitum ad uxorem ducẽdam cogi, legum disciplina permittit. igitur sicut desideras, obseruatis iuris præceptis, sociare coniugio tuo, quam uolueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptijs patris tui consensus accedat.

XIII. Iidem. AA. & CC. Onesimo.

NEq; sine nuptijs instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum ueritate continente: nec non interpositis instrumentis, iure contractum matrimonium irritum est: cum omissa quoq; scriptura, cætera indicia nuptiarum non sunt irrita.

XIIII. Iidem. AA. & CC. Titio.

NEq; ab initio matrimonium contrahere, neq; dissociatum reconciliare, quisq; cogi potest. Vnde intelligis liberam facultatem contrahendi atq; distrahendi matrimonij transferri ad necessitatem non oportere.

XV. Iidem. AA. & CC. Tatiano.

VXorem libertam suã manumissori, si non sit ex ijs personis, quæ specialiter prohibentur, ducere non est interdictũ: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci, certissimum est.

XVI. Iidem. AA. & CC. Rhodoni.

PAtrem, qui filiam exposuit, hanc nunc adultam sumptibus & labore tuo factam, matrimonio coniungi filio tuo desiderantis fauere uoto conuenit. qui si renitatur: alimentorum solutioni in hoc solummodo casu parére debet.

XVII. Iidem. AA. & CC.

NEmini liceat contrahere matrimonium cum filia, nepte, uel pronepte, itemq; cum matre, auia, uel proauia, & ex latere amita, ac matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte. præterea fratris tui filia, & ex ea nepte. Itẽ ex adfinibus priuigna, nouerca, nutu, socru, cæterisq;, quæ iure antiquo prohibentur, à quibus cunctos uolumus se abstinere.

XVIII. Impp. VALENS & GRAT. AA. ad Senatum.

VIduæ intra quintum & uicesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia nõ cõueniant. Quòd si in cõiunctionis delectu mulieris uoluntas patris repugnat sententiæ, & propinquorum: placet, quem admodũ & in uirginũ cõiunctionibus sancitũ est, habẽdo exanimi authoritatẽ quoq; iudiciariæ cognitionis adiungi: ut si pares sint genere ac moribꝰ petitores: is potior existimetur, quem sibi consulẽs mulier adprobauerit. Sed ne forte ij, qui gradu proximo ad uiduarũ successionẽ uocantur, etiam honestas nuptias impediant: si huius rei suspitio processerit: eorum uolumus authoritatem iudiciumq; succedere, ad quos etiam si fatalis sors intercesserit, tamen hæreditatis cõmodum peruenire non possit. D. XVII. Kal. Aug. Gratiano A. II. & Probo CONSS.

XIX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

CElebrãdis inter cõsobrinos matrimonijs licẽtia legis huius salubritate indulta est: ut reuocata prisci iuris authoritate, restrictisq; calũniarũ fomẽtis, matrimoniũ inter consobrinos habeatur legitimũ, siue ex duobus fratribus, siue ex duabus sororibus, siue ex fratre & sororena ti sunt: & ex eo matrimonio editi legitimi, & suis patribus successores habeantur.

XX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *ad Theodorũ* P.P.

IN coniũctione filiarum in sacris positarũ, patris exspectetur arbitriũ. Si sui iuris puella sit intra quintum & uigesimum annum constituta: ipsius quoq; adsensus exploretur. si patris auxilio destituta: matris, & propinquorum, & ipsius quoq; requiratur adultæ iudiciũ. si uero utroq; orbata parente sub curatoris defensione cõstituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur forte certamen, ut quæratur, cui potissimum puella iungenda sit: si puella cultu uerecundiæ propriam noluerit uoluntatem depromere: coram positis propinquis, iudici deliberare permissum est, cui melius adulta societur.

XXI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. *Basso* P.P.

ACaligato milite usq; ad protectoris personam sine aliqua solennitate matrimoniorum liberam, cũ ingenuis duntaxat mulieribus, cõtrahendi coniugij permittimus facultatẽ.

XXII. Idem. AA. *Hierio* P.P.

SI donationũ ante nuptias, uel dotis instrumẽta defuerint, põpa etiã, aliaq; nuptiarũ celebritas omittat: nullus existimet ob id deesse, recte aliàs inito matrimonio, firmitatẽ: uel ex eo natis liberis iura posse legitimorũ auferri, si inter pares honestate psonas nulla lege impediẽte fiat cõsortiũ, quod ipsorũ cõsẽsu atq; amicorũ fide firmat. D. x. Kal. Mart. Cõstãt. Felice & Tauro Coss.

XXIII. Imp. IVSTINIANVS. A. *Demostheni* P.P.

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, ut omni tempore subiectorum cõmoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuremus: lapsus quoq; mulierum, per quas indignã bonorũ conuersationem imbecilitate sexus elegerũt, cum competente moderatione subleuandos esse censemus, minimeq; eis spem melioris conditionis adimere: ut ad eam respicientes, improuidam, & minus honestam electionem facilius derelinquãt. Nam ita credimus dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari, qui quotidianis hominũ peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorẽ eã statum deducere. Quòd si circa nostro subiectos imperio nos etiã facere differamus: nulla uenia digni esse uidebimur. Itaq; cum iustũ sit, seruos quoq; libertate donatos posse per diuinã indulgentiã natalibus suis restitui: postq; huiusmodi principale beneficiũ ita degere, quasi nunq; seruissent, sed ingenui nati essent: mulieres autẽ, quæ scænicis sese quidem ludis immiscuerunt, postea uero spreta mala conditione ad meliorem migrauere sententiã, & inhonestam professionem effugerunt, nõnullam spem principalis habere beneficij, quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt: præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis subiecta lege condonamus, ut si derelicta mala & inhonesta conuersatione commodiorem uitam amplexæ fuerint, & honestati se dediderint: liceat eis nostro supplicare numini, ut diuinos affatus sine dubio mereãtur, ad matrimonium eas uenire permittentes legitimum: his, qui eis coniũgendi sunt, nullo timore tenẽdis, ne scitis præteritarum legum infirmum uideatur tale coniugium, sed ita ualidum huiusmodi permanere matrimoniũ confidentibus, quasi nulla præcedente inhonesta uita uxores eas duxerint, siue dignitate prædíti sunt, siue alio modo scænicas in matrimonio ducere prohibeãtur: dum tamen dotalibus omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, & quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neq; uocabulum inhonestum eis inhærere de cætero uolumus, neq; differentiam aliquam eas habere cum his, qui nihil simile peccauerunt. Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos suos & legitimos patri esse, licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat: & bona eius tam ab intestato, quàm ex testatione isti quoq; sine ullo impedimento percipere possint. Sed etsi tales mulieres post diuinum rescriptum ad preces earum datum, ad matrimonium uenire distulerint: saluam eis nihilominus existimationẽ seruari præcipimus, tam in alijs omnibus, quàm ad transmittendam (quibus uoluerint) suam substãtiam, & suscipiendam competentẽ sibi legibus ab alijs relictam, uel ab intestato delatam hæreditatẽ. Similes uero tale merentibus ab imperatore beneficium mulieribus illas etiam esse uolumus, quæ dignitatem aliquam habeant. sed etsi nõ sereniſſimo principi supplicauerint: ultroneam tamen donationem ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate, & aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitime coniungi, mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. His illud adiun-

adiungimus, ut & filiæ huiusmodi mulierum, siquidem post expurgationē prioris uitæ matris suæ natæ sint: non uideantur scænicarum esse filiæ, nec subiacere legibus, quæ prohibuerunt filias scænicarū certos hoines in matrimonium ducere. Sin uero ante procreatæ sunt: liceat eis preces offerentibus inuictissimo principi sacrum sine obstaculo ullo mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi nō sint scænicæ matris filiæ, nec iam prohibeātur illis co pulari, quibus scænicæ filias, uel dignitatis, uel alterius causæ gratia uxores ducere interdicitur: ut tamē omnimodo dotalia inter eos etiā instrumēta cōficiāt. Sed etsi à scænica matre, procreata, quæ usq; ad mortem suam in eadem professione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationē maternæ iniuriæ, & nubendi licentiam sibi cōdonantem: istam quoq; posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scænicæ filiam uxorem ducere prohibeantur. Imò etiā illud remouendum esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) cōstitutum est, ut matrimonia inter impares honestate personas contrahenda, nō aliter quidem ualeant, nisi dotalia instrumēta cōfecta fuerint. his uero etiā nō intercedentibus, omnimodo firma sint, sine aliqua distinctiōe personarū: si modo liberæ sint, & ingenuæ mulieres, nullaq; nefariarū, uel incestarū cōiunctionū suberit suspicio, nam nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus. sicut & illos, qui præteritarū legum sanctiōe specialiter uetiti sunt: exceptis uidelicet ijs, quos præsenti lege permisimus, legitimiq; matrimonij iure muniri præcipimus. His itaq; per hāc generalē legem constitutis, & de cætero conseruandis, præteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex sub iecto tempore factas secundum prædictam dispositionem iudicari præcipimus: ut si quis talem uxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos esse, & legitimos, & tā ab intestato, quàm ex testamento patris successores habeat, & legitima in posterum nihilominus ea uxore permanente, procreati liberi quoq; legitimi sint.

XXIIII. *Idem. A. ad senatum.*

SAncimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicūq; pacto, quod ad dandum, uel ad faciendum, uel non dandum, uel nō faciendum concipitur, & siue nuptiarum tempus dixerit, siue nuptias nominauerit: nō aliter intelligi conditionem esse adimplendam, uel extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas: & nō esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum ætas, uel fœminis post duodecimū annū accesserit, uel maribus post quartumdecimū annū cōpletum: sed ex quo uota nuptiarum re ipsa processerint. sic etenim & antiqui iuris contentio diuimetur, & immensa librorum uolumina ad meliorem modum tandem peruenient.

XXV. *Idem. A. Iuliano. P. P.*

SI furiosi parentis liberi, in cuius potestate constituti sunt, nuptias possint cōtrahere, apud ueteres agitabatur. & quidem filiam furiosi marito posse copulari, oīes penè iuris antiqui cōditores admiserunt. sufficere enim putauerunt, si patet non contradicat. In filio autem familias dubitabaī. & Vlpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filijs mente captis: siue masculi, siue fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: ut hoc facere possint, & nō adito principe. Et aliam dubitationem ex hoc emergentem, si hoc, quod de mēte capto cōstitutio induxit, etiam in furiosis obtinendū sit, quasi exēplo mente capti & furiosi filios adiuuātes. His itaq; dubitatis, tales ambiguitates decidētes, sancimꝰ hoc repleri, quod diui Marci constitutioni deesse uidetur: ut non solum dementis, sed etiam furiosi liberi cuiuscūq; sexus possint legitimas cōtrahere nuptias, tā dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda. æstimatione tamen in hac regia urbæ excellentissimi præfecti urbis, in prouincijs autem uirorum clarissimorum earum præsidum, uel locorum antistitum, tam opinione personæ, quàm moderatione dotis, & ante nuptias donationis constituendā: præsentibus tam curatoribus dementis, uel furiosi, quàm ijs, qui ex genere eorum nobiliores sunt. ita tamē, ut nulla ex hac causa oriatur, uel in hac regia urbe, uel in prouincijs iactura substantiæ furiosi, uel mente capti: sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

XXVI. *Idem. A. Iuliano P. P.*

SI quis alumnā suam libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabaī apud antiquos, utrum ne huiusmodi nuptiæ legitimæ esse uideantur, an nō. Nos itaq; uetustā ambiguitatem decidentes, non esse uetitum matrimonium censemus. si enim ex adfectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula exspectamus: quare prædictas nuptias inhibēdas existimemus. nec eñ homo sic impius inuenietur, ut quā ab initio loco filiæ habuit, eā postea in suo collocet matrimonio: sed ei credēdū est, quia eā & ab initio nō

ut filiam educauit,& libertate donauit,& dignam esse postea suo putauit matrimonio. Ea uidelicet persona omnimodo ad nuptias uenire prohibenda,quam aliquis,siue alumna sit, siue non,à sacrosancto fuscepit baptismate:cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem,& iustam nuptiarum prohibitionem,quàm huiusmodi nexus, per quam deo mediante animæ eorum copulatæ sunt.

XXVII. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SAncimus nuptias, quæ inter masculos & fœminas maiores uel minores sexagenarijs uel quinquagenarijs lege Iulia uel Papia prohibitæ sunt,homines uolentes cõtrahere, ex nullo modo,nec ex ulla parte tales nuptias impediri.

XXVIII. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SI libertam quis uxorem habeat,deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus,an soluatur matrimonium apud Vlpianum quærebatur:quia lex Papia inter senatores & libertas stare connubia non patitur.Nos igitur dei sequentes iudicium, non patimur in uno eodemq; connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium,ut quantum uir in altum tollatur, tantũ & cõiunx eius decrescat,imò magis penitus depereat. Absit itaq; à nostro tempore huiusmodi asperitas,& firmum maneat matrimonium:& uxor marito concrescat,& sentiat eius fulgorẽ, stabileq; maneat matrimonium ex huiusmodi superuentu minime deminutum. Simili modo si priuati hominis filia ad liberti ueniat connubium,& postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus:taceat Papiæ legis crudelissima sanctio,& neq; per hunc modum dissoluatur matrimonium inter facti senatoris filiam & libertum, ne soceri prosperitas sine genero inueniatur.melius enim est legis Papiæ seueritatem in utroq; casu compescere,q; eam sequendo hominum matrimonia dispergere,non ex uicio mulieris & mariti,sed ex prospera alterutrius partis fortuna.cũ em̃ ex una radice uicium nascitur:consequens est,ut una lege tollatur.

DE INCESTIS ET INVTILIBVS nuptijs. Tit. V.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Amphigono.*

LIberta eadem̃q; uxor tua si à te inuito discessit:connubium cum alio non habeat,si modo uxorem eam habere uelis.

II. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. A A. *Sebastianæ.*

NEminem,qui sub ditione sit Romani nominis,binas uxores habere posse, uulgo patet:cũ & in edicto prætoris huiusmodi uiri infamia notati sunt.quã rem competens iudex inultam esse non patietur.

III. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Patroclo.*

CVm ancillis non potest esse connubium.nam ex huiusmodi cõtubernio serui nascuntur. ideoq; præcipimus,ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine seruarum ducente confugiant.si enim decurio clam actoribus,& procuratoribus nescientibus, alienæ fuerit seruæ coniunctus:& mulierem in metallum detrudi per sententiam iudicis,& ipsum decurionem in insulam deportari:omnibus bonis eius ciuitati,cuius curialis fuerat,mancipandis,si patria potestate fuerat liberatus,nullosq; habeat liberos uel parẽtes,uel etiã propinquos, qui secundum legum ordinem ad eius successionem uocẽtur. Quòd si actores uel procuratores loci,in quo flagicium admissum est,fuerint cõscij,uel compertum facinus promere noluerint: metallo eos conuenit implicari. Si uero dominus hoc fieri permisit,uel postea cognitum celauit:siquidem in agro id factum est:fundus cum mancipijs & pecoribus, cæterisq; rebus, quæ cultui rustico sustinentur,fisci iuribus uindicetur. Si uero in ciuitate id factum est: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiscari,pœnam augentes,quoniam intra domesticos parietes scelus admissum est,quod noluit mox cognitum publicare.

IIII. *Impp.* VALENT. THEOD. *&* ARC. AAA. *ad Andromachum. R. Pr.*

QVi contra legum præcepta,uel contra mandata constitutionesq; principum nuptias forte contraxerit:nihil ex eodem matrimonio,siue ante nuptias donatum, siue deinceps quoquo modo datũ fuerit,cõsequatur:idq; totum,quod ab alterius liberalitate in alterum processerit,ut indigno indignæue sublatum fisco uindicari sancimus:exceptis tam fœminis, q; uiris,qui aut errore acerrimo non affectato, insimulatoũe,neq; ex uili causa decepti sunt,aut ætatis lubrico lapsi.quos tamen ita demum legis nostræ laqueis eximi placuit,si aut errore cõperto,aut ubi ad legitimos peruenerint annos,cõiunctionẽ huiusmodi sine ulla procrastinatione
lidẽ
diremerint.

V. Idem. AAA. Cinegio.

FRatris uxorem ducendi, uel duabus ſororibus coniungendi penitus licentiam ſubmouemus, nec diſſoluto quoquo modo coniugio.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis inceſti uetiti coniugij ſeſe nuptijs funeſtauerit: proprias, quamdiu uixerit, teneat facultates. ſed neque uxorem, neque filios ex ea editos habere credatur. nihil prorſus prædictis, neque per interpoſitam quidem perſonam, uel donet ſuperſtes, uel mortuus derelinquat. dos ſiqua forte ſolenniter aut data aut promiſſa fuerit: iuxta ius antiquum fiſci noſtri commodis cedat. teſtamento ſuo extraneis nihil relinquat: ſed (ſiue teſtato, ſiue inteſtato) legibus ei iure ſuccedant, ſiqui forte ex iuſto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc eſt, de deſcendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de aſcendentibus autem pater, mater, auus, auia: de latere frater, ſoror, patruus, amita. Teſtandi ſanè ita demum habeat facultatem, ut ijs tantummodo perſonis, pro iuris ac legum, quod uoluerit, arbitrio relinquat, quas ſuccedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, ut ab hæreditate defuncti penitus arceatur, ſi quis ex ijs, quos memorauimus, in contrahendis inceſtis nuptijs conſilium inijſſe monſtrabitur, ſucceſſuro in locum ipſius, qui poſt eum gradu proximus inuenitur. Sanè ea, quæ de uiris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum ſeſe conſortijs commaculauerint, cuſtodiantur. Memoratis uero perſonis non exſtantibus: noſtro fiſco locus pateat. D. VI. Id. Decembr. Conſtantinop. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. COSS.

VII. Impp. VALEN. & MARTIAN. AA. Palladio P. P.

HVmilem uel abiectam fœminam minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata ſit. Vnde licere ſtatuimus ſenatoribus, & quibuſcunque ampliſſimis dignitatibus præditis, ex ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimoniũ ſibi accipere, nullamque inter ingenuas & opulẽtiores ex diuitijs & opulẽtiore fortuna eſſe diſtantiã. Humiles uero, abiectasque perſonas eas tantũmodo mulieres eſſe cenſemus: ancillã, ancillæ filiam, libertam, libertæ filiam, ſcænicam, ſcænicæ filiam, tabernarij uel lenonis, aut aternarij filiam, aut eam, quæ mercimonijs publice præfuit. Ideoque huiuſmodi inhibuiſſe nuptias ſenatoribus harum fœminarum, quas modo enumerauimus, æquũ eſt. D. Prid. Non. April. Conſtantinop. Aëtio & Aſterio COSS.

VIII. Imp. ZENO. A. Epinico P. P.

LIcet quidam Aegyptiorum idcirco mortuorum fratrum ſibi coniuges matrimonio copulauerunt, quòd poſt mortem illorum uirgines manſiſſe dicebantur, arbitrati ſcilicet, quòd certis legum conditoribus placuit, cum corpore non conuenerint, nuptias non re uideri contractas, & huiuſmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata ſint: tamen præſenti lege ſancimus, ſi quæ huiuſmodi nuptiæ contractæ fuerint: eas, earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori ſubiacere: nec ad exemplum Aegyptiorum, de quibus ſupradictum eſt, eas uideri fuiſſe firmatas, uel eſſe firmandas.

IX. Imp. ANASTASIVS. A. Seueriano P. P.

AB inceſtis nuptijs uniuerſi, qui noſtro reguntur imperio, nouerint temperandum. nam re ſcripta quoque omnia, uel pragmaticas formas, aut conſtitutiones impias, quæ quibuſdam perſonis tyrannidis tempore permiſerunt, ſceleſto contubernio nomen matrimonij imponere, ut fratris filiam, uel ſororis, uel eam, quæ cum fratre quondam nuptiali iure habitauerat, uxorem legitimã turpiſſimo cõſortio liceret amplecti, aut alia huiuſmodi committerent: uitibus carere decernimus: ne diſſimulatione culpabili nefanda licentia roboretur.

DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER PVPILLAM & tutorem, ſeu curatorem, filioſque eorum. Tit. VI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Marino.

SEnatuſconſulti authoritatem, quo inter pupillã & tutoris filiũ connubiũ ſaluberrime ſublatum eſt, circumueniri ruſticitatis & imperitiæ uelamentis nõ oportet.

II. Imp. ALEXANDER. A. Byrrho.

MAter pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, uel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur.

III. Idem. A. Rogatiano.

CVm proponas ei, quã matrimonio tuo iunctã ſuggeris, poſt liberos ſuſceptos curatorem

patrem tuum datum,quem contendis,nec te in potestate habuisse:cum recte contractum matrimonium ex postfacto uiciari non potuerit: iustam interpretationē metuere non debes, ne liberi,quos habetis,non ex iusto matrimonio susceptiuideantur. Vt autem omnis scrupulus auferatur:insistere pater tuus debet,necnon & uxor tua,ut alius loco eius detur. habebit enim facultatem repetendæ rationis negociorum gestorum ab eo, qui fuerit substitutus.

IIII. Imp.PHILIPPVS.A.Hignæ.

LIbertinum, qui filio suo naturali, quem in seruitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandemq; patroni sui filiam in matrimonio collocauit: ad sentētiam amplissimi ordinis,qui huiusmodi nuptijs interdicendum putauit,pertinere,dubitari nō oportet.

V. Imp.PHILIPPVS.A.& PHILIPPVS Cæs.Apuleio.

CVratorem adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse,falsō tibi persuasum est.

VI. Impp. VALERIAN.A.& GALLIEN Cæs. Lucio.

SI patris tui pupillam, nōdum reddita tutelæ ratione,uel post redditam nōdum exacto quinto & uicesimo anno,necnon utili anno,uxorem duxisti :nec matrimonium cum ea habuisse,nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse uideri potes.sanè si hoc pater puellæ,cum decederet,postulauit:& nuptiæ rite contractæ,& filius uidetur iure susceptus.

VII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC.Paragonio.

SI tutor uel curator pupillā uel adultam quondā suā sibi uel filio suo nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauerit : manet infamia contra eum, ueluti confessum de tutela:quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit,& dos data per condictionem repeti potest.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS.AA. Erythrio.P.P.

SI quis tutoris uel curatoris nomine usurpato,id est pro tutore seu curatore uel negociorum gestore res pupillæ administrauerit,eāq; sibi uel filio suo copulauerit :tales nuptias stare,& non ad exemplum tutorum infirmari sancimus:nec ex huiusmodi subtili uel maligno tractatu matrimonia,seu proles ex his progenita,uel dos super his data uel promissa,aliquam læsionem uel calumniam patiantur.

SI QVACVNQVE PRAEDITVS POTESTATE, VEL AD eum pertinentes, ad supposita rum iurisdictioni suæ nuptias tentauerit adspirare. Tit. VII.

IX. Imppp. GRAT.VALENTIN.& THEOD.AAA.Theodoro P.P.

SI quis ordinaria uel qualibet prædituspotestate,circa nuptias inuitis ipsis uel parentibus earum contrahendas (siue pupillæ,siue apud patrē uirgines, siue uiduæ erūt,siue sui iuris uiduæ,deniq; cuiuscūq; sortis)occasiōe potestatis utatur, & minacem feruorem suum inuitis ijs,quorū utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur:hunc,licet prohibitas nuptias non peregerit,attamen pro tali conamine multæ librarum auri decem obnoxium statuimus:& cum honore abierit,peractam dignitatem usurpare prohibemus,tali scilicet pœna:ut si circa honorem eum,quo male usus est, uindicandum nostris statutis parére noluerit, eam prouinciam,in qua sibi usurpauerit habitare:per iuge bienniū non sinatur. Illo uidelicet adijciendo,ut & in potestate adhuc constituto liceat personæ,quam huiusmodi ambitu circumuenire tentauerit,confestim contestatione proposita,cum sua suorumq; domo iurisdictionem eius euitare:curaturis hoc uniuscuiusq; ciuitatis defensoribus,& eiusdem iudicis apparitoribus.& quidem si hæc prauitas ordinarij iudicis erit:uniuersa domus eius ratio atq; omnia uel ciuilia uel criminalia negocia,cōdiu idem in administratione fuerit,uicario competant. Sin autem uicarius uel similis potestatis uim in huiusmodi matrimonio cōtrahendo molietur:uiciſſim ordinarius iudex interceſſor exiſtat. Sin autem erunt utriq; suspecti:ad illustrem præfecturam specialiter talium domorum,cōdiu ibidem administrauerint,tuitio pertineat.

SI NVPTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR. Tit. VIII.

I. Impp.HONOR.& THEOD.AA.Theodæ.

QVidā uetusti iuris ordine prætermisso, obreptiōe precum nuptias,quas se intelligūt non mereri, à nobis existimant postulandas,sæpe habere puellæ consensum confin

confingentes. qua propter tale ſponſalium genus præſentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionẽ nuptias precũ ſubreptione meruerit:amiſſionẽ bonorum & pœnã deportatiõis ſubiturũ ſe eſſe nõ ambigat:& amiſſo iure matrimonij,quod prohibita uſur patione meruerit,filios ſe ex hac coniunctione ſuſceptos iuſtos nõ habiturũ,nec unq̃ poſtulatæ indulgentiæ adnotationis ue indulto efficacem ſe ueniæ effectum meruiſſe. Exceptis ijs, qui parentum ſponſionem de nuptijs filiarum implere deſiderant, uel ſponſalia, hoc eſt arrarum data nomine,reddi ſibi præcepto legum cum ſtatuta pœna depoſcunt. D. Kal. Febr. Honorio VIII. & Theodoſio. III. AA. COSS.

II. Imp. ZENO. A. Baſilio P. P.

NEfandiſſimum ſcelus fratris ſororisúe filiæ nuptiarum,quod ſacratiſſimis conſtitutionibus ſub grauiſſimæ pœnæ interminatione damnatum eſt,iterato præſentis diuinæ ſanctionis tenore modis oñibus prohibemus.precandi quoq̃ in poſterum ſuper tali cõiugio (imò potius cõtagio)cũctis licentiã denegamus,ut unuſquiſq̃ cognoſcat impetrationẽ quoq̃ rei,cuius eſt denegata petitio,nec ſi per ſubreptionẽ poſt hanc diem obtinuerit,ſibimet profuturam.

DE SECVNDIS NVPTIIS. Tit. IX.

I. Impp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI qua mulier nequaq̃ luctus religionem priori uiro nuptiarum feſtinatione præſtiterit:ex iure quidem notiſſimo ſit infamis. Præterea ſecundo uiro ultra tertiam partem bonorum in dotem non det: neq̃ ei ex teſtamento plus, q̃ tertiam partem relinquat. omnium præterea hæreditatum,legatorum,fideicommiſſorum,ſuprema uoluntate relictorum, mortis cauſa donationum ſit expers. hæc nanq̃ oñia ab hæredibus,uel cohæredibus,aut ab inteſtato ſuccedentibus uindicari iubemus: ne in his,in quibus correctionem morũ induximus,fiſci uideamur habere rationem. His etiam amittendis,quæ prior maritus ei ſuprema uoluntate reliquerit:quanq̃ hæc,quæ mulieri à priore uiro relinquuntur,& per immaturum matrimonium uacuata eſſe cœperunt: primo à decem perſonis edicto prætoris enumeratis,id eſt aſcendentibus & deſcendentibus, ex latere autem uſq̃ ad ſecundum gradum (ſcilicet gradibus ſeruatis) deinde præſumi à fiſco iubemus.

Eandem quoq̃ mulierem infamem redditam,hæreditatis ab inteſtato,uel legitimas,uel honorarias,non ultra tertium gradum, ſinimus uindicare.

II. Idem. AAA. Eutropio P. P.

SI qua ex fœminis perdito marito,intra anni ſpacium alteri feſtinauerit nubere(paruum em̃ temporis poſt decem menſes ſeruandum adijcimus,tam etſi idipſum exiguum putemus) probroſis inuſta notis honeſtioris nobiliſq̃ perſonæ decore & iure priuetur. itaq̃ omnia, quæ de prioris mariti bonis, uel iure ſponſalium,uel iudicio defuncti coniugis conſecuta fuerat, amittat. D. III. Kal. Iun. Conſtantinop. Eucherio & Syagrio COSS.

III. Idem. AAA. Floro P. P.

FOeminæ,quæ ſuſceptis priore matrimonio filijs,ad ſecundas poſt tempus luctui ſtatutum, tranſierint nuptias:quidquid ex facultatibus priorum maritorum ſponſalium iure, quidquid etiam nuptiarum ſolennitate perceperint,aut quidquid mortis cauſa donationibus fatalitatis præmio ex bonis(ut dictum eſt)priorum maritorum fuerint adſecutæ:id totum ita,ut perceperint,integrum ad filios,quos ex præcedente coniugio habuerint,tranſmittant: uel ad quemlibet ex filijs(dummodo ex his tantum ſit, quos tali ſucceſſione digniſſimos iudicamus) in quem contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ iudicium mater crediderit dirigendum.

Nec quidq̃ eædem fœminæ ex ijſdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam perſonam,uel ſucceſſionem ex alterius matrimonij coniunctione ſuſceptam,præſumant: atq̃ habeant poteſtatem poſſidendi tantum ac fruendi in diem uitæ,non etiam alienandi facultate conceſſa. Nam ſi quid ex ijſdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea tranſlatum: ex maternis redintegrabitur facultatibus:quo illibata ad hos,quos ſtatuimus,liberos bona & incorrupta perueniant. Illud etiam addimus legi,ut ſi aliquis ex eiſdem filijs, quos ex priore matrimonio ſuſceptos eſſe conſtabit, forte deceſſerit, matre iam ſecundis nuptijs funeſtata, alijs etiam ex eodem matrimonio progenitis: liberis ſuperſtitibus id, quod per eandem ſucceſſionem ab inteſtato, uel ex teſtamento ſuæ poſteritatis mater uidebitur conſecuta, in diem uitæ pro ſibi debita portione ſola,tantum poſſeſſione delata,omne ijs,qui ſupererunt,

ex pri-

ex priore ſuſceptis matrimonio filijs relinquat: nec ſuper iſtiuſmodi facultatibus teſtandi in quamlibet extraneam perſonam, uel quidcũ alienandi habeat poteſtatem. Quòd ſi nullam ex priore matrimonio habuerit ſucceſſionẽ, uel natus natiũe deceſſerint: omne, quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure obtineat, atq; ex ijs nãciſcẽdi dominij & teſtãdi, circa quẽ uoluerit, liberã habeat facultatẽ. D. VI. Kal. Iun. Cõſtãtinop. Antonio & Syagrio Coss.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Marino P.P.

CVm alijs ſanctionibus iuſſerimus materna bona integra ad liberos peruenire: quod tamen mulier mariti largitate percepit, id ex eo tantũ liberi coniugio procreati, ſibi ſpeciale tancũ paternũ nouerint patrimoniũ uindicãdũ. Itaq; ſi habẽs filios ad ſecũdas nuptias fortaſſe tranſierit: ſponſaliciam largitatem, quam uir ſecundus contulit in uxorem, tantummodo filij, qui ex ſecundo matrimonio ſuſcepti ſunt, pro ſoliditate poſſideant: nec profit liberis ex priore ſuſceptis matrimonio, quòd mulier ad tertia minime uota migrauerit. Quòd ſi poſterior uir ſine liberis ex eodem matrimonio ſuſceptis deceſſerit: quidquid ab eo ex ſponſalium largitate uxor fuerit cõſecuta: id ſibi, iuriq; ſuo ſciat eſſe collatũ, etiam ſi ex priore matrimonio donator filios reliquiſſe doceatur. Ad maternas ſanè uenens, uel ex hoc, uel ex quolibet alio titulo facultates omnis poſteritas, ex quocunq; ſuſcepta uiro, pro debita ſibi portione, ut à matre, uel ſpontanea largitate, uel per teſtamentum eius fuerit collata, poſſideat. Nos enim hac lege id præcipue cuſtodiendum eſſe decreuimus, ut ex quocunq; coniugio ſuſcepti filij patrum ſuorum ſponſalicias retineant facultates.

V. Impp. THEODOSIVS & VALENTIN. AA. Florentio P.P.

GEneraliter cenſemus, quocunq; caſu conſtitutiones ante hanc legem mulierem liberis cõmunibus morte mariti matrimonio diſſoluto, quæ de bonis mariti ad eã deuoluta ſunt, ſeruare ſanxerunt: ijſdem caſibus maritum quoq;, quæ de bonis mulieris ad eũ deuoluta ſunt, morte mulieris matrimonio diſſoluto, cõmunibus liberis ſeruare. nec intereſt, ſi alter pro marito donationem ante nuptias, uel pro muliere dotem crediderit offerẽdam. hoc obſeruari præcipimus, licet res ante nuptias donatæ (ut adſolet fieri) in dotem à muliere redigantur. Dominium autem rerum, quæ liberis per huius legis, uel præteritarum conſtitutionũ authoritatem ſeruantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaq; defuncto eo, qui eas liberis ſeruabat, exſtantes ab omni poſſeſſore liberi uindicabunt, conſumptas ab hæredibus eius exigent, qui eas ſeruare debuerat. alienãdi ſanè uel obligandi ſuo nomine eas res, quæ liberis ſeruari præceptæ ſunt, eis, qui reſeruaturi ſunt, adempta licentia eſt. Negocia uero liberorũ patri utiliter adminiſtrare cõcedimus. diuidendi quoq; res inter eos liberos ipſis parentibus pro ſuo arbitrio, uel eligendi, quem uoluerint, licentiam non denegamus. In his autem caſibus, in quibus res, ut paternas, mater liberis communibus ſeruare præcepta eſt, hoc eſt, ubi morte mariti matrimonio diſſoluto, mulier ad alias nuptias peruenerit: uel ubi res, ut maternas, patrem communibus liberis ſeruare cenſuimus, hoc eſt, ubi morte mulieris matrimonio diſſoluto, uir ad alias nuptias uenerit: ſi hæreditatem eius parentis, qui prior mortuus eſt, non adierint liberi: licebit eis, tancũ eius tantum res fuerint, qui poſterior moritur, eas ſibimet uindicare: ſcilicet, ſi eius, qui poſterior moritur, hæreditatem crediderint adeundam: ne quod fauore liberorum inductum eſt, quibuſdam caſibus ad læſionem eorum uideatur inuentum. Illud etiam humanis ſenſibus huic legi credidimus inſerendum, ut eo quoq; caſu, quo lucratur uel mulier res, quæ ad eam à marito perueniunt, uel maritus eas, quæ ex bonis mulieris ad eum tranſeunt, hoc eſt, ubi primum matrimonium alterius morte diſſoluitur, nec ſuperſtes ad ſecundas nuptias peruenit: ſi res uel maritus uel uxor, hoc eſt, qui ſuperſtes eſt, non conſumpſerit, uel alienauerit (quod eis ad ſecundas nuptias non uenientibus, quaſi rerum dominis, conceſſum eſſe, non dubium eſt) liberis liceat res à patre profectas, ut paternas: à matre, ut maternas accipere.

VI. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Erythrio. P.P.

HAc edictali lege in perpetuum ualitura ſancimus, ſi ex priore matrimonio procreatis liberis, pater uel mater ad ſecunda, uel tertia, aut ulterius repetiti matrimonij uota migrauerit: non ſit ei licitum nouercæ uel uitrico, teſtamento, uel ſine ſcriptura, ſeu codicillis, hæreditatis iure, ſiue legati, ſiue fideicommiſſi titulo plus relinquere: nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, ſeu mortis cauſa habita donatione conferre, nec inter uiuos conſcribendis donationibus (quæ etſi conſtante matrimonio ciuili iure interdictæ ſunt, morte tamẽ donatoris ex certis cauſis cõfirmari ſolent) cũ filio uel filiæ, ſi unus uel una exſtiterit. Quòd ſi plures liberi fuerint: ſingulis æquas partes habentibus, minime plus, cũ ad unumquemq; eorum peruenerit, liceat ad eorum uitricum uel nouercam tranſferri. Sin uero non æquis portionibus ad eoſdem liberos

beros memorati transierint facultates: tunc quoq; non liceat plus eorum nouercæ uel uitrico testamento relinquere, uel donare, seu dotis, uel ante nuptias donationis titulo conferre, quàm filius, uel filia habet, cui minor portio ultima uoluntate derelicta, uel data fuerit, aut donata: ita tamen, ut quarta pars, quæ ijsdē liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur: nisi ex ijs causis, quæ de inofficioso excludunt querelā. Quam obseruationem in personis etiā aui uel auiæ, proaui & proauiæ, nepotum uel neptium, item pronepotum & proneptium, siue in potestate, siue emancipati emancipatæue sint, ex paterna uel materna linea uenientibus, custodiri censemus. Si uero plus, quàm statutū est, aliquid nouercæ uel uitrico relictum, uel donatū fuerit: id, quod plus relictum uel donatum aut datum fuerit: tanq; nō scriptum, neq; derelictum, uel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus: omni circūscriptione, si qua per interpositam personā, uel alio quocūq; modo fuerit excogitata, cessante.

His illud adiungimus, ut mulier in his causis, in quibus ante nuptias donationes, cæteras etiam res à marito ad se deuolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus, ut paternas, seruare cōpellitur, hoc est ubi morte mariti matrimonio dissoluto, ad alias nuptias uenerit: immobilium rerum & mancipiorum, annonarum quoq; ciuilium usufructu duntaxat uitæ suæ temporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium uero rerum, iustis precijs æstimatione habita per eos, quos utraq; pars elegerit arbitros iudicaturos interposito sacramento, simili modo usumfructum habeat, si idoneam fideiussionem præbuerit, quòd easdē res mobiles, uel earum preciū filijs & filiabus, ex eodem matrimonio procreatis, uel post mortē eorū nepotibus & neptibus ex eisdē liberis procreatis: siue oīnibus, uel uno unaue supstite, mori contigerit: secundum modum legum restituat. uel certe si fideiussiones idoneas præstare distulerit, aut nequiuerit: prædictæ res mobiles nondum matri à liberis traditæ, apud eosdem manebunt. solutæ uero eidem matri, uel ab ea detentæ, restituentur liberis: si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caueri debent, quòd eidem superstiti pro usufructu earundē rerum mobilium uel precio, quo taxatæ sunt, usurarum nomine centesimæ partem tertiam annuis quibusq; temporibus præstare non differant: ita, ut in eadem fideiussione hoc quoq; cauea tur, quòd à filijs filiabusq;, uel ex his progenitis liberis (si ante eandē matrem oīnes eos obire cō tigerit) omnes res mobiles prædictæ secundum legum moderationem matri, ut ad eandē luctuosum lucrum redeat, restituentur. Erit itaq; licitum utrilibet parti, quæ fideiussionem præbuerit, si sibi cōmodum esse perspexerit, his rebus mobilibus utifrui, easdemq; dare mutuo, uel obligare, uel uendere, ut ex his maxime liberi adquirentes possint materno affectui, sine suo in cōmodo, deseruire. Sin autem utraq; pars prædictam fideiussionem dissimulauerit, aut forte offerre nequiuerit: eædem res apud mulierem usq; in diem uitæ suæ manebunt. Oīnibus uidelicet ijsdem maritalibus facultatibus, his etiā, quas habet habituraue est, tanq; si iure pignoris, uel hypothecæ suppositæ sint, super eadem ante nuptias donatione, uel rebus alijs ad eam ex mariti substantia deuolutis, ex eo die, quo eædem res ad eā peruenerunt, liberis obligatis: ut si quis post traditas matri, uel detentas ab ea res (si ita contingat) cōtractum aliquem cum eadem muliere inierit, quæ se repetitis nuptijs copulauerit: in uindicandis ijsdem suppositis rebus posteriores habeantur: liberis, qui ex eodem matrimonio procreati sunt, & nepotibus neptibusq;, qui ex ijsdem liberis geniti sunt, sine dubio præponendis. Sin uero liberorum suorum affectione seruata, pater materue ad alias nuptias migrare noluerit: neq; uir ijs, quæ de bonis uxoris ad se transeunt: neq; mulier rebus, quæ ex substantia mariti ad se peruenerūt, pro suo arbitrio uti, uel eas uendere, aut quocunq; iure uel modo alienare, uel pignoris iure seu hypothecæ (si uoluerint) obligare, utpote domini earum, prohibebuntur. exstantes autem prædictas res: si nō fuerint alienatæ, siue consumptæ, uel suppositæ: licebit liberis uindicare, etiam non adeuntibus hæreditatem parentum. D. II. Kal. Mart. Martiano & Zenone COSS.

VII. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P.P.

IN quibus casibus pater dotē, mater ante nuptias donationem, uel alias res ad se ex altera parte deuolutas, filijs utriusq; sexus seruare p̄cepti sunt: si quē ex filijs uel filiabus ante patris uel matris obitū mori cōtigerit (siue ante secundas nuptias, siue postea) filio uel filia, uel nepote aut nepte, uel pluribus, uel patre suo adhuc uiuo, uel matre supstite, derelictis: portionē, quæ defuncto filio uel filiæ debebatur, uel lucrum ex ea, nō ad fratres uel sorores mortui, sed ad filios eius, uel filias uel nepotes utriusq; sexus, aut pronepotes, auis uel proauis superstitibus, peruenire decernimus: eligēdi uidelicet, quos uoluerint, ex liberis superstitibus, nō adempta licentia. D. Kal. Mart. Ello. V.C. COS.

VIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

SI quis prioris matrimonij filiorum ante secundas nuptias patris uel matris mortuus fuerit, filijs à se uel nepotibus relictis: partem eius non ad fratres, uel si nullus alius frater uel soror sit, ad patrem eius peruenire, sed ad filios, uel nepotes, uel pronepotes eiusdē mortuæ personæ, sancimus: ut siue unus, siue plures sint, eam tantūmodo partem uindicare possint, quæ mortuo cōpetijt. Illud etiam certa sanctione definire censemus, ut si quis, uel si qua ex ālio matrimonio filijs procreatis, minime ad secundas nuptias uenerit: eodem modo liceat quidem genitori res ex priore cōiugio sibi adquisitas, quo modo uoluerit, alienare uel administrare. si quæ uero earum minime sint alienatæ: possint liberi, etiam non adeuntes paternam uel maternā hæreditatem, eas uindicare. Cæterum sancimus, quòd etiam illa de cætero uidebitur earundem fuisse rerū alienatio, quæ in testamēto genitoris, uel specialiter relinquēdo, uel generaliter hæredē instituendo, facta sit. Talē uero licentiam filijs, ut etiam non adeuntes paternam uel maternā hæreditatem, lucra uindicarent, quæ parens eorum ex matrimonio, quod secundo thoro minime mutauit, sibi adquisita non alienauit: nullo modo eis concedimus, si paternam uel maternam hæreditatem ab intestato ex parte (si forte alij etiā ex anteriore matrimonio morienti pareti filij sint) sibi adquisierint. In illo etiam ueterem sanctionem adimplentes, præcipimus exemplo matris, cuius res post secūdas nuptias filijs ex priore matrimonio natis suppositæ sunt, ad conseruanda eis lucra, quæ ex priore matrimonio ad eam peruenerunt: patris quoq; bona, quæ habet habiturusq; est, filijs ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea cō seruanda, quæ ex eorum matre lucratus est, suppositā esse. Illius etiam patris, qui in sua potestate talem liberum uel liberos habens, maternam eis substantiam, uel ex materna linea ad eos deuolutā, seruare compellitur: bona ijsdem liberis suppositā esse, ad conseruandas eisdem maternas res, decernimus. Ita tamen, ut occasione talium hypothecarum, neq; patris, neq; matris administrationem filij ualeant perscrutari, uel aliquam eis mouere super hoc quæstionem: cum perspicui sit iuris, etiamsi alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra, uel maternas res sunt, ius hypothecæ integrum ijsdem manere filijs. D. III. Id. Decembr. D N. Iustiniano A. II. COS.

IX. *Idem. A. Mennæ P.P.*

QVoniam præteritæ leges omnia, quæ liberis ex priore matrimonio procreatis, mulier quidem secundo marito, uir autē secundæ uxori dotis uel ante nuptias donationis nomine, uel alio quocunq; modo dederit uel reliquerit, his ampliora, quæ uni filio uel filiæ ex anteriore matrimonio progenitis danda uel relinquenda sunt, reuocata ad solos filios uel filias ex anteriore matrimonio natos peruenire cōstituerunt, nullamq; in hac parte filiorum ex secundo matrimonio natorum mentio facta est: hoc quoq; corrigentes, omnia, quæ memorato modo reuocant, non solum ad filios prioris matrimonij, sed etiam ad eos, qui ex secundis nuptijs nati fuerint, pertinere, & in capita inter oēs diuidēda sancimus. Ad hæc lucra, quæ marito uel uxori ex dote uel ante nuptias donatione occasione repudij accedunt, indistincte post secundas eorū nuptias liberis ex priore cōiugio procreatis, ad similitudinē matrimonij morte dissoluti, seruari, nec de cætero repudij causam requiri, uel aliam in ea re exquisitionē fieri. D. Idib. April. Cōstantinop. Decio V.C. COS.

X. *Idem. A. Demostheni P.P.*

CVm apertissime legibus caueatur, ingratos liberos à maiorum suorum hæreditate meritò esse repellendos, si hoc idem in suis elogijs conscripserint, & reuera fuerit reuelatum: reclamare uidet huiusmodi sanctiōi diualis cōstitutio Leonis inclytæ recordationis, quā super filijs ex priore matrimonio procreatis conscripsit. nam cum necessitas est patri uel matri, qui ad secunda uota migrauerit, tantū præstare per quācunq; causam suo marito uel nouercæ, quantum filio uel filiæ ex anterioribus nuptijs progenitis, qui partem minimam habiturus est, reliquerit: maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. liberi etenim sciētes, quòd omnimodo aliquid sibi à genitoribus suis, & nolētibus relinquendum est, & quantum secundus maritus, uel nouerca acceperit: cum omni licentia & lasciuia suos genitores iniurijs adficiebant. Quapropter sancimus, ingratos reuera liberos, neq; hoc beneficium, quod diualis constitutio Leonis augustæ memoriæ eis præstitit, in posterum posse sibi uindicare, sed quasi ingratos ab omni huiusmodi lucro repelli. Quam obseruationem in personis etiam, aui uel auiæ, proaui & proauiæ, nepotum uel neptium, item pronepotum uel proneptiū, siue in potestate, siue emancipati emancipatæue sint, ex materna uel paterna linea uenientibus, custodiri censemus. Sed quēadmodū genitoribus, puidimus, ita & innocuā posteritatē adfici nullis iurijs patimur: ut nō genitores, qui se secundis nuptijs deuouerint, irrationabile odium ad prio
res; libe-

res liberos forsitan habentes, sine iusta ratione eos ingratos uocare concedantur. eos etenim liberos huiusmodi beneficio defrudari uolumus, qui re ipsa ingrati circa suã antiquitatẽ ab hæredibus genitorum liquidis & indubitatis probationibus cõuicti fuerint, ex huiusmodi casibus, qui antea priscis legibus enumerati sunt. D. XV. Kal. Octobr. Chalcedone, & Decio. V. C. COS.

SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER, CVI MARITVS usumfructum reliquit. Tit. X.

I. *Impp.* VALENTIN. THEOD. *&* ARCAD. AAA. *ad Tatianum* P.P.

Si usumfructum maritus rerum suarum decedens uxori reliquerit, eaq; in secundas nuptias consortium q; conuenerit: usumfructum, quem ex priore marito cõsecuta fuerit, amittat: atq; eum filijs ex eo die, quo nupserit, mature restituat. Quòd si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat eos tutoris auxilium, ac per huiusmodi occasionem mater, quæ relicta fuerant, usurpauerit: omnia cum legitime repetuntur, cum competentibus fructibus, ad liquidum deducta ratione, restituat. Et hæc de usufructu, quem uir extrema constituens uoluntate de rebus propriis uxori reliquerit. de usufructu uero rerum ante nuptias donatarum, ea seruari, quæ anteriores constitutiones decreuerunt, sancimus. D. Idib. Mart. Arcadio. A. II. & Rufino. COSS.

DE DOTIS PROMISSIONE ET NVDA POLlicitatione. Tit. XI.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Claudiæ.*

Frustra existimas actionẽ tibi competere, quasi promissa dos tibi, nec præstita sit: cũ neq; species ulla, neq; quãtitas promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quòd ea, quæ nubebat, dotem dare promiserit. PP. Kal. Augusti. Põpeiano & Peligno COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Herodoto* P.P.

Si dote promissa socer tuus usuras dare spopondit: id, quod deberi ostenderis, competens iudex dissolui tibi præcipiet. PP. XII. Kal. Septembr. Pio & Pontiano COSS.

III. *Idem.* A. *Claudio* P.P.

Si cum ea, quæ tibi matrimonio copulata est, nuberet, is, cuius meministi, dotem tibi non adita quantitate, sed quodcunq; arbitratus fuisset, pro ea daturum se repromisit, & interpositæ stipulationis fidem non exhibet: competentibus actionibus usus, ad promissi emolumentũ iure iudiciorum peruenies. uidetur enim boni uiri arbitrium stipulationi insertum esse. PP. Kal. Ianuar. Sabino & Venusto COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Rufo.*

Si uoluntate dotãtis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti, & suscepisti: intelligis, de his, quæ desunt, petendis, pactum esse cõsecutum. S. Non. April. AA. COSS.

V. *Iidem.* AA. *&* CC. *Dasumianæ.*

Si pater marito tuo stipulanti promiserit dotem: non tibi, sed marito contra successores soceri competit actio. D. VIII. Kal. Decembr. AA. COSS.

VI. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *Hierio* P.P.

Ad exactionem dotis, quam semel præstari placuit, qualiacũq; sufficere uerba censemus: siue scripta fuerint, sine non, etiam si stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. D. Kal. Mart. Felice & Tauro COSS.

VII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

Si pater dotem pro filia simpliciter dederit, uel filio ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius, uel in potestate constitutus, uel forte emãcipatus, res maternas uel ex alio modo tales, quæ adquisitionem effugiunt, quarum usufructus solus apud patrẽ remanet, uel quocunq; modo poterat quasdam actiones contra patrẽ habere: dubitabatur apud ueteres, utrum' ne uideretur pater ex ipso debito, dotis uel ante nuptias donationis fecisse promissionem uel donationem, ut sese ab huiusmodi nexu liberaret: an debitum quidem remaneret in sua natura, liberalitas autem paterna dotem uel ante nuptias donationẽ dare suggessisset. Et in tali dubitatiõe multa pars legislatorũ sese diuisit, alio etiam incremento huiusmodi quæstioni addito, si forte

dixerit in instrumento dotali, ex rebus paternis & maternis dotem uel ante nuptias donationē dare: utrum pro dimidia parte uideatur datio uel promissio facta esse, an pro rata portione utriusq; substantiæ. Vtranq; igitur dubitationem certo fini tradentes sancimus, siquidem nihil addendum existimauerit, sed simpliciter dotem uel ante nuptias donationem dederit, uel promiserit: ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi, debito in sua figura remanente. Neq; enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotem uel ante nuptias donationē pro sua dare progenie. liberalitas itaq; talis maneat uera & irreuocabilis, ut puro nomine & liberalitas & debitum suam sequatur fortunam. Vbi autem ex rebus tam suis, q̄ maternis, uel alijs, quæ non adquiruntur, uel ex suis debitis dixerit fecisse huiusmodi liberalitates: tunc siquidem inopia penitus tentus est: ex illis uideri rebus dotem uel ante nuptias donationē esse datam, quæ ad filios uel filias pertinent. Si uero & ipse substantiam idoneam possidet: & in hoc quasi de suo patrimonio dotem uel ante nuptias donationem dedisse intelligatur. poterat enim secundum suas uires dotem pro filia, uel ante nuptias donationem pro filio dare, & consentire filijs suis, quando uoluerint partem uel forte totam suam substantiam, quam habent, paternæ liberalitati pro dote & ante nuptias donatione aggregare: ut reuera appareat, quid ipse uelit dare, & quid de substantia filiorū proficiscatur: ne dum effuso sermone sese iactet, in promptum incidat sui periculum. D. Kal. Nouembr. Lampadio & Oresta COSS.

DE IVRE DOTIVM. Tit. XII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Niæphoro.*

*Hæc in uetust. codic. non habentur.

EVicta re, quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio uel promissio fuerit interposita: gener contra socerum, uel mulierem, seu hæredes eorum condictione, uel exstipulatione agere potest. Sin autem nulla pollicitatio uel promissio intercesserit: post euictionem eius, siquidem res æstimata fuerit, ex empto competitur actio. *(Sin uero hoc non est factum: siquidem bona fide eadem res in dotem data est: nulla marito competit actio.) dolo autem dantis interposito, de dolo actio aduersus eum locū habebit: nisi à muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa actio aduersus eam detur, in factum actio competit. PP. Dat. Kal. August. Mutiano & Fabiano COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Alluuiadi.*

SI stipulatio de restituenda portione dotis datæ subiecta est, conditioq; eius exstitit: habet ea actionem is, in cuius personam utiliter concepta commissaq; est. Secundum quod si Pola soror tua de restituenda sibi parte dotis habet actionem, eo, quòd mater uestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: metuere nō debet doli exceptionem, quòd matri suæ, quæ pactum interposuit, hæres ex minore, q̄ dimidia portione, exstitit: nisi liquidò probatum fuerit, matrem eius mutasse dotis pacti uolūtatem, cōtentamq; esse uoluisse filiam suam pro portione hæreditatis prælegationibus, maritumq; suū exactione liberari uoluisse. PP. Dat. III. Kal. Aug. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Euphemio.*

ET si dotis exactio, defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrē peruenire: dotalibus tamen seruis maritus testamento directam & fideicommissam libertatem iure dedit, & præstitā reuocare non debuit: cum & inter uiuos manumittendi mancipia dotalia, constante matrimonio, liberā habeat maritus facultatē. PP. VI. Id. Decemb. Antonino & Alexādro COSS.

IIII. *Idem.* A. *Valenti.*

NVlla lege prohibitum est, uniuersa bona in dotē marito fœminam dare. PP. IIII. Id. Iul. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. *Idem.* A. *Statiæ.*

QVoties res æstimatæ in dotem dantur: maritus dominium consecutus, summæ uelut precij debitor efficitur. Si itaq; non conuenit, ut soluto matrimonio restituerentur, & iure æstimatæ sunt: retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. D. III. Id. April. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

VI. *Imp.* MAXIMINVS. A. *Sulpitio.*

AVia tua eorum, quæ pro filia tua in dotem dedit, etiam si uerborum obligatio non intercessit, actionem ex fide cōuentionis ad te (si hæres exstitisti) transmittere potuit. nec enim eadem causa est patris & matris paciscentium: quippe matris pactum actionem præscriptis uerbis constituit, patris dotis actionem profecticiæ nomine competentem conuentione simplici mini-

minime creditur innouare. D.III.Id.Febr. Maximino .A.& Africano COSS.

VII. Imp. GORDIANVS.A.Marco.

CVm à socero tuo pro uxore dos tibi daretur,si ea in stipulationem deducta nõ est sub tempore dationis,sed postea:socer tuus tecum paciscendo,si id non ex uoluntate filiæ suæ secit,conditionem eius lædere non potuit. quandoq; enim sola de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de iure defenditur. PP. Dat. Kal. Octobribus. Pio & Pontiano COSS.

VIII. Idem.A. Agrippinæ.

ETiam si non dotem reddi sibi mater,sed ea,quæ in dotem data sunt, ut eam sequerentur, uel ad se pertinerent,in matrimonio defuncta filia,stipulata sit:durante matrimonio filia decedente,actionem ex stipulatu uideri quæsitam, æquissimum esse iudicamus. cui consequẽs est,ut etiam id,quod additamenti causa in dotem datum est,eadem actione repetatur,PP.Kal. Febr.Sabino & Venusto COSS.

IX. Imp.DECIVS.A. & Cæs. Vrbianæ.

DOtis tuæ potiorem causam magis esse conuenit,cẽq; reipublicæ, cui idem maritus obnoxius factus est.PP.VI.Id.Iun.Decio.A.& Grato COSS.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.Ingenuo.

CVm dotem te æstimatam accepisse profitearis:apparet iure communi per pactum, quod doti insertum est,formato contractu ex empto actionem esse. quis enim dubitet, æstimationem à te mulieri deberi:cum periculo tuo res deteriores fiant, uel augmenta lucro tuo recipiantur.PP.XII.Kal.Maij.Maximo.II.& Aquilino COSS.

XI. Iidem AA. & CC. Seueræ.

DEhis,quæ in dotem data ac direpta commemoras,mariti tui esse actionem,nulla est dubitatio.D.X.Kal.Maij.Heracliæ.AA.COSS.

XII. Iidem.AA.& CC.Rufinæ.

EXpecunia dotali fundus à marito tuo comparatus,non tibi quæritur: cum neq; maritus uxori actionem empti possit adquirere,& dotis tantum actio tibi competat. Vnde aditus præses prouinciæ,si non te transegisse repererit,sed ex maiore parte dotem cosecutam:residuum restitui prouidebit.D.VIII.Kal.Maij.Heracliæ.AA.COSS.

XIII. Iidem. AA. & CC. Catulæ.

SIà matre uestra superstite aliquid ad uos pertinens,in dotem scienti uitrico uestro datũ est: Sintelligis,nullam firmitatem iuris donationem habere,si neq; pollicitatio,neq; stipulatio interceſſit.D.prid.Kal.Maij.Heracliæ.AA.COSS.

XIIII. Iidem. AA.& CC. Basilissæ.

MAter pro filia dotem dare non cogitur,nisi ex magna & probabili uel lege specialiter expressa causa:pater etiam de bonis uxoris suæ inuitæ nullam dandi habet facultatem.D. Non.Nouemb.Philippopol.AA.COSS.

XV. Iidem. AA. & CC. Vlpiano.

CVm citra fidem etiam instrumentorũ datam dotẽ aliunde probanti, post diuortiũ quondã uxoris tuæ secundũ bonam fidẽ restitui debere cõstet:amissis etiã instrumentis,sine dubio cætera probationũ indicia iure ꝓdita,nõ habent irrita.D.VIII.Kal.Aug.Sirmij.AA.COSS.

XVI. Iidem.AA. & CC. Aemylio.

ANte diuisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens,pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. D.Non.Iul.Sirmij.CC.COSS.

XVII. Iidem.AA.& CC. Sabino.

REs, quas usufructu sibi deducto, socrus in dotem dedit, uenundando auferre tibi non potest.D.Nonis Iul.Sirmij.CC.COSS.

XVIII. Iidem. AA. Menestrato.

SIsocrus tua fundum deducto usufructu uxori tuæ donauit, tibiq; in dotem uxor quidem proprietatem,socrus autem usumfructum dedit:uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta,fundum apud te remansisse secundum placiti inter uos fidem,non ambigitur. Nam si acceptura certum quid annuum,filiæ suæ usumfructum locauit: mortua conductrice, usus fructus exstingui minime potuit.Dat.XIIII.Kal.Ianuar.Sirmij.CC.COSS.

XIX. Iidem.AA.& CC. Achilli.

CVm patrem pro filia dotem tibi dantem,si post mortem suam in matrimonio constituta rebus humanis eadẽ eximat,partẽ dimidiã dotis Amniæ reddi,pactũ ꝓponas:post uero te

ſtamento facto,cum alijs Amniam hæredem ſcripſiſſe,nec Amniam quidq̃ ex ſtipulatione petere uelle ſanxiſſe:ſiquidem hãc ſibi reddi ſecundum fidem pacti ſtipulatam Amniam nõ probetur:ex alieno pacto nõ prorſus ei ulla competit actio. Si uero ex uerborum conceptione ſibi Amnia quæſiuit obligationem,ac tibi teſtatorem proſpexiſſe probetur:contra eam ex ſtipulatu poſt euentum conditionis petentem,quatẽnus accepit ex defuncti uoluntate, quæ fuit ſtipulata,exceptione(ſalua falcidia)uti potes. D.XIII.Kal.Febr. Sirmij.CC. COSS.

XX. Iidem.AA.& CC. Tyberio.

PRo oneribus matrimonij mariti lucro fructus totius dotis eſſe, quos ipſe cepit: uel ſi uxori capere donationis cauſa permiſit,eum in quantum locupletior facta eſt,poſſe agere:manifeſtiſſimi iuris eſt. D.V.Kal.Maij.Sirmij.CC.COSS.

XXI. Iidem. AA.& CC.ad Geminium.

SI inter uirum & uxorem pactũ ſit interpoſitum,ut ſi matrimonium intra quinquennij forte tempora quoquo modo eſſet diſſolutum,ſpecies æſtimatæ doti datæ precijs,quibus æſtimatæ ſunt, redderentur:manifeſtum eſt,non precia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui: cum in placitis ſpecierum reddendarum idcirco preciorum nomen uideatur adnexum,ne ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet,aut perdita,alio precio,q̃ quo taxata fuerat,repoſceretur. D. Non.Auguſt.Agrippinæ.CC. COSS.

XXII. Iidem.AA.& CC.Lybianæ.

REm,quam pater in dotem genero pro filia dedit,nec recepit,alienare nõ poteſt. D.V.Kal. Decembr.ijſdem CC.COSS.

XXIII. Iidem.AA.& CC.Diogeni.

SI prædium uxor tua dotale uenundedit:ſponte,nec ne,contractum habuerit,nihil intereſt: cum rei tibi quæſitæ dominium auferre nolenti minime potuerit. D.V.Kal. Octobr. Viminatij.CC.COSS.

XXIIII. Iidem AA.& CC. Aurelio & Lyſimacho.

SI dotem marito libertæ ueſtræ dediſtis,nec eam reddi ſoluto matrimonio in cõtinẽti uobis pacto uel ſtipulatione proſpexiſtis : hanc culpa uxoris diſſoluto matrimonio penes maritum remanſiſſe conſtitit,licet eam ingratam circa uos fuiſſe oſtenderitis. D.VI.Kal.Nouembr. Antiochiæ.CC.COSS.

XXV. Iidem.AA.& CC.Eutychiano.

SI mulier dotem â uiro dari ſtipuletur,ut de ea teſtari poſſit:cum ordinationis teſtamenti cogitatio mortis antecedens tempus ſignificat:nec conditionẽ,ſed cauſam continet. Interſtata quoq̃ muliere defuncta, ſtipulationem committi proficiet. D.III.Id.Nouembr. Antiochiæ. CC.COSS.

XXVI. Iidem AA.& CC.Demoſtheni.

SI genero dotem dando pro filia,pater communis eam reddi tibi extraneo conſtituto, ſtipulatus eſt:nec ſibi ceſſante uoluntate,nec tibi prohibente iure, quærere potuit actionem. D. VI.Kal.Ianuar.Ipſis CC.& COSS.

XXVII. Iidem.AA.& CC. Pompeiano.

LIcet dos iure penes maritum remanſerit:pro rebus tamen hæreditarijs ſucceſſores,nõ maritus quondã,ſolennibus penſitationibus parére debent.S.VI.Kal.Ianuar.Sirmij.CC.COSS.

XXVIII. Imp.ZENO.A.Aeliano P.P.

MVlier in minore ætate conſtituta,dotem marito,conſentiente generali uel ſpeciali curatore, recte dare & exigere poteſt:licet ipſe tempore creationis fideiuſſorem in minoré, q̃ dos eſt,quantitatem dicitur præſtitiſſe. Hoc idem obſeruatur,& ſi minor ante nuptias donationem,conſentiente(ut dictum eſt)curatore, fecerit. D. Kal. Ianuar. Baſilio. II. & Armatio COSS.

XXIX. Imp. IVSTINIANVS.A.Mennæ P.P.

VBi adhuc matrimonio conſtituto maritus ad inopiam ſit deductus,& mulier ſibi proſpicere uelit,reſq̃ ſibi ſuppoſitas pro dote & ante nuptias donatione rebusq̃ extra dotẽ conſtitutis tenere:nõ tantum mariti res ei tenenti,& ſuper his ad iudicium uocatæ,exceptionis præſidium ad expellendum ab hypotheca creditorem ſecundum præſtamus:ſed etiam ſi ipſa contra detentatores rerum ad maritum ſuum pertinentium ſuper ijſdem hypothecis aliquam actionem ſecundum legum diſtinctionem moueat,non obeſſe ei matrimonium adhuc conſtitutum ſancimus : ſed ita eam poſſe eaſdem res uindicare uel â creditoribus poſterioribus, uel ab alijs, qui non potiora iura legibus habere noſcuntur, ut potuiſſet,ſi matrimonium eo modo diſ

ſolutũ

ſolutum eſſet, quo dotis & ante nuptias donatiõis exactio ei competere poterat. Ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi uiuente marito & matrimonio inter eos conſtituto: ſed fructibus earum ad ſuſtentationem tam ſui, q̃ mariti, filiorum q̃, ſi quos habet, utatur: creditoribus ſcilicet mariti contra eum eiusq̃ res, ſi quas forte adquiſierit, integra iura ſua habentibus: ipſis etiam marito & uxore poſt matrimonij diſſolutionem ſuper dote & ante nuptias donatione, pro dotalium inſtrumentorum tenore, integro ſuo iure potituris. D. III. Id. Decembr. DN. Iuſtiniano. A. II. COS.

XXX. *Idem A. Demoſtheni P. P.*

IN rebus dotalibus, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, ſeu ſe mouentibus (ſi tamen exſtant) ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ ſint, mulierem in ijs uindicandis omnẽ habere poſt diſſolutũ matrimoniũ prærogatiuã iubemus: & neminẽ creditorũ mariti, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi potiorẽ cauſam in ijs per hypothecã uindicare: cũ eædem res & ab initio uxoris fuerãt, & naturaliter in eius permanſerunt dominio. non enim quòd legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas deleta uel confuſa eſt. Volumus itaq̃ eam in rem actionem, quaſi in huiuſmodi rebus proprijs habere, & hypothecariam omnibus anteriorem poſſidere: ut ſiue ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, uel ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam peruenijſſe: per utranq̃ uiam, ſiue in rem, ſiue hypothecariam, ei pleniſſime conſulatur. Omnis autem temporalis exceptio, ſiue per uſucapionem inducta, ſiue per decem, ſiue per uiginti annorum curricula, ſiue ex alio quocunq̃ tempore maiore uel minore ſit introducta: ea mulieribus ex eo opponatur, ex quo poſſint actiones mouere, id eſt opulentis quidem maritis conſtitutis, poſt diſſolutum matrimonium: minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit: cum conſtante etiam matrimonio poſſe mulieres contra maritorum parum idoneorum bona hypothecas ſuas exercere, iam noſtra lege humanitatis intuitu definitum eſt: ficti diuortij falſa diſſimulatione in huiuſmodi cauſa, quam noſtra lex amplexa eſt, ſtirpitus eruenda. Recitata ſepties in nouo cõſiſtorio patrij Iuſtiniani. Dat. III. Kal. Nouembr. Decio. V. C. COS.

XXXI. *Idem. A. Iuliano P. P.*

CVm quidam dotes pro mulieribus dabant, ſiue matres, ſiue alij cognati, uel extranei: recte quidem eas mariti ſine monumentorum obſeruatione ſuſcipiebant. cum autem mulier redhitionem caſus ſtipulabatur, & huiuſmodi fortuitus caſus euenijſſet: ipſa mulier, utpote ſe non facta donatione, propter hoc, quod monumenta deerant, neceſſitatem habebat, actionem in huiuſmodi caſu ad eum, qui dotem dedit, per ceſſionem tranſferre, uel ipſas res reddere: & ita inueniebatur forſitan poſt prolixa matrimonij annorum curricula, & liberos forte editos, infelix mulier indotata. Sancimus itaq̃ omnibus huiuſmodi caſibus, nullis monumentis rem indigere, ſed in omnes perſonas ratas eſſe huiuſmodi donationes, & mulierem dotem ſuã ipſam habere (cum fortuitus caſus hoc lucrum ei addiderit) & firmiter hoc apud eã permanere: niſi ipſe, qui ab initio dotem dedit, ſibi dari in huiuſmodi caſum ſtipulatus eſt. tunc etenim, cum neq̃ ab initio ſuſpicio aliqua liberorum concurrit, ſed ſibi omnem rem ille, qui dotem dedit, pepigerit: huiuſmodi tractatus locum habere non poteſt. atqui in alijs omnibus caſibus, in quibus ipſe non eſt ſtipulatus, triſticiæ ſuæ mulier hoc proprium habeat ſolatium per actionẽ dotis. Similiq̃ modo ſi quis extraneorum, id eſt qui eum, pro quo dat, non in poteſtate habeat, pro alio ante nuptias donationẽ nupturæ mulieri dederit, & neceſſaria monumenta adhibuerit, cum excedat ſummam legitimam donatio, uel non minor materfamilias nuptura ſit: non ſolum ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta ſuam adhibeant firmitatem, ſed etiam ad illum, pro quo dedit: ut ſi lucrum ei ex dotalibus pactis acceſſerit, non hoc cedat donatori, ſed in ſuum lucrum hoc maritus conuertat, firmumq̃ & irreuocabile habeat: niſi donator & hoc ſibi reddi huiuſmodi caſu fuerit ſtipulatus, ne & in præfato caſu ſimile anteriori uicium oriatur. Sin autem minor quantitas ſit, uel ita res geſta ſit, ut monumentorum ex omni parte nulla ſit utilitas: & tunc donatio ad utranq̃ perſonam ualeat, & maritus caſum lucretur: niſi & hic donator eum ſtipulatus ſit. Præterea ſancimus, ſi quis in dotem uel prædia, uel certum reditum, uel ædes, uel panes ciuiles ſpopondit uel promiſit: ſi ex tempore matrimonij biennium tranſactum ſit: ilico redituum, uel penſionum, necnon panis ciuilis quæſtum eum præſtare, etiam ſi non fuerint adhuc res principales traditæ. Et ſi tota dos in auro ſit: itidem poſt biennium uſuras uſque ad tertiam centeſimæ præſtari. Sin autem aliæ res, præter immobiles uel aurũ fuerint in dotem datæ: ſiue in argento, ſiue in muliebribus ornamentis, ſiue in ueſte, ſiue in alijs quibuſcunque: ſiquidem æſtimatæ fuerint:

ſimili-

ſimili modo poſt biennium & earum uſuras ex tertia centeſimæ currere. Sed æſtimationẽ earum (quia & hoc apertius declarare oportet) eam intelligendam, quæ pro ſingulis ſpeciebus facta eſt, uel pro uno quoq; genere dotalium ſpecierum, id eſt pro argento, uel ornamento, uel ueſte, uel alijs ſpeciebus: & non eſſe exſpectandam poſt ſingulas æſtimationes unam coadunationem totius calculi: quod ſatis ſcrupuloſum & per nimiã ſubtilitatem pernicioſum eſt. Sin autẽ minime res mobiles fuerint æſtimatæ: ea poſt bienniũ obſeruari, quæ leges poſt litẽ conteſtatã pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt. Sin uero res permiſtæ fuerint, & partim in auro, partim in alijs rebus mobilibus, uel immobilibus: pro iam facta diuiſione omnia procedere: licentia minime deneganda marito, quando uoluerit, dotem petere. nec is, qui debet, putet ſibi licentiam eſſe, reditus, uel penſiones, uel uſuras, uel acceſſiones ſoluenti dotis ſolutionem protelare: ſed ſiue ante biennium, ſiue poſtea, uoluerit dotem pars mariti petere: queat (& ſecundum leges) eam exigere. D. XII. Kal. April. Lampadio & Oreſtæ. VV. CC. COSS.

DE REI VXORIAE ACTIONE IN EX STIPVLATV actionem tranſfuſa, & de natura dotibus præſtita. Tit. XIII.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *ad populum urbis Cõſtantinopolitanæ, & ad uniuerſos prouinciales.*

REm in præſenti non minimam aggredimur, ſed in omni penè corpore iuris effuſam, tam ſuper rei uxoriæ actione, cẽq; ex ſtipulatu: earum communiones & differentias reſecantes, & in unum tramitem ex ſtipulatu actionis totũ rei uxoriæ ius, quod dignum eſſe ualere cenſemus, concludentes. Rei uxoriæ itaq; actione ſublata, ſancimus, omnes dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non: ut intelligatur re ipſa ſtipulatio eſſe ſubſecuta. Eodemq; modo etſi inutiliter facta eſt ſtipulatio. adiuuari enim eam magis, cẽq; euaneſcere oportet. ſi enim cum una inſtrumẽto ſtipulatio ualida inueniatur, etiam alijs inũtilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem: quare non ex noſtra lege huiuſmodi ſtipulationibus robur non accedat legitimum? Eſt enim conſentaneum nobis, qui cenſemus, ubi ſuppoſita ſtipulatio non eſt, intelligi eam fuiſſe adhibitã: & multomagis etiam, ſi inutilis eſt, ualidam eam effici. Et ut plenius dotibus ſubueniatur: quemadmodum adminiſtratione pupillarium rerum, & in alijs multis iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus: ita & in huiuſmodi actione damus ex utroq; latere hypothecam, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda, uel rebus dotalibus euictis: ſiue ipſæ principales perſonæ dotes dederint, uel promiſerint, uel ſuſceperint, ſiue aliæ pro ijs perſonæ: & dos ſiue aduenticia, ſiue præfecticia ſit, ſecundum ueteris iuris nominationem. Ita enim & imperitia hominum, & ruſticitas, nihil eis poterit adferre præiudicij: cum nos illis ignorantibus & neſcientibus in hoc caſu noſtram induximus prouidentiã. ſi em & ſtipulationes & hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur, & inutiles ſtipulationes emẽdantur: ſic in poſterum cauſa inuenietur ualida & perfecta, quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis à prudentiſſimis uiris confectis. Et nemo putet nos hæc ſancire in his tantummodo dotibus, quæ inſtrumentis receptæ ſunt. nihil enim prohibet, & ſi ſine ſcriptis dos uel detur, uel promittatur, uel ſuſcipiatur: ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex utraq; parte, quaſi fuerit ſcripta. & natura quidem ex ſtipulatu actionis hæc intelligatur, re uxoria in poſterũ celſante. Sed etſi non ignoramus ex ſtipulatu actionem ſtricto iure eſſe uallatam, & non ex bona fide deſcendere: tamen quia nouam naturam de dote ſtipulatio ſibi inuenit: accommodet ei natura rei uxoriæ et bonæ fidei beneficium. Et omnes quidem euentus, quos dos ex ſtipulatu habet: maneat pro ſui natura exercens. ſi quid autem optimum ex rei uxoriæ actione inuenimus: hoc in præſenti ſpecialiter ei addimus: ut & ſit noua iſta ex ſtipulatu, quam compoſuimus, & non propria tantum, ſed etiam ueteris actionis pulchritudine decorata. Primum itaq; quid naturale ſit ex ſtipulatu actionis, exponatur: & ita, ſi quid ex actione rei uxoriæ ſuperuenerit, addatur. Sciendum itaq; eſt edictum prætoris, quod de alterutro introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare: ita, ut uxor & à marito relicta accipiat, & dotem conſequatur: niſi ſpecialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cum manifeſtiſſimum ſit teſtatorem, qui hoc non addiderit, uoluiſſe eam utrunq; conſequi. Maneat ex ſtipulatu actionis ius ad ſucceſſores & ſine mora tranſmiſſionis incorruptum. Taceat in ea retentionum uerboſitas. quid enim opus eſt inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex conſtitutiõibus introducto? uel ex qua cauſa ob res donatas retentio introducatur, cum ſit donatori facultas per actionem in rem directã, uel per utilem, uel per condictionem ſuo iuri mederi? Sed nec retentio ob res amotas neceſſaria eſt:

eſt,cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Sileat ob liberos retentio, cum ipſe naturalis ſtimulus parẽtes ad liberorum ſuorum educationem hortetur. Nec uariũ genus culpæ mariti circa uxores excogitent,ut poſſint eadem retentione circa eas uti: cum iam & imperialibus conſtitutionibus ſtatutum ſit,ſi culpa mulierum diſſolutum matrimonium fuerit, quid fieri oporteat. Sed nec ob impẽſas in res dotis factas retẽtio ſatis eſſe nobis uidetur idonea. cum enim neceſſariæ quidem expenſæ dotis minuant quantitatem,utiles autem nõ aliter in rei uxoriæ actione detinebantur,niſi ex uoluntate mulieris:nõ ab re eſt, ſiquidem mulieris uoluntas intercedat:mandati actionem à noſtra authoritate marito contra uxorem indulgeri,quatẽnus poſſit per hanc,quod utiliter impenſum eſt, adſeruari.uel ſi non intercedat mulieris uoluntas,utiliter tamen res geſta eſt : negociorum geſtorum aduerſus eam ſufficere actionẽ. Quòd ſi uoluẽtariæ ſint,licet uoluẽtate eius,expẽſæ:deductio operis, quod fecit(ſine læſione tamẽ prioris ſpeciei)marito relinquatur, ut ſit omnium retentionũ expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio merito ſecundũ ſuã naturã nullam recipiat retentionẽ. Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſeruando,ut ſi deceſſerit mulier conſtante matrimonio:dos nõ in lucrum mariti cedat(niſi ex quibuſdam pactionibus)ſed ad mulieris hæredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſuam naturam tranſmittatur :ſiue expreſſa fuerit,ſiue ex hac lege ineſſe intelligatur. Cum autem in ex actione dotis ex ſtipulatu quidẽ actio naturaliter reſtitutionẽ dotis à parte mariti uxori ilico & in ſolidũ fieri iubebat,rei uxoriæ aũt annua bima trima die in ijs,quæ pondere,numero,menſura conſiſtunt, exactionem pollicebatur, & non inſolidum,ſed quantum maritus facere poteſt: ſi non dolo malo ſuam deminuit ſubſtantiam:in hac parte rudem figuram ex ſtipulatu damus actioni,ut ſi matrimonium fuerit diſſolutum,nullo pacto adhibito:in tantum quidem maritus condemnetur,in quantum facere poteſt:quia hoc æquiſſimum eſt,& reuerentiæ debitum marito,ſi non dolo malo uerſatus eſt:cautione uidelicet ab eo exponenda, quòd ſi ad meliorem fortunam peruenerit,etiam quod minus perſoluit,hoc reſtituere procuret. Exactio autẽ dotis celebretur non annua bima trima die,ſed omnimodo intra annum in rebus mobilibus, uel ſe mouentibus,uel incorporalibus: cæteris uidelicet rebus, quæ ſolo continentur, ilico reſtituendis: quod cõmune utriuſq; fuerat actionis. Sin autem ſuperſederit res mobiles, uel ſe mouentes, uel incorporales poſt annale tempus reſtituere,uel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium:etiam uſuras æſtimationis omnium rerum,quæ extra immobiles ſunt,uſq; ad tertiã partem centeſimæ ex bona fide introducendas,maritus præſtet:fructibus uidelicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonij præſtandis: ſimiliq; modo pẽſionibus,uel uecturis nauium, ſiue iumentorum, uel operis ſeruorum, uel quæſtu ciuilium annonarum, & alijs,quæ ſunt eis ſimilia,parti mulieris reſtituendis. Igitur & in ſequenti capitulo ſua ex ſtipulatu actio utaẽ natura,ut ſi mulier à marito fuerit hæres inſtituta,& Falcidiæ legis ratio emerſerit:etiam dotis debitum liceat ei,ſicuti alia debita,ex ſubſtantia mariti ſubtrahere,& ſic quartam partem deducere. Cumq; ex ſtipulatu actio in his caſibus, quos enumerauimus, ppriã naturam habeat:neceſſarium eſt in ſequenti tractatu ea exponere,quæ uel cõmunia ſunt utriuſq; actionis,quæ in ſolam ex ſtipulatu actionem colligi oportet, uel propria quidem rei uxoriæ actionis, exinde autem ex ſtipulatu actioni accõmodanda. Itaq; partus dotaliũ ancillarum, id eſt quæ æſtimatæ non ſunt,uel quæ ſerui dotales ex quacunq; cauſa(niſi ex re mariti uel operis ſui)s)adquiſierũt:ad mulierem pertinere,utraq; actio ſimiliter uoluit. Fœtus autẽ iumentorum, omniaq;,quæ fructuũ nomine continẽtur,ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonij:ſiue æſtimata,ſiue nõ æſtimata ſint. Sed & nouiſſimi anni,in quo matrimoniũ ſoluitur,fructus pro rata temporis portione debere utriq; parti adſignari,cõmune utriuſq; actionis eſt, in rebus ſcilicet non æſtimatis. æſtimatarum enim rerum maritus quaſi emptor & cõmodum ſentiat,& diſpendium ſubeat,& periculũ exſpectet. Cautione uidelicet defenſionis in ſpecie,in qua dotem ſuæ uxoris,uel nurus in familiæ erciſcundæ iudicio præcipuam filius defũcti detrahit, ſecundum propriam naturã ex ſtipulatu actionis cohæredibus ſuis præſtanda. Videamus igiẽ quali incremento ei de rei uxoriæ actione accedente,formari decet ex ſtipulatu actionem. Cũq; iuris certi & indubitati eſt,ſi parens per uirilẽ ſexum aſcendens dote pro filia uel pronepte præſtita,emancipauerit eam,uel ipſe deceſſerit,in rei uxoriæ actione dotẽ omnimodo ad mulierem pertinere,etſi fuerit exhæredata(quod nõ erat in ex ſtipulatu actione.ibi enim, uelut aliæ actiones,in omẽs hæredes actio diuidebatur) æquiſſimum nobis uiſum eſt, & in ex ſtipulatu actione mulierem dotem ſuam præcipuam accipere,etſi emancipata,uel exhæredata ſit, uel cũ alijs hæredibus ſcripta. Quo à nobis recepto: & aliæ multæ ſpecies promptum accipient exitum: cum dos poſſit,& de inofficioſo actionem excludere(maxime ſi ſufficit ad quartam) & in collationẽ

ferri, ſi inteſtatus paterfamilias deceſſerit, & teſtamento facto, quando hoc teſtator dixerit. Quæ omnia ex ſtipulatu actio à rei uxoriæ actione accepit. Accedit ei & alia ſpecies ab rei uxoriæ actione. ſi quãdo etenim extraneus dotẽ dabat, nulla ſtipulatione, uel pacto ꝓ reſtitutione eius in ſuã ꝑſonã facto: qſquis hic fuerat: mulier habebat rei uxoriæ actionẽ. q̃d antea in ex ſtipulatu actione nõ erat. ſtipulatiõe aũt uel pacto interpoſito: ſtipulator, uel is, q̃ paſcebatur, habebat uel ex ſtipulatu, uel præſcriptis uerbis ciuilem actionem. In præſenti autem non ſic eſſe uolumus, ſed ſi non ſpecialiter extraneus dotem dando, in ſuam perſonam ſtipulatus ſit dotem, uel pactum fecerit: tunc præſumatur ipſa mulier ſtipulationem feciſſe, ut ei dos ex huiusmodi caſu accedat. neq; enim in hac ſpecie uolumus uideri extraneum tacitam ſtipulationem feciſſe: ne quod pro mulieribus introduximus, hoc aduerſus mulieres cõuertatur. Imò magis in huiusmodi dotibus, quæ ab extraneis dantur, uel promittunt, ipſa mulier uideatur feciſſe tacitã ſtipulationẽ: niſi exp̃ſſim extraneus dotẽ reddi pactus fuerit, uel ſtipulatus: cũ donaſſe magis mulieri, quàm ſibi aliquid ſeruaſſe ius extraneus nõ ſtipulando uideatur. Extraneũ aũt intelligimus omnẽ contra parentẽ per uirilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam habentẽ, parenti eñ tacitam ex ſtipulatu actionẽ donauimus. Et hoc ex rei uxoriæ actione ſimili modo ex ſtipulatu actioni accõmodandũ eſt. ſi quando etenim poſt diſſolutum matrimoniũ dos à patre petebatur, ſi quidem rei uxoriæ fuerat actio: nõ poterat ſolus pater ſine cõſenſu filiæ ſuæ agere, etſi necdum actione mota ab hac luce fuerat ſubtractus: etſi lis conteſtata eſſet, ad filiã quaſi ꝓprium patrimoniũ dos reuertebatur. quod nõ erat in ex ſtipulatu actione. ibi eñ ſolus exactionẽ habebat, cõſenſu filiæ nõ exſpectato: etſi decedebat, ad ſuos hæredes tranſmittebat. ſed rei uxoriæ ius, & in ex ſtipulatu actionẽ trãſponere ſatis humanũ, ſatis piũ, ſatis utile matrimoniis eſt. Et cũ lex Iulia fundi dotalis Italici alienationẽ ꝓhibebat fieri à marito, nõ cõſentiẽte muliere: hypothecã aũt, nec ſi mulier cõſentiebat: interrogati ſumus, ſi oporteat huiuſmodi ſanctionẽ nõ ſolũ Italicis tantũmodo fundis, ſed pro oĩbus locũ habere. Placet itaq; nobis eandẽ obſeruationẽ nõ tantũ in Italicis fundis, ſed etiã in ꝓuincialibus extẽdi. Cũ aũt hypothecã ei etiã ex hac lege donauimus: ſufficiens habet remediũ mulier, & ſi maritus fundũ alienare uoluerit. Sed ne & cõſenſu mulieris hypothecæ eius minuant: neceſſariũ eſt, & in hanc partẽ mulieribus ſubuenire: hoc tantũmodo addito, ut fundũ dotalẽ nõ ſolũ hypothecæ titulo dare, nec cõſentiẽte muliere, maritus nõ poſſit, ſed nec alienare, ne fragilitate naturæ ſuæ in repentinã deducat inopiã. Licet eñ Anaſtaſiana lex de cõſentientibus mulieribus, uel ſuo iuri renũciantibus loquit: tamen eam intelligi oportet in reb9 mariti, uel dotis quidẽ æſtimatis, in q̃bus dominiũ & periculũ mariti eſt. in fundo aũt nõ æſtimato, q̃ & dotalis ꝓprie nuncupat, maneat ius intactum, ex lege quidẽ Iulia impfectũ, ex noſtra aũt authoritate plenũ, atq; in oñibus terris effuſum, nõ tantũ Italicis, & ſola hypotheca cõcluſum. Illud etiã generaliter præſenti addere ſanctiõi neceſſariũ eſſe duximus, ut ſi qua pacta interceſſerint, uel pro reſtitutione, uel pro tẽpore, uel ꝓ uſuris, uel pro alia quacũq; cauſa, quæ nec contra leges, nec cõſtitutiones ſint: ea obſeruent. Sin aũt repudio matrimoniũ fuerit diſſolutũ: oñia iura, quæ ex Theodoſiana, uel noſtra lege deſcendũt, immutilata cuſtodiant. Simili modo ea, quæ Anaſtaſiana lege pro his, quæ bona gratia ſeparant, enumerata ſunt, firma illibataq; remaneãt. Et generaliter quidquid ſacratiſſimis cõſtitutionibus, uel libris prudentium cautum eſt, quod nõ contrarium huic legi inueniatur: & hoc in ſua maneat firmitate, & ex ſtipulatu actioni aggregetur, licet in re uxoria tractatum eſt. Quæ omnia in his tantummodo dotibus locũ habere cẽſemus, quæ poſt hãc legẽ datæ fuerint, uel promiſſæ, uel iam ſine ſcripturis habitæ. iuſtrumenta enim iam confecta uiribus carere nõ patimur, ſed ſuũ exſpectare euẽtum. D. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreſte COSS.

DE PACTIS CONVENTIS TAM SVPER DOTE, QVAM ſuper donatione propter nuptias, & paraphernis. Tit. XIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. & CC. Nicæ.

IEgem, quam dixiſti, cum dotẽ pro alũna dares, ſeruari oportet: nec obeſſe tibi debet, quod dici ſolet, ex pacto actionẽ nõ naſci. tunc eñ hoc dicimus, cum pactũ nudũ eſt. alioquin cũ pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit: utilis eſt condictio. PP. VII. Kal. Febr. Albino & Aemyliano COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Theodotæ.

FRuctus prædiorum in dotem datorũ, ſi ſecundũ pactum ſumptibus tuis tuorũq; ſeruierũt: repeti nõ poſſe, ambigere nõ debes. D. XI. Kal. April. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

Imp.

III. *Imp.* GORDIANVS. A. *Torquatæ.*

QVamuis pater tuus, cum te nuptui collocaret, pactus sit, ut si maritus tuus superstitibus filiis cõmunibus in matrimonio decessisset, pars dotis liberorum nomine retineatur: eiusmodi tamen cõuentio, quo minus actionẽ integræ dotis habeas, proficere nõ potest. D. VI. Id. Ianuar. Gordiano A. & Auiola COSS.

IIII. *Idem. A. Agatho.*

PActum dotale, quo matrem conuenisse cum patre tuo proponis, ut si in matrimonio decessisset, tibi & fratribus tuis dos restitueretur: si stipulatio ex persona uestra, cum in potestate patris cõstituti non essetis, minus legitima intercessit: defuncta ea in matrimonio, actionem uobis quærere nõ potuit. Sed si obligatione uerborum rite intercedente, dotis petitionẽ habere potuisti: maxime, si adhuc uinculis potestatis patriæ nõ attingeris, petitionem nõ prohiberis exsequi. PP. V. Id. Iun. Sabino & Venusto COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Claudio.*

HAereditas extraneis testamento datur. cum igitur adfirmes, dotali instrumento pactum interpositum esse uice testamenti, ut post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo tibi nõ sunt obligata: intelligis nulla te actione posse cõuenire hæredes seu successores eius, ut tibi restituantur, quæ nullo modo debentur. PP. Non. Febr. Ipsis. AA. & COSS.

VI. *Iidem. AA. & CC. Rufo.*

SIcõuenit, ut in matrimonio uxore defuncta, dos penes maritum remaneret: profecticiæ dotis repetitionem huiusmodi pactum inhibuisse, iuris explorati est: cum deteriorem causam dotis, in quẽ casum soli patri repetitio cõpetit, pacto posse fieri, authoritate iuris sæpissime sit respõsum. D. V. Non. Maij. Ipsis AA. COSS.

VII. *Idem. AA. & CC. Phileto.*

PAter pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, nepotibus pactus restitui: licet his actionem quærere nõ potuit: tamen utilis eis ex æquitate accommodabitur actio. D. XIIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

VIII. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *Hormisdæ* P.P.

HAc lege decernimus, ut uir in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas græci paraphernа dicunt, nullam uxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei necessitatem imponat. quamuis enim bonũ erat mulierem, quæ seipsam marito committit, res etiam eiusdẽ pari arbitrio gubernari: attamen qm̃ cõditores legũ æquitatis cõuenit esse fautores: nullo modo (ut dictũ est) muliere, phibẽte, uiros in paraphernis se uolumus immiscere. D. Id. *.

IX. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS. AA. *Nicostrato* P.P.

EX morte cuiuscunq; personæ, siue mariti, siue mulieris, eandem partem, nõ pecuniæ quantitatem, tam uirum ex dote, quàm mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus. ueluti si maritus mille solidorum ante nuptias donationem confecerit: licebit mulieri & minoris & amplioris quantitatis offerre dotem, & marito similiter ante nuptias donationem. Hoc tamen obseruandum est, ut quantam partem mulier stipulet sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, si priorem maritum mori contigerit: tantam & maritus ex dote partẽ nõ pecuniæ quantitatem stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. Et si pactum contra uetitũ fuerit subsecutum: infirmum atq; inualidum hoc esse, ut nulla ex eo, cedere possit exactio præcipimus. Eadem custodiri censemus, siue pater pro filio, siue mater, siue ipse ducturus uxorem sui iuris constitutus, siue quilibet alius pro eo ante nuptias donationẽ nupturæ dederit, seu promiserit. Simili quoq; modo siue pater pro filia, siue mater, siue ipsa pro se sui iuris uidelicet constituta, siue quilibet alius pro ea uxorem ducturo dotem dederit, seu promiserit: quoniam & alio pro ea offerrente dotem, ipsa eam pro se uidetur offerre. Quod adeo uerum est, ut ipsa ab alio pro se oblatam dotem in lucrum suum reposcat: nisi forte is, qui eam obtulit, statim, id est tempore oblatiõis seu promissionis, stipulatus uel pactus sit, ut sibi dos prædicta reddatur. D. XV. Kal. Septembr. Anthemio A. II. COS.

X. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

LEge Leonis diuæ memoriæ pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adijciente, quid fieri oporteat, si hoc minime obseruatum sit: nos oñia clara esse cupientes, præcipimus disparibus eis factis, maiorem lucri partem ad minorẽ deduci, ut eo modo uterq; minorẽ partem lucretur. D. VIII. Id. April. Constantinop. Decio. V. C. COS.

XI. *Idem. A. Ioanni* P.P.

SI mulier marito suo nomina, id est fœneraticias cautiones, quæ extra dotem sunt, dederit,

ut loco paraphernarum apud maritum maneant,& hoc dotali iustrumento fuerit adscriptum: utrum ne habeat aliquas ex his actiones maritus, siue directas, siue utiles: an penes uxorem omnes remaneant,& in quem euentum dandæ sint marito actiones,quærebatur? Sancimus itaq; si quid tale euenerit: actiones quidem omnimodo apud uxorem manere, licentiam autem marito dari easdem actiones mouere apud competentes iudices,nulla ratihabitione abeo exigenda,& usuras quidem earum circa se & uxorē dependere.pecunias autem sortis,quas exegerit:seruare mulieri,uel in causas,ad quas ipsa uoluerit, distribuere. Et siquidē in dotali instrumento hypothecæ pro his nominatim à marito scriptæ sunt:his esse mulierem ad cautelam satis contentam. Sin autem minime hoc scriptum inueniatur:ex præsenti nostra lege habeat hypothecam contra res mariti,ex quo pecunias ille exegit. Ante etenim habet ipsa mulier facultatem(si uoluerit)siue per maritum,siue per alias personas,easdem mouere actiones,& suas pecunias percipere,& ipsas cautiones à marito recipere,securitate ei competente facienda. Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones:& dolum & diligentiā maritus circa eos præstare debet,qualem & circa suas res habere inuenitur:ne ex eius malignitate uel desidia aliqua mulieri accedat iactura. quòd si euenerit:ipse eam de proprio resarcire compellitur. D. Kal. Nouemb. Lampadio & Orestæ. VV. CC. COSS.

DE DOTE CAVTA NON NVMERATA. Tit. XV.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Dionysiæ.*

DOtem numeratio,non scriptura dotalis instrumenti facit. & ideo non ignoras, ita demum ad petitionem dotis admitti te posse,si dotem à te re ipsa dātam probatura es. D. XIII. Kal. Aug. Chilone & Libone COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Papinianæ.*

QVod de suo maritus constante matrimonio donandi animo in dotem adscripsit,si eandem donationem legitime confectam non reuocauit,qui incrementum dori dedit,& durante matrimonio mortem obijt:ab hæredibus mariti,quatēnus liberalitas interposita munita est,peti potest. PP. Non. Decembr. Alexandro A. III. & Dione COSS.

III. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

IN dotibus,quas datas esse,dotalibus instrumentis cōscribi moris est,cum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantum subsecuta sit:liceat non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, non solum marito contra uxorem,uel eius hæredes,morte mulieris uel repudio dissoluto matrimonio:sed etiam hæredibus mariti,cuius morte dissolutum est matrimonium, socero etiam,uel eius hæredibus,si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit. omni denique personæ,quam dotem suscepisse unà cum marito cōscribitur,& eius similiter hæredibus. Ita tamen,ut intra annum tantum continuum à morte mariti,uel mulieris,uel missione repudij computandum,ea licentia detur. D. Kal. Iun. DN. Iustiniano A. II. COS.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM, & à parentibus in liberos factis,& ratihabitione. Tit. XVI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Triphenæ.*

BOna quondam mariti tui fiscus,si nemine ei successore existente,ut uacantia,occupauit:donationes ab eo factæ,si usq; ad finem in eadē uoluntate permansit,reuocari non possunt. PP. III. Id. Ianuar. Duobus & Aspris COSS.

II. *Idem.* A. *Claudiano.*

NEc inter eas quidem personas,quarum iuri subiecti sunt uir & uxor, quiēe in eorū potestate sunt,donatiōes iure ciuili fieri possunt. PP. III. Id. Aug. Duob. & Aspris. COSS.

III. *Idem.* A. *Marco militi.*

SI ancillam numis tuis comparatam esse,præsidi prouinciæ probaueris, donationisq; causa fiscariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui iubebit. nam licet cessante iure matrimonij donatio perfici potuerit:milites tamen meos à fiscarijs suis hac ratione fictisq; adulationibus spoliari nolo. PP. XII. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. *Idem.* A. *Epicteto.*

DOnatio mancipiorum aliarumq; rerū,quas tibi ab uxore tua donatas dicis:si modo suæ pote-

poteſtatis,cum donaret,fuit,uel patris ſui uoluntate id fecit,& in eadem uoluntate donationis uſq; ad ultimum diem uitæ perſeuerauit:ex mea,& diui Seueri patris mei conſtitutione confirmata eſt.Sin autem poſt mortem filiæ facta eſt donatio à quondam ſocero tuo:etiam inter uiuos ea perfici potuit.PP.IIII.Non.Mart.Antonino A.IV.& Balbino COSS.

V. *Imp.* ALEXANDER.A.*Quintillæ.*

SI (ut proponis)pater tuus,in cuius poteſtate fuiſti,marito tuo genero ſuo inſtrumentum debitoris donationis cauſa dedit,is'q; uita functus eſt,ac poſtea à marito diuertiſti:quod geſtũ eſt,non ualet.PP.Idib.Febr.Albino & Maximo COSS.

VI. *Idem.A.Nepotiano.*

ETiam ſi uxoris tuæ nomine res,quæ tui iuris fuerant,depoſitæ ſunt:cauſa proprietatis ea ratione mutari non potuit,& ſi donaſſe te uxori res tuas ex hoc quis intelligat:cum donatio in matrimonio facta,prius mortua ea,quæ liberalitatem excepit,irrita ſit.Nec eſt ignotum, quòd cum probari non poſſit,unde uxor matrimonij tempore honeſte quæſierit:de mariti bonis eam habuiſſe,ueteres iuris authores meritò crediderint.PP.Non.Decembr.Alexandro A. III.& Dione COSS.

VII. *Idem A.Theodotæ.*

SI ex uoluntate patris tui filio tutoris nupta es:collata in maritum donatio ipſo iure irrita eſt,ſed ſi matrimonium iure non ualuit:licet ipſo iure donatio tenuerit:quia tamen indigna perſona eius fuit,qui nec maritus poteſt dici:utiles actiones ſuper reuocandis his tibi competunt.PP.Kal.Octobr.Lupo & Maximo COSS.

VIII. *Idem.A.Leoni.*

SI fructus eorum prædiorum,quæ in dotem accepiſti,matrimonij tempore uxorem tuam percipere paſſus es,eoſq; uxor tua abſumpſit:reſtitui tibi poſt diuortium oportere,nulla ratione contendis.ſin autem ab his locupletior facta eſt:in tantum poteſt conueniri.PP.V.Kal. Octobr.Maximo & Paterno COSS.

IX. *Imp.* GORDIANVS.A.*Origeni.*

ETſi de tua pecunia mancipia uxori tuæ comparata ſunt:tamen ſi ei ſunt tradita:eorum dominium non ad te,ſed ad eam pertinet.pecuniæ autem tantummodo repetitionẽ habes: ſiue negocium eius gerens numerationem feciſti,ſiue in eam donationem conferens quantitatem precij largitus es.etenim uel in ſolidum,uel quatẽnus locupletior facta eſt,actione cum ea competenti poteris experiri.PP.VII.Kal.Octobr.Pio & Pontiano COSS.

X. *Idem.A.Maximo.*

SIcut ceſſat petitio quantitatis,quam de ſuo maritus uxori in menſes ſingulos,uel in annos ſingulos proprij uſus eius gratia promittit:ita & ex ea cauſa numis ſolutis erogatiſq;, non dati repetitionem,manifeſtum eſt.PP.V.Kal.Iul.Gordiano.A.II.& Pompeiano COSS.

XI. *Idem.A.Valeriano.*

SI maritus quondam uxoris tuæ,cum ſui iuris eſſet,in eam prædia uel cætera donationis titulo contulit,& in ea uoluntate uſq; ad mortem ſuam durauit:ex oratione diui Seueri confirmata eſt donatio.at ſi eas res pater defuncti iniurioſe abſtulit:per præſidem prouinciæ eas reſtituere cogetur.nec enim quaſi maleficijs eius ſit maritus exſtinctus,crimẽ intendens,ſub prætextu accuſationis,quæ donata ſunt,auferre debuit:cum cauſa liberalitatis à criminatione ſeparata ſit.PP.VII.Kal.Febr.Ariano & Pappo COSS.

XII. *Idem.A.Secundinæ.*

SI maritus tuus creditores ſortitus,poſt factam in te donationem fundum,quem ex donatione iuri tuo uindicas,ijſdem ſpecialiter obligauit:eandem obligationem defenſionis tuæ firmitatem interrumpere,intelligere debes:cum ſit manifeſtum,non ſolum huiuſmodi obligatione,ſed etiam donatione,uel uenditione,uel alio quolibet modo rebus alienatis,reuocatam eſſe à uiro in mulierẽ factam donationẽ.PP.III.Kal.Febr.Ariano & Pappo COSS.

XIII. *Impp.* DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*Rufinæ.*

SIquidem ante donationem poſſeſſionis in te iure(ut dicis) à marito collatam,prædium ab eodem creditori obligatum fuit:alienationem eius,ſaluo iure debiti (ſi tamen iuris ratio actionem eius non excludit)factam eſſe,dubium non eſt. Quod ſi donatione iure celebrata,eo quòd uel ante nuptias facta eſt,uel in ijſdem caſibus,in quibus etiam conſtante matrimonio donatio procedere poteſt,obligatio inſecuta eſt:factum mariti,quem diem ſuum obijſſe memoraſti,iuri tuo officere non poſſe,certum eſt.PP.XII.Kal.Iul.Maximo.II.& Aquilino COSS.

XIIII. Iidem. AA. Octauianæ.

EX uerbis, quæ in postremis iudicijs inseruntur, licet ad fideicommissum uel legatum utilia sunt, non omnimodo legati uel fideicommissi persecutio datur: sed ita demũ, si relinquendi studio huiusmodi uerba fuerint adscripta. unde te uoluntatis quæstionem, non iuris, in præces tuas contulisse, palam est. Cum igitur lecto testamento animaduertimus, maritũ tuum ex præcedente donatione dominium tibi conseruasse, securitatiq; tuæ ad obtinendam proprietatem cauisse: inditorum uerborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex senatusconsulti authoritate liberalitatem mariti tui, cui custodiendæ etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse additã. PP. III. Non. Octobr. Ipsis & AA. COSS.

XV. Iidem. AA. Iustinæ & alijs.

SI non uerum contractum pater uester gessit, sed sub specie uenditionis donationem possessionis in matrem uestram contulit, nec ex bonis, quæ in persona patris uestri permansisse uidebantur, ob primipilum indemnitati fiscali satisfieri potuit: licet in eadem donandi uoluntate perseuerauit: ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam, quæ ex bonis ab eo relictis colligi nequiuerit, conferendum est. Quôd si liberalitatis tenorem mutata uoluntate pater tuus interrupit: in hæreditate eius dominium resedisse, nulla dubitatio est. PP. IIII. Kal. Feb. Tyberiano & Dione COSS.

XVI. Iidem. AA. Theodoro.

SI filij tui emancipati matris hæreditatem sibi adquisierunt: proba apud præsidem prouinciæ, non donandi animo te nomine uxoris tuæ prædia comparasse, sed nominis duntaxat eius titulo usum, per possessionem rerum à uenditoribus tibi traditarum dominũ esse effectũ, ut comprehensa filiorum tuorum iniuria, proprietatis ius incolume perseueret. nam si largiendi proposito id te feciſſe constiterit: pecuniæ tibi persecutio competit. PP. VI. Id. Mart. Tyberiano & Dione COSS.

XVII. Iidem. AA. & CC. Capitolinæ.

DE his, quæ extra dotem in domum illata à marito erogata commemoras: siquidẽ tempore consumpta sunt: intelligis, aduersus hæredes, nõ nisi in quantum locupletior fuit, habere te actionem. Si uero contra uoluntatem tuam: omnia restitui oportere. PP. VIII. Kal. Mart. Heracliæ. AA. COSS.

XVIII. Iidem AA. & CC. Maternæ.

A Marito in uxorem donatione collata matrimonij tempore, nec initio dominium transferri potest: nec si post diuortium interceſſerit, uel prior persona, quæ liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, uel ab eo, qui donauit, fuerit reuocata, potest conualescere. D. IIII. Kal. Septembr. AA. COSS.

XIX. Iidem. AA. & CC. Dionysiæ.

SI constante matrimonio tibi mater domum tradidit: hãc in tuis bonis fecit. D. Id. Iul. Philippopol. CC. COSS.

XX. Iidem AA. & CC. Claudiæ.

CReditor soluto debito, de pignore liberato nihil ad uxorem debitoris quôdam transferre potuit. sed nec consensus eiusdem debitoris accedens per eum, qui creditor fuit, imaginariæ factæ uenditioni ad dominium transferendum prodesse quidq; potuit: cum tam ea, quæ simulate aguntur, q; quæ in uxorem à marito donationis causa tempore matrimonij procedunt, propter iuris ciuilis interdictum (cum proponas uxorem superstite marito rebus humanis exemptam) pro infectis habeantur. D. V. Id. Aug. Viminatij. CC. COSS.

XXI. Iidem. AA. & CC. Maualiæ.

SI proprijs habitis contractibus, quam acceperas mutuam pecuniam, pro marito donationis causa erogasti: cum nec ad dignitatem profuerit, nec locupletior sit factus: intelligis, nullam tibi contra eum competere actionem. D. III. Id. Aug. Viminatij. CC. COSS.

XXII. Iidem. AA. & CC. Archinoæ.

MAritus manumissionis causa seruum mulieri constante matrimonio donare potest. S. Kal. Aug. Sirmij. CC. COSS.

XXIII. Idem. AA. & CC. Cæcilianæ.

SI te in uacuam possessionem prædij socrus tua titulo donationis ante matrimoniũ uel post induxit: ad rescindendam donationem pœnitentia nihil proficit. S. Kal. Nouembr. Brundusij. CC. COSS.

Imp.

XXIIII. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Petronio.*

RES uxoris, quæ uel successione qualibet, uel emptione, uel etiam largitione uiri in eam ante reatum iure peruenerant, damnato ac mortuo ex pœna marito, uel in seruilem conditionem ex pœnæ qualitate deducto, illibatas esse præcipio, nec alieni criminis infortunio adstringi uxorem: cũ paternis maternisúe ac propriis bonis frui eam integro legũ statuto religiosum sit: & donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiæ præmio cessit, obseruanda sit, tanc̃ si maritum eius natura, non pœna subduxerit. Sin autẽ aqua & igni ei interdictum erit, uel deportatio illata, non tamen mors ex pœna subsecuta: donationes à uiro in uxorem collatæ adhuc in pendenti maneant: quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissoluitur: ita, ut si usq; ad uitæ suæ tempus maritus eas non reuocauerit: ex morte eius confirmentur, fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. D. III. Kal. Mart. Sardiniæ. Crispo & Constantio COSS.

XXV. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

DONATIONES, quas parentes in liberos cuiuscunq; sexus in potestate sua constitutos conferunt, uel uxor in suum maritum, uel maritus in suam uxorem, uel alter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, uel ipsæ aliæ personæ in eam, cui donare non poterant: ita firmas esse per silentium donatoris uel donatricis sancimus, si usq; ad quantitatem legitimam, uel eam excedentes, actis fuerint intimatæ. nam amplioris quantitatis donationem minime intimatam, nec per silentium eius, qui donauit, confirmari concedimus. Si uero specialiter eas in suprema uoluntate donator uel donatrix confirmauerit: sine ulla distinctione ratæ habebuntur: ita tamen, ut siquidem ultra lege finitam quantitatem expositæ in actis minime insinuatæ fuerint: specialiter earum confirmatio ex eo tempore uim habeat, ex quo eædem donationes confirmatæ sunt. Si uero uel non amplior sit donatio, uel cum amplior esset, in actis insinuata sit: tunc & silentium donatoris uel donatricis & specialis confirmatio ad illud tempus refertur, quo donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitioneis negociorũ ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt: nec in cæterum subtilem diuisionem facti & iuris introduci posse. D. Idib. Decembr. DN. Iustiniano. A. II. COSS.

XXVI. *Idem. A. Mennæ* P. P.

DONATIONES, quas diuus Imperator in pijssimam reginam suam coniugem, uel illa in serenissimum maritum contulerit: ilico ualere sancimus, et plenissimam habere firmitatẽ: utpote imperialibus contractibus legis uicem obtinentibus, minimeq; opitulatione quadã extrinsecus egentibus. D. VIII. Id. April. Decio. V. C. COS.

XXVII. *Idem. A. Ioanni* P. P.

SI unus ex his, qui matrimonio fuerant copulati, in alium donatiõe facta ab hostibus captus esset, & in seruitutem deductus, & postea ibi morte peremptus: quærebatur, an huiusmodi liberalitas, quam ante fecit, ex hoc roborari uideretur, an uacillare? Et iterum si donator quidem in ciuitate Romana constitutus decessisset, mortis autem eius tempore is, qui donationem accepisset, in captiuitate degeret, & post reuersus esset: an uideretur & tũc donatio rata haberi? Cũ itaq; in utroq; casu oporteat augusto remedio causam dirimi: cum nihil tam peculiare sit imperialis maiestatis, cui humanitas, per quã solam dei seruatur imitatio: in ambobus casibus donationem firmam esse censemus. Dat. Kal. Decembr. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

DE REPVDIIS, ET IVDICIO DE MORIBVS sublato. Tit. XVII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Abutinianæ.*

MATRIMONIVM quidem deportatione, uel aquæ & ignis interdictione non soluitur: si casus, in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectionem. Ideoq; dotis actio ipso iure non competit: sed indotatam eam esse, cuius laudandum propositũ est, nec ratio æquitatis, nec exempla permittunt. PP. Non. Nouembr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

II. *Imppp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. *Cæs. Paulinæ.*

LIBERUM est filiæ tuæ, si sponsum suum post tres peregrinationis annos exspectandum sibi ultra non putet: omissa spe huius coniunctionis, matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat: cum posset nuncium remittere, etsi præsente illo consilium mutare uoluisset. PP. VII. Kal. April. Aemyliano & Basso COSS.

Impp.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Tullio.

DVbium non est, omnia omnino, quæ consilio recte geruntur, iure meritoq; effectu & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, & ex morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa ficto repudio matrimonium breui tempore resciſſum est: res dotales, quas ante nuptias obtulisti, præses prouinciæ recipere te non dubitabit. certum est enim daturum operam moderatorem prouinciæ, ut quæ contra fas gesta sunt, fructum calliditatis obtinere non possint: cum nobis huiusmodi commenta displiceant. imaginarios enim nuncios & repudia nullius esse momenti: siue nuptijs fingant se renũciasse, siue sponsalibus: etiam ueteribus iuris authoribus placuit. D. II. Kal. Septembr. Tyberiade. Ipsis AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Pisoni.

Filiæ diuortium in potestate matris non est. D. III. Kal. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Schyroni.

DIssentientis patris, qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante uxore filiafamilias, uoluntatem ratam non haberi, diuus Marcus pater noster religiosissimus Imperator constituit: nisi magna & iusta causa interueniente hoc pater fecerit. Inuitam autem ad maritum redire, nulla iuris præcepit constitutio. Emancipatæ uero filiæ pater diuortium in arbitrio suo non habet. D. V. Kal. Septembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Phœbo.

LIcet repudij libellus non fuit traditus, uel cognitus marito, dissoluitur matrimonium. D. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

VII. Imp. CONSTANTINVS. A. Dalmatio.

VXor, quæ in militiam profecto marito post interuentum annorum quatuor, nullum sospitatis eius potuit habere indicium, atq; ideo de nuptijs alterius cogitauit, nec tamen ante nupsit, cũq; libello ducem super hoc suo uoto conuenit: non uidetur nuptias inijsse furtiuas, nec dotis amissionem sustinere, nec capitali pœnæ esse obnoxiam, quæ post tam magni temporis iugitatem non temere, nec clanculo, sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoq; obseruandum est, ut si adulterij suspitio nulla sit, nec coniunctio furtiua detegitur: nullum periculum ab his, quorum coniugio erant copulatæ, uereatur: cum si conscientia maritalis thori furtim esset uiolata, disciplinæ ratio pœnam congruam flagitaret. D. * Næsso. Feliciano & Titiano COSS.

VIII. Impp. THEODOSIVS & VALENTIN. AA. Hormisdæ P. P.

COnsensu licita matrimonia posse contrahi: contracta, nõ nisi misso repudio, dissolui præcipimus. Dissolutionem etenim matrimonij difficiliorem debere esse, fauor imperat liberorum. causas autem repudij hac saluberrima lege apertius designamus. sicut enim sine iusta causa dissolui matrimonia iusto limite phibemus: ita aduersa necessitate pressum uel pressam, cuius infausto, attamen necessario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritum suũ adulterum, aut homicidam, uel ueneficum, uel certe contra nostrum imperium aliquid molientẽ, uel falsitatis crimine condemnatum inuenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, uel latronum susceptorem, uel abactorem, aut plagiarium, uel ad contemptum sui domi suæ ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) cœtum ineuntem, si suæ uitæ ueneno aut gladio aut simili modo insidiantem, si se uerberibus (quæ ingenuis aliena sunt) adficientem probauerit: tunc repudij auxilio uti necessario ei permittimus libertatem, & causas dissidij legibus comprobare. Vir quoq; pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius designatis propriam repudiare iugalem: nec ullo modo expellat, nisi adulteram, ueneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum uirorum se ignorante uel nolente conuiuia appetentem, aut ipso inuito sine iusta aut probabili causa foris scilicet pernoctantem: nisi circensibus uel theatralibus ludis, uel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc adsolent celebrari, se prohibente gaudentem: nisi si bi ueneno, uel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, uel contra nostrum imperiũ aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem. tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem, & causas dissidij legibus comprobare. Hæc nisi uir uel mulier obseruauerint: ultrice prouidentissimæ legis pœna plectentur. Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse tentauerit: suam dotem & ante nuptias donationem amittat, nec intra quinquennium nubendi habeat denuo potestatem. Aequum est enim eam interim carere connubio, quo se monstrauit indignam

gnam. Quòd si præter hoc nupserit: erit ipsa quidē infamis, connubiū uero illud nō lumus nūcupari, insup etiā arguendi hoc ipsum uolēti cōcedimus libertatē. Si uero causam pbauerit intentatam: tunc eam & dotē recupare, & ante nuptias donationē lucro habere, aut legibus uindicare censemus, & nubendi post annū ei (ne quis de prole dubitet) permittimus facultatē. Virū etiam, si mulierem interdicta arguerit attentantem: tam dotem, quàm ante nuptias donationem sibi habere, seu uindicare, uxorēq; (si uelit) statim ducere hac iusta definitione sancimus. Sin autem aliter uxori suæ renunciare uoluerit: dotem redhibeat, & ante nuptias donationē amittat. Seruis scilicet uel ancillis puberibus, si crimen adulterij uel maiestatis ingeritur, tam uiri, quàm mulieris, ad exanimandam causam repudij, quo ueritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur (si tamen alia documenta defecerint) quæstionibus subdendis. Super plagijs etiā (ut dictum est) illatis, ab alterutro cōmouendis, easdem probationes (quoniā nō facile, quæ domi geruntur, per alienos poterūt cōfiteri) uolumus obseruari. Si uero filio uel filijs, filia uel filiabus exstantibus, repudium missum est: omne, quidquid ex nuptijs lucratū est, filio seu filijs, filiæ seu filiabus post mortem accipientis seruari: id est si pater temere repudium miserit, donationē ante nuptias à matre seruari. si mater: dotem ipsam eidem uel eisdem filio seu filiæ patre moriente dimitti censemus. patri uidelicet uel matri in scribendis filijs hæredibus, si unū seu unam uel omnes scribere, uel uni ex his donare uelit, electione seruata. nec ullam alienandi seu supponendi memoratas res permittimus facultatē. sed si aliquid ex ijsdem rebus defuerit: ab hæredibus, seu earū detētatoribus (si tamē nō ipsos hæredes scripserit, aut scripti filij non adierint) resarciri præcipimus: ut etiā hoc modo incōsulti animi ad repudium mittendū detrimento retrahantur. Pactiones sanè, si quæ aduersus præsētia scita nostræ maiestatis fuerint attentatæ, tanq; legū contrarias, nullā habere uolumus firmitatem. D. v. Id. Ianuar. Protogene & Astorio COSS.

IX. *Imp.* ANASTASIVS. A. *Theodoro* P.P.

Si constante matrimonio cōmuni consensu tam uiri, quàm mulieris, repudium sit missum, quo nulla causa cōtinetur, quæ consultissimæ cōstitutioni diuæ memoriæ Theodosij & Valentiniani inserta est: licebit mulieri non quinquēnium exspectare, sed post annum ad secundas nuptias cōuolare. D. XV. Kal. Mart. Anastasio A. II. COS.

X. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

In causis iam dudum specialiter definitis, ex quibus recte mittuntur repudia, illam addimus, ut si maritus uxori ab initio matrimonij usq; ad duos cōtinuos annos cōputādos coire minime, ppter naturalē imbecillitatē ualeat: possit mulier, uel eius parētes, sine periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, ut ante nuptias donatio eidem marito seruetur. D. III. Id. Decembr. D N. Iustiniano A. II. COS.

XI. *Idem. A. Hermogeni magistro offic.*

Iubemus, ut quicunq; mulierem cum uoluntate parētum, aut si parentes nō habuerit, sua uoluntate maritali affectu in matrimonium accepit: etiamsi dotalia instrumenta non interc serint, nec dos data fuerit: tanq; si cū instrumētis dotalibus tale matrimoniū processisset, firmū coniugium eorum habeatur. Non em̄ dotibus, sed affectu matrimonia cōtrahuntur. Si quis aūt eam, quā sine dote uxorē acceperat, à coniugio suo repellere uoluerit: non aliàs ei hoc facere liceat, nisi talis culpa interceserit, quæ nostris legibus condēnatur. Si uero sine culpa eam reiecerit, uel ipse talem culpam contra innocentem mulierem cōmiserit: cōpellatur ei quartam partē ppriæ substantiæ pro rata portione persoluere: ut siquidē quadringentarū librarū auri, uel amplius, uir substātiam habeat: centū libras auri mulieri præstet, & nihil amplius, etsi quantamcunq; substantiam possideat. Sin uero minus quadringentis libris auri puta substantia eius fuerit: tunc quarta pars cōputatione facta puræ substantiæ eius usq; ad minimam quantitatē mulieri detur: eodem modo seruando & in mulieribus, quæ indotatæ constitutæ, sine culpa mariti cō stitutionibus cognita eos repudiauerint, uel ipsæ culpam innocenti marito præbuerint, ut ex utraq; parte æqua lance & æquitas & pœna seruetur: hoc lucro quartæ partis, filijs quidem non exstantibus, ipsi uiro & mulieri competente, & ab his quo modo uoluerint, disponendo. filijs autem, & deinceps personis ex eodem matrimonio interueniētibus: eis seruando ad similitudinē dotis & propter nuptias donationis per omnia, quæ super his statuta sunt. Inter culpas autē uiri & uxoris constitutionibus enumeratas & has adijcimus, si forte uxor sua ope uel ex industria abortum fecerit: uel ita luxuriosa est, ut commune lauacrum cum uiris libidinis causa habere gaudeat: uel dum est in matrimonio, alium maritum fieri sibi conata fuerit. & in his em̄ causis locum habere constitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti, quàm uxoris loquuntur, quemadmodum dos uel donatio propter nuptias perit: ita & mulieres indotatæ in quar-

tam partem,quã & uiris & mulieribus ex hac lege deſtinauimus, amiſſionis periculũ ſuſtineãt. Iudicio de moribus,quod antea quidem in antiquis legibus poſitũ erat, nõ autem frequentaba tur,penitus abolito.omnibus etenim cauſis requiſitis & perlectis, quas antiquitas introducebat, ni hil ualidum præter eas,quas anteriores conſtitutiones & præſens diſpoſitio introduxit,inueni mus.D.XII.Kal.Decembr.D N.Iuſtiniano.A.II. COSS.

SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMODVM DOS petatur. Tit. XVIII

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA. Gemillæ.

DVbium non eſt,poſt æſtimationẽ dotis pactione uel ſtipulatione interpoſita, ut ſi ipſæ res diſſoluto matrimonio exſtarẽt,uxori reddãtur: & ancillas cũ partu ex ſti pulatu iudicio reſtitui oportere. PP.III.Id.April.Laterano & Rufino COSS.

II. Iidem. AA. Aquiliæ.

SEcundum rationẽ iuris exiſtimas reſtitui tibi debere dotem à fiſco, qui bona damnati patris tui ſuſcepit.licet enim uiro quondam tuo pater tuus hæres exſtiterit: attamen iuri tuo hoc derogare non poteſt:cum & ipſe pater ſine uoluntate tua,nec exigere, nec accipere dotem poterat.D. Prid.Non.April.Apro & Maximo COSS.

III. Imp. ANTONINVS. A. Hoſtiliæ.

SI ignorans ſtatũ Erotis,ut liberum duxiſti,& dotem dediſti,iſq; poſtea ſeruus eſt iudicatus: dotem ex peculio recipies,& ſi qd p̃terea tibi debuiſſe eũ apparuerit.filij aũt tui, ut ex libera nati,incerto tamẽ patre,ſpurij ingenui intelligunt. PP.III.Kal.Septẽbr.Læto & Cereali COSS.

IIII. Imp. ALEXANDER.A. Apollonio.

DOs à patre profecta,ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamilias, ad patrem redire de bet.PP.XVIII.Kal.Septembr.Fuſco & Dextro COSS.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN.AA.& VALERIAN.Cæſ.Tauro.

SI quidem uiuit apud hoſtes uxor tua:nõdum frater eius quaſi hæres dotẽ repetere poteſt. ſi uero diem functa eſt,& hæreditatem eius poſſit uindicare:dotis quoq; repetitio ei iure cõpe tit,cum in ſtipulatum deducta ſit.PP.II.Non.Maij.Aemyliano & Baſſo COSS.

VI. Impp.DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.Alexandræ & Neroni.

SI circumſcripta matre ueſtra uiliore precio dotales res æſtimatæ ſunt:quid ſuper huiuſmodi contractuũ uicio ſtatutum ſit, uulgo patet. Proinde ſi doloſis artibus mariti circumuentã matrẽ ueſtram inq; ea æſtimatione circumſcriptam,apud præſidem prouinciæ euidẽtibus pro bationibus oſtenderitis:quando uobis poſſidentibus,ad obtinenda prædia, etiam doli mali ex ceptionis poteſtas opituletur:ſciet,quatẽnus religionẽ iudicationis ſuæ tẽperare debeat.Sin aũt etiam maritus in æſtimatione grauatũ ſe alleger:ueritate examinata, nõ amplius, quàm pre ciũ iuſtũ reſtituere cõpelletur. Hæc tum locũ habẽt, cũ res in natura ſunt. ſi tamẽ exſtinctæ ſint: preciũ, quod dotali inſtrumẽto inditũ eſt,conſiderabit. PP.VII.Kal.Nouẽbr. Ipſis AA. COSS.

VII. Iidem.AA.& CC. Erotio.

FIliæ pecuniam adimere,quam habes in poteſtate,minime prohiberis.nam ſi pro ea dotem dediſti:hanc cõſtante matrimonio,nec cõſentiente quidem ipſa: matrimonio aũt diſſolu to,inuita repetere nõ pores.S.V.Id.Febr.Sirmij.CC. COSS.

VIII. Iidem. AA. & CC. Salluſtiæ.

NEc maritus(licet poſt diuortium,in quantũ facere poſſit,cõdemnandus eſt)poſtea idone us factus,qui nõ reddiderat integrum,reſidui probabiliter ſolutionem recuſat. at cũ eius hæredes in ſolidum cõueniendos nõ ambigatur:ne cum his ſoluendo factis experiri non poſſis, ſuperſtitioſam geris ſollicitudinẽ.D.XIII.Kal.April.Sirmij.CC. COSS.

IX. Iidem.AA.& CC. Martiæ.

DOtis actiõe ſucceſſores mariti ſuper eo,quod ei dotis noĩe fuerat datum,cõuenire debes, ingrediendi eũ in poſſeſſionẽ rerum dotalium,hæredibus mariti nõ cõſentientibus,ſine authoritate cõpetentis iudicis,nullam habes facultatẽ.S.Dat.VIII.Kal.Nouembr.CC.COSS.

X. Iidem. AA. & CC.Epigono.

SI ſocero filiæ tuæ dotem dediſti:licet in eius poſitus poteſtate, gener tuus rebus humanis ex emptus ſit:tamen non de peculio,ſed in ſolidum à te, cõſentiente filia,conuentum eum ſa tisfacere oportet.S.VII.Id.Nouembr.Heracliæ.CC. COSS.

XI. Impp.HONOR.& THEOD.AA.Mariniano P.P. Si cõſtan

Si dos constante mat. solut. fue. Ne fideiuss. &c. Rerũ amotarũ. Ne pro dote mul. &c.

SI constante matrimonio maritus fatali sorte fuerat consumptus: dos, quæ data dicitur, uel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad eandem reuertatur: nihilq; sibi ex hoc defuncti hæres audeat uindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. D. Non. Decembr. Rauennæ. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLVTA fuerit. Tit. XIX.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Mariniano* P.P.

SI cõstante matrimonio à marito uxori dos sine causa legitima refusa est (quod legibus stare non potest: quia donationis instar perspicitur obtinere) eadem uxore defuncta, ab eius hæredibus cũ fructibus ex die refusæ dotis marito restituatur: ita, ut proprietas eiusdem, liberis ex eadem susceptis, alienari contra legem à marito nõ possit. D. V. Non. Nouembr. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

NE FIDEIVSSORES VEL MANDATORES dotium dentur. Tit. XX.

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Cynegio* P.P.

SIue ex iure, siue ex consuetudine lex proficiscitur, ut uir uxori fideiussorem seruãdæ dotis exhibeat: tamen eã iubemus aboleri. D. VIII. Non. Septembr. Eucherio & Syagrio COSS.

II. Imp. IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P.P.

GEnerali definitione constitutionem pristinam ampliãtes, sancimus, nullam esse satisdationem uel mandatum pro dote exigendum, uel à marito, uel à patre eius, uel ab omnibus, qui dotem suscipiunt. Si enim credendam esse mulier sese, suam quoq; dotem parti mariti existimauit: quare fideiussor exigitur, uel alius intercessor, ut causa perfidiæ in cõnubio eorum generetur? D. X. Kal. Aug. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

RERVM AMOTARVM. Tit. XXI.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Polydeucæ.*

COmpensationis æquitatẽ iure postulas. non enim prius exsolui, quod debere te constiterit, æquũ est, quàm petitioni mutuæ respõsum fuerit. eo magis, quòd ea te persequi dicis, quæ diuortij causa amota quereris. Cum igitur apud conpetentẽ iudicem ex stipulatu conueniaris: apud eũdem doce tui iuris res ablatas esse. PP. Dat. V. Kal. Decembr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Sereno.*

DIuortij gratia rebus uxoris amotis à marito, uel ab uxore mariti: rerum amotarum edicto perpetuo permittitur actio. cõstante etenim matrimonio neutri eorũ, neq; pœnalis, neq; famosa actio cõpetit, sed de damno in factum datur actio. D. V. Kal. Octobr. Ipsis AA. COSS.

III. *Iidem.* AA. & CC. *Quartino.*

DE rebus, quas diuortij causa quondam uxorem tuam abstuliſſe proponis, rerum amotarũ actione contra successores eius, non in solidum, sed quantum ad eos peruenit: quòd si res exstent, dominij uindicatione uti non prohiberis. D. V. Non. Decembr. Ipsis AA. COSS.

NE PRO DOTE MVLIERIS BONA MAriti addicantur. Tit. XXII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Apollinariæ.*

VT uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, iure prohibitum est. Sanè si nullo relicto successore, non idoneus decessit: secundum iuris formam, quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuæ cõsulere non prohiberis. D. V. Non. Decembr. AA. COSS.

DE FVNDO DOTALI Tit. XXIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Didiæ.*

SI æstimata prædia in dotem data sunt, & conuenit, ut electio mulieri seruetur: nihilominus lex Iulia locum habet. Est autem alienatio, omnis actus, per quem dominium trãsfertur. PP. Dat. XII. Kal. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Domitiæ.

MAriti, qui fundum cõmunem cum alio in dotem æstimatũ acceperunt, ad communi diuidundo iudicium prouocare nõ possunt: licet ipsi possint prouocari. PP. V. Non. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

DIVORTIO FACTO, APVD QVEM FILII nutriantur. Tit. XXIIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Cælestinæ.

LIcet neq; nostra, neq; diuorum parẽtum nostrorum ulla constitutione caueatur, ut per sexum liberorum inter parentes diuisio celebretur: competens tamen iudex æstimabit, utrum apud patrem, an apud matrem, matrimonio separato, filij morari ac nutriri debeant. S. VIII. Kal. Iul. Veronæ. CC. COSS.

DE ALENDIS LIBERIS AC PARENTIBVS. Tit. XXV.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Bassо.

PArentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. Sine die & consule.

II. DIVI FRATRES & AA. Celeri.

COmpetens iudex à filio te ali iubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta præstare possit. D. Idib. April. Ipsis & COSS.

III. Idem. AA. Titianæ.

SI competenti iudici eum, quem te ex Claudio enixam esse dicis, filium eius esse probaueris: alimenta ei pro modo facultatũm præberi iubebit. idem, an apud eum educari debeat, æstimabit. PP. XIII. Kal. Mart. Romæ. Rustico & Aquilino COSS.

IIII. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Sabino.

SI patrem tuum officio debito promerueris: paternam pietatem non denegabit tibi. quod si sponte nõ fecerit: aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit. Quòd si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idem iudex examinabit. PP. Non. Febr. Laterano & Rufino COSS.

DE CONCVBINIS. Tit. XXVI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad populum.

NEmini licentia concedatur, cõstante matrimonio, concubinam penes se habere. D. XVIII. Kal. Iul. Constantinis patre & fil. COSS.

DE NATVRALIBVS LIBERIS, ET MATRIBVS EORVM, & ex quibus causis iusti efficiantur. Tit. XXVII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Gregorium.

SEnatores, seu perfectissimos, uel quos in ciuitatibus duumuirilitas, uel sacerdotij, id est Phœnicarchiæ uel Syriarchiæ ornamenta condecorant: placet maculã subire infamiæ, & alienos à Romanis legibus fieri, si ex ancilla, uel ancillæ filia, uel liberta, uel libertæ filia, uel scænica, uel scænicæ filia, uel tabernaria, uel tabernariæ filia, uel humili, uel abiecta persona, uel lenonis aut arenarij filia, uel quæ mercimonijs publice præfuerit, susceptos filios in numero legitimorum habere uoluerint, aut pprio iudicio, aut nostri prærogatiua rescripti: ita, ut quidquid talibus liberis pater donauerit (siue illos legitimos, seu naturales dixerit) totũ retractũ legitimæ soboli reddat, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri. Sed & si uxori tali quodcũq; datũ quolibet genere fuerit, uel emptione collatum: etiã hoc retractũ reddi præcipimus. Ipsas etiã, quarũ uenenis interficiunt animi perditorũ (si quid quæritur, uel cõmendatũ dicit, quod his reddendũ est, quibus iussimus, aut fisco nostro) tormentis subijci iubemus. Siue itaq; per ipsum donatũ est, qui pater dicit, uel per aliũ, siue per

per interpositã personam, siue ab eo emptũ, uel ab alio, siue ipsorũ nomine cõparatũ: statim retractũ reddat, quibus iussimus: aut si nõ existant, fisci iuribus uindicet. Quod si existentes, & in præsentia rerũ constituti, agere noluerint, pacto uel iureiurãdo exclusi: totũ sine mora fiscus inuadat. quibus tacentibus & dissimulantibus, ad defensionẽ fiscalẽ duorũ mensiũ tempora limitent, intra quæ si nõ retraxerint, uel ꝓpter retrahendũ rectorẽ prouinciæ interpellauerint, quidquid talibus filijs uel uxoribus liberalitas impura cõtulerit, fiscus noster inuadat, donatas uel cõmendatas res sub pœna quadrupli seuera quæstiõe perquirẽs. D. XII. Kal. Aug. Carthagine. Nepotiano & Facundo COSS.

II. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Antemonio* P.P.

MAtre, uel legitimis filijs, uel nepotibus, aut ꝓnepotibus, cuiuscũq; sexus, uno pluribusue existẽtibus: bonorum suorũ unam tantũ unciam pater naturalibus filijs, seu filiabus, eorumq; genitrici: uel si sola sit cõcubina, semiunciã largiendi uel relinquendi habeat potestatẽ. Quidquid uero ultra modũ concessum relictum sit: legitimis liberis, uel matri, uel cæteris successoribus detur. D. Idib. Nouembr. Stilichone. II. & Anthemio COSS.

III. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *ad Appollonium* P.P.

SI quis naturalẽ dũtaxat fœcunditatẽ sortiat, seu liber ipse, seu curiæ sit nexibus obligatus: & tradẽdi filios naturales, uel oẽs, uel q̃s quẽq; maluerit, eius ciuitatis curiæ, unde ipse orit, & i solidũ hæredes scribẽdi liberã ei cõcedimus facultatẽ. Quod si cui nõ ex urbe, sed uico, uel possessione q̃libet oriundo, naturales liberi contigerint, eosq; uelit sub definitione prædicta curiæ splendore honestare, & hæreditatis opibus adiuuare: eius ciuitatis adscribendi sunt ordini, sub qua uicus ille uel possessio censeat. quod si alterutrã regaliũ ciuitatũ patriã sortiat: sit ei liberũ susceptã ex inæquali cõiugio sobolẽ, cuiuscũq; ciuitatis decuriõibus imiscere: dũmodo ciuitas, quæ eligit, totius ꝓuinciæ teneat principatũ. Indignũ em̃ est, ut q sacratissimæ urbis ubere gloriat, naturales suos nõ illustris ordine ciuitatis illuminet. hæc, siue postrema definiat, siue donationẽ cuiuslibet quãtitatis i liberos naturales pater cõferat. Et quod de subeunda sorte curiali, seu testamẽto, seu actorũ fide cõstituat, ita ratũ esse & stabiliter uolumus obseruari: ut siue abstinendo hæreditabus, siue abdicando donationes, naturales liberi curialẽ uoluerint euitare fortunã, posteaq; paternarũ opum, uel in solidũ, uel ex parte reperti fuerint possessores: licet eas alienauerint: oñimodo ad conditionẽ, in qua pater eos amplificatis opibus esse uoluit, etiã inuiti cogant accedere. Sed & si filiã naturalẽ uel filias habuit, & eam uel eas curiali uel curialibus ciuitatis, ex qua oriundus est, uel sub qua uicus uel possessio, unde oritur, cõsistit, uel eius ciuitatis, quæ principatũ totius ꝓuinciæ tenet, matrimonio collocauit: hæc eadẽ in persona eius uel earum ad exemplũ marium obtinebunt. Quid em̃ interest, utrũ per filios, an per generos commoditatibus ciuitatum consulatur? & utrum nouos lex faciat curiales, an foueat, quos inuenit? D. XII. Kal. Ianuar. Eudoxio & Dioscoro COSS.

IIII. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS. AA. *Armasio* P.P.

QVoniã desideria morientiũ ex arbitrio uiuẽtiũ nõ sine iusta ratiõe colligimus: & is, q̃ filiũ naturalẽ habens, hortãtibus legibus ultro instar legitimi filij municipalibus eũ uoluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalẽ: manifestauit, notumq; fecit sine dubio ꝓfessione certissima facultatũ suarum omniũ elegisse affectione debita successorẽ. Certe cũ huiusmodi personis adeo sacratissima cõstitutione subuentũ sit, ut nec renunciandi eis, aut alienandi, uel repudiandi paternas hæreditates aut donationes in fraudẽ curiæ concedat facultas, sed muneribus patriæ susceptis patrimonia subire cogantur: nullã è diuerso calumniantiũ uocem penitus patiemur admitti, sed ipsum Philocalũ & paternorũ bonorum omniũ ab intestato hæredẽ, & nostræ ciuitatis curiæ principalẽ iniuncta uel iniungẽda sibi munera subire, ex eoq; genitos uel nascendos filios similiter paternæ cõditioni subiacere præcipimus. Et huiusmodi formã in oñibus causis, quæ similiter in cuiuscunq; ciuitatis ordine curiaq; cõtigerint, in posterum decerni-mus obseruari. D. Kal. Ianuar. Constantinop. Iordane & Seuero COSS.

V. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P.P.

DIui Constantini, qui ueneranda Christianorũ fide Romanũ muniuit imperiũ, super ingenuis concubinis ducẽdis uxoribus, filijs quinetiã ex ijsdẽ uel ante matrimoniũ uel postea progenitis, suis ac legitimis habendis, sacratissimã constitutionẽ renouantes: iubemus eos, qui ante hanc legem ingenuarum mulierum, nuptijs minime intercedentibus, electo contubernio, cuiuslibet sexus filios procreauerint: quibus nulla uidelicet uxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima prole susceptа: si uoluerint eas uxores ducere, quæ antea fuerant concubinæ; tam coniugium legitimum cum huiusmodi mulieribus ingenuis (ut dictum est) posse

contrahere, & filios utriusq; sexus ex earundem mulierum cõtubernio procreatos, mox postq; nuptiæ cum matribus eorum fuerint celebratæ, suos patri & in potestate fieri: uel cum his, qui postea ex eodem matrimonio susceptis fuerint, uel solos (si nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento uolentibus patribus etiam ex integro succedere, & ab intestato petere hæreditatē paternam: pactis, quæ matrimonij tempore super dotibus, uel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus: ut unà cum fratribus suis postea ex ijsdem parentibus forte progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) doris aut ante nuptias donationis, pro tenore legum nec minus pactorum, emolumẽta recipiant. Hi uero, qui tempore huius sacratissimæ legis iussionis nondum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarũ cõsortio meruerũt, minime huius legis beneficio perfruantur: cum liceat easdẽ mulieres sibi prius iure matrimonij copulare non existantibus legitimis liberis, aut uxoribus, & legitimos filios (utpote nuptijs procedentibus) procreare: nec audeant, quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci uoluerint, ut iusti ac legitimi postea uideantur, magnopere postulare. D. X. Kal. Mart. Basilio II. & Armatio COSS.

VI. *Imp.* ANASTASIVS. A. *Sergio* P. P.

IVbemus eos, quibus nullis legitimis existentibus liberis in præsenti aliquæ mulieres uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreãdos, suos & in potestate legitimos q; habere: propriasq; substantias ad eos uel per ultimas uoluntates, uel per donationes, seu alios legitimos titulos (si uoluerint) transferre. ab intestato quoq; ad eorum hæreditatem uocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtilitq; legum uel constitutionum occasione super his uel adgnatis seu cognatis genitoris eorũ uel quibusdam alijs super esse facultatem in posterum. nihilominus, quisquis huiusmodi mulierem uxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro eius sobole similem eandemq; formam custodiri: ne adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium adquirendi. filios insuper & filias iam per diuinos affatus à patribus suis in adrogationem susceptos, uel susceptas, huius prouidentissimæ nostræ legis beneficio & iuuamine potiri censemus. D. Kal. Aprił. Anastasio. A. III. & Agapito COSS.

VII. *Imp.* IVSTINVS. A. *Marino* P. P.

LEgem Anastasij diuinæ recordationis, quæ super naturalibus filijs emissa est, in his ualere tantum casibus concedimus, qui nunc usq; subsecuti sunt pro eiusdem legis tenore, in matrimonijs tunc constantibus, uel postea contractis: ita tamen, ut nõ aliunde progenitis subueniri se credatur, & nõ ex nefario nec incesto coniugio. Naturalibus insuper filijs seu filiabus, ex cuiuslibet mulieris cupidine, nõ incesta, nõ nefaria procreatis, & in paterna per adrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex diuinis iussionibus, siue anteq; eadem lex irrepserit, seu post eandem legem usq; ad præsentem diem, nõ sine ratione duximus suffragãdum: ut adoptio seu adrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quæstionibus, quasi quod impetrarũt, lege quadam interdictum sit: cum & si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit monente misericordia, qua indigni non sunt, qui alieno laborant uicio. Sint itaq; post eandem adrogationem seu adoptionem sui & in potestate patrum, successionesq; tam ex testamento, & ab intestato capiant, prout in adrogatis seu in adoptatis constitutum est. In posterum uero sciant omnes, legitimis matrimonijs legitimam sibi posteritatem quærendam, ac si prædicta constitutio lata nõ esset. Iniusta nanq; libidinum desideria nulla de cætero uenia defendet, nullã subleuabit nouum adminiculum præter anteriorum dispositionum ordinem, nõ antelata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggessit ratio: nõ adrogationum uel adoptionum prætextus, quæ ulterius minime ferendæ sunt: non astutiæ, siue diuinis affectandæ literis, seu quibusdam illicitis ambiendæ machinationibus: cum nimis sit indignũ, nimis item impium, flagitijs præsidia quærere, ut & petulantiæ seruire liceat, & ius nomenq; patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore præsumant. D. V. Id. Nouembr. Iustino. A. & Eutherico COSS.

VIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

HVmanitatis intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, ut liceat eis nulla legitima sobole uel matre subsistente, naturalem uel naturales filios, matremq; eorum nõ tantum ex tribus uncijs, quod præteritæ leges permittebant, sed etiam ex duplici portione, id est sex uncijs hæredes scribere: ut licet ab intestato nullam cõmunionem ad patris naturalis successionem habent, ex suprema tamen eius uoluntate permittatur eis usq; ad prædictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater uoluerit) hæreditatem eius capere: ita tamen, ut memoratam sex unciarum quantitatem in oñibus naturalibus filijs & matre eorum minime restator excedat.

quam

quam & in legatis & in fideicommissis relinquēdis, & dotibus, & donationibus, tam alijs, quàm ante nuptias, usq; ad unciarum sex æstimationem liberam similiter naturalibus eorum patribus damus potestatem. hæc autem in futuris tantummodo testamentis, uel ultimis uoluntatibus, uel dotibus, uel donationibus locum habebunt. Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. DN. Iustiniano. A. II. COS.

IX. *Idem. A. Mennæ P.P.*

COmmunium rerum esse utilitatem recte iudicantes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subiectos imperio, ad præsentem sanctionem uenimus: per quā omī dubitatione amputata, quæ usq; adhuc obtinebat, certissimū facimus, ut quoties naturales filij curiali fortunæ patriæ sui genitoris adsignantur, uel adhuc uiuente patre, uel post eius obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi: & eo modo legitima iura in paterna successione adipiscant, ut (quod recte fieri minime dubium est) licet illustrem dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere nō potest, naturales filij antea meruerint: ne permittatur eis cōtra substantiam ab eodem naturali patre descendentium, uel ascendentium, uel ex latere adgnationis uel cognationis iure eidem patri coniunctorū (licet ipsi legitimi successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod ius sibi uindicare. Quod & in his locum habebit, qui iam à naturali patre curiali cōditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodem scilicet modo nec illis contra substantiam eiusdem naturalis filij, uel ex eo descendentium, uel ascendentium, uel à latere coniunctorum, aliquod sibi ius uindicare ualentibus. Sed siquidem iste naturalis filius, siue postea, cū legitimus successor patri factus fuit, siue in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, uel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad eius successionem sine testamento morientis uocari, nec curiæ locum esse: præterc̄ si quarta portio bonorū eius eidem curiæ debeatur, eo quòd nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo uidelicet obseruando, ut hi, quos iste naturalis filius postea, cū fortunæ curiali datus est, procreauerit, & decuriones sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur. Si uero sine liberis cuiuscunq; gradus intestatus decesserit: siquidem matre superstite: tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere, duas uero alias partes curiam, cui à patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti nō supereſt, alij uero cognati ex materna linea descendentes, uel ascendentes, uel ex latere uenientes, ad eius uocentur successionem: tunc ea quidem, quæ à patre naturali ad eum peruenerunt, eidem curiæ competere. Si quid uero filio, postea cū legitimo successori effecto, uel à matre sua, uel aliunde quocunq; modo adquisitū sit: hoc ad proximos maternos eius cognatos peruenire. Illo uidelicet obseruando, ut siue matre eius superstite, siue ea ante filium mortua, aliquis ex eius genere eiusdem curiæ fortunam subire paratus sit: liceat se offerenti eidem curiæ bona mortui, quæ de substantia patris ad eum peruenerunt, capere, muniaq; peragere curialia. quo accidente, mater defuncti (si adhuc superſit) non solum tertiam partem eorum, quæ extra paternam substantiam filius eius aliunde adquisierit, sed omnia ea uel ipsa sola, uel cum cohæredibus suis capiet. Ea uero, quæ de successione naturalis filij post curialem conditionem morientis constituimus, non tantum in ijs locum habere debent, qui postea à patre suo naturali curiæ dati fuerint: sed etiam in illis, qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quod si ante præsentem legem mortui sunt: minime ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus. Et quoniam omnimodo faciendum est curijs ciuitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, ut liceat patribus naturales filios curiæ patriæ suæ tradere, non solum nulla eis legitima sobole existente, sed etiam si filios uel alios liberos ex legitimis matrimonijs procreatos habeant, & eo modo naturales quoq; filios sibi legitimos successores efficere: ita tamen, ut minime eisdem patribus liceat per donationem uel ultimam uoluntatem amplius eidem filio naturali dare uel relinquere, cū uni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit uel reliquerit, cui minima portio data uel relicta sit. D. Kal. Iun. D. Iustiniano. A. II. COSS.

X. *Idem. A. Demostheni P.P.*

CVm quis à muliere libera, & cuius matrimonium non est legibus interdictū, cuiusq; cōsuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumētis compositis. postea autem ex eadem affectione etiam ad nuptialia peruenerit instrumenta, & alios iterū ex eodem matrimonio liberos procreauerit: ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium uindicare audeant, quasi iusti & in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotē fuerant nati, ab hæreditate paterna repellentes: huiusmodi iniquitatē nō esse ferendam censemus. Cū enī affectio prioris sobolis & ad dotalia instrumenta efficienda, & ad posterio-

rem fi

rem filiorum educandam progeniem præstitit occasionem: quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundæ posteritatis quasi iniustam excludere: cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij & nomen & ordinem consecuti? neq; enim uerisimile est eum, qui postea uel donationem uel dotem conscripsit, & ab initio tale affectionem circa mulierem habuisse, quæ eam dignam esse uxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos, siue ante dotalia instrumenta edita sunt, siue postea: una eademq; lance trutinari, & omnes filios suos & in potestate suis existere genitoribus, ut nec prior, nec iunior ullo habeat discrimine: sed qui ex ijsdem maioribus procreati sunt, & simili perfruantur fortuna. D. xv. Kal. Octobr. Chalcedone. Decio. v. c. COSS.

XI. *Idem. A. Iuliano P. P.*

NVper legem conscripsimus, per quam iussimus, si quis mulierem in suo contubernio collocauerit, non ab initio affectione maritali (eam tamen, cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos sustulerit, postea uero affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiosq; uel filias habuerit: non solũ secundos liberos, qui post dotẽ editi sunt, iustos & in potestate esse patribus: sed etiam anteriores, qui & ijs, qui postea sunt nati, occasionẽ legitimi nominis præstiterũt. Quam legem quidã putauerunt sic interpretari, ut siue non fuerint progeniti post dotem conscriptam liberi, siue etiam ab hac luce subtracti: nõ anteriores filios iustos haberi, nisi in utroq; tempore uiuentes & superstites liberi inueniantur. quorum super uacuam subtilitatem penitus inhibendam censemus. sufficiat enim talem affectionem habuisse, ut post liberorum editionem etiam dotalia efficiant instrumenta, & spem tollendæ sobolis habeãt. licet enim hoc, quod speratum est, ad effectum nõ peruenit: nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur. & multomagis si quis mulierem, quam in contubernio suo habuerat, prægnantem fecerit, postea autem adhuc grauida muliere constituta dotalia secerit instrumẽta, & puer uel puella editus uel edita sit: iusta patris soboles nascatur, & in potesta te efficiatur, & hæres existat morienti, siue ab intestato, siue ex testamento. satis enim absurdũ est, si filij post dotem progeniti & anterioribus liberis adiutorium adferant, ipsum puerum uel puellam sibi opitulari nõ posse. Et generaliter definimus, & quod super huiusmodi casibus uariebatur, definitione certa concludimus: ut semper in huiusmodi quæstionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, nõ conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. & hoc fauore sancimus liberorum, ut editionis tempus statuamus esse inspectandum: exceptis ijs tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis adprobari, infantium conditionis utilitas expostulat. D. xv. Kal. April. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

XII. *Idem. A. Ioanni P. P.*

CVidam, qui iustum filium habebat, nepos accessit naturalis. si nepotis nomen huiusmodi soboli legibus accommodãdum esset, quærebatur. uolebat eñ tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totam suam substantiam relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filijs naturalibus prohibentibus totum patrimonium, siue quantã partem uoluerit, eis relinquere, & certo fine partes eorum concludentibus. Huiusmodi autem dubitatio & in alia dubitationis specie uentilata est. quid enim si ex naturali filio nepotem habeat auus legitimum patri suo uel naturalem? In omnibus itaq; talibus dubitationibus, cum nulla legitima consequentia in huiusmodi personis custoditur, sed interuentu sobolis naturalis nullum ius legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: liceat ei, quantum uoluerit suæ substantiæ, in eos conferre, scilicet nulla legitima sobole substante. filijs enim naturalibus relinqui constitutiones, quantum uoluerint, ideo prohibuerunt: quia uicium paternũ frenandum esse existimauerunt. in nepotibus autem non eadem obseruatio in præfatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum. ea enim subsistente, ueterum cõstitutionum tenorem in naturalibus filijs statutum, & in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo sancimus, in quibus uoluntate aliquid consecuti sunt. iura etem ab intestato in aui successionẽ nemini eorũ penitus aperimus. Et hæc nõ solum eis accedere censemus à substantia aui paterni naturalis, sed etiam proaui, uel eius cognationis: si quis saltim huiusmodi uocabulum in tam degeneres homines extendere maluerit. D. Kal. Nouembr. Lampadio & Oresta. VV. CC. COSS.

DE TESTAMENTARIA TVTELA. Tit. XXVIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Sperate.* Quem

QVem dicis tibi tutorem testamento patronæ datum, si administrationi se nõ immiscuit: nulla actione tibi tenetur. neq; enim iure datus fuit tutor. Quòd si administrauerit sponte res tuas: experiri aduersus eum actione negociorum gestorum potes. PP. Kal. Aug. Apro & Maximo COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS *A. Sabiniano.*

ETsi à patre tuo testamento iure tibi tutor datus, eo tempore, quo hæres exstitisti, in rebus humanis fuit: tamen codicillis alius tutor recte datus est, & uterq; propter uolũtatem testatoris tutor erit: nisi in testamento datum pater alium codicillis dando reprobauerit. tunc enim posterior solus tutor erit. D. Idib. April. Duobus & Aspris COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. *A. Gordio & alijs.*

SI tutores testamento uobis dati sunt: quanq; unus uestrum suæ ætatis factus sit, id est pupillarem ætatem excesserit: tutela tamen uestra ad eum non pertinet. D. V. Kal. Ianuar. Maximo II. & Aeliano COSS.

IIII. *Idem. A. Felicianæ.*

MAter testamento filijs tutores dare nõ potest, nisi eos hæredes instituerit. quando autem eos hæredes nõ instituerit: solet ex uoluntate defunctæ datus tutor à præsidibus cõfirmari. Nullo uero ex his interueniente, si res pupillares, qui dati sunt, administrauerint: pro tutelæ actione tenentur. PP. VII. Kal. Iun. Iuliano II. & Crispino COSS.

V. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. *AA. Daphnæ.*

SI pupillorum pater alienũ seruum, de quo postulas, & tutorẽ esse uoluerit, & liberum: antea tamen alio tutore pupillis dato: & redimi, & manumitti hunc apud præsidem prouinciæ, & curatorem adiungi oportet. PP. III. Kal. Mart. Seculari & Donato COSS.

VI. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. *AA. &* CC. *Domnæ.*

SI tibi pater auunculum testamento recte tutorem dedit, nec is excusatus est: eum & tutelæ iudicio, tam de administratis, quàm de neglectis (cum administrari deberent) apud competẽtẽ iudicẽ cõueni, secundũ bonã fidẽ tibi satisfacere iussurũ. Subscr. Non April. Sirmij. CC. COSS.

VII. *Iidem. AA. &* CC. *Triphenæ.*

TVtelæ actione contra tutorem mota, quem testamento patris, in cuius fuisti potestate, datum proponis: reddi tibi, si quid debetur, cõpetens iudex aditus iubebit. curatorẽ aũt inutiliter in testamento dari nõ ambigit. D. XVII. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

VIII. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. *AA. Florentio* P. P.

TVtores etiam græcis uerbis licet in testamẽtis relinquere: ut ita tutores dati uideantur, ac si legitimis uerbis eos testator dedisset. D. prid. Id. Septẽbr. Theodosio A. XIIII. & Maximo COSS.

DE CONFIRMANDO TVTORE. Tit. XXIX.

I. *Imp.* ALEXANDER *A. Prisco.*

TEstamento matris tutores dati excusare se necesse non habent: nisi decreto secundum uoluntatem defunctæ, & quidem inquisitione habita, dati fuerint. PP. III. Non. Mart. Iuliano II. & Crispino COSS.

II. *Idem A. Valerio*

NEq; per epistolam, neq; ex imperfecto testamento tutorem recte dari, indubitati iuris est. sed uoluntas patris in constituendis tutoribus uel curatoribus in his casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, seruari solet. secundum quæ uereri nõ debes, ne tempus ante, quàm cõfirmareris, tibi cesserit. PP. VIII. Id. Aug. Alexandro A. II. & Marcello COSS.

III. *Idem. A. Sossiano* P. P.

SI (ut proponis) pupillo, cuius meministi, pater inutiliter testamẽto tutores dedit, & priusq; hi cõfirmarentur, alij ab eo, cuius interest, dati sunt: id quidem, quod iure gestũ est, reuocari nõ potest. an aũt, qui iudicium patris habent, curatores eidem pupillo cõstitui debeant: aditus cõpetens iudex, prospectis utilitatibus eius, æstimabit. PP. III. Id. April. Modesto & Probo COSS.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS. *A. Iuliano* P. P.

NAturalibus liberis prouidentes, damus licentiam, patribus eorum in his rebus, quas quo cũq; modo eis dederint, uel reliquerint (scilicet intra præfinitum nostris legibus modũ) & tutorem eis relinquere, qui debet apud competentem iudicem confirmari, & ita res gerere pupillares. D. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oresta COSS.

DE LECITIMA TVTELA. Tit. XXX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firminæ.

AD auunculos nec masculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur: cum solummodo patruis, si non excusauerint se, id ius tributum sit. PP. VIII. Kal. Iun. Ipsis AA. IV. & III. COSS.

II. Idem. AA. & CC. Asclepiodoto.

AD adgnatos pupilli iure legitimo sollicitudinẽ tutelæ pertinere, si nõ capitis deminutionem sustinuerint, manifestissimum est. S. III. Non. April. AA. COSS.

III. Imp. LEO. A. Erythrio P. P.

COnstitutione diuæ memoriæ Constantini, lege Claudia sublata, ꝑ antiqui iuris auctoritate, saluo manẽte adgnationis iure, tam cõsanguineus, id est frater, quàm patruus, cæteriq; legitimi ad pupillarẽ fœminarũ tutelam uocantur. D. Kal. Iul. Martiano & Zenone COSS.

IIII. Imp. ANASTASIVS. A. Polycarpo P. P.

FRater emancipatus, qui in germani sui uel sororis successione omnes inferiores seu prolixiores gradu nõ tantũ cognatorũ, sed etiã adgnatorũ antecedere à nobis pro nostra dispositione iussus est: etiam ad legitimam tutelam fratrum & sororum, necnon liberorum fratrum, quasi minime patris potestate per ius emancipationis relaxatus, si non alia iuri cognita excusatione munitus sit, uocari: nec sub prætextu capitis deminutionis alienũ huiusmodi onere semet esse contendere, sancimus. D. Kal. April. Ioanne & Paulino COSS.

V. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

NEmo neq; frater, neq; alius legitimus in tutelam, siue ingenui, siue liberti uocetur, antequintum & uicesimum suæ ætatis annum impleat. immineat enim ei pro sua tantum modo administratione periculum, nec alieno opere alius prægrauetur. sic etenim pupillis & adultis competens gubernatio inducitur, & naturalis ordo per omnia conseruabitur. cui enim ferendum est, eundem esse tutorem, & sub cura agere. hæc certe & nominum & rerum fœda confusio est. Discretis itaq; omnibus, uel datiui, uel legitimi fiant tutores hi, qui talis ætatis sunt, cui suarum rerum administratio committit̃, quorumcq; res possunt plenissimo iure hypothecarum teneri: omnibus, quæ de successionibus tam ingenuorum, quàm libertorum, prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquam imminutionem ex præsentis legis sanctione accepturis: maxime in libertorum successionibus, ne uideãtur ex eo, quòd ad tutelæ grauamen non ueniunt, successionis emolumentũ amittere. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. D. III. Kal. Nouembr. Decio V. C. COS.

QVI PETANT TVTORES VEL curatores. Tit. XXXI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Chrysanthæ.

ADmone adolescentem aduersus quem uis consistere, ut curatores sibi dari postulet, cũ quibus secundũ iuris formã consistas. qui si in petendis his cessabit: potes tu competentem iudicẽ adire, ut in dandis curatoribus officio suo fungatur. PP. II. Non. Febr. Messala & Sabino COSS.

II. Idem. A. Epaphrodito.

PAtroni filij si eius ætatis sunt, ut res eorum per tutores administrari debeant: cura adire prætorem, & nomina edere, ex quibus tutores constituantur: ne si cessaueris, obsequij desertí periculum subeas. PP. III. Non. Iul. Messala & Sabino COSS.

III. Idem. A. Atalantæ.

IN locum tutoris defuncti, uel in perpetuum relegati, alium dari tutorem filijs tuis idoneum ex eadem prouincia, à iudice competente postula, qui secũdum officium suum utilitatibus eorum prouidebit. PP. IIII. Id. Iul. Læto II. & Cereali COSS.

IIII. Idem. A. Domnino

SI filijs debitoris tui non sunt necessarij, qui tutores petant: potes & ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. PP. III. Id. Iul. Læto II. & Cereali COSS.

V. Imp. ALEXANDER. A. Fuscianæ.

AMita tutores petere filijs fratris sui nõ ꝓhibet̃. PP. V. Kal. Iul. Max. II. & Aeliano COSS. Idem.

VI. Idem. A. Otaciliæ.

MAtris pietas instruere te potest, quos tutores filio tuo petere debes: sed & obseruare, ne quid secus, q̃ oportet, in re filij pupilli agatur. petendi autem filijs curatores necessitas matribus imposita nō est: cum puberes minores anno uicesimoquinto ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. PP. X. Kal. Octobr. Iuliano II. & Crispino COSS.

VII. Imp. GORDIANVS. A. Dionysio.

ADmone eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cum eam non tantum uiri potentem, sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorẽ. quòd si eum petere neglexerit: quo maturius possis rationes reddere administrationis, adito eo, cuius super ea re notio est, petere curatorem non uetaris. PP. VI. Id. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Musæo.

CVm à matribus sedulum petendi tutoris officium exigatur, nec fortuiti casus impedimentis adscribantur, proponas q̃ procuratorem, qui ad petendum pupillo tutorem à matre fuerat constitutus, à latronibus interfectum, petitionem ex necessitate demoratum esse: ab hæreditatis successione matrem repelli, cuius nullum uicium interceßisse adseris, perq̃ dutum est. PP. V. Id. Mart. Tyberiano & Dione COSS.

IX. Iidem. AA. & CC. Asclepiodoto.

CVm iure habenti tutorem tutor dari non possit: intelligis matrem non officiũ pietatis impetendo tutorem neglexisse, sed iure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. III. Non. April. Bizantij. AA. COSS.

X. Iidem AA. & CC. Prisco.

NEpotibus fratris tui, si eorum mater in petendis tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores solenniter potes. S. prid. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

XI. Imp. ZENO. A. Dioscoro P. P.

MAtres naturalibus etiam filijs ad similitudinem eorum, qui ex iustis & legitimis nuptijs sunt procreati, petendorum tutorum necessitati subiaceant: nulla eis ignorantia iuris ad euitanda legibus uel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curauerint, profutura. D. Kal. Septembr. Constantinop. Zenone. A. II. COS.

VBI PETANTVR TVTORES VEL CVRAtores. Tit. XXXII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Aristobulæ.

MAgistratus eius ciuitatis, unde filij tui originem per conditionem patris ducunt, uel ubi eorum sunt facultates, tutores uel curatores his quàm primum secundum formam perpetuam dare curabunt. Quod si filij tui neq̃ possident quidq̃ in prouincia, ubi morantur, neq̃ inde originem ducunt: restituti apud patriam suam, & ubi patrimoniũ habent, morabuntur, ut ibi defensores legitimos sortiantur. PP. Kal. Octob. Læto. II. & Cereali COSS.

DE TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS ILLVSTRIVM uel clarissimarum personarum. Tit. XXXIII.

I. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo P. V.

ILlustribus præfectis urbi, adhibitis decem uiris ex numero senatus amplissimi, & prætore clarissimo uiro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores curatoresue ex quolibet ordine idoneos faciat retentari. & sanè id libero iudicio expertes q̃ damni constituent iudicantes. Etsi regendis pupillaribus substantijs singuli creandorum pares esse non possunt: plures ad hoc secundum ueteres leges conuenit aduocari, ut quem cœtus ille administrandis negocijs pupillorum dignissimum iudicauit, sola sententia obtineat præfecturæ. super cuius nomine, solennitate seruata, postea per prætorem interponatur decretum. Itaq̃ hoc modo remoti à metu, qui consilio adfuerint, permanebunt: & paruulis adultisq̃ clarissimis iusta defensio sub hac prudentium deliberatione perueniet. Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus sanè neq̃ testamentarij defensores, neq̃ legitimi, uita, ætate, facultatibus suppetunt. nam ubi forte huiusmodi homines offeruntur; si nihil ad defensionem suis priuilegijs comparabunt: ut teneri possint, iure

præscribimus. Cæterum alia, quæ causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. In prouincijs autē curiales in nominandis tutoribus & curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, & discriminis sui memores, cognoscant indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. III. Kal. Ianuar. Mediolani. Timasio & Promoto COSS.

II. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Aureliano* P.V.

GEnerali lege prospectum est, ne qui ad illustrium senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus uocentur. Dat. VIII. Kal. August. Theodosio. A. III. & Habundantio COSS.

QVI DARE TVTORES VEL CVRATORES POSSVNT, & qui dari non possunt. Tit. XXXIIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Amphibulo*.

CVm tibi in eadem ætate constituto, ut si de statu tuo constaret, per tutores uel curatores negocia tua administrari deberent, libertatis controuersiam fieri alleges: non ideo oportuit impediri, quo magis liberali causa ordinata (quia interim pro libero haberis) curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. PP. Kal. Nouembr. Alexandro. A. COS.

II. *Idem. A. Arthemisiæ.*

MAritus, & si rebus uxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei creari non potest. PP. Kal. Iul. Fusco. II. & Dextro COSS.

III. Imp. PHILIPPVS. A. *Dolenti.*

LVminibus captum curatorem haberi debere, falsò tibi persuasum est. PP. XIII. Kal. Aug. Peregrino & Aemyliano COSS.

IIII. *Idem. A. Emerito.*

MIlitiæ armatæ muneribus occupatus, neq; si legitimus sit, neq; si ex testamento datus fuerit, nec alio modo (etsi uoluerit) tutor uel curator fieri potest. sed si errore ductus, res administrauerit: negociorum gestorum actione conuenitur. PP. X. Kal. August. Peregrino & Aemyliano COSS.

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aemyliane.*

NEq; à præside alterius prouinciæ, neq; à magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia ciuitate, nec domicilium, ubi nominatur, habentem, iure dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est: nec cessatio iniuncti perperam officij ad periculum eius pertinet. S. XII. Kal. Maij. AA. COSS.

VI. *Idem. AA. & CC. Leontio.*

QVod dicis matrem filijs tutores nolle petere: super hac re adi præsidem prouinciæ: cum si eam neglexisse prospexerit, etiam ipse magistratus dare tutores, siue nomina mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, iubere non prohibeatur. PP. II. Kal. Maij. AA. COSS.

VII. *Idem. AA. & CC. Rufo.*

IN seruili conditione constitutum, tutorem uel curatorem à præside dari non posse, nullam habet iuris dubitationem. S. II. Non. Iul. Philippopol. AA. COSS.

VIII. *Idem. AA. & CC. Euelpisto.*

CReditorem debitoribus tutorem datum, non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse soluere, non ambigitur. PP. V. Non. Iun. CC. COSS.

IX. *Idem AA. & CC. Maximiano.*

SI sororis tuæ filijs, tutore legitimo patruo constituto, nec ullo excusato priuilegio, tutor datus es: cum habenti tutorem alium dari iura prohibeant: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. III. Kal. Februar. Sirmij. CC. COSS.

X. *Idem. AA. & CC. Florentino milit.*

CVratorem habenti nec adiungi, nisi causa cognita, nec in locum eius alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui iuris non est. Te quoq; abfuturū damni, quod medio tempore negocijs pupillaribus contigit, esse succedaneum: cum actorem periculo tuo constituere debueras: nec iure magistratum in absentia tua alium creasse, certum est. PP. III. Kal. April. Cæsaribus COSS.

XI. Impp. CONSTANT. A. & CONSTANTIN. *Cæs. ad Bassum.* P.V.

In uni

IN uniuersis litibus placet, non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto, aut administrandi patrimonij gratia, aut in litem fuerit curator datus: ut iuxta præcedentia nostræ pietatis statuta legitime initiatæ litis agitata in iudicijs controuersia finiatur. D. III. Id. Octobr. Aquileiæ. Constant. A. & Licinio COSS.

XII. Imppp. VALENTIN. GRAT. & THEOD. AAA. Eutropio P.P.

CVrator adolescenti ordinatus, post incohatam litem non potest sub prætextu specialis curatoris à se nominati, aut litem contestatam deserere, aut ab administratione se subtrahere. D. IIII. Kal. Octob. Constantinop. Eucherio & Syagrio COSS.

XIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P.V.

NE magistratuum ulterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem colonum, siue alium, qui priuilegio ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris adstringat officium. D. * Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

QVANDO MVLIER TVTELAE OFFICIO fungatur. Tit. XXV.

I. Imp. ALEXANDER. A. Otaciliæ.

TVtelam administrare uirile munus est, & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. PP. X. Kal. Octobr. Iuliano. II. & Crispino COSS.

II. Impp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P.P.

MAtres, quæ amissis uiris tutelam administrandorum negociorum in liberos postulant: priusq; confirmatio officij talis in eas iure eueniat, fateantur actis sacramento præstito, ad alias se nuptias non uenire. Sanè in optione huiuscemodi nulla cogatur, sed libera in conditiones, quas præstituimus, uoluntate descendat. nam si malunt alia optare matrimonia: tutelam administrare non debent. Sed ne sit facilis in eas post tutelam iure susceptam irruptio: bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectauerit nuptias, in obligationem uenire, & teneri obnoxia rationibus paruulorum præcipimus: ne quid incuria, ne quid fraude depereat. His illud adiungimus, ut mulier, si ætate maior est: tunc demum petendæ tutelæ ius habeat, cum tutor uel testamentarius uel legitimus defuerit, uel priuilegio à tutela excusetur, uel suspecti genere submoueatur, uel ne suis quidem pro animi aut corporis ualetudine administrandis facultatibus idoneus inueniatur. Quòd si fœminæ tutelas refugerint, & præoptauerint nuptias: tunc demum uir illustris præfectus urbi accito prætore, qui impertiendis tutoribus præsidet, siue iudices, qui in prouincijs iura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari defensores minoribus iubebunt. Dat. XII. Kal. Februar. Mediolani. Valentiniano A. IIII. & Neoterio COSS.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

SI pater secundum nostram constitutionem naturalibus liberis in his rebus, quæ ab eo in eos profectæ sunt, tutorem non reliquerit, mater autem uoluerit eorum (siue sint masculi, siue fœminæ) subire tutelam: ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competente iudice interuenientibus, iuramentum antea præstet, quòd ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet: & renunciet senatusconsulti Velleiani præsidio, omnique alio legitimo auxilio, suamq; substantiam supponat, & ita filiorum suorum uel filiarum naturalium tutricem eam existere sancimus: omnibus, quæ pro matribus & liberis earum ex legitimo matrimonio progenitis diualibus constitutionibus cauta sunt, in huiusmodi matribus obseruandis. Si enim in filijs iustis, in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ, & tamen matribus, his deficientibus, ad prouidentiam filiorum suorum uenire cõceditur: multomagis in his casibus, ubi legitima tutela enanescit, saltim alias eis dare, humanissimum est. D. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

IN QVIBVS CASIBVS TVTOREM HABENTI TVTOR uel curator dari possit. Tit. XXXVI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Tyberiano & Rufo.

SI in locum eius tutoris ad tempus dati estis, qui reipublicæ causa aberat, isq; iam finito munere, quod ei iniunctum est, abesse desijt: quin ad eius officium curamq; pertineant negocia pupillæ, ambigere non debetis. sed consultius fe-

ceritis,si præsidem prouinciæ uirum clarissimum adieritis,ut is ad administrationẽ tutelæ cõpellatur.PP.VIII.Kal.Aug.Antonino.A.IIII.& Balbino COSS.

II. Imp.ALEXANDER.A. Valentiniano.

POtuit quidem & debuit competens iudex in locum excusati tutoris, licet pupillus alios quosq; haberet tutores,curatorem dare.Quamuis autem curator cum alijs in locum eius substitutus sis : tamen periculo administrationis ultra pubertatis tempora non adstringeris. PP.V.Id.Iun.Modesto & Probo COSS.

III. Idem.A.Hylæ.

PRopter late diffusum, uel in diuersis locis constitutum patrimonium, uel quod solus ad administrationem nõ sufficias,an tibi tutelam administranti adiungi aliquos curatores oporteat:præses prouinciæ,si te nõ sufficientem depræhenderit,æstimabit.PP.VIII.Id.Decẽb. Pompeiano & Peligno COSS.

IIII. Impp. VALERIAN.& GALLIEN.AA. Euploio.

LIcet tutorem habenti tutor dari nõ potest : tamen ex certis causis alius idoneus substitui sententia cõpetentis iudicis solet,scilicet in locum suspecti,qui cõuictus ac remotus est,& in locum excusati,uel defuncti,uel relegati tutoris.PP.Idib.Mart.Seculari.II.& Donato COSS.

V. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC.Zenoni.

CVm ob augmentum facultatum curatores adiungi solent, non prius dati tutores administratione eorum liberantur. Sanè si is,qui administrauit,tempore finitæ tutelæ fuit soluendo:secuti temporis periculum ad te pertinere non potuisse, manifestum est. D.III.Kal. April.Cæsaribus COSS.

DE ADMINISTRATIONE TVTORVM ET CVRATORum,& de pecunia fœneranda,& deponenda. Tit. XXXVII.

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA. Modesto.

FRustra times administrare res adolescentis,cuius curator es,ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis te recepisse:sed ea,quæ agenda potest,age:& quod magis interest oĩm partiũ,insta, ut iudex inter te & tutores datus,q;primũ partibus suis fungat.PP.XII.Kal.Octo.Albino & Aemyliano COSS.

II. Idem. AA. Timoni & Elpidophoro.

ADuersus curatorem adolescentis,cui collegæ dati estis,q;diu administratio cõmunis durat,exerceri iudicium nõ potest.PP.II.Kal.Maij.Apro & Maximo COSS.

III. Imp. ANTONINVS.A.Eumuso.

SVmptus in pupillum tuum necessariò & ex honestis iustisq; causis iudici,qui super ea re cognoturus est,si probabuntur facti:acceptò ferentur,etiamsi prætoris decretum de dandis eis non sit interpositum.id nanq; quod â tutoribus bona fide erogatur,potius iusticia,q;aliena authoritate firmatur.PP.XIIII.Kal.Septembr.Duobus & Aspris COSS.

IIII. Idem.A. Proculæ.

NIsi eam pecuniam,quam constiterit libertum paternum tutorem filiæ tuæ rationi eius debere,uel deposuerit,uel in prædiorum comparationem cõuerterit:remittitur ad præfectumurbi,secundum ea,quæ constituta sunt, arbitrio eius puniendus. PP.XII. Kal. Octobr. Antonino A.IIII.& Balbino COSS.

V. Idem.A.Rufino.

FRustra tutores quondam adolescentium, quorum curam administras, iudicatum facere detrectant, cum exacta pecunia possit authoritate præsidis in depositi causam haberi.PP. Kal.Iun.Læto.II.& Cereali COSS.

VI. Imp.ALEXANDER.A.Paconio.

NOn est ignotum, tutores uel curatores,si nomine pupillorum uel adultorum scientes calumniosas instituũt actiones,eo nomine condemnari oportere:ne sub prætextu nominis eorum propter suas simultates secure lites suas exercere posse existiment. PP.VI.Id. Maij. Maximo.II.& Aeliano COSS.

VII. Idem A.Valerio.

TVtelam pupillorum tuorum sic administrare debes,ne ædificium, quod his relictum est, contra formam alienandi testamento datam uendas.PP.VI.Id.Iul.Maximo.II.& Aeliano COSS.

Idem

VIII. *Idem. A. Aprili.*

ETsi scisses te curatorem datum, nec administrasses: cæteris curatoribus, & administratione eam peragentibus, & sufficientibus damno præstando, contra te actio dari non potest. Sin autem nescisses te curatorem datum: etiamsi soluendo cæteri non sint: damni periculum ad te non redundat. PP. VII. Kal. Decembr. Alexandro A. III. & Dione COSS.

IX. *Idem. A. Inclytæ.*

SI curatores habes, hiq; dotare te bonis tuis cessant: adito præside, impetrabis, ut quod mode ratum est honestæ personæ, præstare cogantur. PP. XVII. Kal. Maij. Agricola & Clementino COSS.

X. *Idem. A. Rufinæ.*

SI liberti eiusdemq; curatoris culpa seu fraude ratio uestra læsa sit: sarciri damnum ab eo, qui dedit, præses prouinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorem exsecutionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. XI. Kal. Aug. Agricola & Clementino COSS.

XI. *Imp. GORDIANVS. A. Cæcilio.*

SI bonam causam ea, cuius tutor es, habuit, & aduersus latam sententiam non appellasti, seu post appellationem prouocationis solennia implere cessaueris: tutelæ iudicio indemnitatē pupillæ præstare debes. PP. Idib. Aug. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XII. *Idem. A. Octauianæ.*

DE his, quæ in fraudem administrationis à tutore gesta, uel negligenter acta à curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes: si modo annos legitimæ ætatis implesti. neq; enim ignoras, non multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis ad rerum suarum administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. III. Non. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

XIII. *Idem. A. Longino.*

TVtores debita pupillaria, seu depositа poscentes, ad satisdationem compelli nō posse, manifestum est. PP. VIII. Kal. Maij. Ariano & Pappo COSS.

XIIII. *Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS Cæs. Clementi.*

RAtiones curæ administratæ ante impletum uicesimum & quintum annum, durante officio, posci iure non posse, manifestum est. PP. prid. Non. August. Philippo. A. II. & Titiano COSS.

XV. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Licinio.*

SI non subscripsisti quasi fideiussor: frustra uereris, ne ex ea intercessiōe, qua signasti ut curator, olim liberatus (ut adfirmas) sententia præsidis, ex officio curatoris conueniri possis. PP. prid. Non. Mart. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. COSS.

XVI. *Idem. AA. & CC. Proculo.*

NOn omni titulo rerum pupilli potestatem alienandi tutores habent: sed administrationis tantum causa distrahentes, quæ uenum eis dare licet, iustam causam possidendi comparantibus præstant. Cum itaq; donare nulla ratione res eorum, quorum administrant negocia, potestatem habent: uindicare dominium à possidentibus non prohiberis. D. X. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XVII. *Idem. AA. & CC. Martiali.*

DE successione sua tutores frustra timent: cum his, qui tutelam administrauerūt, testamenti factio non negetur, nec de bonis suis donare aliquid prohibeantur. S. XVI. Kal. Nouēb. Sirmij. AA. COSS.

XVIII. *Idem AA. & CC. Soterico.*

DEbitoribus pupillæ pro officij ratione tutorem te constitutum adseuerans, ad te nominū periculo pertinente, parére solutioni denuncia. qui si satis nō fecerint: in uenditiōe pignorum uti communi iure potes. S. prid. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XIX. *Idem. AA. & CC. Vindiciano.*

TVtor, licet absens, decreto datus, si se sciens solenniter non excusauerit: administrationi constituitur obnoxius. S. III. Id. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XX. *Imp. CONSTANTINVS. A. Euphemianæ.*

PRo officio administrationis tutoris uel curatoris bona, si debitores existant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet uindicare minime prohibentur. Idem est, etsi tutor uel curator quis constitutus, res minorum non administrauit. Dat. VII. Kal. April.

Treue

Treueris. Volusiano & Anniano COSS.

XXI. *Idem. A. Maximo P.P.*

PVpillorum seu minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amis sæ periculum præstent. D. III. Kal. Febr. Romæ. Sabino & Rufino COSS.

XXII. *Idem. A. ad Populum.*

LEx, quæ tutores curatoresq; necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, uestes, cæteraq; mobilia preciosa, urbana etiam mancipia, domos, balnea, horrea, & omnia, quæ intra ciuitatem sunt, uenderent, omniaq; ad numos redigerent, præter prædia & mancipia rustica, multum minorum utilitati aduersa est. Præcipimus itaq;, ut hæc omnia nulli tutorum curatorumúe liceat uendere: nisi hac forte necessitate & lege, qua rusticum prædiũ atq; mancipiũ uendere, uel pignorare, uel in dotem dare in præteritum licebat: scilicet per inquisitionem iudicis, probationem causæ, & interpositionem decreti, ut fraudi locus non sit. Ante omnia igit̃ urbana mancipia, quæ totius supellectilis noticiam gerunt, semper in hæreditate & in domo retineantur. nam boni serui fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione positi, poterunt prodere ueritatem. atq; ita omnia obseruabunt, ut nec inuentaria minuere, nec mutare, uel subtrahere aliquis tutor ualeat. Quod & in uestę, margaritis, gemmis, & in uasculis, cæteris q; supellectilibus necessariũ est. & tolerabilius est (si ita contigerit) seruos mori suis dominis, q̃ seruire extraneis. quorum fuga potius tutori adscribitur, siue negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, siue duricia, uel inedia, atq; uerberibus eos adficiat. nec enim dominos exsecrantur, sed magis diligunt: ita, ut hæc lex per hoc quoq; melior antiqua sit. tunc enim remota seruorum custodia, etiam uita minorum sæpius prodebatur. Nec domum uero uendere licet, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines aut non uidere fixas, aut reuulsas uidere, satis est lugubre. ergo & domus, & cætera omnia immobilia in patrimonio minorũ permaneant: nullumq; ædificij genus, quod integrum hæreditas dabat, collapsum tutoris fraude depereat. Sed etsi parens, uel cuiuscunq; hæres est minor, reliquerit deformatum ædificium: tutor testificatione operis ipsius, & multorum fide, id reficere cogatur. ita enim annui reditus plus minoribus conferent, q̃ per fraudes precia deminuta. Serui etiam, qui aliqua arte sunt præditi, operas suas cõmodo minoris inferent: & reliqui minoreis, qui in usu domini esse non poterint, quibusq; ars nulla est, partim labore suo, partim alimoniarum taxatione pascantur. Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra fœminas immoderatas atq; intemperantes prospexit minoribus, quæ plerunq; nouis maritis nõ solum res filiorum, sed etiam uitam addicunt. Huc accedit, quod ipsius pecuniæ, in qua robur patrimoniorũ ueteres posuerũt, fœnerandi usus uix diuturnus, uix continuus & stabilis est. quo sæpe intercidente pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. Iam ergo uenditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti: exceptis uestibus, quæ detritæ usu, aut corruptæ seruando, seruari nõ potuerint, animalia quoq; superuacua minorum quin ueneant, non uetamus. D. Idib. Mart. Constantino A. VII. & Constantino Cæs. COSS.

XXIII. *Idem. A. Felici.*

SI tutoris uel curatoris culpa uel dolo, eo quôd uectigal prædio emphyteutico impositũ minime dependere uoluissent, minori fuerit amissum: damnum, quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est. D. XIII. Kal. Maij. Constantinop. Dalmatio & Xenophilo COSS.

XXIIII. *Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.*

TVtores uel curatores mox, quàm fuerint ordinati, sub præsentia publicarum personarum inuentarium rerum omnium & instrumentorum solenniter facere curabunt. Aurum, argentumq;, & quidquid uetustate temporis nõ mutatur, si in pupilli substantia reperiatur: in tutissima custodia collocent: ita tamen, ut ex mobilibus aut prædia idonea cõparentur, aut si forte (ut adsolet) idonea nõ potuerint inueniri: iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat accessio, quarum actio ad periculum tutoris pertinet. D. VII. Kal. Mart. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. COSS.

XXV. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.*

SAncimus, creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum uel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit. quo subsecuto, si & iudex hoc pronunciauerit, & debitor persoluerit: sequitur huiusmodi causam pleniss̃ima securitas, ut nemo in posterum inquietetur. nõ enim debet, quod rite & secundum leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari. Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quæ uel ex redi

tibus,

tiqus, uel ex pẽsionibus, uel alijs huiusmodi causis pupillo uel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneraticia forsitan cautiõe, uel alijs similibus causis solutionẽ facere, & se liberare desiderat. tunc eñ eam subtilitatem obseruari censemus. D. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

XXVI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

CVm quædam mulier testamento condito filium suum præteriisset, idem autem filius, qui præteritus erat, uel fratris, uel extranei esset tutor uel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat hæres: in præsenti specie manifestissimum erat, stare tutorem uel curatorem in præcipiti loco. siue enim authoritatem suam uel consensum de adeunda hæreditate præstare pupillo aut adulto minime uoluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur præiudiciũ (satis enim imminet periculum tutelæ uel utilis negociorum gestorum actionis, ne pupillus uel adultus, ut pote ex illius tarditate læsus, litẽ ei ingerat) siue huiusmodi timore perterritus, author fuerit pupillo uel adulto: periculum emergebat. dum enim alij consentit, ipse sua iura perdit. uidebatur etenim confirmare matris suæ iudicium, quod oppugnãdum esse existimabat. & multæ aliæ in super species oriuntur, ex quibus uerendum est tutori uel curatori circa suas res præiudicium, puta in hypothecis & alijs uarijs causis. Inuenimus autem generaliter definitum, post officiũ depositum oñes actiones, quas tutor uel curator ex necessitate officij subierit, in quondam pupillum uel adultum transferri. Quare tam optimo exemplo argumentati: necnon & alijs omnibus causis, in quibus ueretur tutor uel curator, ne præiudicium aliquod ei fiat, timorem eius removemus. Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum uel adultorum gubernare: scituris, quòd lex nostra sua eis iura immutilata reseruet, nihil ex huiusmodi authoritate uel consensu præiudicij subituris. D. X. Kal. Septẽbr. Const. post consulatũ Lampadij & Orestis. VV. CC.

XXVII. *Idem. A. Ioanni P.P.*

COnstitutionem, quam nuper fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum causa fieri ex redditibus, siue ex pensionibus, siuæ ex alijs similibus casibus, etiam in usuras extendimus: quæ tamen non summatim, neq; ex multis annis collectæ iam debentur, biennales metas & centum solidorum quantitatẽ minime excedentes. D. X. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

XXVIII. *Idem. A. Ioanni P.P.*

SAncimus, neminem tutorem uel curatorem pupilli, uel adulti, uel furiosi, uel aliarum personarum, quibus tam ex ueteribus, quàm ex nostris legibus curatores creantur, defensionem, quam pro lite susceperunt, recusare: sed ab initio litis omnibus modis memoratas personas defendere, & litem præparatam secundum leges instruere, scientes, quòd hoc munus necessarium est tam tutelæ, quàm curationi. Et si hoc recusauerint, uel subire diftulerint: non solum utpote suspecti amoueant̃, amissa eorum existimatione: sed etiam ex substãtia sua omne detrimentũ, quod antelatæ personæ ex recusatione defensionis sustinent, resarcire cogãtur. Sed & si quis ex quadam interpellatione admonitus, propter litis instructionẽ consuetã cautelã exposuerit, uel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem suscepit, uel demens, uel furiosus factus fuerit: sancimus, continuo curatorem ei in competenti iudicio ordinari, cura & prouisione tam iudicis, sub quo lis uertitur, quàm cognatorum, & ꝓpinquorum, & actoris, si uoluerit, ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatẽ habente creando curatore defensionẽ subire, & cætera litis adimplere: personis etiam, quæ periculo proprio, uel suæ substantiæ tutores uel curatores petierunt (siue matres forte fuerint, uel quidam alij) compellendis eos, quos ordinauerint tutores uel curatores, præparare talem subire defensionẽ. uel si illi noluerint hoc facere, & propter huius defensionis recusationem tutela uel curatione remoueantur: necessitatem imponimus memoratis personis, alios tutores uel curatores ordinare in ipsis gestis, in quibus tutores uel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talẽ subire defensionẽ. Ne autem tales personæ sine prouisione debita relinquantur, uel contra eos agentium iura diutius protelentur: sancimus, continuo, id est post recusationem defensionis, in casibus uidelicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum celebrari: cognatis, alijsq; propinquis, & adfinibus, uel creditoribus, uel alijs, quorum interest, adeuntibus uel admonentibus eos, qui secundum leges ius habent, tutores uel curatores constituere. Defensionem autem & nomen eius in hoc casu apertius declarantes, ne forte putauerint tutores uel curatores grauamen sibimet imponi: illam decernimus defensionẽ eos subire, quæ nõ satisdati one pro euentu litis constituitur, sed ut litem secundum legum ordinem pro pupillo uel adulto alijsq; personis instruant: licentiam ex hac nostra authoritate habentes, sine decreto res, qua

rum gubernationem gerunt, pro cautela litis subsignare. Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum & adultorum, aliarumq; personarum penitus amputantes: sancimus, omnes tutores non aliàs creari, nisi prius cum alijs solennibus uerbis, quæ pro gubernatione rerum, tam in gestis, quàm in cautionibus, ab his conscribuntur: & hæc specialiter expresserit, quòd omnimodo sine ulla dilatione defensionem pro pupillis & adultis alijsq; supra memoratis personis subire eos necesse est. Hisq; adijcimus, nullam neq; in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes: tutoribus, & omnibus curatoribus licere fructus, siue qui ex reditibus prædiorum colliguntur, siue in substantia personarum, quarum gubernationē habent, inuenti fuerint, id est uinū, & oleum, & frumentum, uel cuiuscunq; speciei sunt, sine decreto distrahere iusto precio, quod in his locis, in quibus uenditio celebratur, tunc temporis dinoscitur obtinere: & quæ ex uenditione eorundē fructuū colliguntur pecuniæ, cū alia pupillorū uel adultorū aliarumq; personarum substantia administrentur. D. XII. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatū Lampadij & Orestis VV. CC.

DE PERICVLO TVTORVM ET CVRATORum. Tit. XXXVIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Quanto.*

ET qui noticiæ causa liberti tutores dantur, quamuis soli administrandorum negociorum pupillorum siue adultorū facultatē interdū non accipiant propter tenuitatē sui patrimonij: periculo tamē omēs sunt obligati: siue ea, quæ scire debēt, ex utilitate eorū tutores siue curatores dissimulauerunt, aut fraudē aliquam adhibuerūt, uel cū alijs participauerūt, aut cū suspectos facere deberēt, uel in officio muneris, uel debito obsequio cessauerūt. PP. IX. Kal. Febr. Alexando. A. II. & Marcello COSS.

II. *Idem.* A. *Saturo.*

AD eos, qui in alia prouincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia prouincia res pupilli gerunt, nō porrigitur. PP. Non. Iul. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

III. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. *Cæs. Gratiano.*

SI res pupillares, quas in horreo cōditas habere, aut etiā uenūdare debuisti, in hospitio tuo (ut adseueras) ui ignis cōsumptæ sunt: culpā seu segnitiē tuā, nō ad tuū damnū, sed ad pupilli tui spectare dispēdiū, minus pbabili ratione deposcis. PP. III. Kal. April. Philip. A. & Titiano COSS.

IIII. *Idem.* A. & C. *Floro.*

TVtoribus seu curatoribus fortuitos casus, aduersus qs caueri nō potuit, imputari nō oportere, sæpe rescriptū est. PP. XII. Kal. Septembr. Philippo. A. & Titiano COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Seuero.*

SI tutor petitus, uel ex testamento datus, tutorem te constitutū esse, non ex remissæ negligentiæ uicio, sed iustæ ignorationis ratione nō didicisti, idq; liquidis probationibus ostenderis: periculo eius temporis, quod ignorante te trāsmissum est, non teneberis. PP. III. Id. Septembr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

VI. *Idem.* AA. & CC. *Epicteto.*

TEmporis, quod insequitur post tutelæ trāslationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendæ rei non ptinere periculum, rationis est. S. V. Kal. Decembr. Cæsaribus COSS.

QVANDO FACTO TVTORIS VEL CVRATORIS MINOres agere uel conueniri possunt. Tit. XXXIX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Septimio.*

CVius tibi curatores cōdemnati sunt, si uicesimū quintum annū ætatis egressa es: actio iudicati utilis aduersus ipsam, bonaq; eius exercenda est. nam tutores curatores q; finito officio, nō esse cōueniendos ex administratiōe pupillorū uel adolescentiū, sæpe decretū est. PP. VIII. Kal. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Sorarcho.*

ET si tutores tui, cum pecuniā pupillarē crederent, ipsi stipulati sunt: utilis actio tibi dabit.

III *Imp.* GORDIANVS. A. *Prudentiano.* Si in

SI in rem minoris pecunia ꝓfecta sit, q̃ curatori uel tutori eius noīe minoris mutuò d ata sit: merito ꝓsonalis actio in eundē minorē dāda est. PP. Non. Sept. Gordiano A. & Auiola COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Maximianæ.*

SI hi, qui te in pupillari ætate constituta tutores fuerint, postea in administratione perseuerantes, uel curatores constituti, tua prædia locauerunt: eos competenter conuenies, & ex eorum contractu utilis tibi quæri potuit contra successores conductoris actio. S. III. Non. Mart. AA. COSS.

V. *Iidem.* AA. & CC. *Onesimæ.*

PEr tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis, dari non potest. D. Idib. Decembr. Cæsaribus COSS.

SI EX PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIbus omnes, uel unus peragere rem minoris, uel conueniri possint. Tit. XL.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Cassio militi.*

AB uno ex tutoribus uel curatoribus causam posse minorũ defendi: cum alij tutores uel curatores eam defendere noluerint: ignorare nõ debes. PP. Non. Nouẽbr. Messala & Sabino COSS.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. & LICINIVS. *Cæs. ad Symmachũ.*

SI diuisum administrationis periculum per prouincias sit: his tantum omnibus insinuari conuenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelæ uel curæ officium sustinẽt: ne de alijs prouincijs defensores minorum ad iudicia perducantur. D. prid. Non. Feb. Constantino. A. & Licinio. Cæs. COSS. **aliâs. ultra dedisti.*

NE TVTOR VEL CVRATOR VECTIGAL conducat Tit. XLI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Sexto.*

COmpetens iudex non ignorat, non esse admittendos ad uectigalia conducenda eos, qui pupillorum uel adolescentium tutelam uel curam administrant, uel eius administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamuis contra interdictũ ad uectigal conducendum accesseris: tamen quoniam *ultro me adisti: si tam uectigali, quàm pupillis satiffeceris: falsi crimine carebis. cum autem fisco iam te obstrictum, postea tutorem esse dicas: periculo te excusare poteris. PP. VIII. Kal. Aug. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

DE TVTORE VEL PROCVRATORE, QVI non satisdedit. Tit. XLII.

I. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Tito & Flauiano.*

SIndum uobis ætas legitima completa est: satisdationem ab his, quos minus idoneos curatores uobis ab aduersario, cum magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate. ꝓhibentur eĩ ab administratione, nisi securitati uestræ satisdatione ꝓspexerint. PP. Non. Iul. Aemyliano & Basso COSS.

II. *Iidem.* AA. & VALERIAN. *Cæs. Euploio.*

EVm tutorem, qui supereſt, si secundum præsidis præceptum & iuris formam satis non dat: remoueri à tutela, si inopia hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiam cum nota, aditus rector prouinciæ iubebit, & in locum defunctorum alios substitui præcipiet: præsertim, cum patrimonium pupilli noua hæreditate auctum esse ꝓponas. tutores aũt dati ab hæredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelæ deposcent. PP. Idib. Marj. Seculare & Donato COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Stratonicæ*

IN dubium non uenit, tutores, qui testamento dati nõ sunt, administrandi potestatẽ, nisi satisdatione emissa, non habere. si igitur tutor, qui pro tutelari officio nõ cauerat, iudicio exercitus est: aduersus eũ lata sententia iuri tuo officere nõ potuit: nec ea, q̃ ab eo gesta sunt, ullã firmitatẽ obtinent. frustra igitur in integrũ restitutionis auxiliũ desideras, quando ea, quæ ab eo gesta sunt, ipso iure irrita sunt. PP. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. Dioclet. III. & Max. AA. COSS.

IIII. Idem.AA.& CC. Tertullo.

NOn omniũ tutorũ par similisq; causa est. Qua propter cũ exemplo testamentarij confirmatũ à præside,uel datum ex inquisitiõe,nõ onerari satisdatione rem saluam fore pupillorum manifestũ sit: pluribus tamen datis ex inquisitione tutoribus,illum,qui satis secundum formam edicti rem pupilli saluam fore dedit,in administratione præferri,iam dudum obtinuit.S.Idib.Decembr.Nicomediæ.CC. COSS.

V. Impp.CONSTANT.& MAXIM.AA.SEVER.& MAXIM. CC.

TVtor,qui satisdationẽ,cũ satisdare debuit,minime interposuit:nihil omnino ex bonis pupilli alienare potest. Posteaq; aũt ad tutelæ administrationẽ electus est:& bonorũ possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse,& cætera eius,quæ tempore artarentur,persequi debuisse,aperte claret.Dix.XI.Kal.Ianuar.Constantio & Maximo.AA. COSS.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRATORibus. Tit. XLIII.

I. Imp.ANTONINVS.A. Domitiæ.

IBertum tuum & tutorem filij tui,si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectum facere potes:modo si officium eius pubertate pupilli finitum non est. nam si eo iure tutor esse desijt:is iudicio tutelæ conueniendus est.PP. Idib. Augusti Romæ.Duobus & Aspris COSS.

II. Idem.A. Longino.

CVratores quidem suo periculo, quanto tardius ad eos tutela transfertur, cessant. quòd si in fraudem factum existimas:suspectos eos postula.qui si submoueri meruerint:in locum eorum alios accipies.PP.Idib.Ianuar.Læto.II.& Cereali COSS.

III. Imp.ALEXANDER.A.Fortunatæ.

PRæses prouinciæ tutores filiorum tuorum,strictioribus remedijs adhibitis,omni modo administrationis officiũ compellet agnoscere. Quòd si in eadẽ contumacia perseuerauerint: suspectos postulare,ut alij in locum eorum petantur,non prohiberis.PP.Idib.Ianuar.Alexandro.A.III.& Dione COSS.

IIII. Idem.A.Thalidæ.

ETiam testamento patris tutorem datum suspectum postulare potes,si fraudem tutoris argueris.PP.VIII.Kal.Ianuar.Maximo.II.& Paterno COSS.

V. Idem.A. Asclepiadi.

IN postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non uires patrimoniorũ principaliter,sed an nihil segniter,nihil fraudulenter geratur,perpendi oportet.PP.VI. Kal. Ianuar. Maximo II.& Paterno COSS.

VI. Imp. GORDIANVS.A. Felici.

PIetatis fungeris officio,si fratris tui filios,ut necessitudo sanguinis suadet,protegere conaris.Si igitur tutores uel curatores eorum nõ recte administrant:suspectis eis postulatis atq; ostensis,ut alij in locum eorum constituantur,facile impetrabis. Quòd si nihil in fraudem egerunt,uerum ita egeni sunt,ut in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur:an eis adiungendus sit curator,qui idoneus facultatibus sit:rector prouinciæ æstimabit.Remouendi autem licentia nõ solum parentibus utriusq; sexus,sed etiam cognatis,& extraneis,& adfinibus,& ipsi,cuius res administrantur,si nõ impubes sit,arbitrio cognatorum bonæ opinionis constitutorum,conceditur.PP.V. Id.Nouembr.Pio & Pontiano COSS.

VII. Idem.A.Gorgoniæ.

EVm,quem ut suspectum tutorem accusas,pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerum tuarum,donec causa finitur,præses prouinciæ iubebit.alius tamen interea in locum eius in administratione rerum ordinandus est.PP.VII.Kal.Mart.Sabino.II.& Venusto COSS. VIII. Imp.PHILIPPVS.A.& PHILIPPVS Cæs. Proculo.

SI non suspectum contutorem tuum postulare,ac remouere ab administratione bonorũ pupilli curaueris:admitti nequaq; potest ratio desiderij tui,iam nũc postulantis, tutelã tibi nomine eiusdem pupilli restitui.PP.XIII.Kal.Nouembr.Peregrino & Aemyliano COSS.

IX. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA. Hammiano.

SVspectos tutores ex dolo,nõ etiam eos,qui ob negligentiam remoti sunt,infames fieri manifestum est.S.VIII.Kal.Maij.CC, COSS.

De in

DE IN LITEM DANDO TVTORE VEL CVratore. Tit. XLIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Miltiadi.

SI quas petitiones aduersus pupillos tuos habes: dirigere eas potes, adsistentibus causamq; defendentibus contutoribus tuis: cum etsi alios non haberent tutores, ad hoc genus litis defendendæ curatores accipere deberent. PP. XIII. Kal. August. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Euaresto.

AN tibi partis fundi paterni uindicatio competat: is, cuius de ea re notio est, æstimabit. Respicere autem debes officium, in quo te esse tutorem dicis: ne ob eiusmodi petitionē euictione secuta, ultra precij quantitatem, auctoris hæredem pupillum tuum oneres, qui laudatus per te defendi debeat: cum aut compensationis rationem habere, aut contrario tutelæ iudicio experiri possis. Sed ne tuum ius, si quod habes, impediatur: ad eam rem defendendam, quæ aduersus te uindicantem agenda erit, curatores pupillo petantur. PP. XII. Kal. Maij. Iuliano. II. & Crispino COSS.

III. GALLIENVS. A. Valerio.

AD protegendā causam tutor siue curator datus, cōueniri nō potest administrationis periculo, cū sola suscepti negocij tutela mandata est. si nihil igitur (ut allegas) præter negocium gessisti: frustra conueniris. PP. Kal. April. Valeriano & Luciano COSS.

IIII. Idem. A. Ireneo.

AD litem datus tutor, si quid bona fide erogasti, à contutoribus more solito exigere potes. PP. Kal. Nouembr. Paterno & Arcesilao COSS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Tigrani.

SIue ex testamento, siue ex iure legitimo, fratris tui filiorum tutelæ onus ad te pertineat: ueteri non debes de his quæstionibus, quas aduersus fratrem quondam fuisse tibi dicis: cum si qua emerserit lis, procuratore dato, & illis curatore ad litem constituto, & solennitati iuris, ubi tutor exigitur, & indemnitati utriusq; prospici possit. S. IIII. Kal. Maij. CC. COSS.

DE EO, QVI PRO TVTORE NEGOCIVM gessit. Tit. XLV.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Marcello.

ETiam mulieres, si res pupillares pro tutore administrauerunt, ad præstandam rationem tenentur. PP. *. Aemyliano & Basso COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Marco.

NOn utiliter nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licet ex eorum persona iniunctas impleat intentiones, exceptione (si tutor non est) submouetur. D. Non. Decembr. CC. COSS.

SI MATER INDEMNITATEM PROMISIT. Tit. XLVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Brutiæ.

VOs potius periculo magistratus tutores, quos petistis, dederunt: quàm tu contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione obstricta es, quòd tuo periculo tutores filijs tuis dari postulasti. PP. III. Id. Mart. Maximo. III. & Vrbano COSS.

II. Impp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS Cæs. Asclepiadi & Menandro.

QVædam pupillorum uestrorum à matre, itemq; auo paterno administrata, eorumq; nomine indemnitatem uobis promissam adseueraßtis. quæ si ita sunt, & ijdem pupilli legitimæ ætatis effecti, non aduersus matrem suam, neq; auum, sed contra uos congredi malunt: non immeritò indemnitatem ab his præstari desiderabitis, quos & administrationem suo periculo pridem suscepisse proponitis. PP. IIII. Id. Iul. Præsente & Albino COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Caiano.

OB tutorem non idoneum à matre petitum, frustra uobis eam teneri contenditis:

cum non, niſi ſpecialiter eius periculo dari decreto fuerit compræhenſum, ex ea obligatione obſtricta ſit. S. Kal. Decembr. AA. COSS.

SI CONTRA MATRIS VOLVNTATEM TVTOR datus ſit. Tit. XLVII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Tertio.

SI contra matris ultimam uoluntatem Fuſcinium filio communi tutorem datum probaueris: eum ſine damno exiſtimationis à tutela remouendum prætor decernet. quæ reſcriptio, ſi in fraude conuictus fuerit, non ſuffragabitur. PP. XIII. Kal. Mart. Laterano & Rufino COSS.

VT CAVSAE POST PVBERTATEM ADSIT tutor. Tit. XLVIII.

I. Imp. PHILIPPVS. A. Dextro.

TVtores, qui necdum adminiſtrationem ad curatores tranſtulerũt, defenſioni cauſarum pupillarium adſiſtere oportere, ſæpe reſcriptũ eſt. & ideo ſi (ut proponis) inſtrumenta, quibus adſeri poſſunt cauſæ prouocationis, etiamnum hi, quorũ meminiſti, apud ſe detinent: aditus præſes prouinciæ periculi ſui eos admoneri præcipiet. PP. XII. Kal. Nouembr. Philippo. A. & Titiano COSS.

VBI PVPILLI EDVCENTVR. Tit. XLIX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Dionyſodoro.

EDucatio pupillorum tuorum nulli magis, cũ matri eorum, ſi non uitricum eis induxerit, committenda eſt. quando autem inter eam & cognatos & tutorem ſuper hoc orta fuerit dubitatio: aditus præſes prouinciæ, inſpecta perſonarum & qualitate & coniunctione, perpendet, ubi puer educari debeat. Sin autem æſtimauerit, apud quem educari debeat: is neceſſitatem habebit hoc facere, quod præſes iuſſit. PP. VII. Id. Febr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Gratæ.

VTrum ne poſtumus ex filia apud te, an apud patruũ ſuũ morari debeat: ex ſingulorum affectione, & qui magis ad ſuſpitionẽ ex ſpe ſucceſſionis propior ſit, æſtimabitur. S. XVIII. Kal. Nouembr. Nicomediæ. CC. COSS.

DE ALIMENTIS PVPILLO PRAESTANDIS. Tit. L.

I. Imp. ANTONINVS. A. Fauſtino.

PVpillus, ſi ei alimenta à tutore ſuo non præſtantur: præſidem prouinciæ adeat, qui ne in alimentorum præſtatione mora fiat, partibus ſuis fungetur. Idem eſt, etſi de ſtatu pupilli, ſeu adulti, & de bonis eius controuerſia pendeat. PP. VI. Id. Iul. Romæ. Læto. II. & Cereali COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Euphido.

QVod plerunq; poſtulatur, ut arbitrio prætoris alimenta pro modo facultatum pupillis uel iuuenibus conſtituantur: pro officio ſuo, qui aliena negocia gerunt, ne apud iudicem controuerſiam habeant, faciunt. Cæterum ſi bonus uir & innocens tutor arbitrio ſuo aluit pupillos: quod interdum etiam neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonij & ſuſpectum æs alienũ pandatur, quod melius eſt interim taceri, cũ cum de modo bonorũ quæritur, ultro proferri, & apud acta ius dicentis contra utilitatem pupillorum adſignari: non dubie acceptò ferre debebunt ea, quæ uir bonus arbitratur, merito ad exhibitionem educationis, miniſteria, ſtudia q; erogata eſſe. nec ferendus eſt iuuenis, qui cum præſens eſſet, ſtudijſq; eruditus, atq; alitus eſſet: ſi ea per alium ſe conſecutum non probet: ſumptus recuſet, quaſi uento uixerit, aut nullo liberi hominis ſtudio imbui meruerit. PP. Non. Decembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

ARBITRIVM TVTELAE. Tit. LI. Imp.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Leoni.*

CVm tutelæ administratæ ratio à te peti cœperit: neq; ueritati, neq; iustis probationibus officit, quòd (ut dicis) testator modum patrimonij sui uerbis testamenti ampliauit, uel minuit. PP. v. Kal. Octobr. Duobus & Aspris COSS.

II. *Idem. A. Præsentino.*

NOmina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperũt: iudex, qui super ea re datus fuerit, despiciet. & si palam dolo tutoris, uel manifesta negligentia cessatum est: tutelæ iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. PP. Non. Iul. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

III. *Idem. A. Vitalio.*

SI curator post decretum præsidis sublata pecunia, quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparauit: elige, utrum malis in emptione negocium tibi eum gessisse, an quia in usus suos pecuniæ cõuersæ sunt, legitimas usuras ab eo accipere. secũdũ quæ iudex tutelæ iudicio redditus partẽ religiõis implebit. PP. III. Kal. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Aglao.*

EVm, qui bonis paternis secundum edicti formam abstentus est, hæreditarijs actionibus cõueniri nulla ratio suadet. nec ad rem facit, quòd aduersus curatores uel tutores, si non consulte abstentus sit, actio ei competat. nihil quippe in ea, quæ ex officio gesta sunt, uel geri debuerunt, ueniet: sed culpa solummodo, quantiq; interfuit eius, non fuisse abstentum, æstimatur. Cui consequens est, ut si propter eam causam transegisti cum tutoribus uel curatoribus: nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio competat. PP. III. Kal. Maij. Alexandro. A. COS.

V. *Imp.* GORDIANVS. A. *Victorino.*

OMnes tutores, seu hæredes eorum, qui administrauerunt tutelam, ad eundem iudicem ire debere, iam pridem constitutum est. Cum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse allegas: præses prouinciæ eundem iudicem aduersus te atq; hæredes contutorũ patris tui dare debebit, quatenus quisq; condemnari debeat, examinaturum. PP. X. Kal. August. Pio & Pontiano COSS.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Cononi & alijs.*

CVm interdictæ uenditionis uicium etiam precij fraude tutor uester cumulasse proponat: non dubitabit præses prouinciæ, quando uenditionem confirmare uoluistis, residuum precium cum usuris uenditæ à tutore possessionis celeriter uobis restitui iubere. Quod autem petitis ab hæredibus eius, qui uendidit, precium uobis exsolui: superfluò à nobis desideratis: quia nec præsidis experientiam possit hoc latere, tutores, qui gesserint, siue eorum hæredes, ob ea negocia, quæ per eos administrata sunt, principali loco conueniri debere: cæteris ob culpæ rationem non seruati detrimenti periculo substitutis. uel si pariter administrasse doceantur: etiam aduersus unum liberum experiendi arbitrium competere: ita, ut actiones, quas aduersus alios habetis, ad electum transferantur. PP. IIII. Kal. Septembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

VII. *Iidem* A A. & CC. *Alexandro.*

QVidquid tutoris dolo, uel lata culpa, aut leui, seu curatoris, minores amiserint, uel cum possent, non quæsierint: hoc in tutelæ, seu negociorum gestorum utile iudicium uenire, non est incerti iuris. S. prid. Id. April. AA. COSS.

VIII. *Iidem* A A. & CC. *Dalmatio.*

TVtores tutelæ cõueniri temporis præscriptio nõ prohibet. Vnde si ijs transactione atq; acceptilatione liberationem non præstitisti: apud rectorem prouinciæ, quæcunq; tibi debentur, repetere non prohiberis. S. XIIII. Kal. Maij. AA. COSS.

IX. *Iidem.* AA. & CC. *Iuliano.*

TVtorem quondã, ut tam rationem, q̃ si quid reliquorũ nomine debet, reddat, apud prætorem cõuenire potes. cuius eñ matrem tuã susceptis bonis uestris indemnitatẽ pro hac administratiõe tutori se præstiturã promisisse, pponat: tamẽ aduersus tutorẽ tibi tutelæ, nõ aduersus matris successores ex stipulatu competit actio. S. prid. Kal. Ianuar. AA. COSS.

X. *Iidem.* AA. & CC. *Pomponio.*

SI defunctus tutelam uestram administrauit: non rerum eius dominium uindicare uel tenere potes, sed tutelæ contra eius successores tibi actio competit. Debitum autem alijs indicijs comprobari oportet. nam quod neq; ipse, neq; uxor eius quidq̃ ante administrationem habuerunt: non idoneum huius continet indicium, nec eñ pauperibus industria uel augmentum patri-

patrimonij, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est. S. X. Kal. Februar. Sirmij. Cæsaribus COSS.

XI. Iidem. AA. & CC. Chrysiano.

TVtor post puberem ætatem puellæ, si in administratione connexa perseuerauerit: tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur. Sin autem post finitam administrationem in ijsdem rebus minime se immiscuerit: temporis, quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kal. Decembr. Anchialo. Cæsarib. COSS.

XII. Iidem. AA. & CC. Quintillæ.

TVtelæ actio tam hæredibus, q̃ etiam contra successores competit. S. X. Kal. Decembr. Sirmij. Cæsaribus COSS.

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P. P.

VEteris iuris dubitationem decidentes, sancimus, siquidem tutor uel curator pro substantia pupilli uel adulti aliquid ubicunq; dixerit, ad maiorem quantitatem reducés, siue pro utilitate pupilli uel adulti, siue pro sola simplicitate, siue per aliam quancunq; causam: nihil ueritati præiudicare, sed hoc obtinere, quod ipsius rei inducit natura, & mensura pupillaris uel adulti ostendit substantiæ. Sin autem inuentario publice facto res pupillares uel adulti conscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem substantiæ non esse aliud inspiciendum, nisi hoc, quod inscripsit, & secundum uires eiusdem scripturæ patrimonium pupilli uel adulti exigi. neq; enim sic homo simplex (imò magis stultus) inueniſ, ut & in publico inuentario contra se scribi aliquid patiatur. Illo proculdubio obseruando, ut non audeat tutor uel curator res pupillares uel adulti aliter attingere, uel ullam sibi communionem ad eas uindicare: nisi prius inuentario publice facto, secundum morem solitum res ei tradantur: nisi testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inuentarium conscribi uoluerint. Sciturus tutoribus & curatoribus, quod si inuentarium facere neglexerint: & quasi suspecti ab officio remouebuntur, & pœnis legitimis, quæ contra eos interminatæ sunt, subiacebunt: & postea macula infamiæ notabunt̃, neq; ab imperiali beneficio absolutione huius notæ fruituri. Dat. Idib. Aug. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

DE DIVIDENDA TVTELA, ET PRO QVA PARTE quisq; tutorum conueniatur. Tit. LII.

I. Imp. GORDIANVS. A. Optato.

SI post finitum administrationis officium collegæ tui indemnitati præstandæ idonei fuerint, posteaq; dum non conueniuntur, minus idonei effecti sunt: uiciũ alienæ cessationis ad dispendium tuum pertinere iuris ratio non patitur. PP. VI. Id. Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

II. Impp. CARIN. & NVMERIAN. AA. Primigenio.

SI diuisio administrationis inter tutores siue curatores in eodem loco seu prouicia constitutos necdum fuerit: licentiam habet adolescens & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: cessione uidelicet ab eo aduersus cæteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda. In diuisionem autem administratione deducta, siue à præside, siue à testatoris uoluntate: unumquenq; pro sua administratione conuenire potest, periculum inuicem tutoribus uel curatoribus non sustinentibus: nisi per dolum aut culpam suspectum non remouerit, uel tarde suspitionis rationem mouerunt, cum alter eorum non soluendo effectus est, uel suspitionis causam agendo sua sponte iura pupilli prodiderunt. nec prodest eis dicentibus, eum cõtutorem suum non administrasse res pupillares. Sin uero ipsi inter se res administrationis diuiserunt: non prohibetur adolescens unum ex his in solidum conuenire: ita, ut actiones, quas aduersus alios habet, ad electum transferat. PP. emissa. XII. Kal. April. Carino. II. & Numeriano. AA. COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Zotico.

LIcet tutorum conuentione mutuum periculum minime finiatur: tamen eum, qui administrauit, si soluendo sit, primo in loco, eiusq; successores conueniendos esse, non ambigit. S. IIII. Kal. Octobr. CC. COSS.

DE IN LITEM IVRANDO. Tit. LIII.

I. Impp. ANTONINVS & SEVERVS. AA. Asclepio. Aduer

ADuerſus hæredē tutoris ad tranſferendā tutelā iudicem accipiēs, tempore litis ad puberē inſtrumēta pertinentia reſtitui deſiderabis. quòd ſi dolo nō exhibeantur: in litē iurandi tibi facultas erit: modo, ſi quondā pupillo debitā affectionē ad uincula q̄q̄ religionis extēdere uolueris. PP. Kal. Aug. Antonino II. & Geta II. COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Seuero

IS, qui rationes tutelæ ſeu curæ repoſcit, inuitus in litem iurare compelli non poteſt: ſed uolēs ita demū audiendus eſt, ſi hæres per longā ſucceſſionē tutoris inſtrumenta pupillaria dolo uel circūueniēdi pupilli gratia exhibere nō uult. Sin uero neq̄ fraus, neq̄ dolus hæredis cōuincitur: omiſſa iurisiurandi facultate, iudex de ueritate cognoſcet, quæ etiā argumentis liquidis inueſtigari poteſt. PP. XI. Kal. Octobr. Duobus & Aſpris COSS.

III. Idem. A. Priſciano.

SVmma ſententia cōpræhenſa, quam ceſſantibus curatoribus quondā tuis, iudex ſecutus iurisiurandi â te prolati religionem, in condemnationem deduxit: minui pacto non potuit. PP. Kal. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Mutiano.

ALio iure eſt tutor, alio hæres eius. tutor enim inuentarium cæteraq̄ inſtrumēta ſi nō proferat: in litem iuſiurandū aduerſus ſe poteſt admittere. at enim hæres eius ita demū, ſi reperta in hæreditate dolo malo non exhibeat. Sed cum aduerſus ipſum tutorē litem cōteſtatam eſſe dicatis: tranſferentibus uobis in hæredes eius actionem, præſes prouinciæ partes ſuas exhibebit: nō ignorans, niſi exhibeantur inſtrumēta, quatēnus iuxta formam conſtitutionū partes ſuas debeat moderari. PP. VII. Kal. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

V. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet aduerſus hæredem ob nō factū inuētarium iusiurandum in actione tutelæ prætermitti placuerit: iudicem tamen uel ex dolo tutoris alijs indicijs inſtructum aduerſus eos ferre ſententiam conuenit. S. VIII. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. COSS.

DE HAEREDIBVS TVTORVM. Tit. LIIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Fuſciano.

HAeredes tutoris ob negligentiā, quæ nō latæ culpæ cōparari poſſit, cōdemnari nō oportet: ſi non contra tutorem lis incohata eſt, neq̄ ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratiæ præſtitū ſit. PP. VI. Id. Mart. Laterano & Rufino COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Valentino & Materno.

PAter ueſter tutor uel curator datus, ſi ſe non excuſauit, nō ideo uos minus hæredes eius tutelæ uel utili iudicio conueniri poteſtis, quòd eam tutelam ſeu curam non adminiſtraſſe dicitis. nā etiā ceſſationis ratio reddēda eſt. prius tamen propter actū ſuū eos cōueniendos eſſe, q̄ adminiſtrauerūt, ſæpe reſcriptū eſt. PP. XI. Kal. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

III. Idem. A. Vitæ.

ADuerſus hæredes quondā tutoris tui tutelæ actiōe cōſiſte. in iudiciū aūt ueniet etiā id, q̄d tibi tutor ex cauſa fideiuſſiōis debuit. PP. IIII. Non. Iul. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Frontino.

HAeredes eorū, qui tutelā uel curā adminiſtrauerūt, ſi q̄d ad eos ex re pupilli uel adulti peruenit, reſtituere coguntur. In eo etiā, quòd tutor uel curator adminiſtrare debuit, nec adminiſtrauit, rationē reddere eos debere, nō eſt ambigendū. PP. VIII. Kal. Nouēbr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

SI TVTOR NON GESSERIT. Tit. LV.

I. Imp. ALEXANDER. A. Zotico.

CErtum eſt, non ſolum eos, qui geſſerunt, ſed etiam, qui gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea, quæ â contutoribus ſeruari non potuerunt: ſi modo, cum ſuſpectos facere deberent, id officium omiſerunt. Tu aūt, etſi contra patronum tuum famoſam actionem inſtituere non potuiſti: prouidere tamen, ne quid tutelæ deeſſet, neceſſarijs poſtulationibus apud eum, cuius de ea re iuriſdictio fuit, potuiſti. PP. II. Id. Decembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Idem. A. Iuſto.

QVi se nō immiscuerunt tutelæ uel curæ: ex persona eorum, qui gesserunt, & idonei sunt, non onerantur. Si qua uero sunt, quæ cum geri debuerint, omissa sunt: latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet. PP. VIII. Kal. Maij. Iuliano II. & Crispino COSS.

DE VSVRIS PVPILLARIBVS. Tit. LVI.

I. Imp. ANTONINVS A. Crescentino.

TVtorem uel curatorē pecuniæ, quam in usus suos cōuertit, legitimas usuras præstare debere, olim placuit. PP. Non. Iun. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

II. ALEXANDER A. Ampliato.

EIus, quod ex causa tutelæ debetur, usuras præstari oportere, dubium non est. quamuis aliīs pro participe muneris necessitas solutionis irrogetur: quia nō id aliàs contingit, quàm si cessatio contutoris in suspecto faciendo cōputari possit. PP. XIII. Kal. Iul. Iuliano II. & Crispino COSS.

III. Idem A. Vitalio.

SI pecuniā pupillarē neq; idoneis hoibus credere, neq; in emptionē possessionū cōuertere potuisti: nō ignorabit iudex usuras eius à te exigi nō oportere. PP. Id. April. Modesto & Probo COSS. IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PVpillus agere uobiscum actione tutelæ compelli non potest. uerum aduersus futurā calumniam, ut si quid ei debetis, eius cursus inhibeatur usurarū, denunciationibus frequenter interpositis, ad iudicium eum prouocate: ac si rem dissimulatione proferat, actis apud præsidē prouinciæ factis, uoluntatis uestræ ratione declarate. quo facto tam uobis ipsis, quàm securitati filiorū uestrorū cōsulatis. quod & in curatoribus locū habet. PP. III. Kal. Sept. Sirmij. CC. COSS.

DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM, SEV curatorum. Tit. LVII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Felici.

ILigere debes, utrum cum ipsis tutoribus uel curatoribus, seu hæredibus eorum, an cū his, qui pro ipsis se obligauerunt, agere debeas, uel (si ita malis) diuidere actionem. nam in solidum & cum reo, & cum fideiussoribus, agi iure non potest. PP. X. Kalend. Februar. Iuliano II. & Crispino COSS.

II. Idem A. Prisco.

NOn est ambigui iuris, electo reo & soluente fideiussorem liberari. ideo etsi simpliciter acceptus est fideiussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset: cum proponas tutorē seu curatorem damnatum soluisse: quid dubiū est, liberatū esse fideiussorē? Planè si stipulatio rē saluā fore interposita est, uel cautū est in id, quod à tutore seu curatore seruari nō potest: manet fideiussor obligatus ad supplēdā tibi indēnitatē. PP. VII. Kal. Aug. Fusco. II. & Dextro COSS.

DE CONTRARIO IVDICIO TVTELAE. Tit. LVIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Stratoni.

SI pro iudicato cōtutore pecuniā soluisti: nullum iudiciū tibi contra pupillū cōpetit, ut delegetē tibi aduersus liberatū actio. q; si nomē emisti: in rē suā procurator datus hæredes iudicati poteris cōuenire. PP. VII. Kal. Mart. Fabian. & Mutian. COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Primitiuo.

SI non ex propria culpa solus pupillæ cōdemnatus es, sed absens & indefensus adquieuisti: cū ex causa iudicati satisfacere cœperis: actiones aduersus cōtutores tuos mandari tibi à pupillo desiderabis, uel utili actiōe utēris. PP. II. Id. Octobr. Duobus & Aspris COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Thesidi.

SI pater tuus, quem priuigni suī tutelam administrasse proponis, testamento recte facto, pupillo etiam quondā suo hærede instituto, decessit: quoniā nō nisi p portione hereditaria tutelæ petitionē cōfusiōe cōstet extingui: pro residua parte succedentē patri tutelæ te cōuenit apud cōpetentē iudicē reddere rationē: qui secūdū bonā fidē eorū etiā, quæ patrē tuū in rem eius erogasse dicis, admissa cōpēsatione, & reliqui (si quid amplius debeat) faciet cōdēnationē. quòd si sciēs amplius in rē suā erogatū, agēdū, pptera tutelæ nō putauerit: eū cōtrario iudicio cōuenire potes. S. XVIII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

De autho-

DE AVTHORITATE PRAESTANDA. Tit. LIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Antoniano.

NEc tutoris, neq; curatoris absentia quidq; stipulationi pro pupillo habitæ nocet. Sine die. AA. COSS.

II. Iidem. AA. & CC. Serenæ.

NEc actiones sine tutoris authoritate in pupillari ætate cõstitutas remittẽdo, quidquam amittere potes. S. XVII. Kal. Maij. CC. COSS.

III. Iidem. AA. & CC. Caio.

EVm, qui à pupillo sine tutoris authoritate distrahente comparauit, longi temporis spaciũ non defendit. S. III. Kal. Decembr. CC. COSS.

IIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

CLarum posteritati facientes, sancimus, omnimodo debere & agentibus & pulsatis in criminalibus causis minoribus uigintiquinq; annis adesse tutores uel curatores, in quibus casibus adultos & pupillos leges accusari concedunt: cum cautius & melius sit cum suasione perfectissima & respõsa facere minores, litemq; inferre, ne ex sua imperitia, uel iuuenili calore aliqd uel dicant, uel taceant, quod si fuisset prolatũ, uel nõ expressum, pdesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere D. X. Kal. Mart. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

V. Idem. A. Ioanni P. P.

VEterem dubitationem amputantes, per quam testamentarij quidem, uel per inquisitionẽ dati tutoris unius authoritas sufficiebat, licet plures fuerãt, nõ tamen diuersis regionibus destinati, legitimi autem uel simpliciter dati omnes consentire cõpellebantur: sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento paterno, siue ex lege uocati, siue à iudice, uel ex inquisitione, uel simpliciter dati: & unius tutoris authoritatem pro omnibus tutoribus sufficere, ubi non diuisa est admistratio, uel pro regionibus, uel pro substantiæ partibus. ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus uel regionibus authoritatem pupillo præstare: quia in hoc casu non absimiles esse testamentarijs & per inquisitionem datis legitimos & simpliciter datos iubemus, eò, quòd fideiussionis onere prægrauantur, & subsidiariæ actionis adminiculum speratur. Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res, quæ agitur, solutionem faciat ipsi tutelæ: utpura si pupillus in adrogationẽ se dare desiderat. etenim absurdũ est solui tutelã nõ cõsentiẽte, sed forsitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus. tũc etẽ siue testamẽtarij, siue per inquisitionẽ dati, siue legitimi, siue simpliciter creati sunt: necesse est oñes suã authoritatẽ præstare: ut quod oñes similiter tangit, ab omnibus cõprobetur. Quæ omnia simili modo & in curatoribus oportet obseruari. D. Kal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

QVANDO TVTORES VEL CVRATORES ESSE desinant. Tit. LX.

I. Imp. ANTONINVS. A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adiuncti sunt: pubertate pupilli, tam tutorũ, quàm curatorũ adiũctorũ officiũ finiri, ideoq; alios ppter ætatis infirmitatẽ curatores esse dãdos, manifestissimũ est. PP. IIII. Kal. Aug. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Menippo.

TVtoris officium ex sola uoluntate pupilli non finiri, certissimum est. S. XIII. Kal. Febr. Cæsaribus COSS.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P. P.

INdecoram obseruationẽ in examinanda marium pubertate resecantes: iubemus, quẽadmodum fœminæ post impletos duodecim annos omnimodo puberes iudicantur: ita & mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimẽtur, indagatione corporis inhonesta cessante. D. VIII. Id. April. Constantinop. Decio V. C. COS.

DE ACTORE Á TVTORE SEV CVRATORE dando. Tit. LXI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Alphocrationi.

SI sui iuris constituti filij tui matri successerunt: licet te tutorem eorum esse probe tur: tamen non per procuratorem, sed actorem decreto constitutum â te, res eorũ te absente peti conuenit. S. Non. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM ET curatorum. Tit. LXII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Auiolæ.

FAlsa suasione credis te propterea, quòd spado sis, immunitatem â tutela habere. PP. Kal. Maij. Chilone & Libone COSS.

II. Iidem. AA. Habentiano & Cosonio.

SI curatores dati estis generaliter, nec decreto significatum est, Italicarum tantum rerum uobis munus iniunctum: adire debetis competentem iudicem, ut uos à prouinciali administratione liberet. quòd si actum fuerit: petent sibi in prouincia curatores adolescentes. PP. VIII. Kal. Septembr. Chilone & Libone COSS.

III. Iidem. AA. Crispino.

EXcusationis quidem tuæ, si ingenuus libertino tutor datus es, certa causa est. Sed cum te præses prouinciæ audiendum non putauerit propter præscriptionem, quasi tardius adieres, nec à decreto prouocaueris: intelligis parendum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. Albino & Aeliano COSS.

IIII. Imp. ANTONINVS. A. Agatho dæmoni.

AMplissimi ordinis constituto, qui pupillam suam uxorem ducit, nuptias contrahere nõ intelligitur, & tamen infamis constituitur. sed si tu Demetriæ, cum eam in matrimonio haberes, absens & ignoraus curator constitutus es: potes esse securus, dum tamen alius substituatur. non enim debet ignorantia maritorum amplissimi ordinis consulto fraus quæri. PP. XI. Kal. Iul. Sabino & Aemyliano COSS.

V. Imp. ALEXANDER. A. Basilio.

LIbertos à tutela uel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem impetrare, amplissimus ordo authore diuo Marco censuit. & ideo nec illud prodesse debet, quo minus curatores etiam inuiti patroni seu patronæ liberis dentur, quòd eorundem tutelam administrauerunt.

VI. Idem. A. Maximiano.

QVinquaginta dies, qui præfiniti sunt ad professionem excusationis his, qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum prætoris aut testamentũ parentis notum factum fuerit ei, qui ad munus uocatus fuerit: ipsa constitutio, quæ hoc induxit, sanxit. sed si quis in eius temporis computatione ab eo, cuius de ea re notio fuerit, iniuriam passus, nõ prouocauit: adquiescere rebus iudicatis debet. PP. III. Non. Maij. Iuliano II. & Crispino COSS.

VII. Idem. A. Antonio.

NEq; à tutela, neq; à cura ideo quis excusatur, quòd creditor siue debitor eius est, cui tutor siue curator datus est: sed participem in munere habere debet, ut si res exegerit, is, qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. III. Id. Iul. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VIII. Idem. A. Maximo.

COloni, id est conductores prædiorum ad fiscum pertinẽtium, hoc nomine excusationem à muneribus ciuilibus non habent. ideoq; iniunctæ tutelæ munere fungi debent. PP. IIII. Kal. Febr. Fusco & Dextro COSS.

IX. Idem A. Romano.

FRater tuus non ideo à tutela uel cura excusari debet, quòd oculum amisit. proinde intelligis munus susceptum eum deferere non posse. PP. Kal. Febr. Modesto & Probo COSS.

X. Idem. A. Crispino.

EXactores tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractauerint, non solũ ab oneribus, sed etiam à tutelis uacationem habere, dubitare non debuisti. D. Idib. Aug. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

XI. Idem. A. Hylæ.

TEstamento tutor datus, ut à bonis his excusareris, quæ pupilli tui in alia prouincia, & unde es, ubiq; moraris, possident: intra quinquagesimũ diem postulare debuisti. quod si facere cessasti:

ceſſaſti:excuſatio quidem temporis præſcriptione ſubmouetur.ſed propter late diffuſum patrimonium an tibi adiũgi aliquos curatores oporteat:præſes prouinciæ,ſi te inſufficientem deprehenderit,æſtimabit.PP.VIII.Id.Decembr.Pompeiano & Peligno COSS.

XII. *Imp.* GORDIANVS.A.*Valentino.*

VOluntaria tutelæ munera priuilegijs nihil derogant.PP.XI.Kal.Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

XIII. *Idem.* A. *Apollinari.*

NE ſenatorum quidem liberti,neq; cæterorum,propterea quia patronorum negocia gerunt,à muneribus ciuilibus habent immunitatem.tantummodo etenim unus ſenatoris libertus,qui patroni negocia gerit,à tutela ſiue cura uacationem habet. PP.X.Kal. Febr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

XIIII. *Idem.A.Heraclidæ.*

SEueriter præſes prouinciæ exſequetur,ſi animaduerterit auunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu huiuſmodi creationis à magiſtratibus iniuriam redimat. Quin ſi aliqua ei excuſatio competit,& non alia cauſa nominatus eſt,cẽ ut litigetur:quod in ea re aſumptum fuerit:is,qui eum nominauit,iuxta formam conſtitutionum ei reddere cogẽt.PP. Idib.Septembr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

XV. *Idem.A.Tauro.*

QVancẽ in tutela detentus,eo quòd excuſatio,quam obijciebas,nõ eſt admiſſa,prouocationis auxilium flagitaueris,& in medio tempore hi,quorum meminiſti,in adulta ætate agere cœperunt:tamen non eo minus cauſa interpoſitæ prouocationis propter periculum adminiſtrationis eius temporis iudiciorum more examinanda eſt. PP.VIII.Kal.Nouembr. Ariano & Pappo COSS.

XVI. *Imp.* PHILIPPVS.A. *Theodoto.*

SI(ut allegas)tutor his datus es,cum quibus diſceptationẽ hæreditatis tibi eſſe proponis,& tempora antiquitus excuſationibus præſtituta etiam nunc opitulantur:adire præſidem prouinciæ potes,formæ ſuper ea ſtatutorum principalium obtemperari pro ſua grauitate iuſſurum.PP.X.Kal.Aug.Peregrino & Aemyliano COSS.

XVII. *Impp.*GALLIEN.*&* VALERIAN.AA. *Epagatho.*

LIcet orationis ſub diuo Marco habitæ uerba deficiant:is tamen,qui poſt cõtractas nuptias nurui ſuæ curator datur,excuſare ſe debet,ne manifeſte ſententiam eius offendat,& labem pudoris contrahat.D.VI.Id.Ianuar.Valeriano.II.& Luciano COSS.

XVIII. *Impp.* DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*&* CC.*Sabino & alijs.*

TVtores nominatos appellationem interponere neceſſe non habere, certiſſimi iuris eſt. quapropter licet non appellaſti:ſi quam te excuſationem habere confidis, intra tempus, quod diui Marci conſtitutione præſcriptum eſt,hac apud præſidem prouinciæ uti non prohibeberis.Nam quod omniũ bonorũ patrem pupilli uſumfructũ reliquiſſe quondã uxori ſuæ pponis: ad excuſandos uos à tutela non eſt idoneum.D.Non.April.CC. COSS.

XIX. *Iidem.AA.&* CC.*Dionyſio.*

INuſitatam rem deſideras,de tutela filij te dimitti poſtulans, quòd te poſſe contrario tutelæ iudicio matrem eius couenire contendis. Sine die & COSS.

XX. *Iidem.* AA.*&* CC. *Cratino.*

CVrator adultis nominatus,quorum tutor antea fuerat, inuitus in adminiſtratione teneri non poteſt.proinde ſi dies excuſationibus præfinitus nondum exceſſit:uti competenti defenſione potes.S.X.Kal.Decembr.Nicomediæ.CC. COSS.

XXI. *Iidem.AA.* & CC.*Parammoni.*

QVòd res cũ uterinis fratribus tibi cõmunes eſſe profiteris: ad excuſationem tutelæ non eſt idoneum:cum harum diuiſio curatore dato fieri poſſit.S.XVIII.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC. COSS.

XXII. *Iidem.AA.&* CC.*Hermodoro.*

SI tutor nominatus,decreto præſidis habens excuſationẽ,abſolutus es:ad te nõ pertinere periculum adminiſtrationis,manifeſtum eſt.D.XIII.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC.COSS.

XXIII. *Iidem.AA.&* CC. *Neophyto.*

HVmanitatis ac religionis ratio non permittit,ut aduerſus ſororem uel filios ſororis affectionum neceſſitates tutelæ occaſione ſuſcipias: cum & ipſius etiam pupilli, cui tutor datus es, aliud exigere uideatur utilitas: ſcilicet, ut eum tutorem potius habeat,

qui ad defensionem eius nō inhibeatur affectu. Iuxta formam igitur, quam consulti dedimus, prætorem adiri oportet: ut & iusto tuo desiderio, & pupilli illius commodo consulatur. S. VI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XXIIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Flauiano P.P.

EXcusationem nauicularijs tutelæ siue curæ hactenus ipsis tribuimus, ut in huiusmodi officijs minoribus sui tantum corporis obligentur. D. III. Non. Mart. Mediolani. AA. COSS.

XXV. Imp. ANASTASIVS. A. Antiocho præposito sacri cubiculi.

VIros clarissimos sacri nostri palatij silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. D. Kal. Ianuar. Ioanne & Asclepione COSS.

SI TVTOR VEL CVRATOR FALSIS ALLEGATIONIbus excusatus sit. Tit. LXIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Symmacho & Diotimo.

SI absentibus necessarijs personis, uel his, qui sua sponte uos defendere uolebant, non competentibus allegationibus, qui uobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse à munere uisi sunt: ne eis circumueniisse iudicis religionem, prosit: præses prouinciæ audiet uos. & si iniustum decretum extorsisse eos apparuerit: exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronunciabit, ex quo dati sunt. PP. XII. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. Cæs. Aulizano.

TVtores, quos postea, cū bona pupillorum administrauerunt, à præside prouinciæ quasi re integra excusari se, impetrasse adseueras: periculum administrationis euitare minime possе, manifestum est. PP. XIIII. Kal. Iun. Philippo. A. & Titiano COSS.

XXVI. Idem. A. & C. Octauio.

SI (ut proponis) pars diuersa ab administratione tutelæ seu curæ, itemq; fratris tui, ambitiōe potius, cū iuris ratione se excusauit: periculo iniuncti muneris minime liberata est. Sine die & consule.

SI TVTOR REIPVBLICAE CAVSA ABERIT. Tit. LXIIII.

I. Imp. GORDIANVS. A. Guttio.

QVi tutores uel curatores dati, reipublicæ causa abfuturi sunt, ad tempus se excusare debent à tutela, ne etiam medij temporis periculo adstringantur. quod quidem & si tu fecisti: interualli eius, quo abfuisti, periculum nō debes pertimescere. quod si id prætermisisti: ut priore loco is conueniatur, qui administrauit, de iure postulabis. PP. Idib. Mart. Gordiano. A. & Auiola COSS.

II. Idem. A. Regnio.

CErtum est eos, qui reipublicæ causa abesse desierunt, omni noua tutela anno carere debere. PP. V. Kal. Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

DE EXCVSATIONIBVS VETERANORVM. Tit. LXV.

I. Imp. ANTONINVS. A. Saturnino.

QVi causaria missione sacramento post uiginti stipendia soluuntur, & integram famam retinent: ad publica priuilegia ueteranis concessa pertinent. PP. VII. Id. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Celeri ueterano.

QVod placuit, ueteranos tantummodo conueterani filiorum seu militum, & quidem unam tutelam seu curā, eodem tempore administrare compelli: eò pertinet, ut si alijs dati fuerint, intra solennia tempora causas excusationis ad competentem iudicem deferant. PP. III. Kal. Iul. Gordiano. A. & Auiola COSS.

QVI NVMERO LIBERORVM SE EXCVSANT. Tit. LXVI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Herodiano. Qui ad

QVI ad tutelam uel curam uocantur, Romæ quidem trium liberorum incolumiũ numero, quorũ etiã ſtatus nõ ambigitur: in Italia uero, quatuor: in ,puincijs autẽ, quinq; habent excuſationẽ. PP. Non. April. Geta & Plautiano COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Marcello.*

NEq; filia amiſſa numero prodeſt ad declinanda municipalia munera, neq; nepotes numerantur, quorum pater ſupereſt: cum ſuo nomine patri proſint. D. Idib. Iun. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

QVI MORBO SE EXCVSANT. Tit. LXVII.

I. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. *Cæſ. Sabino.*

Vminibus captus, aut ſurdus, aut mutus, aut furioſus, aut perpetua ualetudine tentus, tutelæ ſeu curationis excuſationem habet. PP. XIII. Kal. April. Præſente & Albino COSS.

QVI AETATE SE EXCVSANT. Tit. LXVIII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Seuero.*

PAter tuus, ſi maior eſt annis ſeptuaginta, ad tutelam uel curam deuocatus, excuſare ſe ſolenniter poteſt. PP. V. Id. Septembr. Chilone & Libone COSS.

QVI NVMERO TVTELARVM SE EXCVſant. Tit. LXIX.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Pompeiano.*

SI tres tutelas uel curas eodem tempore nõ defunctorie ſuſceptas, adminiſtras: one re quartæ tutelæ ſeu curationis pupillorũ ſeu adoleſcentium nõ grauaberis. finito aũt officio pubertate pupillorũ uel ætate adoleſcentiũ aliæ ſubſtitui poſſunt, licet nõdũ ratio tutelæ ſiue curæ adminiſtratæ reddita ſit. ſed imperfectæ diuerſæ ſpecies uacatiõis, licet permiſtæ, ad excuſationem non proficiunt. Scire igitur debes eum, qui duos filios habet, et duas tutelas adminiſtrat, excuſationem non mereri. PP. IIII. Id. Octobr. Antonino. A. II. & Geta. II. COSS.

DE CVRATORE FVRIOSI ET PRODIGI. Tit. LXX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Marinianæ.*

CVratores impleta legitima ætate prodigis uel furioſis ſolent tribui. PP. IIII. Kal. Auguſt. Meſſala & Sabino COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Auitio.*

ORationis diui Seueri beneficiũ, quo poſſeſſiones ruſticas ſine decreto præſidis pupillorũ uel adoleſcentiũ diſtrahi uel obligari ,phibitũ eſt, nõ iniuria etiam ad adgnatos furioſi porrigit. Si igitur citra decretũ præſidis fundus mente capti, etiã ab adgnato eius tibi pignori nexus eſt: uinculũ pignoris in eo nõ cõſiſtit. utiles tamẽ aduerſus eũ perſonales actiones, ſi ob eius utilitatem pecunia mutua accepta eſt, poteris habere. PP. Kal. Ianuarijs. Pio & Pontiano COSS.

III. *Idem. A. Aureliæ.*

SI pater tuus mentis cõpos nõ eſt, pete ei curatores, p quos ſi qd geſtũ eſt, quod reuocari oporteat, poſſit cauſa cognita in priſtinũ ſtatũ reſtitui. PP. VII. Id. April. Gordiano. A. & Auiola COSS.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Aſclepiodoto.*

CVm repudiante furioſa ſui iuris conſtituta maritum, qui ſolus repudiare potuit, quædam matrem furioſæ marito quondam eius inſtrumenta confeciſſe ſignificas: intelligis, nihil eam contra furioſam diſponere potuiſſe, cum eius ad eam iure nõ pertinuerit defenſio. S. Idib. April. Byzantij. AA. COSS.

V. *Imp.* ANASTASIVS. A. *ad populum.*

NElucrũ quidẽ antea indebitæ ſucceſſiõis emãcipato uel emãcipatis deputaſſe, nihil uero de oneribus tutelæ ,pſpexiſſe uideamur: curatores nihilominus eos ,p duodecim tabulis

lege

lege furiosis fratribus & sororibus,utpote legitimos existere,hac legis sanctione decernimus.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS.A. *Iuliano* P.P.

CVm alijs quidem hominibus continuum furoris infortunium accidat,alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur,sed in quibusdam temporibus quædã eis intermissio perueniat,& in hoc ipso multa sit differentia,ut quibusdam breues inducię,alijs maiores ab huiusmodi uicio inducantur:antiquitas disputabat,utrum ne in medijs furoris interuallis permaneret eis curatoris interceſſio,an cum furore quiescente finita, iterum morbo aduenient redintegraretur. Nos itaq; eiusmodi ambiguitatem decidentes,sancimus:cum incertum est in huiusmodi furiosis hominibus,quando resipuerint,siue ex longo,siue ex propinquo spacio,& impossibile est & in confinio furoris & sanitatis eum sæpius constitui,& post longum tempus sub eadem esse uarietate,ut in quibusdam uideatur etiam penè furor esse remotus:curatoris creationem non esse finiendam,sed manere quidem eum,donec talis furiosus uiuit, quia non est penè tempus,in quo huiusmodi morbus desperatur:sed per interualla, quæ perfectissima sunt, nihil curatorem agere,sed ipsum posse furiosum,dum sapit,& hæreditatem adire, & omia alia facere, quæ sanis hominibus competunt. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit:curatorem in contractu suo coniungi,ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat,effectum autem quoties morbus redierit:nec crebra uel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio,& frequenter tam nascatur,& desinere uideatur. D. Kal. Septembr. Lampadio & Orestе VV.CC. COSS.

VII. *Idem.* A. *Iuliano* P.P.

CVm furiosus,quem morbus detinet,in sacris perpetuis parentis sui constitutus est: indubitate curatorem habere non potest:quia sufficit ei ad gubernationem rerum,quæ ex castrensi peculio,uel aliter ad eum peruenerunt,& uel ante furorem adquisitæ sunt,uel in furore obueniunt,uel in ijs,quorum proprietas ei tantummodo competit,paterna uerecundia. Quis enim talis affectus extraneus inueniatur,ut uincat paternum? uel cui alij credendum est res liberorum gubernandas,parentibus derelictis? licet Tertullianus iuris antiqui interpres libro singulari,quem de castrensi peculio condidit,tali tractatu proposito uideatur obscure eandem attingere sententiam:tamen nos hoc apertissime introduximus. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit:nostra constitutio,quam promulgauimus de his,quæ in testamento furioso relinquenda sunt,uel substitutione eorum,in suo robore maneat. Sin uero perpetuò furiosus sui iuris sit:tunc in paterna quidem hæreditate,quæ quasi debita ad posteritatem suam deuoluitur,nulla est iuri ueterum dubitatio:cum illico appareat,& suus heres existat suis patribus. Sin autem ex alia quacunq; causa hæreditas ad eum uel successio perueniat: tunc magna & inextricabilis uetustissimo iuri dubitatio exorta est:siue adire hæreditatem,uel bonorum possessionem petere furiosus possit,siue non:etsi curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti debeat.& iuris authores ex utroq; latere magnum habuere certamen. Nos itaq; utranq; authorum aciem certo fœdere compescentes:sancimus, furiosum quidem nullo modo posse uel hæreditatem adire,uel bonorum possessionem agnoscere. Curatori autem eius licentiam damus,imò magis necessitatem imponimus,si utilem esse successionem existimauerit:eam bonorum possessionem agnoscere,quæ ante ex decreto dabatur,& ad similitudinẽ bonorum possessionis habere:cum petitio bonorum possessionis Constantiniana lege sublata sit, & ab ea introducta obseruatio,quæ pro antiqua sufficit petitione. Sed cum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit,quemadmodum ab eo cautio uel satisdatio detur, uel pro quibus rebus,uel pro quibus personis,& si omnis curator talem præstet cautelam:necessarium nobis uisum est,ut humano generi consulentes,omnem quidem obscuritatem,& inextricabilem circuitum tollamus,compendioso autem & dilucido remedio totum complectamur.& prius de creatione curatoris,qui furiosis utriusq; sexus datur,sancientes:tunc & alijs ceteris finem imponemus. Et siquidem parens curatorem furioso uel furiosæ in ultimo elogio hæredibus institutis uel exhæredatis dederit, ubi & fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio pro eius satisdatione sufficiente:ipse, qui datus est,ad curationem perueniat:ita tamen,ut in hac florentissima ciuitate apud urbicariam præfecturam deducatur.in prouincia autem apud præsidem eius,præsente etiam tam uiro religiosissimo locorum antistite, & tribus primatibus:& actis interuenientibus,tactis sacrosanctis euangelijs,edicat omnia se recte & cum utilitate furiosi agere,& neq; prætermittere ea,quæ utilia furioso esse putauerit,neq; admittere,quæ inutilia existimauerit: & inuentario cum omni subtilitate publice scripto,res suscipiat, & eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium,ad similitudi

litudinem tutorum & curatorum adulti. Sin autem testamentum quidem parens eius nō confecerit, lex autem curatorem utpote adgnatum uocauerit, uel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem dare necesse fuerit: tunc secundum præfatā diuisionem in hac quidem florentissima ciuitate apud glorioſissimam urbicariam præfecturā creatio procedat. Sed si quidem nobilis sit furiosi persona: etiam florentissimo senatu conuocādo, ut ex inquisitione curator optimæ atq; integræ opinionis nominetur. Sin uero nō talis persona sit: etiam solo uiro glorioſissimo præfecto urbi præsidente, hoc procedat. & si quidem curator substantiā idoneam possideat: eo sufficiente ad fidem gubernatiōis, & sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. Sin autem non talis eius census inueniatur: & tūc fide iussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnimodo sacris scripturis propositis, in omni causa celebranda. ipso autē curatore, cuiuscunq; substantiæ uel dignitatis est, præsentato sacramentum pro utiliter rebus gerendis præstante, & inuentarium publice conscribēte, quatēnus possint undiq; res furiosi utiliter gubernari. In prouincijs etiam his omnibus obseruandis, ut apud præsidem cuiuscunq; prouinciæ, & uirum religioſissimum episcopum ciuitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat: eadē obseruatione & pro iureiurādo, & pro inuētario, & satisdatione, & hypotheca rerū curatoris, omnibus modis adhibēda. Tali itaq; ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum peruenerit, siue ex hæreditate, uel successione, uel legato, uel fideicommisso, uel alio quocunq; modo: hoc furioso accedat, & cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur, inuentario etiam super his omnibus rebus scilicet faciendo: & sub eius cura custodiatur, quatēnus, si quidē resipuerit furiosus, & adquisitionem admiserit, ipsi restituatur. Sin autem in furore diem suum finierit, uel ad suam sanitatem perueniens eam repudiauerit: si quidē successio est, ad eos referatur (uolentes tamen) id est uel substitutū, uel ab intestato hæredes, uel ad nostrum ærarium: eo scilicet obseruando, ut hi ueniant ad successionem, qui mortis tempore furiosi propinquiores existant ei, ad cuius bona uocabuntur, si non in medio fuisset furiosus: omni satisdatione uel cautiōe, quā per inextricabilem circuitum ueteris iuris authores induxerunt, radicitus excisa: legatis autem p̄ culdubio & fideicommissis, cæteris q̄ adquisitiōibus furioso adquirendis, & substantiæ eius aggregandis. Sin autem ipse resipuerit, & noluerit ea admittere, & aperte hæc respuerit, uel eius hæres hoc fecerit: à substantia eius ilico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum deuoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi nec prægrauantibus, neq; adiuuantibus. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo eadem q̄ ordinatione alius creabitur: quemadmodum etsi suspectus reperiatur, alter subrogetur. quod & ueteribus legibus placuit. Hæc autem omnia, quæ creationibus curatorum per nouam definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur: & neq; antea facti curatores remoueantur, nec aliquid eis nouum accedat, sed antiquo ordine statuti in anti quos (quantum ad creationem) permaneant terminos: cautione uidelicet uel satisdatione, quæ antiquitus fuerat introducta super postea uenientibus ad furiosos successionibus, minime præstanda. D. Kal. Septembr. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

DE PRAEDIIS, ET ALIIS REBVS MINORum sine decreto non alienandis uel obligandis. Tit. LXXI.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Minutiano.*

VEnditio quidem prædij, quod iure pignoris uel in causa iudicati captum & distractum est, ad senatusconsultum, quod de non alienandis prædijs pupillorum uel adolescentium, nisi authore prætore uel præside prouinciæ, factum est, non pertinet. sed si etiamnum in ea ætate es, cui subueniri solet: aditus competēs iudex, an in integrum restituere debeat, præsente diuersa parte, causa cognita dispiciet. PP. XIII. Kal. Decembr. Duobus & Aspris COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. *Clearcho & alijs.*

NOn est uobis necessaria in integrum restitutio, si tutores uel curatores uestri possessionem, licet pignori nexam, uendiderunt sine decreto. Quòd si creditores id fecerunt: ita demum iuxta formam edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta uenditione, participante consilio emptoris, damnum tibi inflictum esse doceatur. PP. III. Kal. Febr. Gordiano A. & Auiola COSS.

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Theodosiano & alijs.

CVm emancipatis uobis prædium adquisitum foret, alienari â patre eodemq; curatore, sine præsidis authoritate, non potuit: maxime si tanq; suum esset, non tanq; pupillare, uendiderit: illibataq; uobis persecutio eius manet. PP. III. Non. Ian. Tusco & Basso COSS.

IIII. Iidem A A. Mitridati.

NOn solum per uenditionem rustica prædia, uel suburbana pupilli uel adolescentes aliena re prohibentur: sed neq; transactione, neq; permutatione, & multo magis donatione, nec alio quoquo modo ea transferre à dominio suo possunt. igitur etsi tu fratribus tuis per trâs actionem fundum dedisti: uindicare eum potes. sed etsi quid inuicem ab eis ex eodem pacto cõ secutus es: id mutuò restituere debebis. PP. XV. Kal. Maij. Seculari. II. & Donato COSS.

V. Iidem AA. Sereno

ETsi præses decreuerit alienandum uel obligandum pupilli suburbanũ uel rusticum prædiũ tamẽ actionẽ pupillo, si falsis allegatiõibus circumuentã religionẽ eius probare possit, senatus reseruauit, quã exercere tu quoq; nõ uetaris. PP. III. Kal. Maij. Seculari. II. & Donato COSS.

VI. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Varo.

MInorum possessionis uenditio, per procuratorem delato ad prætorem uel præsidem pro uinciæ libello, fieri non potuit: cum ea res confici recte aliter non possit, nisi apud acta causis probatis, quæ uenditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Non. Maij. Caro & Carino. AA. COSS.

VII. Iidem AAA. Isidoro.

SI ad resoluendam donationem, quam in emancipatum te pater contulerat, minor annis cautionem ei emisisti: cum huiusmodi scriptura contra senatusconsulti authoritatem data sit: non oberit iuri tuo. PP. VI. Id. Decembr. Caro & Carino. AA. COSS.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Theodotæ.

PRædia rustica, quæ contra senatusconsultum data esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te propter iuris interdictum transire non potuerit: in dominio mariti permansisse palam est. PP. III. Non. Nouembr. Diocletiano & Aristobolo COSS.

IX. Iidem. A A. Mutiano.

ETsi is, quem prædium rusticũ minoris distraxisse adfirmas, curatoris officio functus id fecit: uenditio tamen contra diui Seueri orationem facta, præsidis sententia non immerito rescissa est. pignora sanè, quæ ob euictionis periculum idem curator ex rebus proprijs tibi obligauit, non prohiberis persequi. PP. Non. Nouembr. Diocletiano & Aristobolo COSS.

X. Iidem AA. Grato.

PRædiorum, quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti, præses opem feret: apud quem si illuxerit, non uniuersa precia, quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse: pro ea duntaxat pecuniæ parte conuenire te permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit. S. VI. Id. Aug. Ipsis AA. & COSS.

XI. Iidem AA. Trophimo.

SI quidẽ sine decreto minor annis patronus tuus rusticum prædium uenum dedit: superuacuum est de uili precio tractare, cum senatusconsulti authoritas retento dominio alienandi uiã obstruxerit. Si uero iure interposito decreto uẽditionem uili precio eius possessionis, cuius uires ignorabat, fecit: iuxta perpetui edicti authoritatem in integrum restitutio, causa tamen cognita, præbetur. S. XII. Kal. Decembr. Ipsis AA. & COSS.

XII. Iidem A A. & CC. Leontio.

OB æs alienum tantum causa cognita præsidali decreto prædium rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur. D. II. Kal. Maij. Heracliæ. CC. COSS.

XIII. Iidem A A. Zenolæ.

ETiam uectigale, uel patrimoniale, siue emphyteuticum prædium sine decreto præsidis distrahi non licet. D. VIII. Kal. Septembr. Sirmij. CC. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Phrominio.

VTere uiri prudentissimi Papiniani responso, cæterorumq;, quorum precibus fecisti mentionem, sententijs: ac doli mali exceptionem oppone, precium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum usuris, quæ fisco deberentur, pupilli non offerentes, fundos prouinciales citra decretum præsidis uenundatos cum fructibus petant. D. VIIII. Kal. Decembr. Ipsis. CC. COSS.

Iidem

XV. *Iidem. AA. & CC. Sabinæ.*

SI minor uigintiquinq; annis prædium rusticum, cum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti: dominiū à te discedere nō permisit senatusconsulti authoritas. D. VIII. Kal. Decembr. CC. COSS.

XVI. *Iidem AA. & CC. Eutychiæ.*

SI prædium rusticum uel suburbanum, quod ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur, in pupillari ætate constituta, tutore authore, uel adulta sine decreto præsidis prouinciæ, in qua situm est, uendidisti: secundum sententiam senatusconsulti dominium eius siue ius à te discedere non potuit: sed uindicationem eius, & fructuum, uel ijs non existentibus, condictionem competere constitit. emptor autem si probare potuerit ex cæteris facultatibus obedire te muneribus siue oneribus non potuisse, ad utilitates præterea tuas cessisse pecuniam, quam precij nomine sumpseras: doli exceptionis auxilio precium cum usuris, quas præstitura esses, & sum ptus meliorati prædij seruare tantummodo potest. D. VI. Id. April. Anchialo. CC. COSS.

XVII. *Iidem. AA. & CC. Philippo.*

INter omnes minores nec commune prædium sine decreto præsidis sententia senatusconsulti distrahi patitur. Nam ad diuisionis causam prouocante maiore socio: eius alienationem & sine decreto fieri, iam pridem obtinuit. D. VII. Id. Decembr. CC. COSS.

XVIII. *Impp. CONSTANTIN. A. & CONSTANT. Cæs. ad Seucrum.*

SI minores, uel ex patris nomine, uel ex suo, debitis duntaxat fiscalibus urgētibns, uel ex priuatis contractibus reperiantur obnoxij: decreti interpositio à Constantiniano prætore celebranda est, probatis examinatisq; causis: ut patefacta rerum fide, firma uenditio perseueret. D. XII. Kal. Ianuar. Probiano & Iuliano COSS.

QVANDO DECRETO OPVS NON EST. Tit. LXXII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Valentino.*

SI probare potes patrem pupilli, cuius tutores conueniſti, consensisse, ut reddito tibi prædio precium reciperet: id, quod conuenit, seruabitur. neq; enim in ea re authoritas præsidis necessaria est, ut tutorum sollicitudini consulatur, si uoluntati defuncti pareant. D. VI. Kal. Ianuar. Antonino & Geta COSS.

II. *Imp. AVRELIANVS. A. Pulchro.*

ILlud requirendum est, an adito principe, Saturninus uir clarissimus specialiter ius uenditiōis acceperit. ad instar enim præsidalis decreti consensio principalis accedit. D. Idib. Ianuar. *

III. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Stratoniciano.*

PRædium rusticum uel suburbanum à minore uigintiquinq; annis alienari sine decreto præsidis: nisi parentis uoluntas seu testatoris, ex cuius bonis ad minorem peruenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur: nulla ratione potest. Dat. XII. Kal. April. Nicomediæ. AA. COSS.

IIII. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad populum.*

ET sine interpositione decreti tutores uel curatores quarumcunq; personarum, uestes detritas, & superuacua animalia uendere permittimus. Dat. Idib. Mart. Constantino. A. VII. & Constantio Cæs. IIII. COSS.

SI QVIS IGNORANS REM MINORIS ESSE, SINE decreto comparauerit. Tit. LXXIII.

I. *Imp. GORDIANVS. A. Felici.*

SI ea, quæ in iura tutoris hæreditario uel honorario titulo successit, possessionem tuam uendiderit: si ut pupillarem distraxit: emptor, qui sciens à tutoris hærede mercatus est, cum officium morte finiatur, alienam rem comparando, de tempo ris interuallo nullam potuit adquirere defensionem. Si uero ut suam distraxit, ignoransq; rem alienam emptor comparauit: neq; statim per traditionem possessionis dominus effectus est, sed tantūmodo aduersus te statuti temporis, cum te legitimæ ætatis esse non diffitearis, potest uti præscriptione. D. V. Id. Septembr. Pio & Pontiano COSS.

II. *Idem. A. Crispinæ.*

SI contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt:conueni earum possessorem,ut(si ita probaueris gestũ) & possessio retrahatur, & fructus uniuersi reuocentur: si non bona fide emptorem fuisse,qui emit,constiterit.D.XVI.Kal. * Gordiano.A.II.& Pompeiano COSS.

III. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Agathæ.

POssessiones tuæ rusticæ uel suburbanæ,sine cognitione causæ,& interpositione decreti cõtra senatusconsultum alienatæ,nec à secundo emptore recte tenentur: nisi statutum temporis spacium interceßit. D.Idib.Febr.Nicomediæ.CC. COSS.

IIII. Idem AA.& CC.Alexandro.

QVoniam aduersus emptorem,ad quem ex persona eius,cui contra senatusconsultum data est,iusto titulo interueniente,ea res,de qua lis est,transitum fecit:requirere oportebit,an præsente priore domino & maiore effecto sine controuersia bona fide decennio, uel absente uiginti annis,qui quæstionem patitur,possessor fuisse monstretur. Quòd si apud grauitatem tuam manifeste constiterit:sine ulla cunctatione,habita longi temporis præscriptione,petitorem oportebit excludi.D.VI.Id.Iun. Doroßoli.CC. COSS.

SI MAIOR FACTVS VENDITIONEM FACTAM ratam habuerit. Tit. LXXIIII.

I. Imp.GORDIANVS.A. Liciniæ.

CVm proponas curatorem patris tui sine interpositio præsidis decreto prædium rusticum hæredi creditoris seu curatori eius destinasse uenundare,eamq; uenditionem deceptum patrem tuum ratam habuisse:si minore precio distractum est prædium,& inconsulto errore lapsum patrem tuum,perperam uenditioni consensum dedisse constiterit:non ab re erit,superfluum precij in compensationem deduci.quod præsidis prouisione fieri conuenit,cuius solertiæ congruum est,si diuersa pars bonam fidem non amplectatur:in arbitrio eius ponere, an uelit possessionem cum fructibus restituere:ita,ut fœnebris pecunia cum competentibus usuris restituatur. D.Non. Octob.Pio & Pontiano COSS.

II. Idem A. Alexandro.

SI sine decreto præsidis prædia tua à tutore tuo alienata sunt,nec speciali confirmatione,uel (si bona fide possessor fuisset)statuti temporis excursu id,quod perperam est factum, fuerat stabilitum:præses prouinciæ possessionem in ius tuum retrahet. D. VII.Kal.Ianuar.Pio & Pontiano COSS.

III. Imp.IVSTINIANVS.A. Mennæ P.P.

SI quando sine decreto minorum uel adhuc sub curatoribus constitutorum,uel per ueniam ætatis eorum curam excedentium res alienantur,uel supponuntur, & ad perfectam ætatẽ ijdem minores prouecti,longo silentio querelam huiusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio uel suppositio diuturno silentio roboretur:certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse censemus.Ideoq; præcipimus,si per quinq; continuos annos post impletam minorum ætatem,id est uigintiquinq; annos connumerandos,nihil conquestus est super tali alienatione uel suppositione is,qui eam fecit,uel hæres eius:minime retractari eam occasione prætermissionis decreti,sed sic tenere,quasi ab initio legitimo decreto fuisset alienata res uel suppoßita. Cum autem donationes à minoribus nec cum decreto celebrari possint: si minor uel post ueniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium(excepta propter nuptias donatione)trãsscripserit: non aliter hoc firmitatem habebit,nisi post uigintiquinq; annos impletos,inter præsentes quidem decennium,inter absentes autem uicennium donatore adquiescente effluxerit:ut tamen in hæredis persona illud tantum modo tempus accedat, quod post eiusdem hæredis minoris ætatem silentio transactum sit. Dat.Idib.April. Decio.V.C. COS.

DE MAGISTRATIBVS CONVENIENdis. Tit. LXXV.

I. Imp. ANTONINVS.A.Mutiano.

IMagistratus à tutoribus seu curatoribus,quos tibi dederint,seu nominauerint, stipulati sunt se eo nomine indemnes futuros,& si quid præstitissent,recepturos, inq;

inq; eam rem fideiussores acceperunt: extra rem saluam fore satisdationem actio, quam aduersus tutores tuos seu curatores instituisti, alienam obligationem non resoluit. Sed aduersus magistratus, qui curatorem dederunt, actio utilis ita demum competit, si uniuersis bonis excussis reuocatisq;, quæ eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuæ in solidum satisfieri non potuit. quam si exercueris: mandatis tibi ab eis actionibus, aduersus fideiussores, quos acceperunt, consistere potes, licet utilem actionem sine cessione habeas. Accepta Non. Ianuar. Duobus & Aspris COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Paterno.

IN hæredes magistratus, cuius non lata culpa idonee cautum pupillo non est, non solet actio dari. PP. III. Non. Iul. Iuliano. II. & Crispino COSS.

III. Imp. GORDIANVS. A. Probiano.

SI tu & collega tuus, cum magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionemq; idoneam non exegistis, nec aliàs seruari pupillo indemnitas potest, & utriq; soluendo estis: pro uirili parte in uos actionem dari, non iniuria postulabis. D. VIII. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

IIII. Idem. A. Aruntiano.

ADuersus nominatorem tutoris uel curatoris minus idonei non ante peruenitur potest, q; si bonis nominati, itemq; fideiussoris eius, nec non collegarum, ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli uel adulti satisfactū. PP. Idib. Mart. Attico & Prætextato COSS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Eugeniæ.

IN magistratus municipales tutorum nominatores, si administrationis finito tempore non fuerint soluendo, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit: pupillis quōdam in subsidium indemnitatis nomine actionem utilem competere ex senatusc̄onsulto, quod authore diuo Traiano parente nostro factum est, constitit. D. VII. Id. Decembr. Ipsis & COSS.

VI. Imp. ZENO. A. Aeliano P.P.

CVm sit adiecta prætoris sententia generalem curatori administrationem mandantis, & quod eam pro more sequitur, decretum pariter sit compositum: manifestum est, non curatoris dationem fuisse inualidam, sed in æstimanda adultæ substantia scribæ uicium, qui tanq; non amplius ducentis libris auri patrimonium ualeret, fideiussionem acceperat, interceſſisse. In quo casu non curatoris erit ratio reprehendenda, si qua læsio rebus minoris illata fuisse aduersus legum ordinem comprobetur: sed super neglegentia uel dolo scribæ, qui ueram substantiæ taxationē passus est occultari, legibus erit agendum. Dat. V. Kal. Ianuar. Basilio. V. C. COS.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER SEXTVS.

DE SERVIS FVGITIVIS, ET LIBERTIS, MANCIPIisq; ciuitatum artificibus, & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicam pertinentibus. Tit. I.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aemyliæ.

SEruum fugitiuum sui furtum facere, & ideo non habere locum nec usucapionem, nec longi temporis præscriptionem, manifestum est: ne seruorum fuga dominis suis ex quacunq; causa fiat damnosa. S. Idib. Decembr. Maximo. II. & Aquilino COSS.

II. Iidem AA. & CC. Pompeiano.

REquirendi fugitiuos potestatem fieri dominis, præsidalis officij est. D. Kal. Maijs. Cæsarib. COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Probum.

SI fugitiui serui deprehendantur ad barbaricum transeuntes: aut pede amputato debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia pœna afficiantur. Sine die & consule.

IIII. Imp. CONSTANTINVS.A.ad Valerianum.

QVicunq; fugitiuum seruum in domum uel in agrũ inscio domino eius susceperit: eum cum alio pari, uel uiginti solidis reddat. Si uero secundo, uel tertio eũ susceperit: præter ipsum duos, uel tres alios, uel prædictam æstimationem pro unoquoq; seruo domino repræsentet: in minorum persona tutoribus uel curatoribus pœna simili imminente. Quòd si ad prædictam pœnam soluendam is, qui susceperit, minime sufficiat: æstimatione competentis iudicis cassigatio in eum procedat. Quod si seruus ingenuum se esse mentitus, sub mercede apud aliquẽ fuerit: nihil is, qui eum habuit, poterit incusari. Sanè mancipium torqueri oportet, ut manifestetur, utrum propter lucrum capiendum callide à domino ad domum uel agrum eius, qui susceperit, immissus sit, an non. Quod si malignè factum esse, ex serui interrogatione patuerit: seruo etiam suo ipsum, qui hoc fecerit, priuari oportet, & ad fiscum pertinere mancipium. D.V. Kal. Iul. Gallicano & Basso COSS.

V. Idem. A. ad Ianuarium.

MAncipia diuersis artibus prædita, quæ ad rem publicã pertinent, in ijsdẽ ciuitatibus placet permanere: ita, ut si quis tale mancipium sollicitauerit, uel auocandum crediderit: cum seruo altero sollicitatum restituat, duodecim solidorum summa inferenda reipublicæ illius ciuitatis, cuius mancipium abduxerit. Libertis quoq; artificibus, si sollicitati fuerint, eadem forma ciuitati reddendis: ita, ut pro fugitiuo seruo, si sollicitudine defensoris non fuerit requisitus & reuocatus: idem defensor duo uicaria mancipia exigatur, nec beneficio principali, nec uenditione in eius persona iam de cætero ualituris. D.XVI. Kal. Mart. Constantino. A.V. & Licinio Cæs. COSS.

VI. Idem. A. ad Tyberianum comitem Hispaniarum.

CVm seruum quispiam repetit fugitiuum, & alius uitandæ legis gratia, quæ in occultãtes mancipia certam pœnam statuit, proprietatem opponit, uel in uocem libertatis eum animauerit: ilico nequissimus uerbero, super quo ambigitur, tormentis subijciatur, ut aperta ueritate disceptationis terminus fiat. quod non solum utrisq; iurgantibus proderit, sed etiam seruorum animos à fuga poterit detinere. D.XV. Kal. Septembr. Pacatiano & Hilariano COSS.

VII. Imppp. VALENS, VALENTIN. & GRAT. AAA. ad Feliccm consulare.

SI quis seruum fiscalem putauerit occultandum: non solum eum restituere, sed etiam duodecim libras argenti pœnæ nomine fisci iuribus dependere compellatur. D.II. Id. April. Gratiano II. & Probo COSS.

VIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino præfecto urbi Romæ.

SI qui publicorum seruorum fabricis, seu alijs operibus publicis deputati, tanq; propriæ cõditionis immemores, domibus se alienis, & priuatarum ancillarũ cõsortijs adiunxerint: tam ipsi, quàm uxores eorũ & liberi confestim cõditioni pristinæ laboriq; restituentur. D. VIII. Kal. Aug. Timasio & Promoto COSS.

DE FVRTIS ET SERVO CORRVPTO. Tit. II.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA. Theogeni.

SI pecunia tua mandantibus seruis quidã prædia cõparauerunt: eligere debes, utrũ furti actionem & condictionem, an mandati potius inferre debeas. neq; eñ æquitas patitur, ut & criminis causam persequaris, & bonæ fidei contractũ impleri postules. D.XI. Kal. Maij. Seuero & Albino COSS.

II. Idem. AA. Negociatoribus.

INciuilem rem desideratis, ut agnitas res furtiuas nõ priùs reddatis, quàm precium fuerit solutum à dominis. Curate igitur cautius negociari, ne nõ tantũ in damna huiusmodi, sed etiã in criminis suspitionẽ incidatis. PP. Kal. Decembr. Chilone & Libone COSS.

III. Imp. ANTONINVS.A. Seando.

SI nondũ rem templo diuino dedicatam uitricus tuus furto abstulit: habes aduersus eum furti actionem. PP. VI. Id. Septembr. Læto II. & Cereali COSS.

IIII. Imp. ALEXANDER.A. Aurelio Herodi.

ADuersus eum duntaxat, quem seruum tuum sollicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, serui corrupti agere potes. Quòd si sollicitatum occultauit: etiam furti cum eodẽ agere potes. Quas actiones etiam per procuratorẽ exercere minime prohiberis. PP. Idib. Septẽbr. Alexandro A. COS.

Idem.

V. *Idem A. Cornelio.*

Cuile est, quod à te aduersarius tuus exigit, ut rei, quam apud te fuisse fateris, exhibeas uenditorem. Nam à transeunte & ignoto te emisse, dicere nō conuenit, uolenti euitare alienā bono uiro suspicionem. PP. III. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

VI. *Idem. A. Pythidoro.*

Alienum seruum sine uoluntate domini, qui sciens uendiderit, seu donauerit, uel alio modo alienauerit: nihil domino deminuere potest. & si contrectet, uel apud se detinuerit: etiā furtum facit. PP. Kal. Maij. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VII. *Idem. A. Dato.*

Si is, cui te pecuniam ad matrem tuā perferendam dedisse proponis, parua quantitate numerata, reliquā in usus suos conuertit: furtum fecit. PP. Id. Iun. Modesto & Probo COSS.

VIII. *Idem. A. Valentino.*

Etiam furti actione & tributorum exactor tenetur, si te non cessante in tributaria exactione, sciens quod nihil debetur, ancillam tui iuris abduxit, aut uendidit. quæ res facit, ut nec emptor usucapiat, uindicatioq; tibi ipsius competat. PP. X. Kal. Mart. Pompeiano & Peligno COSS.

IX. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aedisio.*

Subtracto furto uel ui abrepto mancipio, quamuis rebus humanis nō oblatum fuerit exemptum: tam ad raptorem, quàm ad furem periculū redundabit, & uterq; eorum pœna legitima coërcebitur. S. VII. Kal. Febr. Sirmij. *.

X. *Iidem. AA. & CC. Valerio.*

Si abducta mancipia furto uel plagio uenūdata præses prouinciæ prospexerit: cū nec ab emptore propter cohærēs uiciū, anteq; ad dominū possessio reuertatur, hæc usu capi possint, & te ei, cuius fuerint, successisse reppererit: restitui tibi prouidebit. Sine die & consule.

XI. *Iidem. A A. & CC. Demostheni.*

De his, quæ subtraxisse nouercam pupilli tui precibus significas, rectorē prouinciæ adi. qui si eam postea, quàm dominus rerum is, pro quo supplicas, factus est, aliquid furatam cognouerit: nō ignorat in quadruplū manifesti: nec manifesti uero dupli actione furti cōstituta, cōdemnationē formari. D. VII. Kal. Septembr. Viminatij. CC. COSS.

XII. *Iidem. AA. & CC. Quintæ.*

Ancillæ subtractæ partus apud furem editi, priusq; à domino possideantur, usucapi nequeunt, matris furem etiam horū causa furti actione teneri conuenit. Quapropter furti actione, & cōdictione, uel aduersus possidentem uindicatione de mancipijs uti non prohiberis: cum altera pœnam continens, alterius electione minime tolli possit. Nam extra pœnam rei persecutionem esse, nulla iuris quæstio est: cum etiā hi, qui aliena mancipia cōparauerint, si hanc causam nō ignorant, furti actione teneantur. D. Idib. Octobr. Sirmij. Cæsarib. COSS.

XIII. *Iidem. AA. & CC. Domno.*

Post decisionem furti leges agi prohibent. Quòd si non transegisti, sed de sublatis partem tantum accepisti: residua uindicare, uel condicere, & actione furti apud præsidem prouinciæ agere potes. D. Kal. Decemb. Sirmij. CC. COSS.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Dionysio.*

Eos, qui à seruo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potes. D. VIII. Kal. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

XV. *Idem AA. & CC. Socratæ.*

Furti actione minime teneri successores, ignorare nō debueras. De instrumentis autem ablatis in rem actione conuenire potes tenentes. D. III. Kal. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

XVI. *Iidem AA. & CC. Artemidoro & alijs.*

Si seruum uestrum, nutriendum qui susceperat, uenūdedit: furtum commisit. D. Kal. Octobr. Viminatij. CC. COSS.

XVII. *Iidem AA. & CC. Cononi.*

Quamuis etiam expilatæ hæreditatis criminis promiscuus usus exemplo actiōis furti reā uxorē fieri nō patiatur: tamē hæredes, item q; filij super his, quæ de patris bonis possidēt, aduersus eam in rem actione experiri nō prohibentur. D. Idib. Decembr. Cæsaribus COSS.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Dionysiodoro.*

Ineum, qui ex naufragio, uel incendio cepisse, uel in his rebus damni quid dedisse dicitur, intra annum utilē ei, cui res abest, quadrupli: post in simplum actionē proditam, præter

pœnā

pœnam olim statutam, forma edicti perpetui declarat. D. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

XIX. Idem. AA. & CC. Nestiæo.

FAlsus procurator depositum recipiendo, uel æs alienum exigendo citra domini uoluntatem, furtum facit, ac præter rei restitutionem actione dupli nec manifesti furti conuenitur. Sine die & consule.

XX. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

SI quis seruo alieno suaserit, aliquam rem domini subripere, & ad se deferre, seruus autē hoc domino manifestauerit, & domino concedente res eius ad iniquum huiusmodi suasionis authorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens: quali teneatur actione is, qui eum suscepit, utrum ne pro occasione furti, an pro seruo, quia eum corrumpere uoluerit, ut non solū furti, sed etiam corrupti serui obligetur: ueteres dubitauerunt. Nobis itaq; eorum altercationes decidentibus, placuit non solum furti actionem, sed etiam serui corrupti contra eum dare. licet enim seruus deterior minime factus est: tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est. & quemadmodum secundum iuris regulas, furtum quidem non est commissum, quia is uidetur furtum committere, qui contra domini uoluntatem res eius contrectat, ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur: ita & serui corrupti contra eum dare actio ptopter suum uicium non ab re extendatur, ut sit ei pœnalis actio imposita, tanq; ipsa re fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate & in alium seruum, qui possit corrumpi, hoc facere pertentet. D. Kal. Aug. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XXI. Idem. A. Iuliano P.P.

APud antiquos quærebatur, si seruus, quem aliquis bona fide possideat, furtum commiserit alienarum rerum, uel ipsius, apud quem constitutus est: an ipse, qui eum bona fide detinet, noxalem furti actionem aduersus uerum dominum habeat: uel ipse ab eo, qui furtum passus est, prædicta conueniatur actione? Cum'q; generalis regula ab antiqua prudentia expo-sita est, huius hominis gratia, pro quo furti noxalem actionem suscipere aliquis compellitur, aduersus alium furti actionem habere non concedens: quidam ita eam per coniecturam interpretati sunt, aduersus bonafide possessores nullo modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus, aduersus ueterem dominum furti actionem noxalem recte decerni. tunc autem bonafide possessores furti nomine, quod passus est, noxalem actionem contra dominū habere posse, quādo seruus sub domini sui fuerit constitutus possessione. & pro his rebus posse eum aduersus dominum habere actionem, non solum quas seruus subtraxit iam apud eum constitutus, sed quas furatus est, quando fugit quidem à bonafide possessore, adhuc autem nō dum sub manibus domini sui fuerit constitutus. quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam introducebant. Nos autem altius & uerius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Cum igitur bonafide possessor domini cogitatione furem possidet: merito, donec apud eum constitutus est, & alijs tenetur noxali actione, si extranei furtum à seruo fuerint passi, & ipse aduersus uerum dominum nō habet actionem secundum regulam dicentem. qui habet aduersus alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. Sin autem desinat in serui retentione, & ille apud uerum dominum fuerit inuentus: tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest teneri, aduersus autem uerum dominū habet ipse furti noxalem actionem pro rebus, quas uel tunc furatus est, cum est apud uerum dominū factus antea, post'q; bonafide possessoris retentionem excessit, necdum apud uerum dominū, nel est. Sic iterum regulæ generali casus euenit consentaneus. qui enim habet tunc furti actionem aduersus dominum, ipse alijs teneri furti actione non potest: & sic ex tempore omnibus discretis, uetustissima dubitatio nostro fœdere conquiescat, & bonæfidei possessor in parte certa temporis & habeat actionem, & non teneatur actione: & ipse dominus in alio tempore nō teneatur actione, & in alio sub actione constituatur. De eo autem, qui liber constitutus, ab alio bonafide tenetur, si furtum commiserit: recte & sine aliqua dubitatione dicitur posse eum, qui liber est cognitus, & ab ipso, qui bonafide eum detinet, pro furto conueniri: & bonafide possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conueniri, sed ipsum pro suo furto respondere: quia generalis regula de seruo prolata est, & pro eo, qui nō seruus, sed liber, & suæ potestatis est, noxalem moueri actionem impossibile, nostris'q; legibus incognitum est. D. Kal. Octobr. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XXII Idem. A. Ioanni P.P.

MAnifestissimi quidem iuris est, perpetrato furto, ei competere furti actionem, cuius interest, ne furtum committatur. Sed quærebatur apud antiquos legū interpretes, si quis cōmo

commodauit alij rem suam ad se pertinentem, & ipsa subtracta est: an furti actio aduersus furem instituí possit ab eo, qui rem utendam suscepit, idoneo scilicet constituto: quia & ipse commodati actione à domino pro ea re conueniri possit? & hoc quidem penè iam fuerat concessum, ut habeat ipse actionem, nisi impia dinoscatur laborare. tunc enim furti actionem debebat, idoneus erat is, qui rem comm[illegible]am acceperat, postea autem ad inopiam peruenit, antec[illegible]m moueatur actio, quæ ei antea competebat: an debeat actio, quæ semel ei adquisita est, [illegible]nter apud eum manere, uel ad dominum reuerti. tum & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria sit, nec ne. Sed omnem talem tractatum alia sequitur subdiuisio, si ex parte [illegible]uendo sit is, qui rem utendam accepit, ut possit non in totum, sed particularem solutionem ei facere: an habeat furti actionem, uel non. Tales itaq; ambiguitates ueterum, imò magis (quod melius dicendum est) ambages nobis decidentibus, in tanta rerum difficultate simplicior sententia placuit: ut in domini sit uoluntate, siue commodati actionem aduersus res accipientem mouere desiderat, siue furti aduersus eum, qui rem subripuit: & alterutra earũ electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram uenire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari. sin autem quasi commodator ueniat aduersus eum, qui rem commodatam accepit: ipsi quidem nullomodo competere posse aduersus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem furti actionem habere: ita tamen, si dominus sciens rem esse subreptam, aduersus eum, cui res commodata fuit, perueniat. Sin autem nescius & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionem instituit, postea autem re comperta uoluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem peruenire: tunc licentia ei concedatur & aduersus furem uenire: nullo obstaculo ei opponendo, quoniam iam incertus constitutus mouit aduersus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum est. tunc etenim omnimodo furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum autem ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionẽ instituit cõmodati, ignorans rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito aduersus furem transiuit: omnimodo liberari eum, qui rem cõmodatam suscepit, quẽcunq; causæ exitum dominus aduersus furem habuerit: eadẽ definitione obtinente, siue in partem, siue in solidum soluendo sit is, qui rem cõmodatam accepit. Sed cũ in secundam dubitationem incidebat, quid statuendũ sit, si quis rem cõmodatam habuerit, quam aliquis furto subtraxerat, & lite pulsatus condemnationem passus fuerit, non tantum in rem furtiuam, sed etiam in pœnam furti, & postea dominus rei uenerit omnem condemnationem accipere desiderans, utpote ex suæ rei occasione ortam: alia dubitatio incidit ueteribus, utrum ne rem tantum suã, uel eius æstimationẽ cõsequat, an etiã summã pœnalẽ. Et licet ab antiquis uariatũ est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc decidẽtibus Papinianus, licet uariauerit, eligendus est, non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit mihime ad dominum rei peruenire. ubi enim periculum, ibi & lucrum collocetur: nec sit damno tantum deditus, qui rem cõmodatam accepit, sed etiam liceat ei lucrũ sperare. Cum autem in confinio earum dubitationum tertia exorta est quæstio: quare nõ etiam eam decidimus? Cũ enim apertissimi iuris est, nõ posse maritũ cõstante matrimonio furti actionẽ contra suam uxorem habere, quia lex ita atrocem actionem dare in personam ita sibi cõiunctam erubuit: eiusmodi incidit ueterũ sensibus quæstio. quidam etenim re sibi cõmodata, huiusmodi rei furtũ à sua muliere passus est. & dubitabat, utrum ne domino rei furti actio cõtra mulierẽ præstet, an propter necessitatẽ causæ & maritus eius, utpote cõmodati actiõi suppositus, possit habere furti actionẽ: & authores quidem iuris satis & in hac specie cõtra se iurgiũ exercuerunt. ex præsenti aũt lege & anterioribus nostris decisionibus, quæ in ista positæ sunt cõstitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus electionẽ, ad quẽ uoluerit, peruenire: siue ad eũ, qui rem cõmodatã accepit, siue contra eum, qui furtũ cõmisit: & in hac specie maritus quidẽ propter matrimonij pudorẽ nõ furti, sed rerum amotarũ actionẽ habeat, si ipsum dñs elegerit. Dominus aũt oẽm licentiam possideat, siue aduersus maritũ cõmodati, siue aduersus mulierẽ furti actionem extendere. ita tamẽ, ut si ipse, qui rem cõmodatam accepit, soluendo sit, nullo modo aduersus mulierem furti actio extendatur: ne ex huiusmodi occasione inter maritum & uxorem, qui nõ bene secum uiuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito uolente uxor eius extrahatur, & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. XV. Kal. Septembr. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

DE OPERIS LIBERTORVM. Tit. III.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Romano.*

SI tempore manumissiõis operæ tibi impositæ sunt: scis te eas præstare debere. Solet autem inter patronos & libertos conuenire, ut pro operis aliquid præstetur: licet precium peti non possit, nisi quando propter inopiam pro alimentis id extraordinem peti necessitas suaserit: cum etsi operæ non erant impositæ: defectis tamen facultatibus patroni, alere eum cogaris. PP. III. Kal. Ianuar. Chilone & Libone COSS.

II. *Idem.* AA. *Eutycheti.*

MAnumissionis causa traditus, neq; in seruitutem reduci à manumissore potest, nec impositas operas præstare cogitur. PP. VI. Kal. Maij. Antonino A. II. & Geta II. COSS.

III. *Idem* AA. *Quintiano.*

QVi numis acceptis ab extraneo, seruum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: siue fuerant operæ impositæ, siue nõ; ut indebita soluta reddere cogitur. PP. Kal. Nouembr. Albino & Aemyliano COSS.

IIII. *Imp.* ANTONINVS. A. *Valeriano.*

SI quam pecuniam tibi à liberto tuo ex uenditione operarum deberi probaueris: restitui tibi à liberto tuo præses iubebit. Ex hoc enim liberam testamenti factionem libertus habet: modo si non onerandæ libertatis gratia emissam cautionem probabitur. PP. XIIII. Kal. Maij. Duobus & Aspris COSS.

V. *Idem.* A. *Terentio.*

MAter tua ab eo, quem ex causa fidei cõmissi manumisit, operas impositas petere non potest: nisi eius tantum temporis, quo eum ante manumisit, quàm dies fideicommissæ libertatis existeret. sed nisi ei honorem patronis debitum exhibuerit: adi cõpetentem iudicem pro modo admissi uindicaturum. PP. III. Id. Maij. Duobus & Aspris COSS.

VI. *Imp.* ALEXANDER. A. *Cæcilio.*

LIberti libertæq; defunctorum operas neq; extraneis hæredibus, neq; maritis patronarũ debent. PP. Kal. Nouembr. Alexandro. A. COS.

VII. *Idem.* A. *Minicio.*

NEc patronis pro operis mercedẽ accipere licet, quamuis si indictæ operæ præstitæ nõ sint, ad pecuniæ exactionem obsequij non præstiti æstimatio conuertatur. Qui autem duos filios in potestate uel diuersis temporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. D. XII. Kal. Iun. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VIII. *Idem.* A. *Augustino.*

SI tuis numis emptus es ab eo, à quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo utpote ingratus potes. patronum tamen tuum esse, negari non potest. D. III. Id. Septembr. Iuliano. II. & Crispino COSS.

IX. *Idem.* A. *Victorio.*

LIbertæ tuæ, ducendo eam uxorem, dignitatem auxisti. & ideo non est cogenda operas tibi præstare: cum possis legis beneficio contentus esse, quòd inuito te iuste nõ possit alij nubere. D. X. Kal. Mart. Fusco & Dextro COSS.

X. *Idem.* A. *Herculiano.*

TItius si cum testamentum faceret, seruo suo Caio libertatem cum cõditione hac dedit, CAIVM SERVVM MEVM A' DIE MORTIS MEAE ANNIS TRIBVS PERACTIS MANVMITTI VOLO, ITA VT PRAESTET HAEREDIBVS MEIS, SICVT ME VIVO PRAESTABAT: & cum idem seruus testatori diurnũ quiddam præstaret, & post mortẽ eius usq; ad diẽ præstandæ libertatis etiã hæredibus præstiterit: manifestũ est, quòd adeptus libertatẽ, ad eandẽ præstationẽ cõpelli non possit. D. VII. Id. Aug. Fusco & Dextro COSS.

XI. *Imp.* GORDIANVS. A. *Africano.*

QVod ex liberta muliere nascitur, ingenuum est. is autem, qui libertæ suæ nubendi commodauit adsensum: quamuis operas ab ea exigere non possit: iura tamen patronatus nõ amittit. PP. III. Non. Aug. Pio & Pontiano COSS.

XII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Venerię.*

QVi manumittuntur, liberũ, ubi uoluerint, cõmorandi arbitriũ habent: nec à patronorum filijs,

filijs, quibus solam reuerentiam debent, ad seruiendi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur: cum neq; cum patrono habitare libertos iura compellant. S. VIIII. Kal. Iun. ipsis AA. & COSS.

XIII. *Imppp.* VALENS, VALENTIN. & GRAT. AAA. *ad Probũ* P.P.

IN redhibitione operarum maneat pœna in eum, qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. D. III. Id. Iul. Gratiano. A. II. & Probo COSS.

DE BONIS LIBERTORVM. Tit. IIII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Secundæ.*

MVltum interest, utrum quis suis numis emptus atq; manumissus sit ab emptore, an à domino suo data pecunia mereatur libertatem. priore casu ad bona contra tabulas admitti patronum nõ placet. posteriore omnia iura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filij, qui plenum ius habuit, ut hostis publici bona fisco uindicata sunt: secũdũ ea, quæ diuo Pertinaci placu erũt, & nos secuti sumus, in iura libertorũ eius fiscus noster successit. PP. v. Non. Iul. Faustino & Rufino COSS.

II. *Impp.* VALENS & VALENTIN. AA. *ad Florianũ comit. rerũ priuat.*

SI liberti conniuentibus patronis consortium cum ancillis colonisue elegerunt: sciant illi se deinceps commoda patronatus amissuros. D. III. Id. Octobr. Treueri. Lupicino & Ioui no VV. CC. COSS.

III. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Demostheni* P.P.

SI quis in posterum patronorum huiusmodi narrationem cõceperit, uel in libertatibus, quæ inter uiuos actitantur, uel in his, quæ ex testamento uel codicillis scriptis uel sine scriptis habitis, pficiscuntur, ut liberti eorum à iure patronatus liberent: antiqua interpretatione semota, nõ dubitetur patronatus ius ex sola etiã tali uerborũ conceptione libertis esse remittendũ: nec successionibus, quæ ab intestato descendunt, quas ueteres post huiusmodi actus seruari in libertorum bonis decreuerunt, à nobis patronis integris reseruandis. Sed quemadmodum in natali um restitutione omne ius tollit patronatus: ita & in huiusmodi uerbis eandem esse uim observandã, omnes nõ ignorent. Idemq; iuris est, si inter uiuos manumissiõe imposita, in ultimis uoluntatibus concessio data fuerit patronatus: ita tamẽ, ut in omnibus natalium restitutiones, ex quibus penè solis ingenuitas mera libertis cõpetit, tam obtineant, quàm in nostra republica poleant: cum nobis cordi est, ingenuis magis hominibus, quàm libertis eam frequentari. Reuerentia tamen, quæ à libertis debetur, & iure, quod aduersus ingratos libertos patronis competit, integris reseruandis, etsi per uerborum cõceptione à nobis inductum modum ius patronatus fuerit amissum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tolluntur, quam penè sola natalium restitutio inducit. His uidelicet casibus, p quos pœnalibus modis ius patronatus quasi ab indignis patronis eripitur, in robore suo duraturis. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani, D. III. Kal. Nouembr. Decio. v. C. COS.

SI IN FRAVDEM PATRONI À LIBERTIS alienatio facta sit. Tit. V.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Claudio.*

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienauerit: quatenus legitima pars deminuta est, reuocandi tributam conuenit esse potestatem. D. Kal. Nouembr. Sirmij. Cæsarib. COSS.

II *Iidem.* AA. & CC. *Iuliæ.*

DEfuncto quidem liberto patronus intestato succedens, per actionem Calusij anam in eius fraudem alienata reuocare potest. Verum cum patronum post liberti sui mortẽ ab eo fundi collatam donationẽ habuisse ratam adseueras: manumissoris factũ infirmare successores eius minime possunt. D. VIII. Kal. Ianuar. Sirmij. Cæsarib. COSS.

DE OBSEQVIIS PATRONO PRAESTANDIS. Tit. VI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Zoticæ.

CONtra patronum tuum famosam actionem instituere non potes. PP. II. Id. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Idem. A. Leontogono.

LIbertæ, quæ uoluntate patroni aut iure nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare. Dat. XIIII. Kal. Aug. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. Idem. A. Xantho.

ETiam qui pactione data â dominis manumittuntur, mero iure omne eis obsequium debent.

IIII. Idem. A. Victorino.

SI manumissori tuo uim & audaciam obiecisti ei, qui te beneficio suo ex seruitute liberando, ut aduersarium haberet, fecit: præses prouinciæ, quatenus coërcere eiusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, siue de rebus aduersus patronum disceptatio fuerat: non protinus ad litigandum currere debueras. ut maxime autem hoc facere auderes: sine atrocitate certe uerborum æquitatem petitionis tuæ commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reseruato. PP. II. Kal. Octobr. Iuliano. II. & Crispino COSS.

V. Imp. GORDIANVS. A. Sulpitiæ.

ETiam liberis damnatorum consuetum obsequium libertos paternos præstare debere, indubium non uenit, proinde si non agnoscunt reuerentiæ debitæ munus: non immerito uidentur ipsi aduersus se prouocare seueritatẽ. PP. Non. Septembr. Sabino. II. & Venusto COSS.

VI. Idem A. Cornelio.

LIbertos siue libertas, & maxime quibus impositæ operæ non sunt, consuetum potius obsequium, cẽ seruile ministerium manumissoribus exhibere debere, neq; uincula perpeti, non est opinionis incertæ. D. III. Kal. April. Attico & Prætextato COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Metrodoro.

NEq; libertis nouercæ inferendæ iniuriæ priuignis eius libera facultas esse debet. paternos etiam libertos (sicut dicis) iniurioſos tibi fuisse, ferendum non est. Præses igitur prouinciæ uindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri nõ dubitabit. D. V. Id. Maij. Maximo. II. & Aquilino COSS.

VIII. Iidem. AA. Hermiæ.

NEq; patronæ tuæ obsequijs refragari te fas est. D. XII. Kal. Febr. Diocletiano & Maximiano. AA. COSS.

DE LIBERTIS, ET EORVM LIBERIS. Tit. VII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Daphno.

NOn est ignotum, quòd ea, quæ ex causa fideicommissi manumisit, ut ingratum libertum accusare non possit: cum id iudicium extra ordinem præbeatur ei, qui uoluntate seruo suo libertatem gratuitam præstitit, nõ qui debitam restituit. PP. V. Kal. Maij. Messala & Sabino COSS.

II. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Maximum. P. V.

SI manumissus ingratus circa patronum suum exstiterit, & quadam iactantia uel contumacia ceruicem aduersus eum erexerit, aut leuis offensæ contraxerit culpam: à patronis rursus sub imperio ditionecq; sententia mittatur, si in iudicio, uel apud pedaneos iudices, patroni querela exorta ingratum eum ostendat. filijs etiam, qui postea nati fuerint, seruituris: quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. Sanè si is, qui nostro consilio uindicta liberatus est, post coërcitionem ex pœnitentia dignũ se præstiterit: ut ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruetur beneficio libertatis, cẽ si patronus eius oblatis id precibus impetrauerit. Dat. Idib. April. Romæ. Constantio. A. V. & Constante Cæs. COSS.

III. Impp. HONOR & THEODOS. AA. ad Senatum.

LIberti non modo aduersus patronos nõ audiantur, uerũ etiã eandẽ, quam patronis ipsis, reuerentiam præstent hæredibus patronorum: quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datæ sibi libertatis immemores, nequiciam receperint seruilis ingenij. D. VII. Id. Aug. Rauennæ. Mariniano & Asclepiodoto COSS.

Impp.

IIII. *Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Basso* P.P.

Libertinæ conditionis homines, uel eorum filij, etiam si militantes docebuntur ingrati: ad seruitutis nexum proculdubio ducentur. D. Kal. April. Rauennæ. Theodosio XI. & Valentiano. AA. COSS.

DE IVRE AVREORVM ANVLORVM, ET NATALIBVS restituendis. Tit. VIII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Philadelpho.*

NAtales antiquos & ius ingenuitatis non ordo præstare decurionum, sed à nobis peti potuit. D. XV. Kal. April. Rauennæ. Ipsis AA. & COSS.

II. *Iidem.* A A. & CC. *Eumeni.*

AVreorum usus anulorum beneficio principali tributus, libertinitatis quoad uiuunt imaginem, non statum ingenuitatis præstat. Natalibus autem antiquis restituti liberti, ingenui nostro constituuntur beneficio. D. XIII. Kal. *. Sirmij. CC. COSS.

QVI AD BONORVM POSSESSIONEM, ET INFRA quod tempus admittantur. Tit. IX.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Macrinæ.*

BOnorum possessio filiofamilias delata (cum ignorante quoq; patre possit peti) emolumentum & patri allatura, si ratam petitionem pater habuit, amittitur transacto tempore. Sine die & consule.

II. *Iidem.* A A. *Crispino.*

SI bonorum possessio duntaxat competit proximitatis nomine: habuisti spacium centum dierum utilium, ex quo eum defunctum scisti, ad bonorum possessionem ample extendam. D. III. Non. Nouembr. Geta COS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Crescentio.*

INfantis nomine agnitam bonorum possessionem, & anteqũ loqueretur, diem defuncti, recte competere, nulla dubitatio est. S. Kal. Ianuar. Maximo. II. & Aquilino COSS.

IIII. *Iidem.* AA. & CC. *Marcello.*

EMancipata si non agnouit intra annum VNDE LIBERI bonorum possessionem: nullam ad hæredes uindicationem successionis transmittere potuit. D. III. Kal. Maij. Heraclæ. CC. COSS.

V. *Iidem* AA. & CC. *Maximo.*

QVandiu per facti quæstionem incertum est, utrum ne secundum tabulas, an ab intestato, & ex quo capite possessio sit delata: ne tibi tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitum cedat, superstitiosam geris sollicitudinem.

VI. *Idem* AA. & CC. *Phrontinæ.*

IVris ignorantiam nec mulieribus prodesse in edicti perpetui cursu de agnoscenda bonorum possessione, manifestum est. D. III. Kal. Maij. Sirmij. Cæsarib. COSS.

VII. *Pars Epistolæ* CONSTANTII & MAXIMIANI. AA. & SEVERI & MAXIMIANI *nobiliss. Cæsarum.*

BOnorum quidem possessionem pupilli nomine agnoscere tutorem potuisse, aperte declaratur. ipse autem pupillus bonorum possessionem sine tutoris authoritate amplecti non potest: nisi etiam impuberi sine tutoris authoritate hoc postulanti, sciens hoc competẽs iudex, dedit bonorum possessionem. tunc enim emolumentũ successionis uidetur prætorio iure quæsitum esse. VI. Id. Septembr. Constantio & Maximiano COSS.

VIII. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Dionysium.*

QVicunq; res ex parentium uel proximorum successione iure sibi competere cõfidit: sciat sibi non obesse, si per rusticitatem, uel ignorantiam facti, uel absentiam, uel quancunq; rationem aliam infra præfinitum tempus bonorum possessionem minime petisse noscatur: quoniam hæc sanctio huius consuetudinis necessitatem mutauit. D. prid. Id. Mart. Heliopoli. Constantio. A. & Constant. Cæs. COSS.

IX. *Idem A. ad populum.*

VT uerborum inanium excludimus captiones: ita hoc obseruari decernimus, ut apud quẽ libet iudicem, uel etiam apud duumuiros, qualiscunq; testatio amplectendæ hæreditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coartanda: eo addito, ut etiam si intra alienam uicem, id est prioris gradus, properantius exeratur: nihilominus tamen efficaciam parem quasi suis sitam curriculis consequatur. D. Kal. Febr. Laodiceæ. *.

QVANDO NON PETENTIVM PARTES PETENTIBVS adcrescant. Tit. X.

I. Imp. GORDIANVS. A. Marthanæ.

QVoties pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorũ possessio defertur: beneficium edicti perpetui, quibusdam omittentibus, his, qui soli bonorũ possessionem agnouerunt, portionem non petentium adcrescere, in dubium non uenit. D. Id. Ianuar. Peregrino & Aemyliano COSS.

DE BONORVM POSSESSIONE SECVNdum tabulas. Tit. XI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Vitali.

PEndente appellatione à sententia, qua falsum testamẽtum pronunciatum est, incerto adhuc, an defunctus intestatus decesserit, proximitatis nomine bonorum possessioni locus non est. D. III. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Cornelio.

BOnorum quidem possessionem ex edicto prætoris, non nisi secundum eas tabulas, quæ septem testium signis signatæ sint, peti posse, in dubium non uenit. Verum si eundẽ numerum adfuisse, sine scriptis testamento condito, doceri potest: iure ciuili testamentum factum uideri, ac secundum nuncupationem bonorum possessionem deferri, explorati iuris est. PP. XII. Kal. Mart. Attico & Prætextato COSS.

DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS, quam prætor liberis pollicetur. Tit. XII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Rufo.

LIberi contra tabulas parentum bonorum possessione admissa, solis parentibus & liberis legata præstare secundum edictum debent. PP. IIII. Id. Octobr. Maximo II. & Aeliano COSS.

II. Idem. A. Claræ.

POstumo nato, qui neq; hæres institutus à patre, neq; nominatim exhæredatus est, testamentum rumpitur. & si contra tabulas bonorum possessio infantis nomine à tutore petita est: secundum tabulas possessio locum habere non potest. D. Kal. Mart. Iuliano. II. & Crispino COSS.

DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS liberti, quæ patronis uel liberis eorum datur. Tit. XIII.

I. Imp. GORDIANVS. A. Heraliano.

TIcet ex causa fideicommissi manumissus sit is, quem ex uoluntate patris cum soror tua te manumisisse proponis: tamen si extraneos scripsit hæredes: partis legitimæ cõtra tabulas eius bonorum possessionem petendo, uel contra nuncupationem, si testamentum sine scriptis conditum est, intra tempora edicto præstituta eam partẽ poteris obtinere. PP. VI. Kal. Decembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

II. Imp. ANASTASIVS. A. Asclepiodoto.

PAtronus liberti, muneribus electis & operis, à contra tabulas bonorum possessione repellitur. D. XIII. Kal. Mart. Viatore & Aemyliano COSS.

VNDE LIBERI. Tit. XIIII. Imp.

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Sarpedoni.*

SI auus tuus relictis tribus emancipatis filijs decesserit, hicq; bonorum possessionē VNDE LIBERI acceperint: pro rata portione hæredes eos exstitisse, palam est. D. IIII. Non. * .Maximo. II. & Aquilino COSS.

II. *Iidem* AA. & CC. *Zosimo.*

EX testamento uel ab intestato existente filio uel nepote suo hærede, nemo potest i intestatò hæres existere. D. III. Id. Mart. Ipsis. AA. & COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. *ad Leontium comitem* R. P. *orientis.*

QVi se patris post auum intestatò defuncti negat hæredem: mortui aui paterni suscipere facultates non potest, maxime emancipatus: nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium peruenerit. D. VIII. Id. April. Limenio & Catulino COSS.

VNDE LEGITIMI, ET VNDE COGNATI. Tit. XV.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Vlpio.*

CONsobrinorum tuorum intestatorum bona, si ad prioris necessitudinis neminē iure pertinuerint, tuq; eorum possessionem agnouisti: persequi nō prohiberis. D. III. Id. August. Iuliano. II. & Crispino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Zenoni.*

CVm propius sobrino, id est consobrina natum rebus humanis intestatò defunctum proponas: intelligis, sine auxilio bonorum possessionis eius te successionem uindicare non posse. D. VII. Kal. Iun. Laodiceæ. AA. COSS.

III. *Iidem* AA. & CC. *Felici.*

NEpotibus aui materni pro uirili portione etiam iure honorario successio defertur. D. Idib. Octobr. Sirmij. CC. COSS.

IIII. *Iidem* AA. *Syristæ.*

NOn hoc, an tenuerit quis res hæreditarias, nec'ne, sine uoluntate adquirendæ sibi hæreditatis, quærendum est: sed an admisit hæreditatem uel bonorum possessionem. D. XI. Kal. Ianuar. Sirmij. CC. COSS.

V. *Iidem* AA. *Platoni.*

CErtum quidem est cognationis iure citra admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere. defunctis uero cognati succedere nolentes, bonorum possessionem petere non urgentur. D. XII. Kal. Mart. Sirmij. CC. COSS.

DE SVCCESSORIO EDICTO. Tit. XVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Iuliano.*

SI mater tua propter furorem suum patrui sui bonorum possessionem non accepit: tu filius eius ad eorundem bonorum patrui magni possessionem ex edicto, quo prioribus non petentibus sequentibus permittitur, admissus es. PP. III. Id. Decembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Firmo.*

SI auiæ frater eorum, de quorum successione agitur, uelut ex testamento adijt hæreditatem, quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis: & ab intestato, non petita bonorum possessione, uita functus est: ac tu, licet quinto gradu constitutus, ex successorio capite petijsti bonorum possessionem, uel necdum excluſus petas: eorum successionem potes uindicare. Nam si is, quem quarto gradu constitutum non ambigitur, ex edicto petijt, nec hoc te latuit: frustra nobis supplicasti. D. VI. Id. April. Sirmij. CC. COSS.

DE CARBONIANO EDICTO. Tit. XVII.

I. *Iidem* AA. & CC. *Florę.*

ITibi ac filio tuo ab his, contra quos supplicas, status mouetur quæstio: perspicis præmature rerum, quas uelut de patris successione filius tuus uindicat, restitutionem postulari: cum si in pupillari permaneat ætate, secundum formam edicti Carboniani data bonorum possessione, satisdatione im

ne impleta,tunc demum in possessionem eum constitui conueniat:uel hac non oblata,portionem ab omnibus, quam uindicat,possideri:seruitutis uero quæstionem in tempus differri pubertatis. D.XII.Kal.Nouembr.Sirmij.CC. COSS.

II. Imppp.VALENTIN.THEOD.& ARCAD.AAA. *ad Rufinum P.P.*

CArbonianũ edictũ sub personis legitimis indubitato matrimonio,custodito partu,& probata legitima successione,deferẽ:scilicet ut in possessione nouus hæres cõstitutus, usq; ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. D.IV.Kal.Octobr.Theodosio.A.III.& Habundantio COSS.

VNDE VIR ET VXOR. Tit. XVIII.

I. Impp.THEODOSIVS & VALENTIN.AA.*Hierio P.P.*

MAritus & uxor ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure succedant, quoties deficit omnis parentum,liberorumúe, seu propinquorũ legitima,uel naturalis successio,fisco excluso. D.XII.Kal.Mart. Hierio & Ardaburio COSS.

DE REPVDIANDA BONORVM POSSESSIONE. Tit. XIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Theodosiano.*

LMancipatus,repudiata bonorum possessione,absentiæ patroni causæ uelamento rursus ad eandem redire quæstionem frustra conatur. Sine die & consule.

II. *Idem* AA. & CC. *Theodoro.*

FIlio delatam bonorũ possessionem patri ad fraudem filij repudiare nõ licet. D.VI.Kal.Decembr.Nicomediæ.CC. COSS.

DE COLLATIONIBVS. Tit. XX.

I. Imp.ALEXANDER.A.*Deuteriæ*

EMancipatos liberos testamento hæredes scriptos,& ex eo successionem obtinentes,à patre donata fratribus conferre non oportere: si pater,ut hoc fiat, supremis iudicijs non cauit:manifesti iuris est.PP.III.Id.Iul.Iuliano.II.& Crispino COSS.

II. *Idem.* A. *Primo.*

SI pater intestatus decessit,relictis duobus filijs & filia,cuius nomine dotem promiserat:portiones hæreditatis æquæ sunt,& dos nihilominus ita conferenda est,ut pro portionibus fratres eius à necessitate præstandæ eius liberentur. D.III. Id.Septembr. Iuliano.II. & Crispino COSS.

III *Idem.* A. *Alexandro.*

PActum dotali instrumento comprehensum,ut contenta dote,quæ in matrimonio collocabatur,nullum ad bona paterna regressum haberet:iuris authoritate improbatur, nec intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur. Dotem sanè,quam accepit,fratribus, qui in potestate manserunt,conferre debet. D.XIII.Kal.Iul.Agricola & Clementino COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS.A.*Marino.*

FIliæ dotẽ in mediũ ita demũ cõferre coguntur, si uel ab intestato succedãt, uel cõtra tabulas petant.nec dubium est,profecticiam seu aduenticiam dotem à patre datam uel constitutã, fratribus,qui in potestate fuerunt,conferendam esse. Is etenim,qui in familia defuncti nó sunt, profecticiam tantũmodo dotem post uarias prudentium opinioneis conferri placuit. PP. IIII. Id.Mart.Gordiano.A.& Auiola COSS.

V. *Idem.* A. *Alexandro.*

DOtis quidem petitio perseuerante matrimonio tibi non competebat. Cuius enim eam intestato patre defuncto fratri conferre debueras:non tamen eo nomine aduersus maritum tibi actio potuit esse:cum eo minus in partem tibi delatæ successionis patris auferre potueris. Dat.Non.Septembr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

VI. *Idem* A. *Claudio.*

EA demum ab emancipatis fratribus his,qui manserunt in potestate,conferri consueuerũt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tempore,quo pater fati munus impleuit: exceptis uidelicet,quæ ab ipsis alijs debentur. D.VII.Kal.Maij. Peregrino & Aemyliano COSS. Imp.

VII. Imp. PHILIPPVS.A. Tyrannię.

Filiam testamento patris institutam hæredem, fratribus ijsdemq; cohæredibus dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designauit, explorati iuris est. PP. VI. Kal. Maij. Præsente & Albino COSS.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Callippo.

Si soror tua in paternorum bonorum diuisione te fefellit, nec dotem, quam acceperat à patre uestro intestatò diem functo, contulit: præses prouinciæ, examinatis partium allegationibus, cum bonis dotē cōfundi iubebit: & quod deducta ratiōe, plus apud eam esse animaduerterit, restitui tibi iubebit. idem est, & si arbitro dato, diuisio celebrata est. S. VI. Id. Iul. Ipsis AA. COSS.

IX. Iidem AA. & CC. Onesimo

Si emancipati utriq; à patre fuistis: collatio cessat. Sin autē frater tuus in potestate patris mortis tempore fuerat, nec ullum testamentum relictum, uel nouissimū iudicium cōmunis patris, teq; emancipatum probatum fuerit: ab intestato te ad successionem paternā uementē, ad collationem forma perpetui edicti certo iure puocat. S. VI. Kal. Maij. Heracliæ. CC. COSS.

X. Iidem. AA. & CC. Hirenæ.

A Patre uerbis precarijs in codicillis relictū, extero iure capiens filia, ad collationē dotis ut. geri nō potest. S. VI. Kal. Decembr. Sirmij. CC. COSS.

XI. Iidem AA. & CC. Artemiæ.

POstumo præterito patris testamentum rumpenti, atq; intestatò succedenti, emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua, perpetuo edicto cauetur: cū his etiā, qui sui futuri essent, si uiuo patre nati fuissent, conferre debere manifeste significatur: & emancipatis (silegi datæ collationi non pareatur) denegandas actiones, non est ambigui iuris. V. Kal. Ianuar. Ipsis AA. & COSS.

XII. Iidem. AA. & CC. Philanteæ.

Filiæ, licet maneat in sacris, si dotem non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis: actiones hæreditarias denegari non ambigitur. unde consulte ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris cōmunis mortis tempore fuisse potestate proponis, offers. Quin autem fratres tui durantes in familia patris peculiū, si hoc neq; castrense, neq; relictū eis doceatur, præcipuum habere non possint, sed in diuisionem paternæ ueniat hæreditatis: nec quidquam mutet, penes quem res ex hoc proficiscētes in eadem causa durantes constitutæ reperiantur: absoluti manifestiq; iuris est. Dat. XI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XIII. Iidem AA. & CC. Antistiæ.

Si donatione tibi post mortem patris quæsisti fundum: soror tua portionem eius uindicare non potest. Nam si is filiæ familias constitutæ tibi à patre donatus est: cum sorore patri communi succedens, eum præcipuum habere, contra iura postulas. Dat. VI. Idus. Febr. Sirmij. Iisdemq; CC. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

Si maritus quondam tuus ab intestato patri suo hæres extitit, & ei postumus à te editus successit: actiones hæreditarias amitæ filij uestri, quas habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti, denegare præses non dubitabit. PP. VII. Kal. Mart. Trimontij. Tusco & Anulino COSS.

XV. Iidem. AA. & CC. Philippo.

NEc emancipati post mortē cōmunis patris quæsita conferre coguntur: sed hæc retinētes, eius bona pro hæreditaria diuidunt portione. D. Idib. Decembr. Ipsis CC. COSS.

XVI. Iidem AA. & CC. Socrati.

Filiam cum fratribus suis cohæredibus intestato patri succedentem, ultra derelictum codicillis non conferentem dotem, iudicio familiæ erciscundæ nihil posse consequi, summa cū ratione placuit. D. V. Kal. Ianuar. Ipsis CC. & COSS.

XVII. Imp. LEO. A. Erythrio P. P.

VT liberis, tam masculini, quàm fœminini sexus, sui iuris, uel in potestate constitutis, quo cūq; iure intestatæ successionis, id est, aut testamento penitus non condito, aut si factum fuerit, cōtra tabulas bonorum possessione petita, uel inofficiosi querela mota rescisso, æqua lance pariq; modo prospici possit: hoc etiā æquitatis studio præsenti legi credidimus inserendum, ut in diuidendis rebus intestatò defunctorum parentum, tam dos, quàm ante nuptias donatio

conferat̃, quã pater uel mater, auus uel auia, proauus uel proauia, paternus uel maternus, dederit uel promiserit pro filio uel filia, nepote uel nepte, aut pronepote siue pronepte: nulla discretione intercedente, utrum in ipsas sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos eadem in sponsas donatio celebretur: ut in diuidendis rebus ab intestato parentis, cuius de hæreditate agitur, eadẽ dos uel ante nuptias donatio ex substantia eius profecta conferatur. Emancipatis uidelicet liberis utriusq; sexus, pro tenore præcedentium legum, ea, quæ in ipsa emancipatione à parentibus suis (ut adsolet fieri) conſequũtur, uel post emancipationem ab ijsdẽ parentibus adquisierint, collaturis. D.v.Kal. Mart. Buseo & Ioanne COSS.

XVIII. *Imp.* ANASTASIVS. A. *Constantino* P.P.

LIberos, qui per nostræ legis authoritatem per oblationem precum & imperiale rescriptũ sui iuris effecti fuerint, ad similitudinem cæterorum, qui emancipati ex antiquo iure sunt, collationes facere iubemus compelli secũdum ea, quæ super cæteris emancipatis statuta sunt. D.XII.Kal.Aug.Constantinop. Probo & Auieno Iuniore COSS.

XIX. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

ILlam merito dubitationem amputare duximus, quæ super collatione dotis uel ante nuptias donationis inter certas personas satis iam uentilata est. nam si intestatus quis defunctus esset, filio uel filijs, aut filia uel filiabus relictis, & ex mortua filia uel filio cuiuscunq; sexus aut numeri nepotibus: uel si qua intestata defuncta esset, filio quidem uel filijs similiter relictis, ex mortua uero filia uel filio itidem nepotibus cuiuscũq; sexus: de modo quidem successionis minime dubitabatur, sed palam erat, quòd huiusmodi nepotes duas partes paternæ uel maternæ portionis tantum haberent, tertiam partem patruis suis uel auunculis uel amitis uel materteris pro iam posita constitutione concedentes. de collatione uero dotis uel ante nuptias donationis, quam defuncta persona pro filio uel filia superstitibus, & pro mortuo uel mortua filio uel filia dedisset: multa dubitatio est orta. superstitibus quidem filijs defunctæ personæ non debere se dotem uel ante nuptias donationem pro se datam à suo patre uel matre conferre filijs mortui fratris sui uel mortuæ sororis suæ contendentibus, eo quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset: nepotibus uero mortuæ personæ non tantum huic resistentibus, sed etiam adserentibus, quòd onus collationis constitutione Arcadij & Honorij diuæ memoriæ sibi impositum, in personis tantummodo suorum auunculorum, non etiam patruorum, uel amitarum, uel materterarum locum habere posset. Talem igitur subtilem dubitationẽ amputantes, præcipimus tã filios uel filias defunctæ personæ dotẽ uel ante nuptias donationẽ à parentibus suis sibi datã cõferre nepotibus uel neptibus personæ mortuæ: quàm eosdẽ nepotes uel neptes patruis suis aut auunculis, amitis etiã & materteris dotẽ uel ante nuptias donationem patris sui uel matris, quam pro eo uel ea persona mortua dedit, similiter conferre: ut commistis huiusmodi collationibus cum bonis personæ mortuæ, duas quidem partes nepotes uel neptes habeant illius portionis, quæ patri uel matri eorum, si superesset, deferebatur: tertiam uero eiusdem portionis partem unà cum sibi cõpetentibus portionibus filij uel filiæ defunctæ personæ, cuius de hæreditate agitur, capiant. Dat. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano.A.PP.II. COS.

XX. *Idem.* A. *Mennæ* P.P.

ILlud sine ratione à quibusdam in dubietatem deductũ, plana sanctione reuelamus: ut omnia, quæ in quartam portionem ab intestato successionis computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento uocantur: etiam si intestatus is decesserit, ad cuius hæreditatem ueniũt: omnimodo cohæredibus suis conferant. Quod tum in alijs, tum in his, quæ occasione militiæ uni hæredum ex defuncti pecunijs adquisitæ lucratur is, qui militiam meruit, locum habebit: ut lucrum, quod tempore mortis defuncti ad eum peruenire poterat, non solum testamento condito quartæ parti ab intestato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferat̃. Hæc autem regula, ut omnia, quæ portioni quartæ cõputantur, etiam ab intestato cõferantur: minime è contrario tenebit, ut possit quis dicere etiã illa, quæ cõferuntur, omnimodo in quartam partẽ his cõputari, qui ad inofficiosi querelã uocant̃. Ea em̃ tantũmodo ex his, quæ conferunt̃, memoratæ portioni cõputabũtur, pro quibus specialiter legibus, ut hoc fieret, expressum est. Ad hæc cum ante nuptias donatio uel dos à patre data, uel matre, uel alijs parentibus pro filio uel filia, nepote uel nepte, cæterisq; descendentibus conferatur: si unus uel una liberorũ ante nuptias tantummodo donationem uel dotem, non etiam simplicem donationẽ accepit uel acceperit, alter uero uel altera neq; dotem neq; donationem ante nuptias à parente suo suscepit uel suscepe-

uel susceperit, sed simplicem tantummodo donatiõem: ne ex eo iniustum aliquid oriatur, si ea quidẽ persona, quæ ante nuptias donationẽ uel dorem susceperit, conferre eam cogenda sit, illa uero, quæ simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem eius minime coartan da: si quid huiusmodi acciderit, iubemus ad similitudinem eius, qui ante nuptias donationem uel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quæ nulla dote uel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem à parentibus suis accepit, conferre eam: nec recusare colla tionem, ex eo, quòd simplex donatio nõ aliter confertur, nisi huiusmodi legem donator tempo re donationis suæ indulgentiæ imposuerit. D. VIII. Id. Aug. Constantinop. Decio V.C. COS.

XXI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

VT nemini de cætero super collatione dubietas oriatur: necessarium duximus constitutio ni, quam iam fauore liberorum fecimus, hoc addere: ut res, quas parentibus adquirendas esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant. ut enim castren se peculium in commune conferre in hæreditate diuidenda, & ex prisci iuris authoritate mini me cogebantur: ita & alias res, quæ minime parentibus adquiruntur, proprias liberis manere censemus. D. XV. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste VV.CC. COSS. anno secundo.

DE TESTAMENTO MILITIS. Tit. XXI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Floro militi.*

IMater tuus miles si te specialiter de bonis, quæ in paganico habebat, hæredem fe cit: bona, quæ in castris reliquit, petere non potes: etiam si is, qui eorum hæres in stitutus est, adire ea noluerit. Sed ab intestato succedentes ueniunt: modo si in eius loco substitutus non est, & liquidò probatur fratrem tuum castrensia bo na ad te pertinere noluisse. nam uoluntas militis in expeditione occupati pro iu re seruatur. Accepta. V. Id. Septembr. Duobus & Aspris COSS.

II. *Idem A. Septimo militi.*

MIles si castrensium tantummodo bonorum cõmilitonem suum instituit hæredem: cæ tera bona, ut intestatò defuncti, mater eius iure possedit. Quòd si extraneum scripsit hæ redem, iscp adijt hæreditatem: bona eius in te transferri nõ iure desideras. PP. XI. Kal. Mart. An tonino. A. IIII. & Balbino COSS.

III. *Idem. A. Vindiciano.*

QVanquam militum testamenta iuris uinculis non subijciantur, cum propter simplicita tem militarem quomodo uelint, & quomodo possint ea facere his concedatur: tamẽ in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam cõmuni iure accepit authoritatẽ. Nam cum paterfamilias filiam ex duabus uncijs, uxorem ex uncia hæredem scripserit, nec de residuis portionibus quidcp significauerit: in tres partes diuisisse eum apparet hæreditatem: ut duas habeat, quæ sextantẽ accepit: tertiam, quæ ex uncia est hæres instituta. PP. Kal. Nouembr. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Iunio.*

SI Rufinus uir clarissimus tribunus lati claui maior annis lege definitis faciens testamẽtum te manumisit: iustã tibi libertatẽ cõpetisse, scire debes. Quòd si minor annis ex lege cõstitu tis fuerit, cũ faceret testamentũ: lege impediente nullã libertatẽ adeptus es, quæ in hac parte nec militibus remissa est. Quòd si idem testator causam manumittẽdi te habuit, quæ probabilis ui no manumittente cõcilio futura esset: quia per fideicõmissum data libertas à qlibet minore an nis, ei, cuius causa probari potuit, præstari debet: ex testamẽto militis eiusmodi seruis iustã liber tatem competere, cõsequens est. D. XVI. Kal. Decembr. Alexandro A. COS.

V. *Idem A. Sozomeno.*

EX testamento militis, siue adhuc in militia, siue intra annum missus, honeste decessit: hære ditas & legata omnibus, quibus relicta sunt, debentur: quia inter cætera, quæ militibus cõ cessa sunt, liberum arbitrium quibus uelint relinquendis summis cõcessum est: nisi lex speciali ter eos prohibuerit. D. XVII. Kal. Febr. Iuliano. II. & Crispino. CC. COSS.

VI. *Idem. A. Valentino.*

IN testamento quidem eius, qui nõ miles fuit, si duobus hæredibus institutis, altero, cui potu it usq; ad tẽpus pubertatis parẽs facere testamentũ, altero, cui posteacp hæres extitit, substitu ere nõ potuit, inuicẽ substitutio ijsdem uerbis facta est: in eum solũ casum eam locũ habere sen-

tentijs prudentium uirorum, & constitutionibus diuorum parẽtium meorum placet, quo utri q; pari ratione potuit substitui. Sed cum ex testamento militis controuersiam esse proponas, defuncta paruula eius filia postea, cẽ; hæres exstitit patri, cum qua simul æquis partibus hæres institutus eras, substitutione inuicem facta: & mater quidem intestatæ filiæ sibi successionem defendat, tu autem ex substitutione ad te pertinere contendas: iuris quidem ratio manifesta est, licere militibus proprio priuilegio etiam hæredibus extraneis, postea cẽ; hæredes exstiterint, mortuis, substituere. sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. PP. XI. Kal. Maij. Fusco II. & Dextro COSS.

VII. *Idem A. Fortunato.*

EX his uerbis, FORTVNATO LIBERTO MEO DO LEGO, uindicare tibi libertatem nõ potes, si pagani testamentum proponatur. at enim cum testatorem militem fuisse proponas: si non errore ductus libertum te crediderit, sed dandæ libertatis animum habuerit: libertatem equidem directam competere tibi, sed & legati uindicationẽ habere te, prærogatiua militaris priuilegij præstat. D. XII. Kal. Ianuar. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

VIII. *Imp.* GORDIANVS *A. Aeterno militi.*

CErti iuris est, militem ad tempus etiam hæredem instituere posse. PP. III. Kal. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

IX. *Idem A. Valerio.*

SIcut certi iuris est, militem, qui scit se filiũ habere, alios q; scripsit hæredes, tacite eum exhæredare intelligi: ita si ignorans se filium habere, alios scribat hæredes, nõ obesse filio ademptam hæreditatem, sed minime ualente testamento (si sit in potestate) eum ad successionem uenire, in dubijs non habetur. PP. V. Non. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

X. *Imp.* PHILIPPVS *A. &* PHILIPPVS *C. Iustino militi.*

SI cum uel in utero haberetur filia inscio patre milite, ab eo præterita sit: uel cũ in rebus humanis eam non esse falso rumore perlato pater putauit, nullã eius in testamento fecit mentionem: silentium huiusmodi exhæredationis notam nequa cẽ; infligit. Is autem miles, qui testamento filiam suam appellauit, ei q; legatum dedit: non instituendo eam hæredem, exhæredauit. PP. XII. Kal. Iun. Præsente & Albino COSS.

XI. *Iidem A. & C. Aemyliano militi.*

CAptatorias institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. PP. VII. Kal. Iul. Præsente & Albino COSS.

XII. *Iidem A. & C. Domitiæ.*

IN testamento militis legem falcidiam, & in legatis, & fideicommissis cessare, explorati iuris est. Sanè si quid ultra uires patrimonij postulatur: competenti defensione tueri te potes. PP. VI. Non. Iul. Præsente & Albino COSS.

XIII. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. *AA. Claudiæ.*

ET militibus nostris, centurionibus quoq; ob flagitium militare damnatis, non aliarum, cẽ; castrensium rerum testamentum facere permittitur, & intestatis iure proprio succeditur à fisco. Prop. Non. Aug. Valeriano & Gallieno. AA. III. & II. COSS.

XIIII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. *AA. hæredibus Maximi.*

SI à fratre suo militante mater uestra scripta hæres successionem eius sibi quæsijt: cẽ; uius testamenti scriptura non continet iuris obseruationem: hanc hæreditatem fratrem testatoris uel eius filios ab intestato euincere nõ potuisse, iure constitit. PP. V. Non. Maij. Ipsis. AA & COSS.

XV. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad populum.*

MIlites in expeditione degentes, si uxores, aut filios, aut amicos, aut commilitones suos, postremo cuiusliber generis homines amplecti uoluerint supremæ uoluntatis affectu: quo modo possint, ac uelint, testentur: nec uxorum, aut filiorum eorum, cum uoluntatem patris reportauerint, meritum aut libertas dignitasúe quæratur. Proinde sicut iuris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in uagina, aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inscripserint gladio sub ipso tempore, quo in prælio uitæ sortem derelinquunt: huiusmodi uoluntatem stabilem esse oportet. D. III. Id. August. Nicomediæ. Optato & Paulino COSS.

XVI. *Imp.* ANASTASIVS *A. Hierio P.P.*

SCriniarijs, uel apparitoribus, qui uirorum magnificorum magistrorum militum iussionibus uel actionibus obtemperant: & si nomina eorum matriculis militaribus referri uideantur: nullaténus in ultimis à se conficiendis uoluntatibus iuris militaris facultatem esse decernimus.

mus. D. Idib. Febr. Constantinop. Paulo. V.C. COS.

XVII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

NEquidam putarent in omni tempore licere militibus testamenta, quomodo uoluerint, componere: sancimus, his solum, qui in expeditionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas uoluntates conficiendas beneficium. D. IIII. Id. April. Decio. V.C. COS.

XVIII. *Idem* A. *Ioanni* P.P.

LIcet antiquis legibus permittebatur pupillis, si tribunatum numerorum merebantur, ultimum elogium conficere posse: attamen indignum nostris temporibus esse uidetur, eũ, qui stabilem mentem nondum adeptus est, propter priuilegium militum sapientium hominũ iura pertractare, & in tenera ætate ex tali licentia parentibus forte suis, uel alijs propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquentem. ideoq; hoc fieri nullo modo cõcedimus. D. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste. VV.CC. COSS. anno secundo.

QVI TESTAMENTA FACERE POSSVNT, VEL non possunt. Tit. XXII.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Petronio militi.*

QVanq; omnium bonorum socer tuus, itemq; frater eius socij fuerint: tamen non eo minus idem frater eius, cum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi hæredem instituere, quem uellet. Item non idcirco minus is testamenti factionẽ habet, quòd indiuisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse. PP. XII. Kal. Aug. Ariano & Pappo COSS.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Viatori & Pontiæ.*

SI is, qui te cum uxore tua hæredem scripsit, quando testamentum ordinauit, sanæ mentis fuit, nec postea alicuius sceleris conscientia obstrictus, sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus, se præcipitem dedit, eiusq; innocentia liquidis probationibus comẽdari potest à te: adscitæ mortis obtentu, postremum eius iudicium conuelli non debet. quòd si futuræ pœnæ metu uoluntaria morte supplicium anteuertit: ratam uoluntatem eius conseruari leges uetant. PP. Kal. Decembr. Ipsis. AA. & COSS.

III. *Idem* A A. *Licinio.*

SEnium quidem ætatis, uel ægritudinem corporis synceritatem mentis tenentibus, testamẽti factionem certum est non auferre. Filiam autem, quæ in potestate est, testamentum facere non posse, indubitati iuris est. D. IIII. Non. April. Sirmij. CC. COSS.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Radoni.*

SI frater patruelis tuus ante quartumdecimum ætatis suæ annum decessit, cum facere testamentum non potuit: nihil recte ex eius postremo iudicio postulatur. Nam si hanc ætatem egressus, licet uigoris necdum emersissent uestigia, suum ordinauit solenniter iudicium: hoc euellere frustra conaris. S. VI. Id. Nouembr. *. Pantichi. CC. COSS.

V. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Rufinum* P.P.

EVnuchis liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium uoluntates, conscribere codicillos salua testamentorum obseruantia. Dat. V. Kal. Mart. Sirmij. Constantio. A. V. & Constante Cæs. COSS.

VI. *Idem.* A. *ad Volusium* P.V.

SI quis imperatorem forte hæredem instituerit: habeat mutandi iudicij facultatem, & quemcunq; uoluerit, secundum leges in testamento suo hæredem scribendi. Dat. XII. Kal. Mart. Mediolani. Arbitrione & Lolliano COSS.

VII. *Imppp.* VALENS, VALENTIN. & GRAT. AAA. *Maximo.*

CVm hæredes instituuntur Imperator seu Augusta: ius commune cum cæteris habeant. quod & in codicillis, uel fideicommissarijs epistolis iure scriptis obseruandum erit. Et (sicuti priscis legibus cautum est) Imperatori quoq; & Augustæ testamentum facere liceat, & mutare. Dat. VII. Id. August. Gratiano. A. II. & Probo COSS.

VIII. *Imp.* IVSTINVS. A. *Demostheni* P.P.

HAc consultissima lege iubemus, ut carentes oculis, seu morbo, uel ita nati, per nuncupationem suæ condant moderamina uoluntatis: scilicet præsentibus septem testibus, quos alijs quoq; testamentis interesse iuris est, tabulario etiam: ut cunctis ibidem collectis, primum ad se omnes conuocatos, ut sine scriptis testetur, edoceat. deinde exprimat

nomina specialiter hæredum,& dignitates singulorum,& indicia,ne sola nominum commemoratio quidq; ambiguitatis pariat:& ex quanta parte,uel ex quot uncijs in successionem admitti debeant, & quid unumquenq; legatarium seu fideicommissarium adsequi uelit: omnia deniq; palam edicat, quæ ultimarum capit dispositionum series lege concessa. quibus omnibus ex ordine peroratis uno eodemq; loco & tempore, sed & tabularij manu conscriptis subobtentu septem(ut dictum est)testium,& eorundem testium manu subscriptis,dehinc cõsignatis,tam ab eisdem testibus,q; à tabulario:plenum obtinebit robur testantis arbitrium. Quæ in eundem modum erunt obseruanda,q;uis non hæredes instituere,sed legata solum & fideicommissa, & in summa quæ in codicillis habeantur congrua, duxerit ordinanda. At cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione turbata,minus memoria possit res plures consequi: patebit eis licentia uoluntatem suam,siue in testamẽto, siue codicilli tenore compositam,cui uelit,scribendam credere:ut in eodem postea collectis testibus & tabulario,re etiam(ut dictum est)patefacta,cuius causa conuocati sunt,etiam chartula promatur,quam susceptam testatori recitabit tabularius simul & testibus:ut ubi tenore eorum cunctis innotuerit,elogium ipse sum profiteatur agnoscere,& ex animi sui,quæ lecta sunt,disposuisse sententia,& in fine subscriptio sequatur testium,necnon omnium signacula tam testium(prout dictum est)q; tabularij.

Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quærentibus:iubemus,ubi tabularius reperiri non possit,octauum adhiberi testem:ut quod tabulario pro supradicto modo commisimus,per octauum testem effectum capiat:libera potestate concedenda, uoluntates suas in prædictum modum ordinantibus,chartulam ita subscriptam,ita deniq; consignatam,ut antelatæ formæ declarant,cui uelint, è testibus custodiendam mandare. Sic fieri nanq; confidimus,ut nõ recipiat se tantum in cæcis testandi licentia,sed ne locum quidem ullum relinquat insidijs tot oculis spectata,tot insinuata sensibus,tot insuper in tuto locata manibus. Dat.Kal. Iun.Constantinop.Iustiniano & Valerio COSS.

IX. *Imp.*IVSTINIANVS.A.*Iuliano* P.P.

FVriosum in suis iudicijs ultimum condere elogium posse,licet ab antiquis dubitabatur,tamẽ & retro principibus, & nobis placuit.Nũc autem hoc decidendum est,quod simili modo antiquos animos mouit,si cœpto testamento furor eum inuasit. Sancimus itaq; tale testamentum hominis,qui in ipso actu testamenti aduersa ualetudine tentus est,pro nihilo esse. Sin uero uoluerit in dilucidis interuallis aliquod condere testamentum,uel ultimam uoluntatem, & hoc sana mente & inceperit facere,& consummauerit,nullo tali morbo interueniente: stare testamentum, siue quancunq; ultimam uoluntatem censemus:si & oñia alia accesserint, quæ in huiusmodi actibus legitima obseruatio sequitur.Dat.Kal.Septembr.Constantinop.Lampadio & Oreste.VV.CC.COSS.

X. *Idem.A.Ioanni* P.P.

DIscretis muto & surdo,quia non semper huiusmodi uicia sibi concurrunt: sancimus, si quis utroq; morbo simul laboret,id est,ut neq; audire,neq; loqui possit, & hoc ex ipsa natura habeat:neq; testamentum facere,neq; codicillos,neq; fideicõmissum relinquere,nec mortis causa donationem celebrare concedatur,nec libertatem,siue uindicta,siue alio modo imponere:eidem legi tam masculos,q; fœminas obedire imperantes. Vbi autem & huiusmodi ulcij non naturalis,siue masculo,siue fœminæ accidit calamitas,sed morbus postea perueniens & uocem abstulit,& aures conclusit:si ponamus huiusmodi personam literas scientem: omnia, quæ priori interdiximus,hoc ei sua manu conscribenti permittimus. Sin autem infortuniũ discretum est,quod ita raro contingit:& surdis,licet naturaliter huiusmodi sensus uariatus est, tamen omnia facere & in testamentis,& in codicillis,& in mortis causa donationibus, & in libertatibus,& in alijs omnibus permittimus.Si enim uox articulata ei à natura concessa est: nihil prohibet eum omnia,quæ uoluerit,facere:quia scimus quosdam iurisperitos & hoc subtilius cogitasse,& nullum esse exposuisse,qui penitus non exaudiat,si quis supra cerebrum illius loquatur,secundum quod Iubentio Celso placuit.In eo autem,cui morbus postea perueniens auditum tantummodo abstulit:nec dubitari potest,quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin uero aures quidem apertæ sunt,& uocem recipiẽtes,lingua autem eius penitus prægrauata:licet à ueteribus authoribus sæpius de hoc uariatum est:attamen si hunc peritum literarum esse proponamus,nihil prohibet eum scribentem omnia facere, siue naturaliter, siue per interuentum morbi huiusmodi infortunium ei accessit:nullo discrimine,neq; in masculis,neq; fœminis,in omni ista constitutione seruando.Dat.XV.Kal.Mart.Constantinop.post consulat. Lampadij & Orestis.VV.CC.

Idem

XI. Idem. A. Ioanni P.P.

NEmo ex lege, quam nuper promulgauimus, in rebus, quæ parentibus adquiri nō possunt, existimet aliquid esse innouandum, & permissum fuisse filijsfamiliarum cuiuscunq; gradus uel sexus, testamenta facere: siue sine patris consensu bona possideant secundum nostræ legis distinctionem, siue cum eorum uoluntate. nullo etenim modo hoc eis permittimus. sed antiqua lex per omnia conseruetur, quæ filijsfamiliarum, nisi in certis casibus, testamenta facere nullo modo concedit, & in his personis, quæ huiusmodi facultatem habere iam cōcessæ sunt. S. Dat. Kal. Decembr. Constantinop. P. C. Lampadij & Orestis. VV. CC.

XII. Idem A. Ioanni P.P.

OMnes omnino, quibus quasi castrensia peculia habere ex legibus concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo ultimas uoluntates condere secundum nostræ constitutionis tenorē, quæ talibus testamētis de inofficioſi querela immunitatem præstitit. Dat. III. Non. Decembr. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODVM TESTAMENTA ordinentur. Tit. XXIII.

I. Imp. HADRIANVS. A. Catonio.

IPsa testes serui, an liberi fuerint, nō oportet in hac causa tractari: cum eo tempore, quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti sint, nec quisq; eis usq; ad hoc status controuersiam mouerit. Sine die & consule.

II. Imp. ALEXANDER. A. Expedito.

PVblicati semel testamenti fides: cuius ipsa materia, in qua primum à testatore scriptum relictum fuit, casu, qui probatur, intercidit: nihilominus ualet. PP. Kal. Iun. Fusco II. & Dextro COSS.

III. Idem A. Antigono.

EXimperfecto testamento nec Imperatorem hæreditatem uindicare, sæpe constitutum est. licet enim lex imperij solennibus iuris Imperatorem soluerit: nihil tamen tam proprium imperij est, quàm legibus uiuere. PP. XI. Kal. Ianuar. Lupo & Maximo COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Rufino.

SI in nomine, prænomine, seu cognomine testator errauerit, nec tamē, de quo senserit, incertum sit: error huiusmodi nihil officit ueritati. PP. XII. Kal. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Lucillo.

NEc professio, nec adseueratio nuncupantium filios, qui non sunt, ueritati præiudicat: & quæ ut filijs testamento relinquuntur, iuxta ea, quæ à principibus statuta sunt, non deberi, certi iuris est. Accepta. VI. Non. Iul. Valeriano & Gallieno. AA. III. & II. COSS.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Terentiæ.

VErba testamenti, quibus mater uestra decedens nihil se cuiquam donasse significauit, si res se aliter habeat, fidem ueri non perstringunt. PP. III. Non. Nouembr. Diocletiano. A. & Aristobolo COSS.

VII. Iidem. AA. Rufinæ.

ERrore scribentis testamentum iuris solennitas mutilari nequaquam potest: quādo minus scriptum, plus nuncupatum uidetur. & ideo recte testamento cōdito, quanquam defit HAERES ESTO: consequens est, existente hærede, legata siue fideicommissa iuxta uoluntatem testatoris oportere dari. PP. XVII. Kal. Febr. Ipsis AA. IV. & III. COSS.

VIII. Iidem AA. Marcellino.

CAsus maioris ac noui contingentis ratione, aduersus timorem contagionis, quæ testes deterret, licet aliquid de iure laxatum est: nō tamē prorsus reliqua testamētorum solennitas peremptа est. testes enim huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi atq; sociari remissum est: non etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sublata est. D. XVI. Kal. Iul. Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

IX. Iidem AA. Patrocliæ.

SI non speciali priuilegio patriæ tuæ iuris obseruatio relaxata est, & testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt: nullo iure testamentum ualet. PP. X. Kal. Iul. Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

Iidem

X. Iidem AA.& CC. Menophelimo.

SI testamentum iure factũ sit,& hæres sit capax:authoritate rescripti nostri rescindi nõ opor-
tet. D.XV.Kal.Auguſt.AA. COSS.

XI. Iidem AA.& CC. Zenoni.

NOn idcirco minus iuris factum testamentum & suas obtinet uires, quòd post testatoris
mortem subtractum probatur. S. D. prid. Id. Nouembr. AA. COSS.

XII. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI unus de septem testibus defuerit,uel coram testatore omnes eodem loco testes suo uel ali
eno anulo non signauerint:iure deficiet testamentum. De his autem,quæ interleta, siue su
prascripta dicis:nõ ad iuris solennitatem,sed ad fidei pertinent quæstionem: ut appareat, utrũ
testatoris uoluntate emendationem meruerint,uel ab altero incõsulte deleta sint,an ab aliquo
falso hæc fuerint commissa. S. D. prid. Non. Iul. Philippop. AA. COSS.

XIII. Iidem AA.& CC. Euryphidæ.

TEstandi causa de pecunia sua legibus certis facultas est: non autem iurisdictionis mutare
formam uel iuri publico derogare,cuicꝫ permissum est.

XIIII. Idem. AA.& CC. Achilleo.

NOn codicillum,sed testamentum auiam ueſtram facere uoluisse,institutio & exhæreda-
tio facta probant euidenter. Subscr. Idib. Decembr. CC. COSS.

XV. Imp. CONSTANTIVS. A. ad populum.

QVoniam indignum est ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuo-
rum:placuit ademptis his,quorum imaginarius usus est,institutioni hæredis uerborum
non esse necessariam obseruantiam,utrum imperatiuis & directis uerbis fiat,aut inflexis. nec
enim interest,si dicatur, HAEREDEM FACIO, uel INSTITVO, uel VOLO, uel MAN-
DO, uel CVPIO, uel ESTO, uel ERIT: sed quibuslibet confecta sententijs, in quolibet lo-
quendi genere formata institutio ualeat:si modo per eam liquebit uoluntatis intentio. nec ne-
cessaria sint momenta uerborũ,quæ forte seminecis & balbutiens lingua profudit. Et in po-
stremis ergo iudicijs ordinandis amota erit solennium sermonum necessitas: ut qui facultates
proprias cupiunt ordinare,in quacunꝫ instrumenti materia conscribere, quibuscunꝫ uerbis
uti,liberam habeant facultatẽ. S. D. Kal. Febr. Serdice. Constantio. A. & Constante. A. CC. COSS.

XVI. Imppp. GRATIAN. VALENTIN.& THEOD. AAA. Eutropio P.P.

NOn dubium,nec incertum est, sicut imperatoribus, ita qualibet dignitate uel potestate
decoratis uiris,tam hæreditatem,cꝫ legatum seu fideicommissum relinqui posse. Illud
etiam adijciendum est,ut qui ex testamento uel ab intestato hæres exstiterit:& si uoluntas de-
functi circa legata seu fideicommissa,seu libertates legibus non sit subnixa:tamen si sua spon-
te agnouerit,implendi eam necessitatem habeat. S. D. Kal. Iul. Thessalonicæ. Gratiano. V.&
Theodosio. AA. COSS.

XVII. Impp. ARCAD.& HONOR. AA. Aeternali proconsuli Asiæ.

TEstamentum nõ ideo infirmari debebit,quòd diuersis hoc deficiens nominibus appella-
uit,cum superflua non noceant. Nanꝫ necessaria prætermissa imminuunt contractum,
& testatoris officiũt uoluntati,non abundans cautela. D. XII. Kal. April. Arcadio. IV.& Hono-
rio. III. AA. COSS.

XVIII. Iidem AA. Africano P.V.

TEstamenta omnia,cæteraꝙ,quæ apud officium censuale publicari solent, in eodem reser
uentur,nec usꝫ permittatur fieri ulla translatio. mos nanꝫ retinendus est fideliſſimæ ue-
tustatis. quem si quis in hac urbe uoluerit mutare: irritam mortuorum uideri faciet uolunta-
tem. D. XII. Kal. Octobr. Constantinop. Cæsario & Attico COSS.

XIX. Impp. HONOR.& THEODOS. AA. Ioanni P.P.

OMnium testamentorum solennitatem superare uideatur,quod insertum mera fide pre-
cibus inter tot nobiles probatasꝙ personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut igit
securus erit,qui actis cuiuscunꝫ iudicis, aut municipũ, aut auribus priuatorum mentis suæ po
stremum publicauit iudicium:ita nec de eius unꝫ successione tractabitur,qui nobis medijs, &
toto iure,quod nostris scrinijs est constitutum,teste succedit. Nec sanè illud hæredibus noce
re permitimus,si rescripta nostra nihil de eadem uoluntate responderint. uoluntates etenim ho
minum audire uolumus,nõ iubere:ne post sententiam nostram inhibitum uideatur commu-
tationis arbitrium:cum hoc ipsum,quod per supplicationem nostris auribus intimatur,ita de
mum firmum sit,si ultimum comprobatur,nec cõtra iudicium suum defunctus postea ueniſſe
deregat.

detegatur. Ne quid sanè prætermississe credamur huiusmodi institutionis successoribus designatis: omnia, quæ scriptis hæredibus competunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullã controuersiam nasci: cum pro hærede agere cuncta sufficiat, & ius omnine ipsa complere aditio uideatur. Omnibus etenim præstandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus possit declarare: & stabile sciat esse, quod fecerit. nec institutus hæres pertimescat, cum oblatas preces secundum uoluntatẽ defuncti idoneis testibus possit adprobare, si ei alia nocere nõ possunt. Dat. XII. Kal. Mart. Rauennæ. post consulatum Honorij VIII. & Theodosij. V. AA.

XX. *Eorundem AA. edictũ ad ppl'm urbis Cõstantinopolitanæ & oẽs ꝓuinciales.*

NOlumus conuelli deficientium scriptas iure ac solenniter uoluntates, dum quoddam morientis supremum & non scriptum processisse confirmatur arbitrium, tanc̃ patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus etenim priuatis & militantibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeant testimonia: & falsi crimine reos teneri præcipimus, si cũ scripta iure ac solenniter deficientiũ exstiterint uoluntates, non scriptum aliquid sub nostrorũ nominum mentione falsò adstruere moliantur. Nemo itaq; relictus hæres, uel legibus ad successionẽ uocatus, nostrum uel potentium nomen horrescat. nemo ferre testimonium in hũc modum, uel suscipere gestis uoces huiusmodi audeat, nostro uel etiam priuatorũ potentium nomine. D. VII. Id. Mart. Constantinop. Theodosio A. VII. & Palladio COSS.

XXI. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Florentio* P.P.

HAc consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamẽtum (si nullum scire uolunt ea, quæ in eo scripta sunt) cõsignatam, uel ligatam, uel tantum clausam inuolutam̃q; proferre scripturam, uel ipsius testatoris, uel cuiuslibet alterius manu conscriptam, eam̃q; rogatis testibus septem numero ciuibus Romanis puberibus omnibus simul offerre signandam, & subscribendam: dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentũ dixerit, quod offertur, eiq; ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti sub scripserit. quo facto, & testibus uno eodem̃q; die ac tempore subscribentibus, & cõsignantibus, testamentum ualere: nec ideo infirmari, quòd testes nesciant, quæ in eo scripta sunt testamento. Quòd si literas testator ignoret, uel subscribere nequeat: octauo subscriptore pro eo adhibito, eadem seruari decernimus. In omnibus autem testamentis, quæ præsentibus uel absentibus testibus dictantur, superfluum est, uno eodem̃q; tempore exigere testatorem, & testes adhibere, & dictare suum arbitrium, & finire testamẽtum. sed licet tali tempore dictatum scriptũm proferatur testamentum: sufficiet uno tempore eodem̃q; die, nullo actu interueniente, testes omnes, uidelicet simul nec diuersis temporibus, subscribere signare̊q; testamentum. Finem autẽ testamenti subscriptiones & signacula testium esse decernimus. non subscriptũ nãq; à testibus ac signatum testamentum pro infecto haberi conuenit. Ex imperfecto autem testamẽto uoluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos à parentibus utriusq; sexus habeatur, non uolumus. Si uero in huiusmodi uoluntate liberis alia sit extranea mista persona: certũ est, eam uoluntatem, quantum ad illam duntaxat permistam personam, pro nullo haberi, sed liberis ad crescere. Per nuncupationem quoq; hoc est sine scriptura, testamenta non aliàs ualere sancimus, quàm si septem testes (ut supra dictum est) simul uno eodem̃q; tempore collecti, testatoris uoluntatem ut testamentum sine scriptura facientis audierint. Si quis autem testamento iure perfecto, postea ad aliud uenerit testamentum: non aliàs, quod ante factum est testamentum, infirmari decernimus, quàm si quod secundum facere testamentum testator instituit, iure fuerit consummatũ: nisi forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hæreditatem uel successionem uenire non poterant, in secunda uoluntate testator eos inscribere instituit, qui ab intestato ad eius hæreditatem uocantur. eo enim casu, licet imperfecta uideatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius uoluntatem non quasi testamentum, sed quasi uoluntatem intestati ualere sancimus. In qua uoluntate quinq; testium iuratorum depositiones sufficiunt. quo non facto: ualebit primum testamentum, licet in eo scripti uideantur extranei. Illud etiam huic legi prospeximus inserendũ: ut etiã græce oñibus liceat testari. D. Idib. Septembr. Theodosio A. XVII. & Festo COSS.

XXII. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P.P.

DIctantibus testamenta, uel aliam quamlibet ultimam uoluntatem, legatum, uel fideicommissum uel quodcunq; aliud, quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minime dubitandũ est. Testibus etiã ad efficiendã uoluntatẽ adhibitis, pro suo libitu, quod uoluerit, testator relinquere nõ prohibetur. Dat. Kal. Maij. Constantinop. Basilio Iuniore. V. C. COS.

XXIII. *Imp.* IVSTINVS. A. *Archelao* P.P.

CONsulta diualia,quibus considerate prospectum est,ne uoluntates ultimæ deficientium in hac regia urbe confectæ,apud alium aperiri possint, quàm apud uirum clarissimũ protem pore census magistrum,monumentis interuenientibus pro iuris ordine,ne ũe in hæreditate,cu ius summa centum aureorum precium non excedit, mercedis quidq̃ aut sumptuum censum administrantes,aut censualis apparitio super intimandis ĩisdem elogijs audeant adsequi: firma nunc quoq; dicimus, ac repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium, uerumetiam defensores ecclesiarum,quos turpissimum intimationis genus irrepserat, præmo nendos censemus, ne rem attingant,quæ nemini prorsus omnium secundum constitutionum præcepta, quàm census magistro competit. absurdũ est nanq; ,si promiscuis actibus rerum tur bentur officia,& alij creditum,alius subtrahat:& præcipue clericis,quibus obprobrium est,si pe ritos se uelint disceptationum esse forensium. pœna etiam temeratoribus præsentis sanctionis feriendis quinquaginta librarum auri. nec enim concedendum est,ut suprema uota deficienti um repræhensionis quidq̃ ex incongrua insinuatione contrahant,dum res ab incogruis usurpa tur audacter. Dat. XIII. Kal. Decembr. Constantinop. Iustino A. II. & Opilione COSS.

XXIIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

AMbiguitates,quæ uel imperitia,uel desidia testamenta conscribentium oriuntur,reseca das esse censemus:& siue institutio hæredum post legatorum dationes scripta sit,uel alia prætermissa sit obseruatio,non ex mente testatoris, sed uicio tabellionis, uel alterius,qui testa mentum scribit:nulli licentiam concedimus, per eam occasionem testatoris uoluntatem sub uertere,uel minuere. D. Kal. Januar. DN. Iustiniano A. PP. II. COS.

XXV. *Idem* A. *Mennæ* P.P.

PRæposteri repræhensionem,quam nouella constitutio diui Leonis in dotalibus instrumẽ tis sustulisse noscitur:in alijs quoq; omnibus,tam contractibus, quàm testamẽtis tollimus: ut tali exceptione cessante,& stipulatio,& alius contractus, & testatoris uoluntas indubitate ua leat:exactione uidelicet post conditionẽ uel diem competẽte. S. Dat. VII. Id. Decembr. DN. Iu stiniano A. PP. II. COS.

XXVI. *Idem.* A. *Mennæ* P.P.

IN testamentis, siue scriptis faciendis, omnẽ formalem obseruantiam penitus amputamus: ut postq̃ septem testes conueniunt, satis sit uoluntatẽ testatoris uel testatricis simul oñibus manifestari, significantis ad quos substantiam suam peruenire uelit,uel quibus legata dari,uel fideicommissa,uel libertates disponere: etiam si non ante huiusmodi dispositionem prædixe rit testator uel testatrix illa formalia uerba, IDEO EOSDEM TESTES CONVENISSE, QVOD SINE SCRIPTIS SVAM VOLVNTATEM VEL TESTAMENTVM COM PONERE CENSVIT. S. Dat. IIII. Idus. Decembr. Constantinop. DN. Iustiniano A. PP. II. COS.

XXVII. *Idem.* A. *Iuliano* P.P.

SAncimus,si quis legitimo modo condidit testamentum, & post confectionẽ eius decenniũ profluxerit:siquidem nulla innouatio,uel cõtraria uoluntas testantis apparuerit hoc esse fir mũ.quod eñ non mutatur,cur stare ,phibeatur? quemadmodũ eñ qui testamentũ fecit,& nihil uoluit contrarium,inteſtatus efficiatur? Sin aũt in medio tempore contraria uoluntas ostendi: siquidem perfectissima est secundi testamẽti cõfectio:ipso iure prius tollitur testamentũ. Sin aũt testator tantũmodo dixerit,nõ uoluisse prius stare testamentũ,uel alijs uerbis utendo cõtra riam aperuerit uoluntatẽ,& hoc uel per testes idoneos non minus tres, uel inter acta manifesta uerit,& decenniũ fuerit elapsum:tunc irritũ esse testamentũ tam ex contraria uoluntate,quàm ex cursu tẽporali. aliter eñ testamẽta mortuorũ per decennij trãscursionẽ euanescere nullo pa timur modo:prioribus cõstitutionibus,quæ super huiusmodi testamẽtis uacuandis fuerant la tæ,penitus antiquandis. D. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

XXVIII. *Idem.* A. *Iuliano* P.P.

CVm antiquitas testamenta fieri uoluerit nullo actu interueniente,& huiusmodi u erborũ cõpositio nõ rite interpretata penè in pernicieñ & testantiũ & testamentorũ ,pcesserit:sanci mus in tempore,quo testamentũ cõditur, uel codicillus nascit, uel ultima quædam dispositio se cundũ pristinam obseruationẽ celebratur (nihil enim ex ea penitus immutandum esse cense mus)ea quidem,quæ minime necessaria sunt,nullo procedere modo:quippe causa subtilissima ꝓposita,ea,quæ superflua sunt,minime debent intercedere. Si quid aũt necessariũ euenerit,& in ipsum corpus laborantis respiciens cõtigerit, id est uel uictus necessarij uel potionis oblatio, uel me

uel medicaminis datio uel impositio, qbus relictis ipsa sanitas testatoris periclitet, uel si quis ne cessarius naturæ usus ad depositionē supflui pōderis immineat uel testatori uel testibus: nō esse ex hac causa testamentū subuertēdū, licet morbus comitialis (quod & factū esse cōperimus) uni ex testibus contigerit: sed eo, quod urget & imminet, repleto, uel depositō, iterū per testamēti fa ctionē solita adimpleri. Et siquidē à testatore aliquid fiat, testibus paulisper separatis, cū corā his facere aliquid naturale testator erubescat: iterum introductis testibus, cōsequentia factionis testamenti procedere. si tamē in quendā uel quosdā testiū aliquid tale cōtingat: siquidē ex bre ui temporis interuallo necessitas potest transire: iterum eorundē testiū reuersum exspectari, & solennia peragi sancimus. Sin autem longiore spacio refectio fortuiti casus indigeat, & maxi me si salus testatoris periclitantis immineat: tunc illo uel illis testibus, circa quos aliquid tale e ueniet, separatis, alios subrogari, & ab eo uel ab eis tam testatorem, cꝫ alios testes scisci tari, si ea, quæ eorum præsentiam antecedunt, omnia coram ijs processissent. Et si hoc fuerit undiq; ma nifestum: tunc eos uel eum unà cum alijs testibus ea, quæ oportet, facere, & si in medio subscri ptiones testium iam fuerant subsecutæ. sic etenim & naturæ medemur, & mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. Cum autem constitutione, quæ de testamentis ordinandis processit, cauetur, quatēnus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio à testatore fiat, uel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, octauo subscriptore adhibito: & qui dam testamentum suum omne manu sua propria conscripsit, & post eius literas testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt, aliaq; omnia solenniter peracta sunt in testamento, & testa mentum ex hoc dubitabatur an irritum factum esset: eandem cōstitutionem corrigentes sanci mus, si quis sua manu totum testamentum uel codicillum cōscripserit, & hoc specialiter in scri ptura reposuerit, quod hæc manu sua confecit: sufficiat ei totius testamenti scriptura, & nō alia subscriptio requiratur, neq; ab eo, neq; pro eo ab alio: sed sequantur huiusmodi scripturam & li teræ testium, & omnis, quæ exspectatur, obseruatio: & testamentum ualidum, & codicillus, si quinq; testium literæ testatoris scripturæ coadunentur, in sua firmitate remaneat, & nemo ca lidus machinator huiusmodi iniquitatis in posterum inueniatur. D. VI. Kal. April. Constanti nop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XXIX. *Idem. A. Iuliano P. P.*

IVbemus omnino testatorem, si uires habeat ad scribendum, nomen hæredis uel hæredum in sua subscriptione uel in quacunq; parte testamenti ponere: ut sit manifestum, secundum illius uoluntatem hæreditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, uel literarum imperitia, hoc facere minime potuerit: testibus testamenti præsentibus, nomē uel no mina hæredis uel hæredum ab eo nuncupari, ut omni modo sciant testes, qui sint scripti hæ redes, & ita certo hæredis nomine successio procedat. Si em̄ talis est testator, qui neq; scribere, neq; articulate loqui potest: mortuo similis est, & falsitas in elogijs committitur. quam ut exul fiat à republica nostra, maxime in testamentorum confectione, cupientes, hāc edictalem legem in or bem terrarum ponimus. Quod si non fuerit obseruatum, & nomen hæredis uel hæredum nō fuerit manu testatoris scriptum, uel uoce coram testibus nuncupatum: hoc testamentum stare minime patimur, uel in totum, si tota hæredum nomina fuerunt prætermissa: uel in eius hære dis institutionē, cuius nomen neq; lingua neq; manus testatoris significauit. Sed ne aliqua forsitan obliuio testium animis incumbat, pluribus interdum nominibus hæredum expressis: ipsi testes in suis subscriptionibus (cum testator hæc nō scripserit, sed nuncupauerit) eorum no mina subscribere nō differant ad æternam rei memoriam. Sin uero ipse testator in qualicun q; parte testamenti nomina hæredum (sicut dictum est) scripserit: superuacuum est testes in sua subscriptione hoc exprimere: cum forsitan nec eos scire testator suos hæredes uoluit, & semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. Oportet enim omnimodo uel ex literis testatoris, uel ex uoce quidem testatoris, literis autē testium, qui ad elogium conficiendum fuerint cōuo cati, nomina manifestari hæredum. quemadmodum enim in elogio, quod sine scriptura confi citur, necesse est testatorem uoce exprimere nomen uel nomina hæredum: ita oportet & in te stamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere hæredes uel nolue rit, uel minime potuerit, uoce tamen eius eos manifestari. Quæ in posterum tantummodo obseruari censemus: ut quæ testamenta post hanc nouellam nostri numinis legem conficiun tur, hæc cum tali obseruatione procedant. Quid enim antiquitas peccauit, quæ præsentis legis inscia pristinā secuta est obseruationē? Scituris etiā tabellionibus & his, qui cōficienda testamē ta procurāt, quòd si aliter facere ausi fuerint, pœnā falsitatis nō euitabūt, quasi dolose in tam ne cessaria causa uersati. Dat. Kal. Mart. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

XXX. Idem A. Ioanni P.P.

NOstram prouisionem, maxime circa ultima elogia defunctorum, nunc etiam extendi properamus. Vnde cum inuenimus quasdam controuersias ueteribus iuris interpretatoribus exortas propter testamentum, quod legitimo modo conditum, septemq; testium signa habens, postea fortuito casu, uel per ipsius testatoris operam lino toto uel plurima eius parte incisa, in ambiguitatem incidit: solitum ei præbemus remedium, sancientes, siquidem testator linum, uel signacula inciderit: utpote eius uoluntate mutata, testamentum non ualere. Sin autem ex alia quacunq; causa hoc contigerit: durante testamento scriptos ad hæreditatem uocari: maxime cum nostra constitutio, quam pro tuitione testamentorum promulgauimus, testatorem disposuit, uel sua manu nomen hæredis scribere, uel si imperitia literarum, uel aduersa ualetudine, seu alio modo hoc facere non potest: testes ipsos audito nomine hæredis sub præsentia ipsius testatoris nomen hæredis suis subscriptionibus declarare. D. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

XXXI. Idem A. Ioanni P.P.

ET ab antiquis legibus, & à diuersis retro principibus semper rusticitati consultum est, & in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio eis remissa est: quod ex ipsis rerum inuenimus documentis. Cum enim testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta sit: homines rusticani, & quibus nō est literarum scientia, quo modo possunt tantam legis subtilitatem custodire in ultimis suis uoluntatibus. Ideoq; ad dei humanitatem respicientes, necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati subuenire. Sancimus itaq; in omnibus quidem ciuitatibus & in castris orbis Romani, ubi & leges nostræ manifestæ sunt, & literarum uiget scientia: omnia, quæ & libris nostrorum digestorum, seu institutionū, & imperialibus sanctionibus nostris q; dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, obseruari, nullam q; ex præsenti lege fieri innouationem. In illis uero locis, in quibus raro inueniuntur homines literati: per præsentem legem rusticanis concedimus, antiquam eorum consuetudinem legis uicem obtinere: ita tamen, ut ubi scientes literas inuenti fuerint: septem testes, quos ad testimonium conuocari necesse est, adhibeantur, & unusquisq; pro sua persona subscribat. Vbi autem nō inueniuntur literati: septem testes, etiam sine scriptura testimonium adhibentes, admitti. Sin autē in illo loco minime inuenti fuerint septem testes: usq; ad quinq; modis omnibus testes adhiberi iubemus, minus autem nullo modo concedimus. Si uero unus, aut duo, uel plures scierint literas: liceat his pro ignorantibus literas, præsentibus tamen, subscriptionem suam imponere: sic tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris uoluntatem, maxime quem, uel quos hæredes sibi relinquere uoluerit: & hoc post mortem testatoris iurati deponant. Quod igitur quisq; rusticorum (sicut prædictum est) pro suis rebus disposuerit: hoc omni modo, legum subtilitate remissa, firmum ualidum q; consistat. Dat. III. Non. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano. A. IV. & Paulino. V. C. COSS.

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS, ET QVAE PERSONÆ instituti non possunt. Tit. XXIIII.

I. Imp. TITVS AELIVS ANTONIN. A. Antheſtiano.

QVi deportantur, si hæredes scribantur, tanq; peregrini capere nō possunt. sed hæreditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent. Sine die & consule.

II. Imp. ANTONINVS. A. Cælitio.

PAter tuus, si ex residua parte hæres institutus est, quam alter hæres scriptus capere non poterat, is q; ad nullam partem hæreditatis per conditionem suam admitti potuit: ex asse hæres exstitit. nam residui commemoratio etiam totum admittit. PP. XV. Kal. Iul. Romæ. Duobus & Aspris COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Vitali militi.

CVm proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Iulianum ut libertum suum hæredem instituisse, eiq; substituisse his uerbis, QVOD SI EX ALIQVA CAVSA PRIMVS HAEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIT, VEL NON POTVERIT: TVNC IN LOCVM SECVNDVM HAEREDEM SVBSTITVO VITALEM: post mortē autē testatoris Iulianum seruum communem fuisse defuncti militis & Zoili fratris eius apparuerit: an tu ex substitutione admittaris, uoluntatis est quæstio. nam si credens eum tinere

proprium & suum libertum hæredem instituit, nec per eum ad alium quenq; hæreditatem pertinere uoluit: exstitit conditio substitutionis, tibiq; hæreditas delata est. Quòd si uerba substitutiõis subscriptæ ad ius retulit, ut si nec per semetipsum alium fecisset hæredem (potuit enim, cuius iubente domino, nolle adire) ita demum substitutus uocaretur: si tamen paruit domino, & adijt: substitutioni locus non est. PP. VI. Kal. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Vlpio.*

SI pater tuus eum quasi filium suum hæredem instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non instituturus, si alienum nosset, isq; postea subditus esse ostensus est: auferendam ei successionem, diui Seueri & Antonini placitis cõtinetur. PP. prid. Non. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

V. *Idem A. Cassiano.*

NOn ideo minus uxor iure hæres uidetur instituta, quòd non uxor, sed adfinis testamento nominata est. PP. V. Kal. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

VI. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS *Cæs. Antonio.*

SI compensandi debiti gratia uxor maritum fecit hæredem: desiderio tuo præter portionem hæreditatis debitum quoq; restitui postulantis, non tantum iuris seueritas, uerum etiam defunctæ uoluntas refragatur. PP. XII. Kal. Mart. Præsente & Albino COSS.

VII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Zizoni.*

NEc apud peregrinos fratrem sibi quisquam per adoptionem facere poterat. cum igitur, quod patrem tuum uoluisse facere dicis, irritum sit: portionem hæreditatis, quam is, aduersus quẽ supplicas, uelut adoptatus frater hæres institutus tenet: restitui tibi præses prouinciæ curæ habebit. PP. III. Non. Decembr. Diocletiano. II. & Aristobulo COSS.

VIII. *Iidem* AA. *Hadriano.*

COllegium, si nullo speciali priuilegio subnixum sit, hæreditatem capere non posse, dubium non est. PP. X. Kal. Iun. Ipsis. IIII. &. III. AA. COSS.

IX. *Iidem.* AA. & CC. *Iuliæ.*

EXtraneum etiam, cum emorietur, sibi hæredem scribi placuit. PP. XVI. Kal. Nouembr. Sirmij. AA. COSS.

X. *Iidem* AA. & CC. *Asclepiadæ.*

NEque per se hæredes institutos, quibus hoc concessum non est, neque per seruos proprios hæreditatem posse quærere, iuris dictat ratio. S. XVI. Kal. Septembr. Sirmij. Cæsaribus COSS.

XI. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Hierio* P. P.

EXtraneum etiam penitus ignotum hæredem quis instituere potest. D. XI. Kal. Mart. Constantinop. Felice & Tauro COSS.

XII. *Imp.* LEO. A. *Erythrio.* P. P.

HAereditatis, uel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, uel mãcipia, ad ius inclytæ urbis, uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenire possunt. D. V. Kal. Mart. Martiano & Zenone COSS.

XIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

QVoties certi quidem ex certa re scripti sunt hæredes, uel certis rebus pro sua institutione contenti esse iussi sunt, quos legatariorum loco haberi certum est: alij uero ex certa parte uel sine parte, qui pro ueterum legum tenore ad certam unciarum institutionem referuntur: eos tantummodo omnibus hæreditarijs actionibus uti uel conueniri decernimus, qui ex certa parte uel sine parte scripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occasione hæredum ex certa re scriptorum fieri. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio. V. clarissimo COS.

XIIII. *Idem* A. *Ioanni* P. P.

CVm in libris Vlpiani, quos ad Massurium Sabinum scripsit, talis species relata est: hanc apertius expedire uisum est. Quidam testamentum faciens ita instituit, SEMPRONIVS PLOTII HAERES ESTO. ueteres quidem existimabant errorem nominis esse, & sic institutionem ualere, quasi testator Plotius nominaretur, & Sempronium scripsisset hæredem. Sed huiusmodi sententiã crassiorẽ esse existimamus. neq; enim sic homo supinus, imò magis stultus inuenit̃, ut suũ nomen ignoret. Sed siquidẽ ipse testator Plotio cuidã hæres exstitit: manifestũ est, sibi Semproniũ hæredẽ instituisse, ut per mediã ipsius testatoris psonã Plotij hæres efficiat̃. & hoc argumẽtamur ex antiqua regula, q̃ uoluit, hæredẽ hæredis testatoris esse hæredẽ.

Sin autem nihil tale factum est: superuacuam esse & inanem huiusmodi institutionem: nisi prius hærede Plotio sibi instituto, sic adiecit, SEMPRONIVS PLOTII HAERES ESTO. tunc etenim existimandum est, eum dixisse, si non Plotius hæres sibi fuerit, tunc Sempronium in totum partemúe Plotij ex substitutiõe uocari: ita, ut ex consequentia uerborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inueniatur. Sin autem neq; ipse testator Plotio hæres extitit, neq; Plotium hæredem antea scripsit, & sic Sempronium Plotio hæredem esse uoluit: nullius esse momenti talem institutionem, cum non sit uerisimile in suum nomen quenq; errasse. Dat. III. Kal. Aug. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE INSTITVTIONIBVS, VEL SVBSTITVTIONIBVS, seu restitutionibus sub conditione factis. Tit. XXV.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Alexandro.*

Vm auum maternum ea conditione filiam tuam hæredem instituisse proponas, si Anthylli filio nupsisset: non prius eam hæredem existere, & cõditioni paruerit, aut filio Anthylli recusante, matrimonium impeditum fuerit, manifestũ est. PP. Kal. Octobr. Anulino & Frontone COSS.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Cassiæ.*

Conditioni, sub qua testamento matris tuæ hæres instituta es, si non paruisti: locum habet substitutio. nec enim uideri potest sub specie turpium nuptiarum uiduitatem tibi indixisse, cum te filio sororis suæ consobrino tuo probabili consilio matrimonio iungere uoluerit. nec extraordinario auxilio indiges: cum ex ijs precibus, quas libello complexa es, declaretur, non per eum stetisse, quo minus supremæ uoluntati matris tuæ testatricis satisfieret. PP. VIII. Id. Mart. Romæ. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

III. *Idem A. Maxentio & alijs.*

SI mater uos sub conditiõe emancipationis hæredes instituit, & prius, & q; uoluntati defunctæ pareretur, sententiam pater meruit, uel aliter defunctus est: morte eius uel alio modo patria potestate liberati, ius adeundæ hæreditatis cum sua causa quæsistis. S. prid. Kal. Maij. Sabino & Anulino COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Aemyliano.*

SI pater filium, quem in potestate habebat, sub conditione, quæ in ipsius potestate non erat, hæredem scripsit, nec in defectum eius exhæredauit: iure testatus non uidetur. Cum autem trans mare & longe te agentem, sub hac conditione hæredem scriptum esse dicas, si in patriam, quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regressus fuisses, nec exhæredatum te alleges, si in eum locum cum non redisses: manifestum est, multis casibus non uoluntarijs, sed fortuitis euenire potuisse, ut eam impleri non posses. & ideo adire hæreditatem non prohiberis. PP. VI. Kal. April. Iuliano. II. & Crispino COSS.

V. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Maximo.*

REprehendenda tu magis es, & q; mater tua. illa enim, si hæredem te sibi esse uellet: id, quod est inutile, matrimonium te dirimere cum uiro non iuberet. tu porrò uoluntatem eius comprobasti diuortio. oportuerat autem, etsi conditio huiusmodi admitteretur, præferre lucro concordiam maritalem. enimuero cum boni mores hæc obseruari uetent: sine ullo damno coniunctionem retinere potuisti. Redi igitur ad maritum, sciens hæreditatem matris, etiamsi redieris, retenturam: quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. XII. Kal. Decembr. Valeriano. IV. & Gallieno. III. AA. COSS.

* Græca Constitutio Iustiniani.

VI. *Idem A. ad Senatum.*

GEneraliter sancimus, si quis ita uerba sua composuerit, ut edicat, si filius uel filia intestatus uel intestata, uel etiam sine liberis, uel sine nuptijs decesserit, & ipse uel ipsa liberos sustulerit, siue testamentum fecerit: firmiter res possideri, & non esse locum substitutioni eorum, uel restitutioni. Si enim nihil ex his fuerit subsecutum: tunc ualere condictionem, & res secundum uerba testamenti restitui, ut incertus successionis morientis exitus uideatur certo substitutionis uel restitutionis fine concludi. cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autem habuerit: propter huiusmodi

huiusmodi uerborum angustias eius liberos omni penè fructu paterno defraudari? Viam itaq; impiam obstruentes, ut ne quis & alius deuiauerit, huiusmodi facimus sanctionem: & hanc legem in perpetuum ualituram inducimus tam patribus, q̃ liberis gratã. quo exemplo etiam aliis personis, licet extraneæ sint, de quibus huiusmodi aliquid scriptum fuerit, medemur. Cũ autem inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filio suo substituit, nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita, ex optimo intellectu disposuisse, euanescere substitutionem, si is, qui substitutione prægrauatus est, pater efficiatur, & liberos sus tulerit, & intelligentem non esse uerisimile patrem, si de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe substitutionem: humanitatis intuitu hoc & latius & pinguius interpretandum esse credidimus, ut & siquis naturales filios habeat, & partem eis reliquerit, uel dederit usq; ad modum, quem nos statuimus, & substitutioni eos subiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta: & hic intelligi euanescere substitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo his, qui ad substitutionem uocantur, obsistente, & non concedente ad eos eam partem uenire, sed ad filios uel filias, nepotes uel neptes, pronepotes uel proneptes morientis transmittente, & non aliter substitutione locum accipiente, nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint: ut quod inter iustos liberos sancitũ est, hoc & in naturales filios extendatur. Quæ omnia & in legatis & in fideicommissis specialibus locum habere sancimus. Dat. XI. Kal. August. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

VII. *Idem A. Ioanni P. P.*

SI quis hæredem scripserit sub tali conditione, SI ILLE CONSVL FACTVS FVERIT, VEL PRAETOR: uel ita filiam suam instituerit hæredem, SI NVPTA ERIT, uiuo autem testatore uel ille consul processerit, uel prætor fuerit factus, uel filia eius nupta fuerit, uel ad huc uiuo testatore consulatum quidem uel præturam illi deposuerint, filia autem eius diuortexit: omni ueterum dubitatione explosa, sancimus, quandocunq; impleta fuerit conditio, siue uiuo eo, siue mortis tempore, siue post mortem: conditionem uideri esse completam. Quod & in legatis, & fideicommissis, & in libertatibus obtinendum censemus: ne dum nimia utimur circa huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testantium defrudentur. Dat. IX. Kal. Aug. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

VIII. *Idem A. Ioanni P. P.*

SI testamentum ita scriptum inueniatur, ILLE HAERES ESTO SECVNDVM CONDITIONES INFRA SCRIPTAS: siquidem nihil est adiectum, neq; aliqua conditio in testamento posita est: superuacuam esse conditionum pollicitationẽ sancimus, & testamentum habere institutionem puram. Et argumento utimur, quod Papinianus respõdit, uicos rei publicæ derelictos, qui proprios fines habebãt, non ideo ex fideicommisso minus deberi, quòd testator fineis eorũ & certaminis formam, quam celebrari singulis annis uoluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præuentus non fecit. Sin autem conditiones quas dam in quauis parte testamenti posuit: tunc uideri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri, tanq̃ si testator ipsas institutiones eisdem cõditionibus copulasset, quæ infra scriptæ sunt. Dat. VI. Kal. Aug. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

IX. *Idem A. Ioanni P. P.*

CVm quidam prægnantem habens coniugem, scripsit hæredem ipsam quidem suam uxorem ex parte, uentrem uero ex alia parte, & adiecit, si non postumus natus fuerit, alium sibi hæredem esse, postumus autem natus impubes decessit: dubitabatur, quid iuris sit, tam Vlpiano, q̃ Papiniano uiris disertissimis uoluntatis esse quæstionem scribentibus: cum opinabatur Papinianus ideo testatorem uoluisse postumo nato & impubere defuncto matrẽ magis ad eius uenire successionem, q̃ substitutum. si enim & suæ substantiæ partem uxori dereliquit: multo magis & luctuosam hæreditatem ad matrem curauit. Nos itaq; in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem quidem in huiusmodi casu, ubi postumus natus adhuc impubes uita matre decesserit, respuendam esse censemus. tunc autem omnino substitutionem admittimus, cum postumus minime editus fuerit, uel post eius partum mater prior decesserit. Dat. III. Kal. Aug. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE IMPVBERVM ET ALIIS SVBSTITVtionibus. Tit. XXVI.

I. *Imp.* TITVS AELIVS ANTONIN. A. *Secundo.*

Cum

CVm hæredes ex disparibus partibus instituti,& inuicem substituti sunt,nec in substitutione facta est ullarum partium mentio:uerum est,non alias partes testatorē substitutioni tacite inseruisse,cꝫ quæ institutiõe manifeste expressæ sunt,Dat. *, Claro.II.& Seuero COSS.

II. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA.Frontiniæ.

HAereditatem quidem intestati filij delatam tibi dubitari non oportet. substitutio enim testamento patris facta ad pubertatis tempora porrigi non potest :quia ipso & alijs non eiusdem conditionis hæredibus institutis,& inuicem substitutis:propter eorum personam,qui bus in unum casum duntaxat substitui potest,etiam in filio idem debere seruari,& ratio suadet,& diuus Marcus pater constituit.PP.VI.Kal.Aug.Chilone & Libone COSS.

III. Imp.ALEXANDER.A.Achillæ.

HAeres instituta matris testamento,si successionem ex testamento omisisti,& ab intestato bonorum possessionis ius habere uoluisti:substituto locum quin feceris,in dubium nõ uenit.proinde si substitutus hæreditatem amplexus est:actionibus,quæ aduersus matrem competebant,ipsum conuenire,non successionem ab intestato potes uindicare.PP.XI.Kal.Septēb. Maximo.II.& Aeliano COSS.

IIII. Idem.A.Firmiano.

QVamuis placuerit substitutionem impuberi,qui in potestate testatoris fuerit,à parente factam ita, SI HAERES NON ERIT,porrigi ad eum casum,quo postea,cꝫ hæres extitit,impubes decessit,si modo non contrariam defuncti uoluntatem exstitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionē factam esse, SI MIHI FIRMIANVS FILIVS ET AELIA VXOR MEA(QVOD ABOMINOR)HAEREDES NON ERVNT, IN LOCVM EORVM PVBLIVS FIRMIANVS HAERES ESTO:manifestum est,in eum casum factam substitutionem,quo utriꝫ hæredũ substitui potuit.PP.IV.Kal.Iul.Fusco.II.& Dextro COSS.

V. Imp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Hadrianæ.

POst aditam hæreditatem directæ substitutiones non impuberibus filijs factæ exspirare solent.PP.X.Kal.Iun.Ipsis.IV.&.III.AA.COSS.

VI. Iidem AA.& CC.Quintiano.

TEstamento iure facto,multis institutis hæredibus,& substitutis inuicem, adeuntibus suã portionem cohæredum etiam inuitis repudiantium adcrescit portio. Sine die & cõsule.

VII. Iidem.AA.& CC.Feliciano.

SI testamento facto, intra pupillarem ætatem & in sua potestate constitutæ filiæ,si intra pubertatem decesserit,directis uerbis pater substituit:hæredem te factum ex testamento post euentum conditionis,intestati successionē excluisse constitit.S.Kal.Ianuar.Sirmij.AA.COSS.

VIII. Iidem.AA.& CC.Patronæ.

PRecibus tuis manifestius exprimere debueras ,maritus quondam tuus miles defunctus, quem testamento facto hæredem communem filium uestrum instituisse proponis, & secundum hæredem scripsisse , utrum ne in primum casum filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore,an si intra quartumdecimum suæ ætatis annũ,aut postea decesserit,substituerit.Nam nõ est incerti iuris,quod si quidem in patris militis positus potestate , primo tantum casu habuit substitutum,& patri hæres exstitit:eo defuncto ad te omnimodo eius pertineat successio.Si uero substitutio & in secundum casum,uel expressa,uel compendio nõ usꝫ ad certam ætatem facta reperiatur:siquidem infra pubertatem decessit:eos habeat hæredes,quos pater ei constituit,& adierunt hæreditatem. Sin uero post pubertatem:tunc eius te successionē obtinente,ueluti ex causa fideicommissi bona,quæ cũ moreretur,patris eius fuerunt,à te peti possunt. S.v.Id.April.AA. COSS.

IX. Imp.IVSTINIANVS.A.Mennæ P.P.

HVmanitatis intuitu parẽtibus indulgemus,ut si filium,nepotem,uel pronepotem cuiuscunꝫ sexus habeant,nec alia proles descendentiũ eis sit,iste tamẽ filius uel filia,nepos uel neptis,pronepos uel proneptis mente captus uel mente capta perpetuò sit,uel si duo uel plures isti fuerint,nullus eorũ sapiat : liceat ipsdẽ parentibus legitima portiõe ei uel eis relicta,quos uoluerint,his substituere:ut occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum pupillaris querelæ nulla contra testamentum eorum oriatur. Ita tamen,ut si postea resipuerit,uel resipuerint:tantis substitutio cesset.uel si filia aut alij descendentes ex huiusmodi mente capta personæ sapientes sint:non liceat parenti,qui uel quæ testatur,alios,cꝫ ex eo descendẽtes,unum, uel certos,uel omnes substituere. Sin uero etiã liberi testatori uel testatrici sint sapiẽtes,ex his uero personis, quæ

quæ mente captæ sunt, nullus descendat: ad fratres eorum unum, uel certos, uel omneis eandē fieri substitutionē oportet. D. III. Id. Decembr. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. COSS.

X. *Idem A. Ioanni P.P.*

CVm quidam duobus impuberibus filijs suis hæredibus instítutis adiecit, si uterq; impubes decesserit, illum sibi esse hæredem: dubitabatur apud antiquos legum authores, utrum ne tūc uoluerit substitutū admitti tantūmodo, cū uterq; filius eius in prima ætate decesserit: an alterutro decedēte, ilico substitutū in eius partē succedere. & placuit Sabino, substitutionem tunc locum habere, cum uterq; decesserit. cogitasse enim patrem, primo decedente, fratrem suum in eius portione succedere. Nos eiusdem Sabini ueriorem sententiam existimantes: non aliter substitutionem admittendam esse censemus, nisi uterq; eorum in prima ætate decesserit. D. VI. Kal. Aug. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC.

XI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

SI quis duobus hæredibus instítutis, filio suo impuberi eos unà cum alio tertio substituerit, & uerba testamenti ita cōposuerit, QVISQVIS MIHI HAERES ERIT, ET TITIVS FILIO MEO HAERES ESTO, secundum quod apud Vlpianū inuenimus: impubere mortuo filio, quærebat, quomodo ad substitutionē uocentur tres substituti: utrum ne duo priores, qui patri hæredes fuerāt scripti, in dimidiā, & Titius in reliquā dimidiā: an tres substituti unusquisq; ex triente ad substitutionē uocarent. Alia adplicata dubitatiōe, si qs ita hæredē scripserit, TITIVS VNA CVM FILIIS SVIS ET SEMPRONIVS HAEREDES MIHI SVNTO. & in præsenti eā specie quærebatur secundū Vlpianū uoluntas testantis, utrum ne Titiū unà cum filijs suis in dimidiam uocet, & Semproniū in aliam dimidiam, an oēs in uirilē portionem. Nobis autem in prima quidem specie uidetur tres substitutos unumquenq; in trientem uocari. in secunda autem specie, cum & natura pater & filius eadē esse persona penè intelliguntur: dimidiā partem Titio cum filijs, alteram uero partem Sempronio adsignari. D. VI. Kal. Aug. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC.

DE NECESSARIIS, ET SERVIS HAEREDIBVS instituendis, uel substituendis. Tit. XXVII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Ausidio & alijs.*

CVm serui constituti sub appellatione libertorum hæredes scripti essetis: ea scriptura benigna interpretatione perinde habenda est, ac si liberi & hæredes instituti fuissetis. quod in legato locum non habet. Accepta VII. Kal. Mart. Prisco & Apollinari COSS.

II. *Imp.* PERTINAX. A. *Lucretio.*

IS, qui soluendo non est, hæredem necessariū etiā in fraudē creditorū relinquere potest. sed si pignori datus fuisti, & in eadem causa permansisti: nec ab eo quidē debitore, qui soluendo nō fuit, liber & necessarius hæres existere potuisti. PP. XI. Kal. April. Falcone & Claro COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Felici.*

SI tutor ancillam tuam contubernio suo coniunxit, ac post hæredem instituit: neq; dominiū ex huiusmodi facto tibi auferri potuit, & ut eius aditione iussu tuo tibi per hanc successio quæratur, iure concessam habes facultatem. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P.P.

CVm quidam suum pupillum hæredem instituit, & seruo directis uerbis libertatē reliquit, & in secundo gradu, in quo pupillarem substitutionem faciebat, ipsum seruum sine libertate pupillo suo substituit: quærebatur inter prudentes, si ex huiusmodi substitutione hæres necessarius pupillo existeret? causa eā altercationis ex uetere regula orta est, qua omnibus placuerat, hunc seruum necessarium hæredem domino fieri, cui in eodem gradu hæreditas & libertas reliquebatur. in præsenti autem non in unum tam libertas, quàm substitutio congregata est, sed in alium & alium gradum. Nobis itaq; eandem altercationem decidentibus mirabile uisum est, si quis putet ex huiusmodi scrupulositate impediri testatoris uoluntatem, & maxime domini, & existimet non fieri seruum hæredem necessarium: sed ei licentiā præstet, & libertatem consequi, & hæreditatem respuere, & domini uoluntati reclamare. qui si hoc facere tentauerit: etiam puniendus est. Sit itaq; & uiuo pupillo liber, quia testator hoc uoluit: & mortuo pupillo necessarius hæres, quia & hoc testator uoluit. Dat. XV. Kal. Decembr. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

V. Idem. A. Ioanni P.P.

QVidam cum teſtamentum conderet,duobus hæredibus ſcriptis,unum quidem ex parte inſtituit,ſeruum autem ſuum,cuius & nomẽ addidit,ex reliqua parte ſine libertate ſcripſit hæredem,& poſtea eundem ſeruum alij legauit,uel poſt inſtitutionem hæredis ſeruum per legatum alij adſignauit,& tunc hæredem eum ſine libertate inſtituit.& dubitabatur,ſi huiuſmodi legatum uel inſtitutio aliquas uires poſſit habere,& cui adquiratur legatum uel inſtitutio,dubitationis autem materia erat,quòd adhuc ſeruum ſuum conſtitutum hæredem ſine libertate ſcripſerat.& tanta inter ueteres exorta eſt contentio,ut uix poſſibile ſit uideri eandem decidere. Sed antiquitatem quidẽ hæc altercantem relinquẽdum eſt.nobis autem alius modus huius deciſionis inuentus eſt,quia ſemper ueſtigia uoluntatis ſequimur teſtatorum. Cum igitur inuenimus à noſtro iure hoc eſſe inductum, ut ſi quis ſeruum ſuum tutorem filijs ſuis reliquerit ſine libertate, ex ipſa tutelæ datione præſumatur etiam libertatem ei fauore pupillorum impoſuiſſe:quare non hoc etiã in hæreditate & humanius & fauore libertatis inducimus, ut ſiquis ſeruum ſuum ſcripſerit hæredem ſine libertate, omnino ciuis Romanus efficiatur:quo inducto neq; adquiſitio,neq; tam effuſus ueterum atq; inextricabilis tractatus locum habeat; neq; enim ferendum eſt ſupponere,quoſdam eſſe ita ſupinos,ut eundem ſeruum & hæredem inſtituant ſine libertate,& iterum alij per legatum eundem ſeruum adſignent. Sed cum ueteres & aliam propoſuerunt ambiguitatem dicentes,ſiquis ſeruum ſuum in teſtamento quidem hæredem ex parte ſine libertate ſcripſerit,in codicillis autem libertatem ei reliquerit:ſi poſſit inſtitutio uale re,& ille tam hæres, quàm liber fieri,ne uideatur per codicillos hæreditas confirmari, in quibus hæreditas dari ſecundum ueteres regulas non poteſt. Nos itaq; in tali diſpoſitione, licet in codicillis fuerit ſcripta,& libertatẽ & hæreditatem ſimul ſeruis per noſtram liberalitatẽ & benignã interpretationem indulgemus:ut gratulentur,cum nõ ſerui remaneant, ſed etiam liberi & hæredes efficiantur:cũ tanta in eos noſtri numinis beneuolẽtia effuſa eſt,ut ſi libertas eis neq; in teſtamento neq; in codicillis data eſt,tamen hæreditate ſeruis relicta,quaſi iniunctam & libertatẽ eſſe uideri. Illo uidelicet obſeruando,ut ſi legatum uel fideicõmiſſum eis ſine libertate relinquatur,maneant in ſeruitute.nõ tamen ita impij hæredes exiſtant,ut liberalitate teſtatoris ſeruiles labores debita remuneratione defraudare conentur,& nõ derelictum,licet adhuc ſeruis conſtitutis,donent. Quæ iuris noſtri definitio etiam ad aliam ſpeciem dubitatam benigne extẽdatur.ſi quis etenim teſtamento principali ſeruum ſuũ cuidam legauerit,in pupillari aũt ſubſtitutiõe eundẽ ſeruũ filio ſuo ſine libertate ſubſtituerit:quærebaẽ,ſiue utilis eſſet talis ſubſtitutio, & per ſeruũ legatũ ſubſtitutio poſt mortẽ pupilli legatario adqraẽ : ſiue inutilis eſſet huiuſmodi ſubſtitutio,quia ſine libertate in ſeruũ propriũ facta eſt? Melius itaq; nobis uideẽ,legatario eum nõ ſtatim adquiri ſancire,ſed exſpectandũ eſſe ſubſtitutionis euentum.& ſiquidem pupillo mortuo,locus fuerit ſubſtitutioni:& liber & hæres efficiatur.ſin autem & ſubſtitutio minime locum habuerit,forſitan pupillo iam in pubertatẽ perueniente:tunc ad legatarij dominiũ tranſeat.quẽ admodum enim ueteres, ſi cum libertate ſubſtitutio fuiſſet, hoc inducebant,quatẽus in ſuſpẽſo fiat libertas,& ſtatuliber intelligatur:ita & ex noſtra interpretatione, & ſine adiectione libertatis in ſubſtitutione,& liber & hæres pupillo exiſtat. D.II.Kal.Maij.Conſtantinop.poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.

VI. Idem. A. Ioanni P.P.

DEciſione noſtra,quam fecimus,ſancientes eum,qui à domino ſuo ſine libertate hæres inſtituitur,uideri libertatem accepiſſe, in propria ſua firmitate durante:ſi quis ſeruum ſuũ pure quidem hæredem inſtituit,libertatem autem ſub conditione ei donauit: ſiquidem conditio talis ſit,quæ in poteſtate ſerui poſita eſt: ille autem eam neglexerit, minimeq; cõpleuerit: & libertate eum & hæreditate ſua culpa defrudari. Sin autem caſualis conditio eſt, & ex fortunæ inſidijs defecerit:tunc humanitatis intuitu libertatẽ quidem ei omni modo cõpetere:hæreditatem autem,ſiquidẽ ſoluendo ſit,ad alios uenire, quos leges uocant,ſi non aliquis fuiſſet ſubſtitutus.Sin autem ſoluendo nõ ſit:ut neceſſarius hæres cõſtitutus, ſimul & libertatem & hæreditatẽ obtineat.tunc eñ ſecundũ definitionem tam ueteris, quàm noſtræ deciſionis, & liber & hæres neceſſarius exiſtat. D.II.Kal.Aug.Conſtantinop.poſt conſulat.Lampadij & Oreſtis VV.CC.

DE LIBERIS PRAETERITIS, VEL exhæredatis. Tit. XXVIII.

I. Imp. ANTONINVS A. Fauiano.

Cum

CVm post omnes hæredum gradus exhæredatio scribitur, si adijciat testator, ab omnibus se gradibus exhæredare:non dubitatur iuri satisfactum. Et ideo etiam si id non adijciatur,appareat tamẽ eo consilio scripsisse,ut ab oñibus exhæredaret: recte factum testamentum uidetur. Proinde cum paterfamilias filijs institutis & inuicem substitutis,filiam exhæredauerit: intelligendus est, exhæredationem ab utroq; gradu feciſſe. nam cum ijdem hæredes instituti sunt:nulla ratio reddi potest, quare uidea tur in posteriore tantum casu exhæredare uoluisse. PP. VI. Kal. Iul. Chilone & Libone COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Heraclidæ.*

SIauus tuus,qui patrem tuum & nouercam æquis portionibus hæredes instituit, cũ te quoq; haberet in potestate,testamẽto nominatim nõ exhæredauit: mortuo patre tuo uiuo auo,si ne impedimento legis Velleæ succedendo in patris tui locũ,rupisti aui testamentũ,& ad te hæreditas eius tota pertinuit. PP. VI. Id. April. Fusco. II. & Dextro COSS.

III. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

SI quis filium propriũ ita exhæredauerit, ILLE FILIVS MEVS ALIENVS MEAE SVBSTANTIAE FIAT: talis filius ex huiusmodi uerborũ conceptione nõ præteritus,sed exhæredatus intelligatur.cum enim manifestissimus est sensus testatoris:uerborum interpretatio nunq; tantũ ualeat,ut melior sensu existat. D. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

IIII. *Idem.* A. *Ioanni* P.P.

MAximum uicium antiquæ subtilitatis præsenti lege corrigimus, quæ putauit alia esse iura obseruanda in successione parentũ,si ex testamento ueniant,in masculis,& alia in fœminis:cum ab intestato simile ius utriq; sexui seruauerit:& alijs uerbis exhæredari debere filium sanxit,alijs filiã. et inter nepotes exhæredandos alia iura ciuilia,alia prætores introduxerũt. et si præteritus fuerat filius:uel ipso iure testamentũ euertebat,uel contra tabulas bonorũ possessionẽ in totũ accipiebat.filia aũt præterita ius adcrescẽdi ex iure uetere accipiebat,ut eodem modo & testamentũ patris quodámodo ex parte iure adcrescendi euerteret, & ipsa quasi scripta legatis supponeretur.ex prætore aũt habebat contra tabulas bonorũ possessionẽ in totũ.cõstitutio aũt Magni Antonini eam in tantũ coartabat,in quantum ius adcrescendi competebat. Qui eñ tales differentias inducunt,quasi naturæ accusatores exiſtunt,cur nõ totos masculos generarit,ut unde generentur,nõ fiant.nam hoc corrigentes,& maiorum nostrorum sequimur uestigia,qui eandẽ obseruationẽ colere manifestissimi sunt. Scimus etẽ antea simili modo filiũ & filiam omnes inter cæteros exhæredatos scribere esse concessum: tametsi centumuiri aliam differentiã introduxerũt,& ex hac iniquitate uiciũ emersit,quale ex libris Vlpiani,quos ad edictũ fecit prætoris,inuentũ à Tribuniano uiro gloriosissimo nostro quæstore, cæterisq; uiris facũ dissimis cõpositoribus iuris enucleati,ad nostras aures relatũ est. Nam cum ultimũ adiutoriũ de inofficioſi querela positũ esset,& nemo ex alio ortus præsidio ad hanc decurrere posset:inuenta fuerat filia præterita minus habens, quàm filia exhæredata. cũ eñ per cõtra tabulas bonorum possessionẽ uel ius adcrescendi semissem substantiæ filia præterita accipiebat,& omnibus legata præstare cõpellebatur,scilicet usq; ad dodrantẽ suæ portionis:remanebat ei sescuntia tantũmodo in sua successione .quòd si fuisset exhæredata:quarta pars omnimodo totius substãtiæ ei relinqui debebat:& quam iniuria dignã pater existimabat,amplius habebat ea,quàm taciturnitate in institutione præterijt. & si secundũ nostræ cõstitutionis definitionẽ,quam de supplemento q̃drantis posuimus,repletio fuerat introducta:simili modo exhæredatæ in quartã partẽ repletio accedebat: & ita uiciũ permansit, ut nec ex nostra cõstitutione emẽdationem aliquam sentiret.

Sancimus itaq;,quemadmodũ in successionibus parentũ,quæ ab intestato deferuntur,æqua lance mares & fœminæ uocantur:ita & in scriptura testamentorũ eas honorari, & similibus uerbis exhæredationes nominatim procedere,& cõtra tabulas possessionẽ talem habere, qualẽ filius uel suus uel emãcipatus:ut & ipsa,si fuerit præterita,ad instar filij emãcipati uel sui, uel testamentum ipso iure euertat,uel per contra tabulas bonorum possessionem stare hoc non patiatur. Et hæc non solum in filiabus obtinere,sed etiam in nepotibus & neptibus,& deinceps obseruari censemus:si tamen ex masculis progeniti sunt. Sed quia & aliud uicium fuerat sub obtentu differentiæ introductum,& alia iura exhæredationis in postumis, alia in iam natis obseruabantur:cum necesse fuerat postumam inter cæteros exhæredatam etiam legato honorari, filiam autẽ iam progenitam & sine donatione:& hoc breuissimo incremento uerborũ ad plenissimam definitionem deduximus,sancientes eadem iura obtinere & in postumis exhæredandis, siue masculini, siue fœminini sexus sint, quæ in filijs & filiabus iam statuimus:ut etiam ipsi uel

ipsæ nominatim exhæredentur, id est postumi uel postumæ facta mentione. D. Kal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE POSTVMIS HAEREDIBVS INSTITVENDIS, VEL exhæredandis, uel præteritis. Tit. XXIX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Brutatio.*

SI post testamentum factum, quo postumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filiam susceperit: intestato uita functus est: cum adgnatione postumæ, cuius non meminit, testamentum ruptum sit. ex rupto autem testamento nihil deberi, neq; peti posse, explorati iuris est. Dat. & PP. IV. Kal. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Soterico.*

VXoris abortu testamentum mariti non solui: postumo uero præterito, quâmuis natus ilico decesserit, non restitui ruptum, iuris euidentissimi est. S. XII. Kal. Mart. Sirmij, Cæsaribus COSS.

III. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P. P.

QVod certatum est apud ueteres, nos decidimus. cum igitur is, qui in uentre portabatur, præteritus fuerat, qui si ad lucem fuisset redactus, suus hæres patri existeret, si non alius eum antecederet, & nascendo ruptum testamentum faceret: si postumus in hunc quidem orbem deuolutus est, uoce autem non emissa ab hac luce subtractus est: dubitabatur, si is postumus ruptum facere testamentum posset, & ueterum animi turbati sunt, quid de paterno elogio statuendum sit. cum'q; Sabiniani existimabant, si uiuus natus esset, & si uocem non emisit, rumpi testamentum: apparet'q; quòd & si mutus fuerat, hoc ipsum faciebat: eorũ etiam nos laudamus sententiam, & sancimus, si uiuus perfecte natus est: licet ilico, post'q; in terram cecidit, uel in manibus obstetricis decessit: nihilominus testamentum rumpi. hoc tantummodo requirendo, si uiuus ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum uel prodigiũ. D. XV. Kal. Decembr. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

IIII. *Idem* A. *Iuliano* P. P.

QVidam cum testamentum faciebat, his uerbis usus est: SI FILIVS VEL FILIA INTRA DECEM MENSIVM SPACIVM POST MORTEM MEAM EDITI FVERINT, HAEREDES SVNTO: uel ita dixit, FILIVS VEL FILIA, QVI INTRA DECEM MENSES PROXIMOS MORTIS MEAE NASCENTVR, HAEREDES SVNTO. iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an uideantur non contineri testamento, & hoc ruptum facere. Nobis itaq; eorum sententiam decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus testatorum uoluntates adiuuantes: ex neutra huiusmodi uerborum compositione ruptum fieri testumentum uideatur: sed siue uiuo testatore, siue post mortem eius intra decem menses à morte testatoris numerandos filius uel filia fuerint progeniti: maneat testatoris uoluntas immutilata, ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos non præterijt. D. XII. Kal. Decembr. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

DE IVRE DELIBERANDI, ET ADEVNDA, VEL ADQVIrenda hæreditate. Tit. XXX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Titiæ.*

SI à patre emancipata, eo defuncto, bonorum possessionem non agnouisti: frustra uereris, ne hæreditati paternæ sis obligata, quòd seruum eius nullo iure manumisisti, res quoq; & mancipia quædam propter funeris impensas distraxisti. PP. Kal. Iul. Messala & Sabino COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Florentino militi.*

CVm debitum paternum te exsoluisse allegas: pro portione hæreditaria agnouisse te hæreditatem defuncti, non ambigitur. PP. VI. Id. Febr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. *Imp.* GORDIANVS. A. *Florentino militi.*

SI fratris tui filius mortis tempore in patris sui fuit potestate, siue ex asse hæres institutus est, etiam clausis tabulis hæres potuit existere: siue ex parte, nihilominus statim suus ei hæres exstitit: nec ea propter, quòd intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum, tu ad eiusdẽ fratris

fratris tui potes accedere successionem. Quòd si cum sui iuris esset, ante aditam hæreditatem decessit, tuq; fratri tuo legitimus hæres exstitisti, seu intra tempora edicto præfinita bonorum possessionem agnouisti: quæ facultatium hæreditariarum sunt, uel quæ ab alio iniuria detinentur, præsidis diligentia tibi restituentur. PP. XV. Kal. Septembr. Gordiano A. II. & Pompeiano COSS.

IIII. *Imp.* DECIVS. A. *Athenaidi.*

Filiofamilias delata hæreditate, si pater pro hærede uoluntate filij gessit: solennitati iuris satisfactum uideri, sæpe rescriptum est. PP. X. Kal. Mart. Decio A. & Grato COSS.

V. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Paulo.*

POtuit pupillus pro hærede tutore authore gerendo cõsequi successionem: sed ipsius actus & uoluntas fuit necessaria. nam si quid nesciente eo tutor egit: illi hæreditatem non potuit adquirere. PP. XVI. Kal. Iul. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Philippæ.*

SI auia tua patrem tuum ex duabus uncijs scripsit hæredem: & sola animi destinatione pater tuus hæres fieri poterat. igitur si testamento easdem uncias ad te peruenire decreuit: apud rectorem prouinciæ duarum unciarum ius persequi poteris. PP. XVI. Kal. August. Sirmij. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

VII. *Iidem AA. & CC. Eusobino.*

QVoniam sororem tuam prius defunctã esse proponis, quàm cognosceret, an â fratre sibi aliquid hæreditatis fuisset relictum: manifestum atq; euidens est, antecq; pro hærede gereret, uel bonorum possessionem admitteret, defunctam successionem eam non potuisse ad hæredes suos transmittere. PP. Kal. Maij. Thiralli. AA. COSS.

VIII. *Iidem AA. & CC. Claudio.*

LIcet in continenti sui hæredes se paternis nõ miscuerint bonis: tamen ignorantes delatam sibi esse hæreditatem, longi temporis præscriptione, quo minus hanc recte uindicent, excludi non possunt. S. XVII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

IX. *Iidem AA. & CC. Platoni.*

SI curatoris quondam tui testamẽto iure facto, uel ab intestato legitima delata successio est: hoc casu ei, qui non repudiauit hæreditatem, eam licet adire. rector igitur prouinciæ aditus, si hæreditati necdum sunt obligati, eos an hæredes sint, interrogare debebit: ac si tempus ad deliberandum petierint, moderatum statuet. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

X. *Iidem AA. & CC. Sabinæ.*

SI te bonis paternis maior uiginti quinq; annis miscuisti: neq; inopia patris te excusat, neq; huis fratris portionem tuam uel testamentum eripientis, arcere de exactione creditorum, qui iure ciuili pro hæreditaria te portione conueniunt, potest. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. Cæsaribus COSS.

XI. *Iidem. AA. & CC. Philumenæ.*

RE nitente te pater tuus, in cuius fuisti potestate, neq; spem delatæ tibi legitimæ quærendæ successionis absumere, neque hæreditarios manumittendo seruos ijs præstare libertatem potuit. S. VI. Id. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XII. *Iidem AA. & CC. Antonio.*

PVberem agnoscentem bonorum possessionem, postea cẽ ei fuerat hæreditas delata, pro hærede gerere non ambigitur. S. III. Kal. Decembr. CC. COSS.

XIII. *Iidem AA. & CC. Sclepolidi.*

SVum hæredem, omissa bonorum possessione, paternam successionem obtinere potuisse, certi iuris est. S. III. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XIIII. *Iidem A A. & CC. Flauiæ.*

SI sorori suæ frater tuus ciuili uel honorario successit iure: licet res ex eius bonis descendentes non probetur tenuisse: hæres tamen effectus, contra possidentes experiri potest. S. XII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

XV. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Leontium comitem orientis.*

NOn est dubium, si prius, quàm filius iussu patris adierit hæreditatem, propriæ potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hãc sibi potuisse quærere. Dat. XVII. Kal. April. Limetio & Catulino COSS.

XVI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Annodio.*

NEc emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisq; hæreditatem adire compellitur.

D.VI.Kal.Ianuar.Olybrio & Probino COSS.

XVII. *Idem & THEODOSIVS.AA. Anthemio P.P.*

CRetionum ſcrupuloſam ſolẽnitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat.V.Kal. April.Conſtantinop.Honorio.VII.& Theodoſio AA. COSS.

XVIII. *Impp.THEODOSIVS & VALENTIN.AA. ad Senatum.*

SI infanti,id eſt minori ſeptem annis,in poteſtate patris,uel aui,uel proaui conſtituto uel cõſtitutæ,hæreditas ſit derelicta,uel ab inteſtato delata à matre uel linea,ex qua mater deſcendit,uel aliis quibuſcunq; perſonis:licebit parentibus eius,ſub quorum poteſtate eſt,adire eius nomine hæreditatem,uel bonorum poſſeſſionem petere.Sed ſi hoc parens neglexerit,& in memorata ætate infans deceſſerit:tunc parentem quidem ſuperſtitem omnia,ex quacunq; ſucceſſione ad eundem infantem deuoluta, iure patrio quaſi iam infanti quæſita capere. Parente uero non ſubſiſtente,ſiquidem poſt eius obitum tutor infanti ſit,uel datus fuerit:poſſe eum, etiam adhuc infante pupillo conſtituto, eius nomine adire hæreditatem, ſiue uiuo parente,ſiue poſt mortem eius ad eum deuolutam,uel bonorum poſſeſſionem petere,& eo modo eidem infanti hæreditatẽ quærere. Sin uero uel non ſit tutor,uel cum ſit,ea facere neglexerit:tunc eodem infante in eadem ætate defuncto,omnes hæreditates ad eum deuolutas & nõ agnitas ita intelligi,quaſi ab initio non eſſent ad eum delatæ:& eo modo ad illas perſonas peruenirent,quæ uocabantur,ſi minime hæreditas infanti fuiſſet delata. Ea uero,quæ de infante in poteſtate parentum conſtituto ſtatuimus,locum habebunt,& ſi quacunq; cauſa ſui iuris idem infans inueniatur. Si autem ſeptem annos ætatis pupillus exceſſerit,& priore parente mortuo in pupillari ætate fati munus impleuerit:ea obtinere præcipimus,quæ ueteribus continentur legibus: nulla dubietate relicta,quin pupillus poſt impletos ſeptem annos ſuæ ætatis ipſe adire hæreditatem,uel bonorum poſſeſſionem petere,conſentiente parente,ſi ſub eius poteſtate ſit:uel cum tutoris authoritate,ſi ſui iuris ſit,poterit:uel ſi nõ habeat tutorẽ,adire prætorem, & eius decreto hoc ius cõſequi. Dat.VI.Id.Nouẽb.Rauennæ.Theodoſio.XII.& Valentiniano.II. AA. COSS.

XIX. *Imp.IVSTINIANVS.A. Demoſtheni P.P.*

CVm antiquioribus legibus,& præcipue in quæſtionibus Iulij Pauli inuenimus,filiofamiliarum paternam hæreditatem deliberantes poſſe & in ſuam poſteritatem hanc tranſmittere,& aliis quibuſdam adiectis,quæ in huiuſmodi perſonis præcipua ſunt:eam deliberationem & in omnes ſucceſſores,ſiue cognatos,ſiue extraneos,duximus eſſe proteládam. Ideoq; ſancimus,ſi quis uel ex teſtamẽto,uel ab inteſtato uocatus, deliberationem meruit: uel hoc quidem non fecerit,nõ tamen ſucceſſioni renunciauit,ut ex hac cauſa deliberare uideatur: ſed nec aliquid geſſerit,quod additionem uel pro hærede geſtiõem inducat:prædictum arbitrium in ſucceſſionem ſuam tranſmittat:ita tamen,ut unius anni ſpacio eadem tranſmiſſio fuerit concluſa.Et ſiquidem is,qui ſciens hæreditatem ſibi eſſe uel ab inteſtato uel ex teſtamento delatam, deliberatione minime petita,intra annale tempus deceſſerit:hoc ius ad ſuam ſucceſſionem intra annale tempus extendat.Si enim ipſe,poſtq; teſtamentum fuerit inſinuatum,uel ab inteſtato uel ex teſtamento uel aliter ei cognitum ſit hæredem uocatum fuiſſe,annali tempore tranſlapſo nihil fecerit,ex quo uel adeũdam uel renunciandam hæreditatem manifeſtauerit:is cum ſucceſſione ſua ab huiuſmodi beneficio excludatur.Sin autem inſtante annali tempore deceſſerit:reliquũ tempus pro adeunda hæreditate ſuis ſucceſſoribus ſine aliqua dubietate relinquat. quo completo,nec hæredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendam ſeruabitur. Recitata ſeptimo in nouo cõſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat.III.Kal.Nouembr.Decio.V.C. COSS.

XX. *Idem A. Ioanni P.P.*

QVidam elogio condito hæredem ſcripſit in certas uncias,& poſt certa uerba teſtamenti eundem in alias uncias uel tantas uel quantaſcunq;,& tertio uel in aliam partem hæreditatis uel in quendam unciarum modum:ille autem unam inſtitutionem uel duas admittens, unam uel duas,uel quantaſcunq; reſpuendas eſſe cenſuit.quærebatur apud ueteres, ſi hoc ei facere permittatur.Similiq; modo dubitabatur,ſi impuberem quis filium ſuũ hæredem ex parte inſtituit,& quendam extraneum in aliam partem,quem pupillariter ſubſtituit:& poſtq; teſtator deceſſit,pupillus quidem patri eius hæres exſtitit,extraneus autem hæreditatem adijt:& poſtea adhuc in prima ætate pupillus conſtitutus ab hac luce ſubtractus eſt,& pupillaris ſubſtitutio locum ſibi uindicauit:cumq; ſubſtitutus eãdem partem admittere noluit:quæſitum eſt, ſi poteſt iam hæres ex principali teſtamento factus,pupillarẽ ſubſtitutionẽ repudiare? Vtranq; igitur dubitationem ſimul decidendam eſſe cenſemus.placuit etenim nobis,ſiue in inſtitutiõe, ſiue in pupillari ſubſtitutione,ut uel omnia admittantur, uel omnia repudientur: & neceſſitas impo-

imponatur hæredi particulari facto, uel aliam aut alias partes hæreditatis admittere, uel etiam substitutionem pupillarem. Dat. prid. Kal. Maij. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. vv. cc.

XXI. *Idem. A. Ioanni P.P.*

CVm aliquis scripsit hæredem eum, qui de sua conditione ei, qui dominium eius uindicabat, in iudicio aduersabatur: is autem, qui dominũ sese dicebat, adire eum hæreditatem imperabat, ut adquisitio hæreditatis per eum celebraretur: indignatus est quasi domino parére ei. dubitatio ueteribus exorta est, si qua pœna imponitur huiusmodi insolentiæ. ueteres in multas retrahuntur sententias: sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causæ imponatur. Et siquidem ita scripta est institutio, ILLVM SERVVM ILLIVS HAEREDEM INSTITVO: quia apertissimum est, intuitu domini institutionẽ esse conscriptam: necesse est omnimodo per competentem iudicẽ eum compelli adire quidem hæreditatem, & eam adquirere: nulli autem ex postfacto subijci grauamini, si liber pronuncietur: sed omne, siue lucrum, siue damnum, ad eum redundare, qui in seruitutem eum trahebat, & denegari ei & aduersus eũ omnes hæreditarias actiões, nullo ex hoc ei præiudicio generãdo. Sin autem quasi liber institutus est, nulla domini uel serui mentiõe in institutione habita: tunc nullo compelli modo eum adire hæreditatẽ, nec denegari ei liberale iudiciũ. sed & hæreditatẽ per suũ ius decurrere, & liberale iudiciũ suã exspectare sententiã, siue agente eo, siue pulsato: ut siqui dẽ seruus pronunciet: tunc domino suo hæreditatẽ adquirat. sin autem liber: eam adipiscatur, si adire maluerit. D. II. Kal. Maij. Constantinop. post consulatũ Lampad. & Oreste. vv. cc.

XXII. *Idem A. ad Senatum.*

SCimus iam duas esse promulgatas à nostra clementia cõstitutiones, unam quidẽ de his, quĩ deliberandũ pro hæreditate sibi delata existimauerũt, aliam aũt de improuisis debitis & incerto exitu per diuersas species eis imposito. sed etiã ueterem cõstitutionẽ nõ ignoramus, quã diuus Gordianus ad Platonẽ scripsit, de militibus, qui per ignorantiã hæreditatem adierũt, quatẽnus pro his tantũmodo rebus cõueniantur, quas in hæreditate defuncti inuenerunt: ipsorum autẽ bona à creditoribus hæreditarijs nõ inquietentur. cuius sensus ad unam præfatarũ constitutionum à nobis redactus est. arma etenim magis, cẽ iura scire milites sacratissimus legislator existimauit. Ex omnibus itaq; istis unam legem colligere nobis apparuit esse humanũ: & nõ solum milites adiuuare huiusmodi beneficio, sed etiã ad omnes hoc extendere: nõ tantũ si improuisũ emerserit debitũ, sed etiã si oneros am quis inueniat esse, quã adijt, hæreditatẽ. ita enim nec satis necessarium deliberationis erit auxiliũ, nisi hominibus formidolosis, qui & ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione. Cum igitur hæreditas ad quendam, siue ex testamento, siue ab intestato sit delata, siue ex asse, siue ex parte: siquidem recta uia adire maluerit hæreditatem, & spe certissima hoc fecerit, uel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet: nullo indiget inuentario, cum omnibus creditoribus suppositus est, utpote hæreditate ei ex sua uoluntate infixa. Similiq; modo si non titubante animo respuendam uel abstinendam esse crediderit hæreditatẽ, & apertissime intra trium mensium spacium, ex quo ei cognitum fuerit scriptum se esse uel uocatum hæredem, renunciet: nullo nec inuentario faciendo, nec alio circuitu exspectando, sit alienus huiusmodi hæreditate, siue onerosa, siue lucrosa sit. Sin autem dubius est, utrum' ne admittenda sit, nec' ne defuncti hæreditas: non putet sibi esse necessariã deliberationem, sed adeat hæreditatem, uel sese immiscear: omni tamen modo inuentarium ab ipso conficiatur, ut intra triginta dies post apertas tabulas, uel postq; nota fuerit ei apertura tabularum, uel delatam sibi ab intestato hæreditatem cognouerit, numerandos, exordium capiat inuentarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat. & hoc inuentarium intra alios sexaginta dies modis omnibus impleat sub præsentia tabulariorũ, cæterorumq;, qui ad huiusmodi confectionẽ necessarij sunt. Subscriptionẽ tamen supponere hæredẽ necesse est, significantem & quantitatẽ rerum, & quòd nulla malignitate circa eas ab eo facta uel facienda, res apud eum remaneant. uel si ignarus sit literarũ, uel scribere præpediatur: speciali tabulario ad hoc solũ adhibendo, ut pro eo literas supponat, uenerabili signo antea manu hæredis præposito: testibus uidelicet adsumendis, qui hæredem cognoscant, & iubente eo tabularium pro se subscribere interfuerint.

Sin autem locis, in quibus res fuerint hæreditariæ, uel maxima pars earũ posita est, hæredes abesse cõtigerit: tunc eis unius anni spaciũ à morte testatoris numerandũ damus ad huiusmodi inuẽtarij cõsummationẽ. sufficit em̃ p̃fatũ tempus, etsi longissimis spacijs distant, tamẽ dare eis facultatem inuentarij cõscribendi, uel per se, uel per instructos procuratores in locis, ubi res positæ sunt, mittendos. Et si præfatã obseruationẽ inuentarij faciendi solidauerint: hæreditatem

sine pe-

sine periculo habeant, & legis Falcidiæ aduersos legatarios utantur beneficio: ut in tantum hæreditarijs creditoribus teneantur, in quantũ res substantiæ deuolutæ ad eos ualeant: & eis satisfaciant, qui primi ueniant creditores. etsi nihil reliquum est: posteriores uenientes repellantur, & nihil ex sua substantia penitus hæredes amittant: ne dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed etsi legatarij interea uenerint: & eis satisfaciant ex hæreditate defuncti, uel ex ipsis rebus, uel earum forsitan uenditione. Sin uero creditores, qui & post emensum patrimonij necdum completi sunt, superueniant: neq; ipsum hæredem inquietare concedantur, neq; eos, qui ab eo comparauerunt res, quarum precia in legata uel fideicommissa uel alios creditores processerunt. Licentia creditoribus nõ denegãda aduersus legatarios uenire, & uel hypothecis, uel indebiti condictione uti, & hæc, quæ acceperint, recuperare: cum satis absurdum est, creditoribus quidem ius suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatarijs uero, qui pro lucro certant, partes suas leges accommodare. Sin uero hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditarijs pro debito dederint in solutum, uel per dationem pecuniarum satis eis fecerint: liceat alijs creditoribus, qui ex anterioribus ueniunt hypothecis, aduersus eos uenire, & à posterioribus creditoribus secundum leges eas abstrahere, uel per hypothecariam actionem, uel condictionem ex lege: nisi uoluerint debitum eis offerre. Contra ipsum tamen hæredem (secundum quod sæpius dictum est) qui quantitatem rerum hæreditariarum expendit, nulla actio extendatur. Sed nec aduersus emptores rerum hæreditariarum, quas ipse uendidit pro solutis debitis uel legatis, uenire alij concedatur: cum satis anterioribus creditoribus à nobis prouisum est, uel ad posteriores creditores, uel ad legatarios peruenientibus, & suum ius persequentibus. In computatione autem patrimonij damus ei licentiam excipere & retinere, quidquid in funus expendit, uel in testamenti insinuationem, uel inuentarij confectionem, uel in alias necessarias causas hæreditarias adprobauerit se persoluisse. Si uero & ipse aliquas contra defunctum habebat actiones: nõ eæ confundantur, sed similẽ cũ alijs creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum tamen prærogatiua inter creditores seruanda. Licentia danda creditoribus, seu legatarijs, uel fideicommissarijs, si maiorem putauerint esse substantiam à defuncto derelictam, & hæres in mutario scripsit, quibus uoluerint legitimis modis, quod superfluũ est, adprobare, uel per tormenta forsitan seruorum hæreditariorũ secundum anteriorem nostram legem, quæ de quæstione seruorum loquitur, uel per sacramentum illius, si aliæ probationes defecerint: ut undiq; ueritate exquisita, neq; lucrum, neq; damnum aliquod hæres sentiat ex huiusmodi hæreditate. Illo uidelicet obseruãdo, ut si ex hæreditate aliquid hæredes subripuerint, uel cælauerint, uel amouendũ curauerint: postq; fuerint cõuicti, in duplũ hoc restituere, uel hæreditatis quantitati computare compellantur. Donec tamen inuentarium conscribitur, uel si res præsto sint, intra tres menses, uel si abfuerint, intra annale spacium secundum anteriorem distinctionem: nulla erit licentia, neq; creditoribus, neq; legatarijs, uel fideicommissarijs, eos uel inquietare, uel ad iudicium reuocare, uel res hæreditarias quasi ex hypothecarum authoritate uindicare: sed sit hoc spacium ipso iure pro deliberatione hæredibus concessum, nulloq; ex hoc interuallo creditoribus hæreditarijs circa temporalem præscriptionem præiudicio generãdo.

Sin uero postq; adierint, uel sese immiscuerint præsentes uel absentes, inuentariũ facere distulerint, & datũ iam à nobis tempus ad inuentarij confectionẽ effluxerit: tunc ex eo ipso, quod inuentarium secundum formam præsentis constitutiõis nõ fecerint: & hæredes esse omnimodo intelligantur, & debitis hæreditarijs in solidum teneantur, nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt. Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam curauerint, quam putamus quidem penitus post hanc legem esse superuacuam, & debere ei derogari. cum enim liceat & adire hæreditatem, & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis authoritate: quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam uel uana formidine, uel callida machinatione pro deliberando nobis supplicandum necessariũ esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiuersari, & hæreditatem inspicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus adsertionibus repetita prece sæpius accipere: ne quis nos putauerit antiquitatis penitus esse contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, uel à nobis, uel à nostris iudicibus: nõ tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno anno, à nostris uero iudicibus nouem mensibus: ut neq; ex imperiali largitione aliud tempus eis indulgeatur. sed etsi fuerit datum: pro nihilo habeat, semel enim, & nõ sæpius eam peti concedimus. Sin autem hoc aliquis fecerit, & inuentarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inuentarium cum omni subtilitate facere) non liceat ei post tempus præstitutũ (si nõ recusauerit hæreditatem, sed adire maluerit)

nostræ

noſtræ legis uti beneficio, ſed in ſolidum ſecundum antiqua iura omnibus creditoribus teneaſ. Cum enim gemini tramites inuenti ſunt, unus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit: alter autem rudis & nouus à noſtro numine repertus, per quem adeuntes ſine damno cōſeruantur: electionem ei damus, uel noſtram cōſtitutionem eligere, & beneficium eius ſentire: uel ſi eam adſpernandam exiſtimauerit, & ad deliberationis auxilium cōuolauerit, eius effectū habere: etſi non intra datum tempus recuſauerit hæreditatem: oīnibus in ſolidum debitis hæreditariis teneatur, & non ſecundum modum patrimonij: ſed etſi exiguus ſit cenſus hæreditatis, tamen quaſi hæredem eum in totum obligari: & ſibi imputet, qui pro nouo beneficio elegerit grauamen. & ideo & in ipſam deliberationis dationē, & diuinum reſcriptum ſuper hoc promulgandum, hoc adijci uolumus: ut ſciant omnes, quòd omnimodo poſt petitam deliberationem, ſi adierint, uel pro hærede geſſerint, aut non recuſauerint hæreditatem, oīnibus in ſolidū hæreditarijs oneribus teneantur. Si quis autem temerario propoſito deliberationem quidē petierit, inuentarium autem minime cōſcripſerit, & uel adierit hæreditatem, uel minime eam repudiauerit: nō ſolum creditoribus in ſolidum teneatur, ſed etiam legis Falcidiæ beneficio minime utatur. Quòd ſi poſt deliberationē recuſauerit, inuentario minime cōſcripto: tunc res hæreditarias creditoribus uel his, qui ad hæreditatem uocantur à legibus, reddere cōpellatur: quantitate eatum ſacramento res accipientium manifeſtanda, cum taxatione tamen à iudice ſtatuēda. Notiſſimum autem eſt ex hac conſtitutione, quæ omnes caſus continet, noſtris cōſtitutionibus iam pro eiſdem capitulis promulgatis eſſe derogatum, quarum altera etiam Gordianæ cōſtitutionis ſenſus cōtinebatur. cum enim ampliore tractatu habito melior exitus eſt inuētus, & tribus conſtitutionibus in unum cōgregatis, unus apparet & in milites & in alios omnes iuris probabilis articulus: quapropter ex anterioribus inquietari noſtro ſubiectos imperio non patimur: ſcilicet ut milites, etſi ,ppter ſimplicitatē præſentis legis ſubtilitatē nō obſeruauerint, in tā tū tamē teneātur, quantū in hæreditate inuenerint. Quā patres conſcripti in huiuſmodi caſibus in poſterū obtinere ſancimus. D. v. Kal. Decēbr. Cōſtantinop. poſt conſ. Lamp. & Oreſt. vv. cc.

DE REPVDIANDA VEL ABSTINENDA hæreditate. Tit. XXXI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Mutatio.*

Si paterna hæreditate te abſtinuiſſe conſtiterit, & nō ut hæredem in domo, ſed ut inquilinum, uel cuſtodem, uel ex alia iuſta ratione habitaſſe liquidò fuerit probatum: ex perſona patris conueniri te procurator meus prohibebit. PP. Idib. Iul. Meſſala & Sabino COSS.

II. *Idem A. Seuero.*

Si paterna hæreditate abſtinuiſti: nō ideo, quòd à creditoribus fundos comparaſti (ſi id bona fide feciſti) à poſterioribus, qui ſub eiſdem obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure cōueniris. S. PP. v. Kal. Iul. Læto II. & Cereali COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Theodotiano.*

Vus hæres exceptiōe pacti, qui teſtamentū iniuſtū adſeuerans, poſtea nihil ſe de paterna ſucceſſione petiturū nō ex cauſa donationis, ſed tranſigendi animo in iure profeſſus eſt: cū repuere nequiret quæſitam hæreditatem, & tranſactio nullo dato, uel retento, ſeu promiſſo minime procedat: ſubmoueri nō poteſt. Sine die. Cæſarib. COSS.

IIII. *Idem* AA. *&* CC. *Modeſtino militi.*

Sicut maior uiginti quinq; annis, anteq; adeat, delatam repudians ſucceſſiōem, poſt quærere nō poteſt: ita quæſitam renunciando nihil agit, ſed ius, quod habuit, retinet: nec quòd confeſſos in iure pro iudicatis haberi placuit, ad uocem repudiantis hæreditatem, ſed ad certam quātitatem deberi confitentem pertinet. S. v. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

V. *Iidem.* AA. *&* CC. *Claudianæ.*

Pupillorū repudiatio delatæ hæreditatis, ſine tutore authore facta, nihil eis nocet. S. II. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

Si quis ſuus recuſauerit paternam hæreditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat indulſtincte ei remiſſum, donec res paternæ in eodem ſtatu permanent, hoc facere, & poſt multū tempus licebat ei ad eandem hæreditatem redire: hoc corrigentes, ſancimus, ſiquidem res iam uenditæ ſunt: ut nullus aditus ei ad hæreditatem reſeruetur, quod & antiquitas obſeruabat.

Sin autem res alienatæ nõ sunt: siquidẽ maior annis constitutus est,& tempora restitutionis nulla ei supersunt: intra trium annorum spacium tantũmodo huiusmodi ei detur licentia. Sin autem uel minor est,uel inutili tempore constitutus: tunc post impletũ quadrienniũ(quod spaciũ pro utili anno,qui restitutionibus dabat̃,præstitũ est)aliud trienniũ ei indulgeri, intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hæreditatẽ,& suã abdicationem reuocare. quo tempore transacto,nullus aditus penitus ad paternam hæreditatẽ ei reseruet̃: nisi forte adhuc eo in minore ætate cõstituto,res uenditæ sunt. tunc etẽ per in integrũ restitutionẽ nõ denegatur ei adire hæreditatem,& res recupare,& creditoribus paternis satisfacere. Dat.XV.Kal.Nouembr. Constantinop.post consulat.Lampadij & Orest.VV.CC.

QVEMADMODVM TESTAMENTA APERIANTVR, describantur,& inspiciantur. Tit. XXXII.

I. Imp. ALEXANDER.A. Proculæ.

VT testamentum,quod dicis factum,proferatur,& publice recitetur: competens iudex iubebit. PP.II.Kal.April.Maximo.II.& Aeliano. COSS.

II. Impp. VALERIAN.& GALLIEN.AA. Alexandro.

TEstamenti tabulas ad hoc tibi à patre datas,ut in patriam proferantur, adfirmans: potes illuc proferre secundũ leges moresq; locorum, ut insinuent̃: scilicet,ut testibus nõ præsentibus, adire prius pro tribunali uel per libellũ rectorẽ puinciæ procures,ac pmittente eo uiros honestos adesse facias,quibus præsentibus aperiantur,& ab his tus obsignentur. PP.XII.Kal.Ianuar.Maximo.II.& Glabrione COSS.

III. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Aristoteli.

EIus,quod ad causam nouissimi patris uestri iudicij pertinet,de calumnia tibi iuranti,prætet partẽ,quam aperiri defunctus uetuit,uel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur: inspici endi ac describendi,præter diem & consulem,tibi rector prouinciæ facultatem fieri iubebit. D. VI.Kal.Maij.CC. COSS.

IIII. Imppp.GRATIAN.VALENTIN.& THEOD.AAA.ad Hesperiũ P.P.

COdicillos,seu scripturam quolibet tenore formatam,ea oportebit obseruatione in publicũ proferri,qua testamẽta pãdunt̃. D.III.Kal.Aug.Mediolani.Ausonio & Olybrio COSS.

DE EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO, ET quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur Tit. XXXIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA. Lucillo.

CVm inter institutũ & substitutũ cõtrouersia moueat̃: eum, qui primo loco institutus est,induci in possessionẽ oportet. PP.XII.Kal.Decẽbr.Dextro & Prisco COSS.

II. Imp. ALEXANDER.A. Eutacto.

QVamuis quis se filium defuncti præteritum esse alleget,aut falsum,uel inofficiosum testamentũ,seu alio uicio subiectũ,uel seruus defũctus esse dicat̃: tamẽ scriptus hæres in possessionẽ mitti solet. PP.VI.Kal.Nouem.Maximo.II.& Aeliano COSS.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

EDicto diui Hadriani,quod sub occasione uicesimæ hæreditatum introductũ est,cum multis ambagibus,& difficultatibus,& indiscretis narrationibus penitus quiescente,quia uicesima hæreditatis à nostra recessit republica: antiquatis nihilominus & alijs omnibus, quæ circa repletionem,uel interpretationẽ eiusdem edicti promulgata sunt: sancimus,ut si quis ex asse uel ex parte institutus,competenti iudici testamentum ostenderit nõ cancellatum, neq; abolitum,neq; ex quacunq; suæ formæ parte uiciatum,sed quòd prima figura sine omni uituperatione appareat,& depositionibus testium legitimi numeri uallatũ sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum,quæ testatoris mortis tempore fuerunt, nõ autem legitimo modo ab alio detinẽtur,& eam testificatione publicarum personarũ accipiat. Sin autẽ aliquis contradictor exstiterit: tunc in iudicio competenti causæ in possessionem missionis & subsecutæ contradictionis uentilentur,& ei possessio adquiratur,qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit: siue qui missus est,siue qui antea detinens contradicendum putauit. Nullis angustijs temporum huiusmodi missione coartanda: sed siue tardius,siue præmature aliquis missus est: legis tantum modo arbitriũ requiratur,& causa,unde uel missio uel cõtradictio exoriatur. Siue enim post annale tẽ-

nale tempus,siue post maioris æui curricula aliquis fuerit missus(si tamen ex legitime formato testamento missio procedat)nullū ei temporis obstaculum obijciatur:nisi tantum temporis effluxerit,quod possit uel possessori pleniſſime securitatem super dominio præstare,uel ipsi, qui missus est,omnē intentionem excludere.si enim uel ex una parte,uel ex utroq; latere temporis prolixitas occurrerit:manifestissimum est,non solum missionem,sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. D.XII.Kal.April.Constantinop.post cons.Lampadij & Orestis VV.CC.

SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBVErit,uel coëgerit. Tit. XXXIIII.

I. *Imp.* ALEXANDER.A. *Seuerę.*

Iuili disceptationi crimen adiungitur,si testator non sua sponte testamentū fecit, sed cōpulsus ab eo,qui hæres est institutus,uel à quolibet alio,quos noluerit, scripsit hæredes.S.XV.Kal.Ianuar.Alexandro.A.& COS.

II. *Impp.*DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*Nicagorę.*

EOs,qui,ne testamentum ordinaretur,impedimēto fuisse monstrantur,uelut indignas personas à successionis compendio remoueri,celeberrimi iuris est.PP.Kal.Ianuar.Diocletiano.II.&Aristobulo COSS.

III. *Iidem.AA.&* CC. *Eutychidi.*

IVdicium uxoris postremum in se prouocare maritali sermone, non est criminosum. D.V. Kal.Ianuar.CC. COSS.

DE HIS, QVIBVS VT INDIGNIS AVFERVNTVR hæreditates,& senatuscōsulto Silaniano. Tit. XXXV.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS.AA. *Celeri.*

HAeredes,quos necem testatoris inultam omisisse cōstiterit, fructus integros cogū tur reddere.neq; enim bonæfidei possessores ante controuersiam illatam uident fuisse,qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hæreditate autem rerum distractarum,uel à debitoribus acceptæ pecuniæ,post motam litem bonorū, ijs inuentos,aut exinde perceptos uendiderit, proculdubio est. Vsuras autem semisses dependere satis est.D.XV.Kal.April.Chilone & Libone COSS.

II. *Iidem* AA. *Vero.*

POlla quidem liberam habuit administrādi patrimonij sui potestatem:nec idcirco, quòd pupillus illi hæres exstitit,ea,quæ ab ipsa finita sunt,reuocari in disceptationem oportet.sed si pupilli nomine falsum dicere uis testamentum,de quo per Pollam transactum est:potes experiri:dum memineris,si in causa non obtinueris: & portionē,quam ex eo testamento pupillus habebat,te ei saluam facturum,quam adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam: & de calumnia præsidē deliberaturū,quāuis pupilli nomine agere uidearis,cū retractas ea,quæ finita sunt per cohæredem.PP.VII.Kal.Maij.Antonino.A.III.& Geta.III.COSS.

III. *Imp.*ALEXANDER. A. *Antiochiano.*

SIea quæstio infertur filijs eius,quam consobrinam tuam dicis,quòd tabulæ testamenti patris eorū,qui à familia interfectus dicebatur,priusq; quæstio de seruis haberetur,apertæ & recitatæ sunt: ꝓpter amplissimi ordinis cōsultū hæreditas à fisco uindicat.& ideo agi causa apud curatorē meū debet:quia nō eo tēpore pupilli fuerūt.PP.II.Non.April.Alexandro A. COS.

IIII. *Idem.*A. *Philomuso.*

HAereditas in testamento data,per epistolam uel codicillos adimi uerbis directis non potuit.quia tamen testatrix uoluntatem suam non mereri unum ex hæredibus suis declarauerat:merito eius portio non iure ad alium translata, fisco uindicata est. Libertates autem ineadē epistola datæ peti poterunt.PP.II.Kal. Decembr.Maximo II.& Aeliano COSS.

V. *Idem* A. *Tyranno.*

NOn oportet,ut indignis hæredibus successiones auferri p̄textu , quòd in sepultura supremis defunctorum obtemperatū nō fuisset.PP.VII.Id.Mart.Iuliano.II.& Crispino COSS.

VI *Idem.* A. *Venusto & Clementino.*

MInoribus uiginti quinq; annis hæredibus non obesse crimen inultæ mortis placuit.Cum

uos autem etiam accusationem pertulisse,& quosdam ex reis punitos proponatis :licet is, qui mandasse cædem dicitur,prouocauerit:uereri nō debetis,ne quam hæreditatis paternæ à fisco meo quæstionem patiamini.conuenit enim pietati uestræ respondere & causam appellationis reddenti. Quòd si maioris ætatis fuissetis:etiam ex necessitate prouocationis cerramen implere deberetis,ut possetis adire hæreditatem. PP. XV. Kal. Iul. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

VII. Idem A. Vitaliæ.

SI ideo ultio necis testatoris non est desiderata,quia cædis authores reperiri non potuerint: obesse hæredibus, ex quo nulla eorum culpa detegitur,non oportet. PP. Idib. Mart. Lupo & Maximo COSS.

VIII. Imp. GORDIANVS. A. Tatiæ.

ALia causa est eius,qui falsi instituta accusatione ad finem usq;,quod insimulabat,perduxit,& contrariam sententiam meruit:alia eius,qui incohatam accusationem non pertulit:cum in illius quidem partem succedat fiscus:hic autem,qui contrariā iudicis sententiā non sustinuit,suæ partis nō perdat persecutionē. PP. XV. Kal. Febr. Gordiano A. & Auiola COSS.

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aelianæ.

CVm fratrem tuum ueneno peremptum esse adseueras:ut effectus successionis eius tibi nō auferatur,mortem eius ulcisci te necesse est. licet enim hæreditatem eorum,qui clandestinis insidijs perimuntur,hi,qui iure uocantur,adire non uetantur:tamen si interitū non fuerint ulti,successionem obtinere non possunt. PP. *. Tyberiano & Dione COSS.

X. Idem AA. & CC. Syluanæ.

SOrorem fratris necem iure licito uindicantem,euincere ab uxore scripta recte successionē non conuenit. secundum quæ si fiduciam innocentiæ geris,& neq; dolo malo tuo maritum necatum ,neq; aliàs indignam te successione probari posse confidis:aduersus omnem calumniam maximam habes securitatem. D. XII. Kal. Maij. Sirmij. CC. COSS.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm Silanianum senatusconsultum & à nobis tam laudandum, & corroborandum est, necnon diui Marci oratio,quæ circa id facta est:inuenimus autem nullam mentionem in ea libertatis factam,& ueteres mouit quædam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quæstio:necessarium nobis uisum est & hanc dirimere. hi enim , qui libertate fuerant in hoc testamento donati,& si eam accepissent:lucrum,quod eis in medio accedit , poterant sibi adquirere:interea autem procraſtinatione propter necis uindictam habita hoc minime ad eos peruenit,& postea in libertatē deducti periclitabantur. Sed ne mediū tempus eis fieret damnosum,& maxime si ancillæ in medio pepererint,& postea hæreditas sit adita:bellissimū nobis uisum,diui Marci prudentissimi principis orationē & in libertatibus producere,ne princeps philosophiæ plenus aliquid uideatur imperfectum sanxisse. sed ita in hæreditatibus,& in legatis,& in fideicommissis,& maxime in libertatibus,quas semper philosophia amplectitur,extendatur eius oratio:ut & lucrum,quod in medio accedit,post libertatem acceptam restituatur:& partus liber & ingenuus esse intelligatur:nullaq; machinatione huiusmodi præpeditio damnum aliquod irrogare concedatur:& libera eorum posteritas,si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodū consequatur. merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit. nihil etenim actum esse credimus,dum aliquid addendum superest. D. II. Kal. Maij. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis . VV. CC.

XII. Idem A. Ioanni P.P.

TAlis de antiquo iure dubietas nostræ serenitati suggesta est propter senatusconsultum Silanianum,& seruos,qui supplicio adficiuntur,sub eodem tecto commorantes,& non suū auxilium domino per insidias occiso præbentes. ueteres enim certum non faciunt,quis intellectus de uerbis SVB EODEM TECTO significatur:siue in eodem cubiculo,siue in triclinio, uel porticu,uel in aula hæc appellatio accipi debeat:adijcientes, si dominus in uia,uel in agro fuerit interfectus,eos seruos puniri,qui præstò erant,& non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt,nulla distinctione super qualitate præsentiæ utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes: sancimus,omnes seruos,ex quocunq; loco,siue in domo,siue in uia,siue in agro, possint clamorem exaudire,uel insidias sentire,& non auxilium tulerint:supplicio senatusconsulti subiacere. oportet etenim eos ubicūq; senserint dominū periclitantē,ad prohibendas insidias cōcurrere. D. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

Deco

DE CODICILLIS. Tit. XXXVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Mocimo & alijs.

RVpto quidē testamento postumi adgnatione, codicillos quoq; ad testamentū pertinentes nō ualere, in dubiū nō uenit. Sed cū post ruptum testamentū patrem pupillorū uestrorū literas emisisse proponatis, quibus præcedens iudiciū confirmauit: prætor nihil cōtra ius fecit, si nouissimā eius uoluntatē secutus, relictū testamēto reipublicæ fideicōmissum, ut ex codicillis relictum, præstandum esse pronunciauit. PP. III. Kal. Iul. Maximo. III. & Paterno COSS.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS Cæs. Asclepiodotæ.

HAereditatē quidē neq; dari, neq; adimi codicillis posse, manifestū est. uerbis tamē precarijs per huiuscemodi nouissimi iudicij ordinationem iura nō faciūt irritas uoluntates. Vnde inefficaciter te codicillis rogatā esse, ut quibusdā rebus cōtenta portionē, quā testamēto fueras cōsecuta, alijs restitueres: falsō tibi psuasum est. PP. Idib. Octob. Peregrino & Aemyliano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Hyacintho & alijs.

CVm ꝓponatis pupillorū uestrorū matrē diuersis tēporibus ac dissonis uoluntatibus duos codicillos ordinasse: in dubiū nō uenit, id, quod priori codicillo inscripserat, per eū, in quē postea secreta uoluntatis suæ cōtulerat, si à prioris tenore discrepat, & contrariam uoluntatem continet, reuocatum esse. PP. VI. Id. Septembr. Ipsis. IIII. &. III. AA. COSS.

IIII. Iidem AA. & CC. Stratonico.

NOn idcirco minus, quòd intestatò absente te codicillos mater tua fecit: hi, q̄bus precarijs uerbis adscripta sunt, relicta capiunt. Sine die & consule.

V. Iidem AA. & CC. Flauiæ.

NE codicillos quidē furentem posse facere, certissimi iuris est. Si igit̄ scriptura uelut codicillorū patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac peti possit: adseuerationi tuæ, mentis eum compotem fuisse negantis, fidē adesse ꝓbari cōuenit. D. VI. Kal. Decembr. Diuelli. CC. COSS.

VI. Iidem AA. Demosthenis.

SIue initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, siue nouissime relicta seruari mandauerat: confirmatione munitus, nullam iustam gerere sollicitudinem potes. D. III. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VII. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Maximum P. P.

SIdē codicilli, quod testamēta possent: cur diuersum his instrumētis uocabulū mandaretur, quæ uis ac potestas una sociasset? Igit̄ specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris authoritate data non est. D. III. Iun. Pacatiano & Hilariano COSS.

VIII. Imp. THEODOSIVS. A. Asclepiodoto P. P.

SI quis agere ex testamēto quolibet modo, siue scripto, siue sine scriptura confecto, de hæreditate uoluerit: ad fideicōmissi persecutionē adspirare cupiens, minime permittatur. tantum enim abest, ut aditū cuiq̄ pro suo migrandi desiderio concedamus: ut etiā illud sanciamus, si testator faciens testamentū in eodem pro codicillis etiam id ualere complexus sit: qui hæreditatē petit, ab ipsis intentionis exordijs, utrum uelit, eligendi habeat potestatē, sciens se unius electionē alterius sibi aditum præclusisse: ita, ut siue bonorū possessionem secundū tabulas, aut secundum nuncupationē, cæterasq̄ similes postulauerit, aut certe mitti se in possessionē ex more petierit: statim inter ipsa huius iuris auspicia propositū suæ intentionis explanet. Illud quoq; patiatur ratione seruandū est, ut testator, qui decreuit facere testamentū, si id adimplere non quiuerit: intestatò uideat̄ esse defunctus, nec transducere liceat ad fideicōmmissi interpretationem uelut ex codicillis ultimā uoluntatē: nisi id ille cōplexus sit, ut uim etiā codicillorū scriptura debeat obtinere: illo electionis uidelicet iure perdurante, ut qui ex testamēto agere uoluerit, ad fideicōmissum migrare nō possit. Si quis uero ex parentibus utriusq; sexus, ac liberis usq; ad quartū gradū adgnatiōis uinculis alligatus, uel cognatiōis nexu cōstrictus usq; ad tertiū, scriptus hæres fuerit, uel nūcupatus in eo uidelicet testamēto, q̄d testator uicē quoq; codicillorū uoluit obtinere: licebit ei, si de hæreditate ex testamēto secundū mortui uoluntatē agens fuerit superatus, uel certe ipse sponte uoluerit, ad fideicōmissi subsidiū cōuolare. nō em̄ par eadēq; ratio uidet̄ amittere debita, & lucra nō capere. In omni aūt ultima uoluntate, excepto testamēto, quinq; testes uel rogati, uel q̄ fortuitū uenerint, in uno eodēq; tpe debēt adhiberi: siue in scriptis, siue sine scriptis uolūtas cōficiat̄: testibus uidelicet, quando in scriptura uoluntas cōponit̄, subnotationem

ſuam accommodantibus. Dat. XV. Kal. Mart. Conſtantinop. Victore. V.C. COS.

DE LEGATIS. Tit. XXXVII.

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. *libertis Sextiliæ.*

QVamuis uerbis his, quo ad cum Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta uobis & ue ſtiarium legatum ſit: tamen hanc fuiſſe defuncti cogitationem interpretor, ut etiam poſt mortem Iuſti uobis eadem præſtari uoluerit. Sine die & conſule.

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Sabiniano.*

QVamuis hæres inſtitutus hæreditatem uendiderit: tamen legata uel fideicō miſſa ab eo peti poſſunt: & quod eo nomine datum fuerit, uenditor ab emptore & fideiuſſoribus eius petere poterit. PP. X. Kal. Septembr. Laterano & Rufino COSS.

II. Idem AA. *Victorino.*

QVi poſt teſtamentum factum prædia, quæ legauit, pignori uel hypothecæ dedit, mutaſſe uoluntatem circa legatariorum perſonam nō uidetur. & ideo etiam ſi in perſonā actio electa eſt: recte placuit ab hærede prædia liberari. PP. VI. Kal. Maij. Gentiano & Baſſo COSS.

III. Imp. ANTONINVS. A. *Sulpitio.*

SEruis teſtamento dominorum, non data libertate, legatum ſeu fideicommiſſum relictum non ualet: nec conualeſcere poteſt, licet poſt mortem teſtatoris libertatem aliqua ratione conſecuti ſunt. PP. V. Kal. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. Idem A. *Donato.*

NOn eſt dubium, denegari actionem legatorum ei pro portione competenti in his rebus, quas ſubtraxiſſe eum de hæreditate apparuerit. PP. V. Id. Septembr. Antonino A. IV. & Balbino COSS.

V. Idem. A. *Iuliano.*

SI legata relicta primus legatarius agnouit: ſubſtitutio eorum in perſona Pontianæ facta euanuit. PP. VIII. Kal. Maij. Romæ. Læto. II. & Cereali COSS.

VI. Idem. A. *Fauſto.*

SI Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per præceptionem, ac mox tibi legauit: concurſu dominium eius tibi quoq; quæritur. Error autem nominum in ſcriptura factus (ſi modo de mancipijs uel de poſſeſſionibus legatis non ambigunt) ius legati dati non minuit. PP. V. Id. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

VII. Idem A. *Demetrio.*

AB adminiſtratione tutelæ religio ſacramenti Marcellum, quem uobis à patre tutorem datum teſtamento proponitis, eripit. quæ res quo minus legatum conſequatur, non impedit. nec enim iuſte ab ea petitione repellitur, cum etiam ſi uellet tutelam adminiſtrare, prohibeatur. PP. VIII. Id. Mart. Romæ. Sabino. II. & Anulino COSS.

VIII. Imp. ALEXANDER. A. *Antiocho.*

SI in fraudem eorum, quæ teſtamento relicta ſunt, admiſſus eſt accuſator, qui teſtamentum falſum diceret: præſes prouinciæ ſecundum iuriſdictionis formam ſolui legata iubebit, interpoſita cautione, ſi euicta fuerit hæreditas, ea reſtituturum: cuius aliàs cautioni tunc locus ſit, cum ſine controuerſia legata ſoluantur. PP. VII. Id. Febr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IX. Idem A. *Ingenuæ.*

CVm alienam rem quis reliquerit, ſiquidem ſciens: tam ex legato, q̄ ex fideicommiſſo ab eo, qui legatum ſeu fideicommiſſum meruit, peti poteſt. Quòd ſi ſuam eſſe putauit: non aliter ualet relictum, niſi proximæ perſonæ, uel uxori, uel alij tali perſonæ datum ſit, cui legarus eſſet, etſi ſciſſet rem alienam eſſe. PP. V. Kal. Febr. Albino & Maximo COSS.

X. Idem. A. *Albiniano.*

FIlia legatorum non habet actionem, ſi ea, quæ ei teſtamento reliquit, uiuus poſtea pater in dotem dedit. PP. V. Non. Mart. Pompeiano & Peligno COSS.

XI. Imp. GORDIANVS. A. *Mutiano.*

CVm reſponſo uiri prudentiſſimi Papiniani, quod precibus inſertum eſt, præceptionis legatum, & omiſſa parte hæreditatis, uindicari poſſe declaratur: intelligis deſiderio tuo iuxta iuris formam eſſe conſultum. uerba uero reſponſi hæc ſunt. Filiæ mater prædium ita legauit. PRAECIPITO SVMITO EXTRA PARTEM HAEREDITATIS. cum hæreditati matris filia renunciaſſet: nihilominus eam recte legatum uindicare uiſum eſt. PP. conſtitutio. V. Id.

Id.Iul.Sabino.II.& Venusto COSS.

XIII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Seueræ.*

PRoptias tuas res legari uel fideicommitti tibi non potuisse, manifestum est. PP.XV. Kal. Maij.Maximo.II.& Aquilino COSS.

XIIII. *Iidem* AA. *Tatiano.*

MOnumenta quidem legari non posse,manifestum est:ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. PP. II. Kal.Septemb.Maximo. II.& Aquilino COSS.

XV. *Iidem.* AA. *Terentio & alijs.*

SIuniuersæ facultates,quas pater uester reliquit,debito fiscali aut priuato absumuntur:nihil ex eis,quæ ex testamẽto eius adscripta sunt,ualere potest. Quòd si deducto debito, in reliquis bonis superfluum est:libertates impediri iuris ratio non permittit:quando etiam legata,nec non fideicommissa,salua lege Falcidia ,præstanda sunt. PP.III. Kal. Octobr. Ipsis. IIII. & .III. AA. COSS.

XVI. *Iidem* AA. *&* CC. *Syllæ.*

CReditor si à debitore suo rem,quam pignoris nomine susceperat,legatam sibi contendit: etiam debito ab hæredibus eius oblato,quo minus restituat,defendi potest.S. XVIII. Kal. Febr.Sirmij.CC. COSS.

XVII. *Iidem* AA. *&* CC. *Eutychiano.*

DAtum legatum adimi tam pure,q̃ sub conditione,non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. D.III.Non.Mart.CC. COSS.

XVIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Iustino.*

EXlegato nominis,actionibus ab his,qui successerunt,non mandatis,directas quidem actiones legatarius habere non potest:utilibus aũt suo nomine experietur. D. VI. Id. Decembr. CC. COSS.

XIX. *Idem* AA. *&* CC. *Nicoui.*

NOn tantum duũm mensium,sed & minoris temporis maritus uxori testamento scriptus succedit:nec legata,uel fideicommissa, seu donationes temporis huius angustia capi prohibet. Dat. V. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XX. *Iidem* AA. *Eutychiano.*

VXor patrui tui si testata decesserit:res tuas,tantum usumfructum earum habens,non potuit legare. D. VII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

XXI. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Populum.*

INlegatis uel fideicommissis uerborum necessaria non sit obseruantia:ita,ut nihil prorsus interfit,quis talem uoluntatem uerborum casus exceperit ,aut quis loquendi usus effuderit. Dat.Kal. Febr.Constantio.II.& Constante COSS.

XXII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

INannalibus legatis uel fideicommissis,quæ testator non solum certæ personæ,sed etiã eius hæredibus præstari uoluit,eorum exactionem omnibus hæredibus & eorum hæredum hæredibus cõseruari per uoluntatem testatoris præcipimus. Dat. III. Id. Decembr. Constantinop. DN. Iustiniano A. PP. II. COS.

XXIII. *Idem* A. *Iuliano* P.P.

CVm quæstio talis de significatione uerborum animos ueterum mouit, si quis cuidã agrũ Cornelianum puta uel alium quẽpiam in solidum legauerit,deinde alij partem eius dimidiam:quantam portionem primus,quantam secundus legatarius consequitur: simili dubitatione & in hæreditate & in fideicommissis habita.cumq; computatiões multæ introducebant, & multis ratiocinationibus dignæ: nos huiusmodi cõputationes, quasi superfluas & cõtrarias uoluntati testatoris,omnes esse sopiendas censemus.Cum enim manifestũ est eum,qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit,alij autem postea sex:recessisse quidẽ à priore uolũtate,uoluisse autem minui eam sex uncijs,cum alij eas obtulit:& præsens casus exitum apertissime inuenier.Si quis itaq; uel agrum,uel hæreditatem reliquerit,primo quidem in totũ, secundo autem in partem dimidiam:utrunq; in sex uncias esse uel dominum rei legatæ,uel hæredẽ. Et si tota re primo relicta,tertiam partem secundo reliquerit:secundũ prædictũ modũ octo quidem uncias uel agri uel hæreditatis apud primũ remanere,tertiam autem partem uel quatuor uncias ad secundũ migrare. & sic in omnibus statuendũ est,id est in hæreditatibus, uel legatis, uel fidei cõmissis. uestigia eiñ uoluntatis testatoris nõ aliter,nisi p huiusmodi uiã æstimãda sũt. Sed & aliam disceptationẽ iuris antiqui nõ absimilem constitutã decidere nobis humanum

esse

esse apparuit.agitabatur enim,si quis agrum Cornelianum,uel forte alium,uel quandam rem cuidam legauerit,&postea iterum uel sæpius ei eandem rem per legatum uel fideicommissum dederit,post talia autem uerba testaméti Sempronio eundem agrum uel aliam rem legauerit, ut sæpius quidem fuisset Titij mentio,semel autem Sempronij:quid statuendum est? & quid iuris sit,si coniunctim,aut separatim eis relinquatur,siue in legato hoc consistat,siue in hæreditate? Huiusmodi igit decidentes antiquam controuersiam, sancimus, cuiuscunq; sit hæreditas uel ager in memoratis casibus,siue coniunctim,siue soli,siue sæpius eidem relictus:æqua lance & hæreditatem,& agrum,& aliam quamcunq; rem diuidi,& ad dimidiã partem unumquenq; uocari:nisi specialiter expresserit,& dixerit testator,tantas quidem partes uelle unum, tantas autem alterum habere.In omnibus etenim testatoris uoluntatem,quæ legitima est, dominari censemus.Dat.XV.Kal.Decembr.Lampadio & Oreste.VV.CC.COSS.

XXIIII. *Idem A.Ioanni P.P.*

CVm quidam suum filiumfamilias impuberem exhæredatum fecit,alijs hæredibus inscriptis,eidem autem pupillo alium substitutum reliquit,maximam scilicet ostendens adfectionem filium affectionem,cui nihil quidem emolumenti reliquit,sed post exhæredationis iniuriã etiam substitutionem ei addidit,& à substituto legatum reliquit:quærebatur,si huiusmodi legatum uel fideicõmissum potest ualere? Sed & si legatum eidem exhæredato filio pater reliquerit,& substituerit ei exhæredato facto aliquem extraneum:iterum certabatur,si saltem per eundem modum fideicommissum potest relinquere. Cum igitur antiquitas quidem hoc diuersè tractare maluit,nobis autem huiusmodi iurgia superuacua esse uidentur:sancimus,nullo legato,nullo fideicommisso huiusmodi substitutum,qui exhæredato pupillo datus est, prægrauari:nec si ipsam rem,quam pupillo legauit,à substituto eius uel legare uel fideicommittere uoluit.Dat.II.Kal.Maij.Constantinop.post consulatum Lampadij & Orestis.VV.CC.

XXV. *Idem A.Ioanni P.P.*

SI legatarius cælauerit testamentum,& postea hoc in lucem emerserit:an possit legatum sibi relictum is,qui cælauerit,ex eo testamento uindicare,dubitabatur. Quod omnimodo inhibendum esse censemus,ut non accipiat fructum suæ calliditatis,qui hæredem uoluit etiam hæreditate defrudare:sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur,maneat autem quasi pro nõ scripto apud hæredem:ut qui alij nocendum esse existimauit,ipse suam sentiat iacturam.Quemadmodum si legatarius,cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit,non subierit tutelam:ei quidem legatum aufertur,pupillo autẽ adsignatur,cui ille utilis esse noluit. D.Kal.Nouembr.Constantinop.post consulat.Lampadij & Orestis.VV.CC.

XXVI. *Idem A.Ioanni P.P.*

ILlud,quod de legatis uel fideicommissis temporalibus utpote irritis à legum conditoribus definitum est,emendare perspeximus,sancientes & talem legatorum uel fideicommissorũ speciem ualere,& firmitatem habere. Cum enim iam constitutum est,fieri posse temporales donationes & contractus:consequens est etiam legata uel fideicommissa,quæ ad tempus relicta sunt,ad eandem similitudinem confirmari:post completum uidelicet tempus ad hæredem ijsdem legatis uel fideicommissis remeantibus:necessitatẽ habente legatario uel fideicommissario,cautionem in personam hæredis exponere,ut ei post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur.D.XV.Kal.Nouembr.Constantinop.post consulatum Lampadij & Orestis.VV.CC.anno secundo.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. XXXVIII.

I. *Imp.*ANTONINVS.A. *Antipatræ.*

PRædijs instructis legatis,cuius ex fructibus uinum & oleum in eodem fundo habuit:tamen si id uenale fuit,item ea,quæ ad tempus propter incursionem latronum tutelæ causa in prædium translata sunt,legato non cedere,iuris authoritas placuit.uinum uero,quod in apothecis fuit,si ideo illic habuit,ut cum in prædiũ ueniisset,materfamilias eo uteretur:legato cedere,ignorare non debes.PP.VI.Id. Auguſt.Antonino A.IIII.& Balbino COSS.

II. *Imp.*DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*&* CC.*Rufino.*

FVndo, sicut instructus est, legato, siue per fideicomissum relicto:uillicum quidem, homines cq;,& omnia,quæ uel ipse paterfamilias,cum ibi ageret,uel ut fundus esset instructus,nõ temporis causa in eo habuit,relicta esse,iuris authoritate definitum est.ea etiam,quæ tam fructuum

ctuum colligendorum,quàm seruandorum,item pecora stercorandi uel pascendi causa ibi cõstituta,ut de his fructus capiantur,uel ut fundus sit instructus: fideicommisso cedere, certi iuris est. D.Non.Octobr.Sirmij. AA. COSS.

III. *Imp.*IVSTINIANVS.A. *Iuliano* P.P.

Sancimus cautionis nomine uel ἀσφαλείας non esse fideiussoris dationem interpretandam: nisi hoc specialiter uel in græcis,uel in latinis uerbis scriptũ fuerit. nisi eñ uel generaliter de satisdatione,uel fideiussiõe specialiter sit nominatũ : cautione uel ἀσφαλεία minime fideiussio nẽ,sed nudã ,pmissionẽ significari. D. Kal. Mart. Constantinop. Lamp.& Oreste VV.CC. COSS.

IIII. *Idem* A. *Ioanni* P.P.

CVm quidam sic uel institutionem,uel fideicõmissum,uel libertatẽ,uel tutelam scripsisset, ILLE AVT ILLE MIHI HAERES ESTO, uel ILLI AVT ILLI DO LEGO, uel DARI VOLO, uel ILLVM AVT ILLVM LIBERVM aut TVTOREM ESSE VOLO, uel IVBEO: dubitabat,utrum ne inutilis sit huiusmodi institutio,& legatũ,& fideicõmissum,& libertas,& tutoris datio,an occupantis melior cõditio sit,an ambo in huiusmodi lucra uel munia uocent:& an secundũ aliquẽ ordinẽ admittatur,an uterq; oñimodo.cũ alij in institutiõibus primũ quasi institutũ admitti,secundũ quasi substitutũ,alij in fideicõmissis posteriorẽ solum accepturũ fideicõmissum existimauerũt, quasi recentiore uoluntate testatoris utentẽ.& si quis eorũ altercationẽ sigillatim exponere maluerit:nihil ,phibet non leue libri uolumẽ extẽdere, ut sic explicari possit tanta authorũ uarietas:cum nõ solũ iuris authores, sed etiã ipsæ principales cõstitutiones,quas ipsi authores retulerũt, inter se uariasse uidentur. Melius itaq; nobis uisum est,omni huiusmodi uerbositate explosa,coniunctionẽ AVT pro ET accipi:ut uideatur copulatiuo modo esse prolatũ, ut & primã personã inducat,& secundã nõ expellat. Quẽ admodũ enim(uerbi gratia)in interdicto QVOD VI AVT CLAM, AVT coniunctio pro ET apertissime posita est:ita & in oñibus huiusmodi casibus,siue institutionũ,siue legatorũ, siue fideicõmissorũ,uel libertatũ,seu tutelarum hoc esse intelligendũ,& ambo ueniant æqua lance ad hæreditatẽ,ambo legata similiter accipiant,fideicõmissum in utrunq; diuidatur,libertas utrunq; capiat,tutoris ambo fungantur officio:sic nemo defrudetur à cõmodo testatoris,sic maior ,pudentia pupillis inferatur:ne dum dubitatur, apud quem debet esse tutela, in medio res pupillorum depereant. sed hæc quidem sancimus,cum in personas huiusmodi proferatur scriptura.

Sin autem una quidẽ est persona,res aũt ita derelictæ sunt, ILLAM AVT ILLAM REM ILLI DO LEGO, uel PER FIDEICOMMISSVM RELINQVO: tũc secundũ ueteres regulas,& antiquas definitiones uetustatis iura maneant incorrupta,nulla innouatione ex constitutione hac introducenda.quod etiam in contractibus locum habere censemus. D.Pridie.Kal. Maij.Constantinop.post consulat. Lampadij & Orestis VV.CC.

V. *Idem.* A. *Ioanni* P.P.

SVggestioni Illyricinæ aduocationis respondentes,decernimus FAMILIAE nomen talem habere uigorem:parentes & liberos,omnesq; propinquos,& substantiam,libertos etiã,& patronos,nec nõ seruos per hãc appellationẽ significari. Et si quis per suũ elogium fideicõmissum familiæ suæ reliquerit,nulla speciali adiectione super quibusdam certis personis facta: nõ solum propinquos,sed etiã his deficientibus, generũ & nurum. eos eñ nobis humanũ uidetur esse ad fideicõmissum uocari:ita uidelicet,si matrimoniũ morte filij uel filiæ fuerit dissolutũ. nullo etenim modo possit gener uel nurus filijs uiuentibus ad tale fideicõmissum uocari:cum hi ,pculdubio eos antecedant.& hoc uidelicet gradatim fieri, ut post eos liberi pueniant.hoc eodẽ ualente.& si quis rem immobilem cuidam legauerit,uel fideicõmiserit,eamq; alienari prohibuerit adijciens,ut si hoc fideicõmissarius præterierit , familiæ suæ res adquirantur. In alijs casibus aũt nomẽ familiæ pro substãtia oportet intelligi:quia & serui,& aliæ res in patrimonio uniuscuiusq; esse putant. D.XV. Kal. Nouembr. Const. post cons. Lamp.& Oreſt.VV.CC.anno secundo

SI OMISSA SIT CAVSA TESTAMENTI. Tit. XXXIX.

I. *Impp.*SEVERVS *&* ANTONINVS.AA. *Ianuariæ.*

Si in fraudem legatorũ transmissam hæreditatem ad substitutũ probatura es:utilis actio aduersus eum,cum quo fraudis consilium participatum est,cõpetit. Planè si pecunia accepta omisit aditionẽ:legata & fideicõmissa præstare cogitur. Accepta Kal. Octobr. Fusco & Dextro COSS.

II *Imp.*PHILIPPVS.A.*&* PHILIPPVS.*Cæs.Victoriæ.*

EVm, qui cum testamento posset obtinere hæreditatem, ab intestato ius successionis uoluit amplecti: libertatibus eodē testaměto datis obesse non posse, iam pridem placuit. Quòd si, cū neq; adiri ex testamento hæreditas, neq; bonorū possessio peti possit, iudiciū defuncti nō usurpabitur, sed ad irritū iuris ratione uocatum est: petitio relictorum nullo iure procedit. Si uero iure facto testaměto, cessante hærede scripto, alter ab intestato adijt hæreditatē: neq; libertates, neq; legata ex testaměto posse præstari, manifestū est. PP. Kal. Ian. Philippo. A. & Titiano COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Apro & Pio.

SI Proculina patri uestro, cuius estis hæredes, testaměto quid reliquit, & scripti iure secūdum eius iudiciū, uel omissa causa testaměti, successerūt ab intestato: aditus cōpetēs iudex, quatenus legis Falcidiæ modus patiē, uobis relicta restitui iubebit. D. XV. Kal. Ian. Sirmij. AA. COSS.

DE INDICTA VIDVITATE, ET DE LEGE IVLIA Miscella tollenda. Tit. XL.

I. Imp. GORDIANVS. A. Bono.

LEgatum alij sub cōditione sic relictū, si uxor nuptui se post mortē mariti nō collocauerit, contractis nuptijs cōditione deficit: ideoq; peti legatū nequaq; potest. PP. XIII. Kal. Aug. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

II. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

AMbiguitates legis Iuliæ Miscellæ generali lege tollentes, nullum concedimus fieri iuramentum secundum prædictam legem: sed penitus ea unà cum Mutiana cautione super hac causa quiescente, licere mulieribus etiá maritorum suorū interminatione spreta, quæ uiduitatem eis indicit, & non dato sacraměto procreandæ sobolis gratia tantum ad secundas migrare nuptias, pœna huiusmodi cessante, siue habeat liberos, siue non: percipere ea, quæ maritus dereliquit. quorū oīm manifestissimū est, dominiū minime eas liberis existētibus habere, usufructu tantúmodo apud eas manente, & ad liberos prioris thori pprietate eorū defe rēda secundū ea, quæ de secūdis nuptijs & lucris, quæ mulieribus ex his statuta sunt: ne ex necessitate legis & sacraměto colorato periuriū cōmittatur. Cū eñ mulieres ad hoc natura pgenuit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est: cur scientes prudentesq; periurium cōmitti patimur. tale igitur iuramentum adquiescat, & lex Iulia Miscella cedat cum Mutiana cautione super hoc introducta, à republica separata. augeri eteñ magis nostrā rempublicā, & multis hominibus legitimis progenitis frequentari, quàm impijs periurijs affici uolumus: cū satis esse inhumanum uideatur, per leges, quæ periuria puniūt, uiam periurijs aperiri. D. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulat. Lampadij & Oreſt. VV. CC.

III. Idem. A. Ioanni P.P.

LEgem Iuliam Miscellam quēadmodum in fœminis sustulimus, ita & in masculis esse subla tam, pertinere equidē ad sensum nostræ legis, quam super hoc promulgauimus, non est incertum. ne tamen quædam ambiguitas simplices animos moueat: etiam expressim sancimus, legem Iuliam Miscellam & senatusconsultum, quod circa eam factum est, necnon Mutianā cautionem, quæ super talibus nuptijs introducta est, non solum in fœminis, sed etiam in masculis cessare. Sed quia apud Vlpianum in libris Sabinianis inuenimus quædam uerba, quæ effugiunt legis Miscellæ obseruationem: ne quis & ea sublata esse putauerit, sancimus, cum huiusmodi uerbis mulieribus aliquid relinquat, SI VIDVA ERIT, uel QVOTIES VIDVA ERIT, uel è contrario maribus, SI AMISERINT VXORES, uel QVANDO AD CAELIBATVM PERVENERINT: non uetari ea uindicare, uel legitimo modo sumere, quæ eis derelicta sunt. neq; enim ut permaneant uel fœminæ in uiduitate, uel masculi in cælibatu, uideē esse relictum: ut locum uel ante nostram legē habuerit lex Iulia Miscella, quæ iam perempta est. sed quàm primum hoc euenerit, ilico cōpetat talibus personis eius, quod relictum est, persecutio: quia sub conditione relictum esse uidetur, siue semel, siue in annos singulos hæc liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solatio suæ tristiciæ. D. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatū Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE HIS, QVAE POENAE NOMINE IN TESTAmento uel codicillis scribunt uel relinquūtur. Tit. XLI.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Memnæ P.P. Superua



VPeruacuam obseruationem ueterum, per quam uolũtates testatorum ad effectum duci impediebãtur, amputamus: præcipientes nullũ ualere, dicẽdo pœnæ nomine quædam esse relicta, uel adempta in supremis testãtium uoluntatibus, ea infirmare: sed licere testanti pro implenda sua uolũtate, uel pecuniam dari præcipere, uel aliam pecuniariam pœnam inferre, quibus uoluerit: tam in adimendis hæreditatibus, uel legatis, uel fideicommissis, uel libertatibus: cꝫ in præcipiendo ad alias personas eas transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, uel aliquid alijs ab eo dari, si minus dispositionibus suis hæres, uel legatarius uel libertate donatus paruit. Quòd si aliquid facere uel legibus interdictum, uel aliàs probrosum, uel etiam impossibile iussus aliquis eorum fuerit: tũc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris præcepto, seruabitur. D. Kal. Ianuar. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. COS.

DE FIDEICOMMISSIS. Tit. XLII.



I. *Imp.* ANTONINVS. A.*

EMetrium si probaueris petisse de matre hæredecꝫ sua, ut tibi alimẽta menstrua & uestiarium annuum præstaret, eamcꝫ secutam uoluntatem filij sui per multum temporis, id est non minus in tali causa triennio, ea præstitisse: ut in futurum quocꝫ ea præstentur, & si qua in præteritum præstita non sunt, ut exsoluantur, impetrabis. PP. XVII. Kal. Septembr. Duobus & Aspris COSS.

II. *Idem A. Eupatrio.*

ETsi inutiliter fideicommissum relictum est: tamen si hæredes comparata uoluntate defuncti prædia ex causa fideicommissi auo tuo præstiterunt: frustra ab hæredibus eius de ea re quæstio tibi mouetur: cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti uoluntati satisfactum esse uideatur. PP. VI. Kal. Aug. Læto. II. & Cereali COSS.

III. *Idem A. Rufino.*

CVm secundum uoluntatem defunctæ Chrysidem puellam ab hæredibus manumissam, eamcꝫ prius, cꝫ ei restitueretur hæreditas, intestatò uita functam proponas: ad manumisso res eius successio pertinet. qui si adierint eius hæreditatem: confusis actionibus, fideicommisso sunt liberati. PP. V. Id. Decembr. Læto. II. & Cereali COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Victorino.*

VOluntas patris prohibentis liberos fundos extra familiam uendere, uel pignori dare, fratrem sorori donare prohibuisse non uidet. PP. V. Kal. Iul. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. *Idem. A. Regnæ.*

SI frater tuus postea, cꝫ hæres patri exstitit, pubes iam sine liberis decessit: ex pupillari substitutione tibi hæreditas eius delata non est. sed si uerbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est: fideicommissum ab hæredibus petere non prohiberis. PP. XV. Kal. Febr. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VI. *Idem. A. Nilio.*

PRædia obligata per legatum uel fideicommissum relicta hæres luere debet: maxime, cum testator conditionem eorum non ignorauit: aut si scisset, legaturus aliud tibi, quod nõ minus esset, fuisset. Sin uero à creditore distracta sunt: precium hæres exsoluere cogetur, nisi contraria uoluntas defuncti ab hærede ostendatur. PP. XVI. Kal. Mart. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VII. *Idem A. Septimo.*

VOluntatis defuncti quæstio in æstimatione iudicis est. PP. XV. Kal. Mart. Fusco. II. & Dextro COSS.

VIII. *Idem A. Masculo.*

QVi fideicommissariam libertatem meruit, legata seu fideicommissa à defuncto sibi data suo iure persequitur. PP. XV. Kal Iun. Fusco. II. & Dextro COSS.

IX. *Imp.* GORDIANVS. A. *Paulinæ.*

ABeo, qui neque legatum, neque fideicommissum, neque hæreditatem, uel mortis causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP. XVII. Kal. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

X. *Idem. A. Firmo.*

VErbum VOLO licet desit, tamen quia additum perfectum sensum facit, pro adiecto habendum est. PP. III. Id. Decembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XI. Idem A. Papyriano.

QVoties ab omnibus, qui alienatione facta ad fideicõmiſſi petitionem adſpirare poſſunt, uenditio celebratur, aut quibuſdam uendentibus alij conſenſerint: contractus authoritas conuelli nequaq; poteſt. PP. II. Kal. Ianuar. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

XII. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. Cæſ. Rufino.

POſt mortem ſuam rogatam reſtituere hæreditatem, defuncti iudicio & antequ fati munus impleat, poſſe ſatisfacere, id eſt reſtituere hæreditatem, quarta parte uel retẽta, uel omiſſa, (ſi uoluerit) explorati iuris eſt. PP. Idib. Octobr. Peregrino & Aemyliano COSS.

XIII. Iidem A. & C. Sempronio.

QVoties principali loco hæres inſtitutus, teſtatori ſuccedit: legata, ſeu fideicommiſſa à ſubſtituto data poſci iure nõ poſſunt. PP. VIII. Kal. Mart. Præſente & Albino COSS.

XIIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Falconi.

EAm, quam frater tuus inſtituerat, ſiue quæſita, ſiue non quæſita hæreditate deceſſerit: cum tamen ſimpliciter, anteq; duodecimum ætatis annum impleuiſſet, uerbis precarijs teſtamento facto nonnullos ei uoluerit ſubſtitutos: nihil prohibet fideicommiſſum petere uel ab ipſius hæredibus, qui bona inteſtati tenent. tunc enim locum habent, quæ regulariter traduntur, ea, quæ in teſtamento relinquuntur, ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas, non ualere: cũ uerbis relicta directis adiri potuit hæreditas, non cum illa ipſa ſic eſt data, ut eſſet ab inteſtato ſucceſſoribus poſtulanda. Quod reſcripſimus, ſequẽtes adſeuerationem tuam, quaſi ſcripta hæres non fuerit iure adoptata. alioquin ſi in familia relicta hæres facta deceſſit: & conſequenter ipſius hæredes petitioni fideicommiſſi reſpondere coguntur. PP. XIIII. Kal. Septembr. Valeriano. III. & Gallieno. II. AA. COSS.

XV. Iidem AA. Philocrati.

QVamuis ſimpliciter te ac fratrem tuum aliquis inſtituerit hæredes, eiusq; hæreditatis cõmodum pater ex tua fratriſq; perſona pro portionibus ueſtris poteſtatis ratione quæſierit: tamen quia inferioribus uerbis teſtamenti uos ſui iuris facere teſtator curauit: intelligi poteſt reſtituendæ hæreditatis commodo fideicommiſſo patrem obſtrictum eſſe. PP. VI. Id. Octobr. Romæ. Maximo. II. & Glabrione COSS.

XVI. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Iſidoræ.

CVm uirum prudentiſſimum Papinianum reſpondiſſe non ignoramus, etiam legata huiuſmodi fideicommiſſo cõtineri, id eſt ubi hæres rogatus fuerit, quidquid ex hæreditate peruenerit, poſt mortem reſtituere: animaduertimus etiam præceptionis compendium teſtatoris uerbis compræhenſum eſſe. Sanè quoniam in fideicommiſſis uoluntas magis, q; uerba plerunq; intuenda ſunt: ſi quas pro rei ueritate præterea probationes habes ad commendandã hanc patris uoluntatem, quam fuiſſe adſeueras: apud præſidem prouinciæ experiri nõ uetaris. PP. prid. Id. Nouembr. Caro & Carino. AA. COSS.

XVII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Fortunato.

SI creditoris uoluntas iure ſubnixa liberari te debito uolentis doceri poteſt: & antequ ſolenniter tibi liberatio à ſucceſſore præſtetur, exceptionem tibi ex uoluntate defuncti deſcendentem competere, manifeſtum eſt. PP. XII. Kal. Maij. Maximo. II. & Aquilino COSS.

XVIII. Iidem AA. Apolauſto.

CVm neceſſitatem reddendæ rationis defunctus remittendam tibi eſſe petierit: manifeſti iuris eſt, uoluntatem defuncti immutatam eſſe debere. PP. Id. Mart. Ipſis IIII. & III. AA. COSS.

XIX. Idem AA. Ampliato.

CLari & aperti iuris eſt, In fideicommiſſis poſteriores uoluntates eſſe firmiores. PP. VIII. Id. Septembr. Ipſis. AA. IIII. & III. COSS.

XX. Iidem AA. Iuliano.

ETiam à pupillorum tutoribus, uelut ab ipſis, relicta fideicommiſſa debentur. PP. III. Non. Decembr. Ipſis. IIII. & III. AA. COSS.

XXI. Iidem AA. & CC. Tyberio.

SI in perſonam patris tui, cui te ſucceſſiſſe proponis, fideicommiſſi dies utiliter ceſſit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum te natum probetur: uxorem patrui, quem contendis patri tuo rogatum, ſi ſine liberis deceſſerit, ab auo relicta reſtituere (ſi ei ſucceſſit) de fideicommiſſo conuenire debes. nam ſi patrui etiam hæreditas tibi quæſita eſt: non de fideicommiſſo quærendum, ſed hæreditas ab ea uindicanda eſt. D. VI. Id. Febr. AA. COSS.

Iidem

XXII. Idem AA. & CC. Plautiano.

ETi in epistola, uel libello, uel sine scriptura, imò etiam nutu fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus, nulla dubitatio est. D. Idib. April. Byzantij AA. COSS.

XXIII. Idem AA. & CC. Stratonico.

SIueritas, uel solennitas iuris deest, nec amplexus parentis uoluntatem relicta dedisti, uel transactionis causa stipulantibus promisisti, negocium q̃ integrum est: ad solutiõem urgeri non potes. D. V. Kal. Febr. AA. COSS.

XXIIII. Idem AA. & CC. Menostrato.

INstrumenta prædiorum per fideicommissum relictorum, quæ ad probationem originis eorum pertinent, hæredes præstare necesse non habent: tamen cautionem præstare debent, quòd si opus fuerit, legatario seu fideicommissario ipsa, si habent, proferant. D. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

XXV. Idem AA. & CC. Iulianæ.

HAeredum etiam res proprias per fideicommissum relinqui posse, non ambigitur. D. II. Kal. Mart. CC. COSS.

XXVI. Idem. AA. & CC. Fortunato.

EX repudiatione fideicommissi doli mali exceptio (iusta causa intercedente) tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatiõe usus fuerit. unde cum hoc non te, sed patrem feciſſe adseueres, qui tibi nocere non potuit: nihil tibi obesse potest. D. II. Id. April. Sirmij. CC. COSS.

XXVII. Idem AA. & CC. Olympiadi.

FIdeicommissum eius, qui reliquerat, pœnitentia probata, successores nunc q̃ præstare compelluntur. D. V. Kal. Octobr. Viminatij. CC. COSS.

XXVIII. Idem AA. & CC. Tyberio.

EX fideicommisso sub conditione sine libertate seruis proprijs inutiliter dato, libertas peti non potest. D. XV. Kal. Nouembr. Trans mare. CC. COSS.

XXIX. Idem AA. Achilleo.

EX testamento, quod iure non ualet, nec fideicommissum quidem, si non intestatò quoq; succedentes rogati probentur, peti potest. D. VIII. Id. Decembr. CC. COSS.

XXX. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.

CVm acutissimi ingenij uir & merito ante alios excellens Papinianus in suis statuit responsis, si quis filium suum instituit hæredem, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc uideri dispoſuisse, nisi cum filius eius sine sobole uitam suam reliquerit: nos huius sensum merito mirati, plenissimum ei donamus euentum: ut si quis hæc dispoſuerit, non tantum filium hæredem instituens, sed etiam filiam, uel ab initio nepotem uel neptem, pronepotem uel proneptem, uel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum grauamini subiugauerit: non aliter hoc sensisse uideatur, nisi hi, qui restitutione onerati sunt, sine filijs uel filiabus, nepotibus uel neptibus, pronepotibus uel proneptibus fuerint defuncti: ne uideatur testator alienas successiones proprijs anteponere. Recitata septimo in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. Kal. Nouembr. Decio. V. C. COS.

XXXI. Idem A. Ioanni P.P.

QVidam filium suum à sacris paternis remisit, & postea testamento condito eum prætrijt, nullo ei penitus relicto, alijs hæredibus derelictis. ipsum autem, quem neq; hæredem, neq; exhæredatum fecit, fideicommisso prægrauauit. quærebatur, si utile esset huiusmodi fideicommissum? Tota igitur antiqua dubietate super hoc exposita, nobis in hoc casu placuit, ut emancipatus (utpote iniuria à patre affectus) non compellatur fideicommissum à sua persona relictum præstare. quod etiam in alijs personis, quas exhæredari necesse est, locum habere censemus. Dat. prid. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

XXXII. Idem A. Ioanni P.P.

QVæstionem ex facto emergentem resecantes, & uoluntati mortuorum prospicientes, sancimus, si sine scriptura & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit hæredis iuramẽtum, uel forsitan legatarij, uel fideicommissarij, quoties ab eo relictum est fideicommissum, siue uniuersitatis, siue speciale: necesse habere hæredem, siue legatarium, uel fideicõmissarium, prius iureiurando de calumnia præstito, uel sacramentũ subire, & omni inquietudine sese relaxare: uel si recusandũ existimauerit sacramentum, aut certam partem uel

quantitatem manifeſtare fideicommiſſario derelictam noluerit,ſi forſitan maiorem fideicommiſſarius exſpectat:omnimodo exactioni fideicommiſſi ſubiacere,& eum ad ſatisfactionem compelli:cum ipſe ſibi iudex & teſtis inuenitur, cuius religio & fides à fideicommiſſario electa eſt,nullis teſtibus,nullisq; aliis aduenticijs probationibus requiſitis. ſed ſiue quinq; ſint teſtes, uel minores,uel nemo:cauſam per illius ſacramentum uel dandum uel recuſandum, habere tam ſuam firmitatem,q; exactionem:ſiue pater ſit,qui fideicommiſſum dederit, ſiue extraneus:ut æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cum enim res per teſtium ſolẽnitatem oſtenditur:tunc & numerus teſtium,& nimia ſubtilitas requirenda eſt.lex etenim,ne quid falſitatis incurrat per duos forte teſtes compoſitum:maiorem numerũ teſtium expoſtulat, ut per homines ampliores perfectiſſima ueritas reueletur. Cum autem is,qui quid ex uoluntate defuncti lucratur(& maxime ipſe hæres,cui ſumma authoritas totius cauſæ commiſſa eſt) dicere compellitur ueritatem per ſacramenti religionem:quis locus teſtibus relinquatur, uel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur,propria & indubitata relicta:cum & in leges reſpexi-mus,quæ iuſtis diſpoſitionibus teſtatorum omnimodo hæredes obedire compellunt:& ſic ſtrictius cauſam exigunt,ut etiam amittere lucrum hæreditatis ſanciant eos, qui teſtatoribus ſuis minime paruerint.

COMMVNIA DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, ET de in rem miſſione tollenda. Tit. XLIII.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Demoſtheni* P.P.

CVm hi,qui legatis uel fideicommiſſis honorati ſunt,perſonalem plærunq; actionem habere noſcuntur:quis uel uindicationis,uel ſinendi modo,aliorumq; generum legatorum ſubtilitatem prono animo admittet,quam poſteritas optimis rationibus uſa,nec facile ſuſcepit,nec inextricabiles circuitus laudauit? quis in rem miſſionis ſcrupuloſis utatur ambagibus? Rectius igitur eſſe cenſemus,in rem quidem miſſionem penitus aboleri.omnibus uero tam legatarijs, q; fideicommiſſarijs unam naturam imponere:& non ſolum perſonalem actionem præſtare, ſed etiam in rem: quatenus eis liceat eaſdem res,quæ uel per quodcunq; genus legati,uel per fideicommiſſum fuerint derelictæ,uindicare in rem actione inſtituenda:& inſuper utilem Seruianam,id eſt hypothecariam ſuper his,quæ fuerint derelicta,in res mortui præſtare.Cum enim iam hoc iure noſtro increbuit, licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum in teſtamento,quibus uoluerit,dare,& iterum nouellæ conſtitutiones in multis caſibus & tacitas hypothecas introduxerunt:nõ ab re eſt, etiam nos in præſenti caſu hypothecariam donare,quæ & nullo uerbo præcedente poſſit ab ipſa lege induci.ſi enim teſtator ideo legata uel fideicommiſſa dereliquit,ut omnimodo perſonæ ab eo honoratæ,ea percipiant: apparet eius uoluntate etiam præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas,ut omnibus modis uoluntati eius ſatisfiat:& præcipue,cum talia ſint legata uel fideicommiſſa,quæ p̃ijs actibus ſunt deputata. Et hoc diſponimus non tantum ſi ab hærede fuerit legatum derelictum uel fideicommiſſum,ſed etſi à legatario uel fideicommiſſario uel alia perſona,quam grauare fideicommiſſo poſſumus, fideicommiſſum cuidam relinquatur. cum enim aliter non ualeat, niſi aliquid lucri adferat ei,à quo derelictum eſt: nihil eſt graue,etiam aduerſus eum non tantum perſonalem,ſed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem in rebus,quas à teſtatore conſecutus eſt. In omnibus autem huiuſmodi caſibus in tantum & hypothecaria unumquenq; conueniri uolumus,in quantum perſonalis actio aduerſus eum competit:& hypothecam eſſe non ipſius hæredis,uel alterius perſonæ, quæ grauata eſt fideicommiſſo,rerum:ſed tantũ earum, quæ à teſtatore ad eum peruenerũt. Dat.xv. Kal.Octobr.Chalcedone.Decio.V.C.COS.

II. *Idem* A. *Iuliano* P.P.

OMne uerbum ſignificans teſtatoris legitimum ſenſum,legare uel fideicõmittere uolentis,utile atq; ualidũ eſt:ſiue directis uerbis,quale eſt IVBEO forte,ſiue precarijs utetur teſtator,quale eſt ROGO, VOLO, MANDO, FIDEICOMMITTO, ſiue iuramentum interpoſuerit:cum & hoc nobis audientibus uentilatũ eſt,teſtatore quidẽ dicente ἐνοχλῶ,partibus autem huiuſmodi uerbum huc atq; illuc lacerantibus.Sit igitur(ſecundũ quod diximus)ex omni parte uerborum non inefficax uoluntas ſecundum uerba legantis uel fideicommittentis:& omnia,quæ naturaliter inſunt legatis,& fideicommiſſis inhærere intelligantur: & contra quid quid fideicommittitur,hoc intelligatur eſſe legatum:& ſi quid tale eſt,quod non habet naturã legato

legatorum,hoc ei ex fideicommiſſis accommodetur:& ſit omnibus perfectus euentus,& ex omnibus naſcantur in rem actiões,ex omnibus hypothecariæ,ex omnibus perſonales. Vbi autẽ aliquid contrariũ in legatis & fideicommiſſis eueniet:hoc fideicõmiſſo quaſi humaniori aggregetur,& ſecundũ eius dirimatur naturã. Et nemo moriens putet legitimam uoluntatẽ reprobari,ſed noſtro ſemper utetur adiutorio:& quemadmodum uiuentibus prouidimus, ita & morientibus proſpiciatur.& ſi ſpecialiter legati tantũ faciat teſtator mentionem,hoc & legatum & fideicõmiſſum intelligatur: & ſi fidei hæredis uel legatarij aliquid committatur,hoc & legatum eſſe uideatur. nos enim non uerbis,ſed ipſis rebus leges imponimus. D.x.Kal.Mart. Conſtantinop.poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. VV.CC.

III. *Idem. A. Ioanni P.P.*

SI duobus,uel tribus hominibus,uel pluribus forte optio ſerui uel alterius rei fuerit relicta, uel ſi uni quidem legatario optio ſerui uel alterius rei relicta eſt,ipſe autem moriens plures ſibi reliquerit hæredes:dubitabatur inter ueteres,ſi inter legatarios uel heredes legatarij fuerit certatum,& alter alterũ ſeruum uel aliã rem eligere uelit,quid ſit ſtatuendũ. Sancimus itaq; in omnibus huiuſmodi caſibus rei iudicem fortunã eſſe,& ſortem eſſe inter altercantes adhibendam:ut quẽ ſors prætulerit,is quidẽ habeat poteſtatem eligendi,cæteris autẽ æſtimationẽ præſtet contingentium eis partiũ:id eſt ſeruis quidem & ancillis maioribus decẽ annis , ſi ſine arte ſint,uiginti ſolidis æſtimandis:minoribus uidelicet decem annis,non amplius,cẽ in decem ſolidos computandis.ſin aũt artifices ſint: uſq; ad triginta ſolidos æſtimatiõe eorũ procedente,ſi ue maſculi,ſiue fœminæ ſint:exceptis notarijs & medicis utriuſq; ſexus:cum notarios quinquaginta ſolidos æſtimari uelimus,medicos autem & obſtetrices ſexaginta. Eunuchis minoribus quidem decem annis,uſq; ad triginta ſolidos ualentibus:maioribus uero uſq; ad quinquaginta,ſin aũt artifices ſint:uſq; ad ſeptuaginta. Sed & ſi quis optionẽ ſerui uel alterius rei relinquerit nõ ipſi legatario, ſed quẽ Titius forte elegerit, Titius autẽ uel noluerit eligere,uel morte fuerit præuentus:& in hac ſpecie dubitabat apud ueteres,quid ſtatuendũ ſit:utrum ne legatũ exſpiret an aliquod ei inducatur adiutoriũ,ut uiri boni arbitratu procedat electio.Cenſemus itaq;,ſi intra annale tempus ille,qui eligere iuſſus eſt,hoc facere ſuperſederit,uel minime potuerit,uel quandocunq; deceſſerit:ipſi legatario uideri eſſe datam electionem:ita tamẽ,ut non optimũ ex ſeruis uel alijs rebus quidcũq; eligat,ſed mediæ æſtimationis:ne dum legatarij ſatis eſſe fouendũ exiſtimamus,hæredis cõmoda defrudent. Sed quia noſtra maieſtas per multos caſus legatarijs & fideicõmiſſarijs ,pſpexit,actionesq; tã perſonales,cũ in rem,& hypothecarias dedimus, & in rem miſſionis tenebroſiſſimus error abolitus eſt:& ad hanc legẽ peruenimus.Nemo itaq; ea, quæ per legatũ uel pure,uel ſub certo die relicta ſunt,uel quæ reſtitui alijs diſpoſita ſunt, uel ſub ſtitutione poſita,ſecundũ ueteres diſpoſitiões putet eſſe in poſterũ alienanda, uel pignoris , uel hypothecæ titulo adſignanda,uel mancipia manumittenda:ſed ſciat,quòd hoc,quod alienum eſt,nõ liceat ei,utpote ſui patrimonij exiſtens,alieno iuri adplicare:quia ſatis abſurdũ eſt & irrationabile,rem,quã in ſuis bonis pure nõ poſſidet,eam ad alios poſſe transferre,uel hypothecæ pignorisue nomine obligare,uel manumittere,& alienã ſpem decipere. Sin aũt ſub conditione uel ſub incerta die fuerit relictũ legatum uel fideicõmiſſum uniuerſitatis uel ſpeciale , uel ſubſtitutione , uel reſtitutione : melius quidem faciet , etſi in his caſibus caueat ab omni uenditione uel hypotheca,ne ſe grauioribus oneribus euictionis nomine ſupponat. Sin autẽ per auariciæ cupidinem propter ſpem conditionis minime implendæ ad uenditionem uel hypothecam proſiluerit:ſciat,quòd conditione impleta,ab initio cauſa in irritum deuocetur , & ſic intelligenda eſt,quaſi nec ſcripta,nec penitus fuerat celebrata:ut nec uſucapio,nec longi tẽporis præſcriptio contra legatariũ uel fideicõmiſſarium procedat. Quòd ſimiliter obtinere cenſemus in huiuſmodi legatis,ſiue pure,ſiue ſub die certo,ſiue ſub conditione,ſiue ſub incerta die relicta ſint. ſed in his omnibus caſibus legatario quidẽ,uel fideicõmiſſario omnis licentia pateat,rem uindicare,& ſibi adſignare,nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo. Emptor aũt ſciens rei grauamen,aduerſus uenditorem actionem habeat tantũ ad reſtitutionem precij, neq; duplæ ſtipulatione,neq; melioratione locũ habente:cum ſufficiat ei ſaltẽ pro precio,quod ſciens dedit pro aliena re,ſibi ſatis fieri : creditori nihilominus pignoraticia contraria actione aduerſus debitorem competente,ut ex omni parte omniq; ſtudio id , quod ſemper properamus,ad effectum perducatur,& ultima elogia defunctorum legitimum finem ſortiantur: bonæ fidei proculdubio emptoribus integra iura ,& nullo modo ex hac conſtitutione deminuta,contra uenditores habentibus. D.Kal.Septembr. Conſtantinop.poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis.VV.CC.

De fal

DE FALSA CAVSA ADIECTA LEGATO VEL fideicommisso. Tit XLIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Septimo.

VErba testamenti, quæ inseruisti, aut solutam pecuniam debitam testatori declarant, aut uoluntatem eius liberare uolentis debitorem manifeste ostendunt, & ideo aut peti, quod solutum est, nõ potest: aut ex causa fideicommissi, ut debitor liberetur, agendum est: nisi liquidò probari possit, eum non liberari debitorẽ uoluisse, sed errore lapsum solutam sibi pecuniam existimasse. PP. VII. Kal. Mart. Antonino A. IV. & Balbino COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Faustinæ.

ETiam si ueritas debiti non subest: falsa demonstratio non perimit legatum, sed ex testamento eius quoq; nomine competit actio. PP. VII. Id. Nonembr. Alexandro. A. COS.

III. Idem A. Verinæ.

SI non designata certa quantitate dotem tibi legauit maritus, sed quodcunq; ad eum dotis nomine peruenisset, peruenturumue esset, & id ex testamento petis: necessaria probatio est numeratæ pecuniæ. Quòd si quantitatem expresserit: debentur. & si in dotem datum non est: quasi aliud legatũ, nõ eo iure, quo dos, fungitur. PP. Non. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Alexandro.

SI dotem (ut proponis) defuncta in matrimonio uxore tua patri eius reddidisti, uel etiam ea non reddita testamenti uerbis (ut adseueras) munitus es, quibus recepisse dotem uniuersam quondam socer tuus significauit: ne hoc nomine cõueniaris, sollicite agere nõ debes: cum aut soluta dote, nulla supersit actio, aut nõ reddita, aduersus petentem iuxta defuncti uoluntatem parata sit exceptio. PP. XV. Kal. Iun. Sabino. II. & Venusto COSS.

V. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Seueræ.

REfert, largiter dotem reddi tibi maritus, an quæ instrumento dotali conscripta sunt, legati seu precarijs uerbis statuit: quippe cum superiore quidem casu datum probanti repetitantũ, posteriore uero (nihil nocente falsa demonstratione) quod significatum est, instrumento postulari possit. S. XIIII. Kal. Decembr. CC. COSS.

DE HIS, QVAE SVB MODO LEGATA SEV FIDEICOMmissa relinquuntur. Tit. XLV.

I. Imp. ANTONINVS A. Saturninæ.

IN legatis quidem & fideicommissis etiam modus adscriptus, pro conditione obseruatur. sed si per te nõ stat, quo minus uoluntati testatoris pareas, sed per eum, cui nubere iussa es: quo minus id, quod tibi relictum est, obtineas, non oberit. PP. V. Kal. Ianuar. Gentiano & Basso COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Ammonio P. P.

EX his uerbis TITIO DECEM MILIA VEL INSVLAM RELINQVO, ITA VT EQVINQVE MILIA EX IIS, VEL EANDEM INSVLAM MAEVIO RESTITVAT, licet antea neq; legati, neq; fideicommissi petitio nascebatur: tamen in libertate à diuo Seuero hoc admissum est. Sed & in pecuniarijs causis uoluntatis tuendæ gratia non immerito recipiendum, ut etiam ex huiusmodi uerbis: siue ad conditionem, siue ad modum respiciant, siue ad dandum, uel faciendum aliquid: fideicommissi actio omnifarie nascatur, uidelicet in cõditionibus post exitum earum. Sin uero legato aut fideicõmisso relicto, testator legatarium seu fideicommissarium prohibuerit, hæredem suum, uel alium quendam debitum exigere: habet debitor aduersus legatarium, seu fideicommissarium agentem, usq; ad quantitatem relicti fideicommissi uel legati exceptionem. PP. VI. Id. August. Sabino. II. & Venusto COSS.

DE CONDITIONIBVS INSERTIS TAM in legatis, cq; fideicommissis, & libertatibus. Tit. XLVI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Claudiæ. Cum te-

CVm testatorem fideicõmissum Trallianis ab eo, quem pro parte hæredẽ instituerat, ita reliquisse proponas, si sine liberis institutus diẽ obijsset: isq; nepotem, quẽ ex filia susceperat, hæredem instituerit: conditionem adscriptam fideicõmisso defecisse, manifestum est: nisi alia defuncti uoluntas euidenter probabitur. PP. Non. Decembr. Laterano & Rufino COSS.

II. *Idem. AA. Galliano.*

CVm patrem familias fideicõmissi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cauere præcepisse proponas, si à marito non diuertisset: iurisdictionis originem perinde seruari æquũ est, ac si nihil super ea re scriptũ fuisset. nec exemplum legati uel hæreditatis, in quibus conditio diuortij nõnunq; remitti solet, huic rei comparandum est: cum absurdum sit, ideo perpetui edicti formam negligi, quia patris sui uoluntati non obtemperatur. PP. Antiochiæ. XI. Kal. Aug. Antonino A. II. & Geta II. COSS.

III. *Imp.* ANTONINVS. A. *Aurelio militi.*

SIea cõditione Aulazanus legata testamẽto præstari uoluit, si cum focaria sua matreq; eius moraretur, & per eum stetit, quo minus uolũtati testatoris pareret: cum sponte scripturæ testamenti non obtẽperauit: ad petitionẽ nõ admittitur. PP. VI. Id. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Liciniæ.*

LEgatũ siue fideicõmissum à patruo tuo relictũ tibi sub conditione, si filio eius nupsisses: cũ filio mortuo prius, q; matrimonium cum eo cõtraheres, cõditio defecerit: nulla ratione deberi tibi existimas. PP. Kal. Decembr. Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Faustino.*

SIuxorẽ tuam tempore nuptiarum in patria potestate fuisse monstretur: fideicõmissi cõmodum ei relictum, cum nupserit, nullo alio diem eius prohibente, quæsitum patri non ambigitur. Quòd si à patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre, & matrito, & liberis: actionem fideicõmissi sibi cõpetentem ad suos hæredes transmisit. S. VI. Kal. Febr. Sirmij. Cæsaribus COSS.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P. P.

SIplures personæ unam conditionem implere fuerint iussæ: apud Vlpianum dubitabatur, utrum'ne omnes simul eandẽ facere debent, an singuli quasi soli implere eam cõpelluntur. Videtur autem nobis unumquenq; necessitatem habere hanc conditionem implere, & portionem sibi cõtingentem accipere, quidquid ex hoc cõmodi est: ut hi quidem, qui compleuerint iussa, ad lucra uocentur: qui autem neglexerint, sibi imputent, si ab huiusmodi cõmodo repellantur. D. III. Kal. Aug. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC.

VII. *Idem. A. Ioanni* P. P.

CVm quidam testamento condito libertatẽ seruo suo dereliquit sub cõditione, si suo hæredi certũ numerũ solidorũ præstet, uel aliam quandã speciem, uel uicarium seruum: ille autẽ seruus nõ in eodẽ loco cõstitutus, ubi etiã hæres fuerat, herili testamẽto cognito, properabat ad hæredẽ cum ipso, quod iussus erat dare hæredi: sed in medio latronũ uel hostiũ incursiõe per emptum est, quod portabat: quærebatur inter antiquos, si præpediretur libertas, quia hoc dare seruus nõ potest propter memoratum fortuitum casum. Itaq; ueterum dubietate quiescente, nobis placuit, ut & libertas omni modo cõpetat: & cõmodum, quod hæredi uel extraneo relinquitur, non abstrahatur. ex quacunq; igitur causa impediatur, siue per hæredem, siue per eũ, cui dare aliquid iussus est, siue per fortuitos casus: in libertatem quidem ipse omnimodo perueniat, nisi ipse seruus noluit adimplere conditionem: obnoxius tamen constituatur post libertatem hæredi, uel ei, cui dare aliquid iussus est (nisi & ipse oblatas pecunias non suscepit. quod enim semel repudiatum ab eo est, redintegari minime concedimus) quatẽnus hoc, quod dare iussus est, omnimodo implere compellatur: uel in ipso mancipio, si exstat: uel in æstimatione eius non amplius, quàm quindecim solidis computanda: uel in alia re, si & ipsa appareat: uel si non existat, eius uera æstimatione præstanda. Dat. prid. Kal. Maij. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

DE VSVRIS VEL FRVCTIBVS LEGATORVM SEV fideicommissorum. Tit. XLVII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Maximo.*

LEgatorum seu fideicõmissorum usuras ex eo tempore, quo lis contestata est, exigi posse, manifestũ est. sed & fructus rerũ, & mercedes seruorũ, qui ex testamẽto debẽtur, similiter p̃stari solẽt. Proposita prid. Kal. Aug. Aemyliano. & Frontone COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. libertis Cassiani

ADuersus eos, qui sub obtentu legis Falcidiæ legata morãtur, notissimũ est iuris auxiliũ. Si igitur proposita stipulatiõe, cauere cum satisdatione potestis, uos restituturos, quã to amplius, quàm per eam legẽ licet, acceperitis: iudex, qui de fideicõmissis ius dicit, solida uobis legata præstari iubebit. quòd si satisdationẽ implere non poteritis: arbitro dato, diem uobis præfiniet, intra quem altera parte cessante partibus suis fungẽ. etsi cõstiterit legi Falcidiæ locũ non esse: & usuras & fructus post litem cõtestatã pcipietis. PP. XVI. Kal. Iun. Duobus & Aspris COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Paterno.

SI homines certi per fideicõmissum tibi relicti fuerint: post moram periculo debitoris fideicõmissi fuerunt. PROPST. XII. Kal. April. Iuliano II. & Crispino COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Dionysio.

LEgatis & fideicõmissis fructus post litis contestationem, nõ ex die mortis sequuntur: siue in rem, siue in personam agatur. PP. Non. Septembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

DE SENATVSCONSVLTO TREBELLIANO. Tit. XLVIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Probo.

SI ex senatuscõsulto quartã partẽ hæreditatis retinuisti: quod creditoribus hæreditarijs pro nouem uncijs præstiteris, à fideicommissario petere potes. PP. XV. Kal. April. Laterano & Rufino COSS.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS Cæs. Iuliano.

AD eum, cui ex Trebelliano senatuscõsulto pars hæreditatis restituẽ, successionis onera, seu legatorũ præstationem pro competenti portione spectare, indubitati iuris est. PP. XVIII. Kal. Nouembr. Peregrino & Aemyliano COSS.

III. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Zotico.

SI per fideicõmissum hæreditas reipublicæ restituta est: ex Trebelliano senatuscõsulto, q̃d ab intestato q̃q̃ locũ habet, quartæ partis & fructus ei⁹ uobis restitutio cõpetit. Sine die & cõsule.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Quintianæ.

NOn iustã te gerere sollicitudinẽ per fideicõmissum relictæ portiõis hæreditatis pspicimus, uerentem, ne fructũ amittas relicti fideicõmissi, qñ auia testatoris ex parte scripta hæres & rogata restituere, calliditate ac fraude repudiauit, ut ad aliũ nepotẽ, eundẽq̃ cohæredẽ deuoluat portio, à quo tibi nominatim nõ fuerat fideicõmissum relictũ, & coacta suspectã hæreditatẽ adire, priusq̃ pro hærede gereret, rebus sit humanis exẽpta: cũ diuo Antonino parenti nostro, debere etiam à substitutis fideicõmissum, cõtemplatiõe iudicij testatoris, quasi tacite ab his repetitũ, iam dudũ placuerit. Neq̃ eñ quartæ retẽtionẽ (quam illa, quæ repudiauerat hæreditatẽ, adire coacta suspectam, retinere nõ potuit) timere debes. S. VI. Id. Iul. Philippop. AA. COSS.

V. Idem AA. & CC. Verissimo.

ET sine scriptura pẽr fideicõmissum hæreditas recte relinquitur. Igitur si te uxor tua & priuignũ suũ, in discrimine mortis constituta, designauit uelle successionẽ obtinere usq̃ ad dodrantem: eius uoluntatẽ ratam seruari conuenit: cum intestatò ei succedentes de restituendo fideicõmisso conuentos ultra quartam, ære alieno deducto, quãtum penes eos sententia senatusconsulti relinqui præcepit, tantum obtinere posse præstiterit. S. V. Kal. Maij. Sirmij. Cæs. COSS.

VI. Imp. ZENO. A. Dioscorio P.P.

Iubemus, quoties pater uel mater, filio seu filia, filijs uel filiabus, ex æquis uel inæquis partibus institutis, inuicẽ seu simpliciter quosdã ex his aut quendã rogauerit, q̃ prior sine liberis decesserit, portionẽ hæreditatis suæ supstiti seu superstitibus restituere: ut oñibus modis retẽta quarta pro authoritate Trebelliani senatuscõsulti, nõ per imputationẽ redituũ (licet hoc testator rogauerit uel iusserit) sed de ipsis rebus hæreditarijs dodrans restituatur. Idemq̃ in retẽta legis Falcidiæ portiõe obtinere iubemus, etsi pater uel mater filio seu filia institutis (sicut supra dictum est) hæredibus, rogauerit eos easũe nepotibus uel neptibus, pronepotibus uel proneptibus suis, siue deinceps restituere hæreditatem. In supradictis autem casibus fideicommissorum seruandorum satisdationem cessare iubemus: si non specialiter eandem satisdationem testator exigi disposuerit, & cum pater uel mater secundis existimant nuptijs non abstinen

tinendum. In his enim duobus casibus, id est cum testator specialiter satisdare uoluerit, uel cũ secundis se pater uel mater matrimonijs iunxerit: necesse est, ut eadem satisdatio pro legis ordine præbeatur. Sin autem is, qui fideicõmissaria restitutione grauatus est, uno filio superstite, uel nepote ex filio, seu ex filia nato, uel pronepote, uel postumo relicto, decesserit: non uidetur exstitisse conditio, & ideo deficit fideicommissi petitio. Illud etiam admonemus, ea, quæ de Falcidiæ portione nõ per reditus, sed per ipsas res hæreditarias retinenda, & de satisfactione fideicommissorum (sicuti supra dictum est) concedenda diximus: nõ ulterius, quàm in his personis & casibus, quorum superius mentio facta est, oportere produci. PP. Kal. Septembr. Cõstantinop. Probino & Eusebio COSS.

VII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P.P.

SAncimus, licentiam esse etiam soli tutori recte fieri fideicommissi nomine uniuersitatis restitutionem, quod pupillo relictum est, & sine onere fideiussionis: ubi tamen pupillus fari nõ possit, uel abesse noscit: ne dum nimia subtilitate utimur circa res pupillares, ipsa subtilitas ad perniciẽ eorum reuertatur. Idemq; iuris esse oportet, etsi furioso fideicõmissaria debeat hæreditas, ut restitutio curatori eius soli, nomine scilicet furiosi, celebretur. quis enim sensus, quæ uox certa furioso esse intelligitur, cũ in utroq; casu restituentes plenissimam cõsequantur ex nostra lege securitatem? Hoc eodẽ obseruando, etsi ipsi pupilli uel furiosi restitutiõe grauati sunt. Cum aũt aliquis hæreditatẽ restituere iussus est, & dolo malo uel post litem contestatam, uel antea sese cõtumaciter cælauerit, uel si suppositus fideicõmissariæ restitutioni ante, quàm restitueret hæreditatẽ, ab hac luce subtractus est, nullo hærede uel successore ei existente: uel fideicõmissarius, cui restituta est ex Trebelliano hæreditas, alij per fideicõmissum restituere iussus fuerit res hæreditarias: quẽadmodum actionũ translatio celebretur in istis tribus casibus, apud ueteres dubitabaẽ. & Domitius Vlpianus cõstituendum esse super his putauit. Sancimus itaq;, ut siue per cõtumaciam abfuerit is, cui restitutio imposita est, siue morte præuentus nullo relicto successore fuerit, siue à primo fideicõmissario in secundũ translatio celebrari iussa est: ipso iure utiles actiones transferanẽ. D. X. Kal. Nouẽbr. Cõstantinop. Lamp. & Oreste. VV. CC. COSS.

VIII. *Idem* A. *Ioanni* P.P.

QVidam testamento condito iussit hæredem omnem hæreditatẽ, quam ei dereliquit, alij restituere: speciale etiã fideicõmissum alteri adscripsit. & quærebaẽ, specialis fideicõmissa rius id, quod ei derelictũ est, à quo consequi debeat: utrum ne ab hærede, ut post restitutionem eius alias res uniuersitatis fideicõmissarius accipiat: an unà cũ alijs rebus oporteat & hoc genera li fideicõmissario aggregari, ut ipse fideicõmissario speciali hoc tradat, siue in rebus, siue in pecuniis fideicõmissum sit? Sancimus itaq;, totã quidẽ substantiã secundũ senatusconsulti Trebelliani authoritatẽ restitui generali fideicõmissario: illũ aũt speciali fideicõmissario, id, q̃d ei derelictũ est, depẽdere. D. XV. Kal. Nouẽbr. Cõstãtinop. post cons. Lamp. & Orestis. VV. CC. anno secũdo.

AD LEGEM FALCIDIAM. Tit. XLIX.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Prisco.*

SCire debes, omissa Falcidia, quo pleniorẽ fidem restituẽdæ portiõis exhiberes, nõ uideri plus debito solutũ esse. PP. III. Id. Maij. Laterano & Rufino COSS.

II. *Idem.* AA. *Sactiano.*

FAlcidiæ rationẽ aduersus omnes pro modo legatorũ & fideicõmissorũ locũ habere, certi & explorati iuris est. PP. Kal. Iul. Laterano & Rufino COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Hermagoræ.*

ETiam si tacitum fideicõmissum hæredem administrasse apparuerit: legata tamen seu fideicõmissa, quæ testamento relicta sunt, præstanda esse, ambigi nõ oportet: ad eum uidelicet modum, quem lex Falcidia patitur: cum quartam, quæ aufertur hæredi, qui contra legem fidem suam obtulit, legatarijs proficere non placuit. PP. Idib. Octobr. Alexandro. A. COS.

IIII. *Idem* A. *Phileliano.*

ETin legatis principi datis legem Falcidiam locum habere, merito diuo Hadriano placuit. PP. V. Kal. Ianuar. Alexandro. A. COS.

V. *Idem.* A. *Damasiæ.*

SI mortis causa immodicas donationes in sororem tuam matrem contulisse, pbare potes: lex Falcidiæ ratione secundum constitutionẽ diui Seueri aui mei uti merito potes. PP. XV. Kal. Nouembr. Maximo II. & Aeliano COSS.

VI. Idem A. Secundinæ.

IMponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienũ deducitur, etiã quod ipſi hæredi mortis tẽpore debitũ fuerit, cuius aditione hæreditatis cõfuſæ ſint actiones. Omnia aũt legata, cuius in operibus publicis conficiendis, ſtatuisq; ponendis data ſint, ad contributionẽ dodrantis proꝛata ſuæ cuiuſq; quãtitatis reuocantur: nec ſi quid ultra ſolidũ hæres præſtiterit, aut perfecerit, legitimæ computationi præiudicatur. S. V. Kal. Ianuar. Maximo. II. & Aeliano COSS.

VII. Idem A. Primo & Pomponio

IN teſtamento quidem militis ius legis Falcidiæ ceſſat. ſed ſi ea, quæ ad uos pertinent, defuncti tenuit: bonorum eius uideri minime poſſunt. & ideo recte rationẽ eorum, ut æris alieni, haberi deſiderabitis. PP. Kal. Maij. S. Alexandro. II. & Marcello COSS.

VIII. Idem A. Aurelio.

IRritum quidẽ propterea teſtamentũ fratris tui eſſe nõ poteſt, quòd ex cauſa fideicõmiſſi obligatus fuit, ut ſi ſine liberis prior decederet, paternam tibi hæreditatem redderet. ſed licet teſtatore hæredem ſcripſerit: imponenda tamen legatorum ratione, quibus te oneratum eſſe ſuggeris, fideicommiſſum debitum æris alieni loco deduci oportet: inſuperq; in reſiduo legis Falcidiæ beneficium uindicabis. PP. Idib. Septembr. Maximo. II. & Paterno COSS.

IX. Imp. GORDIANVS. A. Meſtriano.

ERror facti quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit. is autẽ, qui ſciens ſe poſſe retinere, uniuerſum reſtituit: condictionem non habet. quin etiam ſi ius ignorauerit, ceſſat repetitio. PP. XV. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

X. Idem. A. Diogenio.

QVanq; pater tuus fratrem tuum rogauerit, ut ſi ſine liberis diem ſuum fungeretur, portionem hæreditatis tibi reſtitueret: tamẽ inteſtato eodem diem ſuum defuncto, id, quod beneficio legis Falcidiæ habere potuit, ad ſucceſſorem inteſtati pertinere: ideoq; non immerito ſororem tuam, quæ ſimul tecum ab inteſtato ei ſucceſſit, emoluměti, quod retineri potuit, portionẽ ſibi uindicare, manifeſtũ eſt. PP. V. Id. Nouembr. Gordiano. A. II. & Põpeiano COSS.

XI. Idem. A. Maximæ.

SI (ut allegas) pater tuus eam portionẽ, ex qua te fecit hæredem, fratribus tuis reſtituere iuſſit, certisq; ſpeciebus pro Falcidia præcepit eſſe cõtentã: auxiliũ legis Falcidiæ, quod implores, apud ſuum iudicem nõ, phiberis flagitare. PP. VII. Kal. Nouembr. Ariano & Pappo COSS.

XII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Iuſtino.

IN donationibus inter uirum & uxorem factis legem Falcidiam habere locum, quando fideicommiſſi partibus funguntur, nonnullis iuris placitis compræhenſum eſt. PP. XVI. Kal. Iul. Ipſis. AA. IV. & III. COSS.

XIII. Iidem AA. & CC. Zetho.

SI ea, cuius filium tuum ſeruum ſignificas, ex iudicio defuncti, quem dicis fideicommiſſariam libertatem ei reliquiſſe, aliquid conſecuta eſt: ad reſtituendam fideicommiſſariam libertatem non immerito obnoxia conſtituta debet urgeri. nam fideicommiſſum ei relictum uſq; ad eũ modũ poteſt petere, quoad deducto precio ſeruorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum ſubſtantia patitur. S. V. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Fauſtinæ.

LIcet adieris patris hæreditatẽ, & confuſione pro parte, qua eidem ſucceſſiſti, exſtinguatur actio, quã tibi competere eo, quòd ex adminiſtratione tutelæ multa eum debuiſſet, contendis: pro reſiduis tamen partibus cohæredes cõuenire nõ prohiberis: & fundum à te relictum eatẽnus, quoad deducta quarta reſidui ſubſtãtia patitur, præſtare neceſſe habes. D. VI. Kal. Octob. Viminatij. AA. COSS.

XV. Idem AA. & CC. Pomponio.

SI prædiorũ dotis apud te iure remanentis inſtrumẽta uerbis precarijs, uel teſtamento, uel codicillis uxor tibi mandauit dari: eius iudiciũ ſucceſſores implere cõpellunt: cũ inſtrumentis prædiorũ domino relictis, Falcidiæ nulla poteſt interuenire quæſtio. Suppoſita. XVI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XVI. Iidem AA. & CC. Diomedi.

SVcceſſores legata uel fideicommiſſa (ſi æs alienum hæreditarium defuncti ſubſtantiæ fines occupauerit) legis Falcidiæ iuſſio peti, aut Trebelliani ſenatuſconſulti præceptum exigi nõ concedit. S. XVI. Kal. Februar. Sirmij. AA. COSS.

XVII. Iidem AA. & CC. Caio.

Cohære-

COhæredibus relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præstitutus patitur, posse peti, certissimi iuris est. Suppos. v. Kal. Nouembr. Anchiali. CC. COSS.

XVIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

SI quis quadringentorum forte solidorum habens substantiã, iusserit hæredẽ nõ aliter adire hæreditatẽ, nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persoluat, uel aliam quantitatẽ, quæ deminuere Falcidiæ rationẽ potest: sancimus, hæredẽ, si adierit, legis Falcidiæ beneficio sus tentarum, repleri quidem, quod ad Falcidiã deest: & prius eo dato uel retẽto (siue una datio est, quæ celebrari dispositа fuerit, siue in multas diuiditur personas) præfatæ legis immutilatũ habere beneficium. Si enim cum mortis causa donatio procedit, & hæc ultra modum legis Falcidiæ excedat, hæres post aditionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum Falcidiæ corpora liter quidem data est, lege autem in patrimonio testatoris permansit: quare non in præsenti ca su uiuẽtibus & morientibus prouidemus, & eorũ ultima elogia cõseruantes, & cõmodũ hæreditariũ nõ minuentes. Dat. Kal. Nouẽbr. Cõstantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

XIX. *Idem* A. *Ioanni* P.P.

CVm certum sit hæredem, qui plenam fidem testatori exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiæ prætendentẽ, repetitione uti, quia uidetur uoluntatẽ testatoris sequi: iubemus hoc simili modo firmum haberi, etsi cautione super integra legatorum solutione fecerit: quod ueteribus legibus in ambiguitatem deductũ est. in utroq; etenim casu, id est, siue soluerit, siue super hoc cautionẽ fecerit: æquitatis ratio similia suadere uidet. Dat. XV. Kal. Nouẽbr. Cõstãtinop. post cõsulatũ Lãpadij & Orestis. VV. CC. anno secũdo.

DE CADVCIS TOLLENDIS. Tit. L.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Senatui urbis Constantinopolitanæ.*

TNomen, & materiam caducorum, ex bellis ortam & auctam ciuilibus, quæ inter se populus Romanus mouebat, necessarium duximus patres conscripti in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe Romano recludere: ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret. & quemadmodum in multis capitulis lex Papia ab anterioribus principibus emendata fuit, uel per desuetudinem abolita: ita & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum suum amittat uigorem, qui & ipsis prudentissimis uiris displicuit, multas inuenientibus uias, per quas caducũ ne fieret. Sed & ipsis testamentorum conditoribus sic grauissima caducorum obseruatio uisa est, & ut substitutiones introducerent, ne fiant caduca: etsi facta sint, ad certas personas recurrere disponerent, uias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis: quod & nos fieri concedimus. Et cum lex Papia ius antiquum, quod ante eam in omnibus simpliciter uersabatur, suis machinationibus & angustijs circumcludens, solis parentibus & liberis testatoris usq; ad tertium gradum, si scripti fuerant hæredes, suum imponere iugum erubuit, ius antiquum intactum eis conseruans: nos omnibus nostris subiectis sine differentia personarũ hoc cõcedimus. Cum igit̃ materiã & exordium cadacorum lex Papia ab aditionibus, quæ circa defunctorum hæreditates procedebãt, sumpsit, & ideo non à morte testatoris, sed ab apertura tabularum dies cedere legatorum senatusconsulta, quæ circa legem Papiam introducta sunt, censuerunt, ut quod in medio deficiat, hoc caducum fiat: primum hoc corrigentes, & antiquum statum renouantes, sancimus, omnes habere licentiam à morte testatoris adire hæreditatem: similiq; modo legatorum uel fideicommissorum pure uel in diem certam relictorum diem à morte testatoris cedere. Et cum triplici modo ea, quæ in ultimis elogijs relinquuntur, contingebat deficere: consentaneum est, & tẽpora eorũ, & nomina manifeste exponere: ut quod uel tollit̃, uel reformat̃, nõ sit incognitũ. Ea enim uel his relinquebant̃, qui in rerũ natura tunc temporis, cũ condebant̃ extrema elogia, nõ fuerant, forte hoc testatoribus ignorantibus: & ea PRO NON SCRIPTO leges existimabãt. uel uiuo testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur: uel ipsum relictum exspirabat, forte quadã cõditione, sub qua relictũ erat, deficiente: q̃d ueteres appellabãt IN CAVSA CADVCI. uel iam mortuo testatore hoc, quod relictũ erat, deficiebat: quod aperta uoce CADVCVM nuncupabatur. In primo itaq; ordine, ubi PRO NON SCRIPTO efficiebantur ea, quæ personis iam ante testamentum mortuis testator donasset: statutũ fuerat, ut ea oñia bona manerẽt apud eos, à qbus fuerãt derelicta: nisi uacuatis uel substitutus suppositus, uel cõiunctus fuerat aggregatus. tũc eñ nõ deficiebãt, sed ad illos perue niebãt, nullo grauamine (nisi perraro) in hoc PRO NON SCRIPTO superueniente. quod &

noſtra maieſtas quaſi antiquæ beneuolentiæ conſentaneum & naturali ratione ſubnixum, inta
ctum atq; illibatum præcepit cuſtodiri in omne æuum ualiturum. Pro ſecundo uero ordine,
in quo ea uertuntur, quæ IN CAVSA CADVCI contingebant fieri: uetus ius corrigentes, ſan
cimus ea, quæ ita euenerint, ſimili quidem modo manere apud eos, à quibus ſunt derelicta, hæ
redes forte, uel legatarios, uel alios, qui fideicommiſſo grauari poſſunt: niſi & in hũc caſum uel
ſubſtitutus uel coniunctus eos antecedat. ſed omnes perſonas, quibus lucrum per hunc ordinẽ
defertur, eas etiam grauamen, quod ab initio fuerat cõplexum, omnimodo ſentire: ſiue in dan
do ſit conſtitutum, ſiue in quibuſdam faciendis, uel in modo, uel conditionis implendæ gratia,
uel alia qua cunq; uia excogitatum. neq; enim ferendus eſt is, qui lucrum quidem amplectitur,
onus autem ei adnexum contemnit. In nouiſſimo autem articulo, ubi proprie CADVCA fi
ebant, ſecundum quod prædiximus: & clauſis tabulis, tam exiſtere hæredes, q̃ poſſe adire, ſiue
ex parte ſint, ſiue ex aſſe inſtituti, cenſemus: & dies legatorum & fideicommiſſorum, ſecundum
quod prædiximus, à morte defuncti cedere. hæreditatem etenim, niſi fuerit adita, trãſmitti nec
ueteres concedebant, nec nos patimur. Exceptis uidelicet liberorum perſonis, de quibus Theo
doſiana lex ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquit̃: iſs nihilominus, quæ ſuper his perſo
nis, quæ deliberantes ab hac luce migrãt, à nobis cõſtituta ſunt, in ſuo robore manſuris. Liber
atibus proculdubio & poſt præſentem ſanctionem propter ſui naturam, quæ aditionem hære
dis exſpectat, ab adita hæreditate unà cum aliis, quæ ſeruis in teſtamento manumiſſis uel aliis le
gatis relicta ſunt, competentibus. Excepto etiam uſufructu, quem ſua natura ad hæredes lega
tarij tranſmitti nõ patitur: quia neq; à morte teſtatoris, neq; ab adita hæreditate, quantũ ad tranſ
miſſionem, dies eius cedit. Sed hæc omnia in his cõſeruari ſancimus ſecundum præfatã diſpo
ſitionem, quæ pure, uel in diem certam relicta fuerint. Sin autem aliquid ſub conditione re
linquatur, uel caſuali, uel poteſtatiua, uel miſta, quarum euentus ex fortuna uel ex oneratæ per
ſonæ uoluntate, uel utroq; pendeat, uel ſub die incerta: exſpectari oportet conditionis euentũ,
ſub qua fuerit derelictum, uel diem: ut tunc cedat, cum uel conditio impleatur, uel dies incer
tus exſtiterit. Quòd ſi in medio is, qui ex teſtamento lucrum ſortitus eſt, decedat, uel eo ſuper
ſtite cõditio defecerit: hoc, q̃d ideo nõ præualuit, manere diſponimus ſimili modo apud eos, à
quibus relictum eſt: niſi & hic uel ſubſtitutus relictum accipiat, uel coniunctus, ſiue hæres, ſiue le
gatarius hoc ſibi adquirat: cũ certi iuris ſit, & in inſtitutionibus, & legatis, & fideicommiſſis, &
mortis cauſa donationibus poſſe ſubſtitui. Sed ut manifeſtetur, pro qua parte manere opor
tet hoc, quod fuerit defectum, apud eos, à quibus ſit derelictum: ſancimus, ſiquidem ad hæredes
lucrum perueniat: pro parte hæreditaria fieri eius diſtributionem: cum & ab ipſis ſimili modo,
ſi ualuiſſet, præſtaret̃: niſi nominatim ab uno, uel certis hæredibus fuerit derelictũ. tunc enim,
quemadmodum ſolus, uel ſoli præſtabunt, ita & lucrum ſentient. Sin autem legatarij, uel fi
deicommiſſarij ſint, uel mortis cauſa donatione honorati, uel alia forte perſona, quæ fideicom
miſſo prægrauari poteſt, & hoc euaneſcat: manere hoc apud enumeratas perſonas ſancimus,
pro uirili omnimodo portione, id eſt pro numero perſonarum. Ne autem hoc, quod nõ in
eleganter ſummi ingenij uir Vlpianus in hac parte cum ſubtilitate diſpoſuit, prætereatur: ſan
ctione noſtra hoc apertius inducimus. cum enim iam ſtatuimus, hoc cum ſuis oneribus ad eũ,
qui lucratur, peruenire: ſancimus, ſiquidẽ conditio, uel aliud grauamen in dando ſit conſtitutũ:
hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoſcere. Sin autem in faciendo aliquid impoſitũ
eſt: ſiquidẽ hoc per alium impleri poſſit: ſimili modo & à lucrante agnoſci. puta ſi onerata per
ſona iubeatur inſulam, uel monumentum, uel aliud tale ſuis ſumptibus facere, uel hæredi, uel
legatario, uel alij forte, cui teſtator uoluerit, uel rem ab hærede teſtatoris emere, uel locationẽ
uel fideiuſſionem ſubire, & ſi quid huiuſmodi facti ſimile ſit. nihil etenim refert, ſiue per eum,
de quo teſtator locutus eſt, ſiue per alium eius lucri ſucceſſorem adimpleatur. Sin uero talis
eſt uerborum conceptio & facti natura, ut quod relictum eſt, adimpleri ab alio non poſſit: tunc
etſi lucrum ad aliquem peruenerit, non tamẽ & grauamen ſequi: quia hoc nec ipſa natura con
cedit, neq; teſtator uoluit. quid enim ſi iuſſerit eum in certum locum adire, uel liberalibus ſtu
diis imbui, uel domum ſuis manibus cõſtruere, uel pingere, uel uxorem ducere, quæ omnia uo
luntas teſtatoris in ipſius ſolius perſona intelligitur concluſiſſe, cui & ſuam munificentiam re
linquebat. In omnibus uidelicet hoc obtinente, ut & pro ſimili parte & lucrum ſentiant, & gra
uamen, ubi hoc poſſit procedere, ſubeant. Et hoc locum quidem habente omnimodo in his,
quæ IN CAVSA CADVCI, uel CADVCA (ſecundum quod ſupra dictũ eſt) fiebant. In PRO
NON SCRIPTO aũt, non omnibus, ſed quibuſdam: quia eorum quædam etſi talia ſint, ta
men cum ſuo onere ueniebant. quæ & nos in noui iuris compoſitione ſpecialiter enumerari
iuſſi-

luſſimus,ne quis ueteris iuris prolixitatem, quaſi rebus neceſſariam, uel pro eorum reuoluat ſcientia.

His ita definitis,cum in ſuperiore parte noſtræ ſanctiõis plurimis locis CONIVNCTI fecimus mentionem:neceſſarium eſſe duximus, omnem inſpectionem huiusmodi articuli latius,& cum ſubtiliore tractatu dirimere:ut ſit omnibus & hoc apertiſſime conſtitutum.non enim tantum coniunctiuo modo quædam relinquuntur,ſed etiam diſiuncti uo. In his itaq; ſiquidem cohæredes ſunt omnes coniunctim,uel omnes diſiunctim,& uel inſtituti,uel ſubſtituti:hoc, quod fuerit quoquo modo uacuatum, ſi in parte hæreditatis,uel partibus conſiſtat:aliis cohæredibus cum ſuo grauamine pro hæreditaria parte,etiam ſi iam defuncti ſint,adquiratur.& hoc nolentibus ipſo iure adcreſcat,ſi ſuas portiones iam agnouerunt: cum ſit abſurdum,eiuſdem hæreditatis partẽ quidẽ agnoſcere, partem uero reſpuere,ſecundũ quod & in diuinis noſtri numinis deciſionibus ſtatutum eſt. Sin uero quidam ex hæredibus inſtitutis uel ſubſtitutis permiſti ſunt, & alij coniunctim, alij diſiunctim nuncupati: tunc ſiquidem ex coniunctis aliquid deficiat:hoc omnimodo ad ſuos coniunctos cum ſuo ueniat onere, id eſt pro parte hæreditatis ,quæ ad eos peruenit. Sin autem ex his, qui diſiunctim ſcripti ſunt, aliquid euaneſcat:hoc non ad ſolos diſiunctos,ſed ad omnes tam coniunctos, q̃ etiam diſiunctos ſimiliter cũ ſuo onere pro portione hæreditatis perueniat.Hæc ita tam uarie:quia cõiuncti quidem propter unitatem ſermonis,quaſi in unum corpus reducti ſunt, & partem coniunctorum ſibi hæredum quaſi ſuam præoccupant.diſiuncti uero ab ipſo teſtatoris ſermone apertiſſime ſunt diſcreti,& ſuum quidem habent, alienum autem non ſoli appetunt, ſed cum omnibus ſuis cohæredibus accipiunt.& hæc in hæreditatibus tantũmodo ſtatuẽda ſunt. Vbi autẽ legatarij uel fideicommiſſarij duo forte uel plures ſunt,quibus aliquid relictum ſit: ſiquidẽ hoc coniũctim relinquatur,& omnes ueniant ad legatum:pro ſua quiſq; portione hoc habeat. Sin uero pars quædam ex his deficiat:ſancimus eam omnibus,ſi habere maluerint, pro uirili portione cum omni ſuo onere adcreſcere:uel ſi omnes noluerint, tunc apud eos remanere,à quibus derelictum eſt.cum uero quidam uoluerint,quidam noluerint:uolentibus ſolummodo totum accedere. Sin autem diſiunctim fuerit relictum:ſiquidem omnes accipere & potuerint, & maluerint:ſuam quiſq; partem pro uirili portione accipiat.& non ſibi blandiantur, ut unus quidem rem,alij autem ſinguli ſolidam eius rei æſtimationem accipere deſiderent: cum huiſmodi legatariorum auariciam antiquitas uaria mente ſuſceperit, in uno tantummodo genere legati eam accipiens, in aliis reſpuendam eſſe exiſtimans. Nos autem omni modo repellimus,unam omnibus naturam legatis & fideicommiſſis imponentes,& antiquam diſſonantiam in unam trahentes concordiam. Hæc autem ita fieri ſancimus,niſi teſtator apertiſſime & expreſſim diſpoſuerit,ut uni quidem res ſolida,aliis autem æſtimatio rei ſingulis in ſolidum præſtetur. Sin uero non omnes legatarij,quibus ſeparatim res relicta ſit, in eius adquiſitionem concurrant,ſed unus forte eam accipiat: hæc ſolida eius ſit: quia ſermo teſtatoris omnibus prima facie ſolidum adſignare uidetur,aliis ſuperuenientibus partes à priore abſtrahentibus, ut ex aliorũ quidem concurſu prioris legatum minuatur. Sin uero nemo alius ueniat,uel uenire potuerit:tunc non uacuatur pars,quæ defecit,nec alij adcreſcit,ut eius, qui primus accepit,legatum augere uideatur:ſed apud ipſum,qui habet,ſolida remaneat,nullius concurſu deminuta.Et ideo ſi onus fuerit in perſona eius, apud quem remanet legatum, adſcriptum:hoc omni modo impleat,ut uolũtati teſtatoris pareatur. Sin autem à deficientis perſona hoc onus fuerit collatum:hoc non ſentiat is,qui non alienum,ſed ſuum legatum indemnitum habet.Sed & uarietatis non in occulto ſit ratio, cum ideo uideatur teſtator diſiunctim hæc reliquiſſe, ut unuſquiſq; ſuum onus,non alienum agnoſcat. Nam ſi contrarium uolebat:nulla erat difficultas coniunctim ea diſponere. Quæ autem antiquis legibus dicta ſunt de his,quæ ut indignis auferuntur: & nos ſimili modo intacta ſeruamus, ſiue in noſtrum fiſcum,ſiue in alias perſonas perueniant. Cum autem in ſuperiore parte legis non aditam hæreditatem minime,niſi quibuſdam perſonis,ad hæredes defuncti tranſmitti diſpoſuimus: neceſſe eſt,ſi quis ſolidam hæreditatem non adierit:hanc,ſiquidem habeat ſubſtitutum, ad eum (ſi uoluerit & potuerit) peruenire. Quòd ſi hoc nõ ſit: uel ab inteſtato ſucceſſores eã accipiãt: uel ſi nulli ſunt,uel accipere nolunt,uel aliquo modo non capiunt:tunc ad noſtrum ærarium deuoluatur. Hæc autem omnia locum habere cenſemus,tam in teſtamentis, ſiue ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis habitis,quãm in codicillis,& in omni ultimo elogio, uel ſi quid ab inteſtato fuerit derelictum,necnon in mortis cauſa donationibus. tantum etenim nobis ſupereſt clementiæ,quòd ſcientes etiã fiſcum noſtrum ultimũ ad caducorũ uindicationẽ uocari: tamẽ nec

illi

illi prospeximus, nec Augustum priuilegium exercemus: sed quod communiter omnibus pro
dest, hoc priuatæ nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiecto
rum commodum imperialiter existimantes. Locum autem huic legi constituimus in his de-
functorum elogijs, quæ posthac composita fuerint. anteriores etenim casus suo marte discurre
re cõcedimus. Hæc omnia ad uos patres cõscripti duximus esse sancienda: scilicet ut nemini
maneat incognitus nostræ beneuolẽtiæ labor: sed edictis ex solẽnitate à nostris magistratibus
propositis, omnibus innotescat. D. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. IIII. & Pauli-
no. V. C. COSS.

DE HIS, QVI ANTE APERTAS TABVLAS HAEREDI-
tates transmittunt. Tit. LI.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Hormisdæ P. P.

PEr hanc sanctionem iubemus, in posterum filios seu filias, nepotes aut neptes, pro-
nepotes aut proneptes à patre uel matre, auo uel auia, proauo uel proauia scriptos
hæredes, licet non sint inuicem substituti, seu cũ extraneis, seu soli sint instituti: &
ante apertas tabulas defuncti, siue se nouerint scriptos hæredes, siue ignorauerint:
in liberos suos cuiuscunq; sexus sint, uel gradus, derelictam sibi hæreditariam por-
tionem posse transmittere, memoratasq; personas (si tamen hæreditatem non recusant) nulla
huiusmodi præscriptione obstante, sibi tanq; debitam uindicare. Quod scilicet etiam super le-
gatis seu fideicommissis à patre uel à matre, auo uel auia, proauo uel proauia derelictis locum
habet: siquidem perindignum est, fortuitas ob causas, uel casus humanos, nepotes aut neptes,
pronepotes aut proneptes, auita uel proauita successione fraudari, aliosq; aduersus auitum uel
proauitum desiderium uel institutum insperato legati commodo uel hæreditatis gaudere. ha
beant uero solatium tristiciæ suæ, quibus est merito consulendum. D. III. Non. April. post con
sulatum Protogenis & Asterij.

VANDO DIES LEGATI VEL FIDEICOM-
missi cedit. LII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Agrippæ.

SI competenti iudici annua legata uel fideicommissa tibi relicta probaueris: ab ini-
tio cuiusq; anni exigendi ea habebis facultatem. Suppos. III. Kal. Iun. Saturni-
no & Gallo COSS.

II. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictum nominatim animaduertimus, & cautum, ut ad eũ,
qui superfuisset, pertineret. Quicunq; igitur is fuerit: ad hæredem suum dominium transmit-
tit, nec tali fideicommisso adstringitur. PP. XV. Kal. Aug. Chilone & Libone COSS.

III. Iidem AA. Aeliæ.

SI Pontionilla ad eam ætatem peruenit, cui legatum uel fideicommissum derelictum erat: pe
titionem ad hæredes transmisit, licet ante decesserit, cõq; consequeretur legatum uel fideicõ-
missum. PP. V. Kal. Aug. Chilone & Libone COSS.

IIII. Iidem AA. Amniæ.

CVm uxori ususfructus prædij legatur, & eius proprietas, cum liberos habuerit: nato filio,
statim proprietatis legati dies cedit, nec quidq; obest, si is decedat. PP. Kal. Aug. Antoni-
no. A. III. & Geta item. III. COSS.

V. Imp. ALEXANDER. A. Maximo.

EX his uerbis DO LEGO AELIAE SEVERINAE FILIAE ET SECVNDAE DE-
CEM, QVAE LEGATI NOMINE ACCIPERE DEBEBIT, CVM AD LEGITI-
MVM STATVM PERVENERIT: non conditio fideicommisso uel legato inserta, sed peri
tio in tempus legitimæ ætatis dilata uidetur. & ideo si Aelia Seuerina filia testatoris, cui lega-
tum relictum est, die legati cedente, uita functa est: ad hæredem suum actionem transmisit, sci-
licet ut eo tempore solutio fiat, quo Seuerina, si rebus humanis subtracta non fuisset, uicesimũ
quintum annum ætatis impleisset. non cœptum enim annum, sed impletum (si de emolumen-
to relicti fideicommissi tractatur) exspectandum esse, prudẽtibus placuit. PP. XIII. Kal. Ianuar.
Alexandro. A. II. & Marcello COSS.

Impp.

VI. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Eusebio.*

Si fideicommissum ab intestato fuerit sorori tuæ derelictum codicillis, & postea, quàm dies fideicommissi cessit, rebus humanis (licet ignorans fideicõmissum) decesserit: actionem huiusmodi adquiri potuisse, dissimulare non poteris: salua scilicet ab intestato succedenti quarta portione. Suppos. Kal. Majs. Trallis. AA. COSS.

VT IN POSSESSIONEM LEGATORVM VEL fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat. Tit. LIII.

I. *Diuus* ANTONINVS PIVS. *Saluio.*

Quoniam nihil actor amplius postulat, quàm ut fideicommissi nomine satisdetur: non debet is, qui iuri dicundo præest, subtiliter cognoscere, debeatur, nec ne fidei commissum: sed tantum decernere, ut satisdetur. Sine die & consule.

II. *Diuus* MARCVS. *Stratonicæ.*

Ipsis rerum experimentis cognouimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationes, quæ uoluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis & fideicõmissis inductæ sunt, eorundem uoluntate remitti possint. quocunq; enim iudicio uoluntatis cautio legati seu fidei commissi remitti potest. Sine die & consule.

III. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Symphoro.*

Si post cẽ seruandi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio aut uenditio ab hærede interuenit: præcedere causam tuam, quam iure prætorio uelut pignus habuisti, manifestum est. PP. XI. Kal. Decembr. Dextro & Prisco COSS.

IIII. *Imp.* ANTONINVS. A. *Protagoræ.*

Cum Arthemidoram patri pupillorum tuorum hæredem exstitisse proponas: cuius ut fideicõmissam hæreditatem his, cum moreretur, restitueret, petita sit: nullam tamẽ aduersus debitores hæreditarios habent pupilli tui actionem. planè ut satis fideicommissorum nomine Arthemidora det (si modo testator id fieri non prohibuerit) apud suum iudicem conueniPP. III. Kal. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

V. *Imp.* ALEXANDER. A. *Paulinæ.*

Qui legati siue fideicommissi causa in possessionem mittuntur, non proprietatem nanciscuntur, sed ius pignoris. ut autem & post acceptum pignus satisfiat defuncti uoluntati: competens iudex, te adeunte, prouidebit. PP. III. Id. August. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VI. *Idem* A. *Donato.*

Certa est forma iurisdictionis, qua fideicommissi seruandi causa in possessionem rerum, quæ in causa hæreditaria sunt, aut dolo malo esse desierint, is, cui legati uel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, uel in proprias res hæredis: si fideicommisso satis non fecit post sex menses, quàm peti cœperit, secundum diui Antonini patris mei constitutionem. PP. VI. Id. Ianuar. Fusco. II. & Dextro COSS.

VII. *Idem* A. *Proculiano.*

Scire debetis, fideicommissi & legati satisdationem remitti posse, diuum Marcum & diuum Commodum constituisse. ut autem boni uiri arbitratu, cui ususfructus relictus est, utatur fruatur: minime satisdationem remitti in testamento posse. PP. X. Kal. Mart. Fusco. II. & Dextro COSS.

VIII. *Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Zenodoro.*

Contra eos, siue successores eorum, qui rempublicam administrantes per officij necessitatem ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt: quanti reipublicæ interest, satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem. Sp. VII. Kal. Mart. CC. COSS.

DE LEGITIMIS LIBERIS, ET EX FIlia nepotibus ab intestato uenientibus. Tit. LIIII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Crispinæ.*

SI fratri tuo legitima hæres esse potes: centum dierum præfinitione non exclude ris ad adquirendam hæreditatem. PP. III. Non. Nouembr. Antonino. A. II. & Geta. II. COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Auiæ.

NEpotes ex diuersis filijs uarij numeri auo succedentes, ab intestato non uirilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt. S. III. Kal. Mart. Hadrianopoli. Ipsis. AA. IV. & III. COSS.

III. Iidem AA. & CC. Frontoni.

VT intestatò defuncti filius ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis nô inuenitur, manentes in sacris, pariter succedant: euidenter lege duodecim tabularum cauetur. quod & honorarij iuris obseruatio sequitur. S. XV. Kal. Iul. AA. COSS.

IIII. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

INtestatò defuncto postumum suum hæredem, quàm sororem, licet consanguineam, haberi potiorem, ordo successionum lege duodecim tabularum factus, nimis euidenter demôstrat. S. VI. Id. Decemb. AA. COSS.

V. Iidem AA. & CC. Apiano.

SI te parens, in cuius fuisti potestate, solenniter in adoptionem dedit: cum filijs naturalibus adoptiui patris ante uel post quæsitis defuncto intestato succedere potes. D. VI. Kal. Mart. Cæsaribus COSS.

VI. Iidem AA. & CC. Posidonio.

EX libera conceptus & seruo, uelut spurius habetur: nec ut decurionis filius (cuius pater eius naturalis manumissus, & natalibus suis restitutus, hunc fuit adeptus honorem) defendi potest. Supposita. VI. Id. Febr. CC. COSS.

VII. Iidem. AA. & CC. Aemylianæ.

FIlium habere suum libertus in potestate non prohibetur: cum ob præteritum statum ex legitimis nuptijs, ingenuorum exemplo, filios habere liberto non sit interdictum. S. XVI. Kal. Mart. CC. COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hostes patre defuncto filia communis uobis, quo casu scientia mortis non postulatur, exstitit hæres sua, & ad te transmisit successionem. S. XII. Kal. Decembr. Nicomediæ. Cæsaribus COSS.

IX. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Constantino P. P

SI defunctus cuiuscunq; sexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem functa cuiuscunq; sexus aut numeri nepotes: eius partis, quam defuncta superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia: tertia pars fratribus sororibusue eius, quæ defuncta est, id est filijs filiabusq; eius, de cuius bonis agitur, auunculis scilicet, siue materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, adcrescat. Hæc eadem, quæ de aui matemi bonis constituimus, & de auiæ maternæ, siue etiam paternæ, simili æquitate sancimus: nisi forte auia elogia inurenda impijs nepotibus iusta semotis ratione dixerit, & hoc fuerit legibus adprobatum. Non solum autem si intestatus auus auiaue decesserit, hæc de nepotibus, quæ sanximus, iura seruamus: sed & si auus uel auia, quibus huiusmodi nepotes erunt, testati obierint, & præterierint nepotes, aut exhæredauerint: eadem & de iniusto auorum testamento. Etsi quæ filiæ poterant, uel de re, uel de lite competere actiones: nepotibus deferimus secundum iustum nostræ legis modum, quæ de parentum inofficiosis testamentis cõpetunt filijs. D. V. Kal. Mart. Mediolani. Timasio & Promoto COSS.

X. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Maximo P. P.

VBi auiarum successio morte interueniente discutitur, capitis deminutio paterna quæren da non est. tũc enim in huiusmodi hæreditatibus filiorum status aut persona spectatur, quoties de eius bonis, qui potestatem familiæ potuit habere, tractatur. D. XV. Kal. Octobr. Rauennæ. Theodosio. XIII. & Valentiniano. III. AA. COSS.

XI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum urbis Romæ.

SI matre superstite filius uel filia, qui quæue moritur, filios dereliquerit: omni modo patri suo matriue suæ ipso iure succedant. quod sine dubio & de pronepotibus obseruandum esse censuimus. D. Idib. Nouembribus. Theodosio. XV. & Valentiniano. III. AA. COSS.

XII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P. P.

Quoties

QVoties aliquis uel aliqua intestatus uel intestata mortuus uel mortua fuerit, nepotibus uel pronepotibus cuiuscunq; sexus uel deinceps alijs descendentibus derelictis, quibus VNDE LIBERI bonorum possessio minime competit, & insuper ex latere quibuscunq; adgnatis: minime possint ijdem adgnati quartam partem hæreditatis personæ mortuæ sibi uindicare, sed soli descendentes ad mortui successionem uocentur. quod tantum in futuris, non etiam præteritis negocijs seruari decernimus. D. Kal. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. COS.

AD SENATVSCONSVLTVM TERTVLLIanum. Tit. LV.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Viuianæ.*

Licet liberi matribus ab intestato ita demum per se hæredes existãt, si fari possint: tamen matres liberis, etiam si infantes naturæ concesserint, posse succedere, nulla dubitatio est. PP. X. Kal. April. Tyberiano & Dione COSS.

II. *Iidem.* AA. *&* CC. *Resæ.*

IN successione filij uel filiæ communis sine liberis, & fratribus, & sororibus matrem manumissor, quia ei sit uetus ius seruatum, matri præfertur. S. VI. Id. Decembr. CC. COSS.

III. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *Catulino proconsuli Africæ.*

MAtres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores nõ petierunt, præscriptione non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere præscribi, certum est. D. VI. Kal. Aug. Constantio. A. VII. & Constante COSS.

IIII. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. *&* THEOD. AAA. *Eutropio* P.P.

SI qua mulier nequaq; religionem priori uiro, ex quo filium uel filiam non habet, nuptiarũ festinatione præstiterit: ex iure quidem notissimo infamis sit: nisi huiusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat. Sin autem ei filij erunt seu filiæ, & impetrauerit indulgentiam: infamiæ abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem: si facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio uel filiæ, filijsúe seu filiabus donauerit, quos habebat ex uiro priore susceptos: pure scilicet, & omni donationis solennitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem, si duobus filijs uel filiabus pluribusúe donauerit, & forte fatali unus uel una, seu alius uel alia ex ijsdem intestatus uel intestati obierit: semper ad superstites fratres uel sorores uolumus pertinere. Sin autem uniuersi uel uniuersæ intestati diem obierint: duræ fortunæ ad matrem solatia ex integro reuertantur: ita scilicet, ut hunc semissem, quem filijs seu filiabus donauerat, intestatò diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filij uel filiæ hæreditate præsumat. PP. XV. Kal. Ianuar. Gratiano. V. & Theodosio. AA. COSS.

V. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *Senatui.*

MAter, quæ defuncto filio filiaúe sine liberis, ex testamento uel ab intestato succedit: si matrimoniũ secundum post mortem filij uel filiæ nõ contraxerit: omnia filij seu filiæ morte delata uel derelicta pleno iure adquirat. Sin uero alterius mariti coniugium elegerit: extrinsecus quidem, quæsita filio filiæúe, simili firmitate possideat. rerum uero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiatur: proprietatẽ & sororibus & fratribus trãsmissura defuncti. Dat. V. Id. Nouẽbr. Rauennæ. Theodosio. XII. & Valentiniano. II. AA. COSS.

VI. *Iidem.* AA. *Florentio* P.P.

OMnem matri, siue ab intestato, siue iure substitutiõis, si filius impubes moritur, denegandam uolumus successionem: si ea legitima liberorum tutela susceptа, ad secundas contracta sacramẽtum præstitum adspirauerit nuptias, anteq; ei tutorem alium fecerit ordinari, eiq;, quod debet ex ratiõe tutelæ gestæ, persoluerit. D. VII. Id. Iul. Theodosio. A. XVI. & Festo COSS.

VII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

SI quis uel si qua, matre superstite & fratre, uel legitimo, uel sola cognationis iura habente, intestatus uel intestata decesserit: non excludi à filij successione matrem, sed unà cum fratre mortui uel mortuæ, si superstes uel filius uel priuignus ipsius sit, ad eam peruenire ad similitudinem sororum mortui uel mortuæ: ita tamen, ut siquidem solæ sorores adgnatæ uel cognatæ, & mater defuncti uel defunctæ subessent: sub ueterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram uero dimidiam partem omnes sorores habeant. Sin uero matre superstite & fratre,

uel fratribus solis,uel etiam cum sororibus intestatus quis uel intestata moriatur:in capita distribuatur eius hæreditas,nec liceat matri occasione sororum mortui uel mortuæ ampliorem partem sibi uindicare,quàm rata portio capitum exigit:patruo scilicet mortui uel mortuæ, & eius filio,uel nepote,nullũ ius ad eius hæreditatẽ(matre eius hærede existente)habentibus:nec ex ueteribus legibus,uel ex constitutionibus partem matris minui. Sin autem defuncta persona non solum matrem & fratres & sorores superstites habeat,sed etiam patrem:siquidem sui iuris decessit:quia patris persona interueniens matris iura superare uidetur: omnibus pio animo prouidentes, sancimus,fratres quidem & sorores mortuæ personæ ad successionem proprietatis solos pro uirili parte uocari:patri autem & matri ususfructus totius successionis *remisserit competere,æqua lance inter patrem & matrem diuidendum,reliqua parte ususfructus apud fratres & sorores remanente. Sin uero defuncta persona in sacris patris constituta decesserit:pater quidem usumfructum,quem & uiuente filio habebat, teneat, donec uiuat, incorruptum: mater autem,quia hunc usumfructum habere uiuente patre non potest,totum apud patrem constitutum:unà cum fratribus defunctæ personæ ad proprietatem uocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidiam,cum fratribus uel promiscui generis secundum suprascriptam distributionem in uirilem portionem:omnibus uidelicet,quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt,in suo statu durantibus. D. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano A. PP. II. COS.

* als. usum fructũ tot. sucæß. pro besse cõp.

AD SENATVSCONSVLTVM ORFITIanum. Tit. LVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Euangelo.

SI intestatæ mulieris consanguinei existant & mater & filia:ad solam filiam ex senatusconsulto Orfitiano hæreditas pertinet. PP. XV. Kal. Febr. Fusco. II. & Dextro COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero superstitum mortis matris tempore,sed succedentiũ materna scinditur hæreditas. Quapropter si mater uestra te & uno fratre emancipatis,duobus autẽ alijs in patria positis potestate superstitibus,diem functa est:& hi,qui in potestate patris fuerãt, prius,ꝙ maternam hæreditatem sibi quærerẽt,rebus humanis exempti sunt:inter duos uiriles tantũ portiones factas non ambigitur. S. VII. Kal. April. Sirmij. AA. COSS.

III. Idem AA. & CC. Iulianæ.

MAtri intestatò defunctæ secundum Orfitianum senatusconsultum,citra bonorum possessionem filia pro hærede gerendo, succedere non prohibetur. S. XII. Kal. Nouembr. Augustis COSS.

IIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Hylarianum P. V.

QVoties de emancipati filij filiæúe successione tractatur:filijs ex his genitis deferatur intacta pro solido successio,neꝙ ulla defuncti defunctæúe patri matriúe concedatur intestatæ successionis hæreditas. Dat. XV. Kal. Mart. Mediolani. Merobaude. II. & Saturnino COSS.

V. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

SI qua illustris mulier filium ex iustis nuptijs procreauerit,& alterũ spurium habuerit, cui pater incertus sit:quemadmodum res maternæ ad eos perueniant,siue tantummodo ad liberos iustos,siue etiam ad spurios,dubitabatur. Sancimus itaꝙ,ut neꝙ ex testamento,neꝙ ab intestato,neꝙ ex liberalitate inter uiuos habita,iustis liberis existentibus,aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat:cum in mulieribus ingenuis & illustribus,quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est,nominari spurios,satis iniuriosum, satisꝙ acerbum,& nostris temporibus esse indignum iudicemus:& hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendam censemus,merito dedicamus. Sin autem concubina liberæ conditionis constituta, filium uel filiam ex licita consuetudine ab homine libero habita procreauerit: eos etiam cum legitimis liberis ad materna uenire bona,quæ iure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla inuidia est. Dat. XV. Kal. Octobr. Chalcedone. Decio. V. C. COS.

VI. Idem A. Iuliano P. P.

QVidam ancillæ suæ libertatem per fideicommissum reliquit.eo autem,à quo libertas relicta est,moram in libertate præstanda faciente,peperit ancilla. & esse eum quidem ingenuum puerum uel puellam,qui post moram nati sint,omnes ueteris iuris authores consentiunt,

unt.dubitabatur autem inter eos,si matri morienti possit succedere.Huiusmodi itaq; dubitationem eorũ decidentes,ulterius eam procedere non patimur:sed sancimus,eandem matris progeniem hæredem ab intestato ei posse existere,saluo iure legitimo ex authoritate senatusconsulti Orfitiani proli seruando:& tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quàm prole ex Orfitiano senatusconsulto inuicem ad suas hæreditates ueniẽtibus. D.Kal. Octobr. Constantinop. Lampadio & Oreste VV.CC. COSS.

DE LEGITIMIS HAEREDIBVS Tit. LVII.

I. Imp.ALEXANDER.A. *Cassio & Hermionæ*

IN successione,quæ titulo consanguinitatis,uel in bonorũ possessione,quæ proximitatis nomine cõpetit:tam fratres,quàm sorores pari iure esse(licet nõ eadẽ matre susceptí sunt) ius certum est:nec huic derogatur, quòd amitas uestras ab auo uestro dotatas fuisse proponitis. Proposita Non. Maijs.Maximo II. & Aeliano COSS.

II. Imp.GORDIANVS.A. *Tatianæ & alijs.*

SI eius,quæ uos hæredes instituit,patri hæreditatem nõ quæsistis,posteaq; mortuo patre,ac repudiata eius hæreditate,defunctæ successionem agnouistis:ea,quæ bonorum sunt defunctæ,ab his separari,quæ patris uestri fuerunt, præses prouinciæ nõ ignorabit. PP. VI.Id. April. Gordiano .A.& Auiola COSS.

III. Imp. DECIVS.A. *Asclepiodotæ.*

COnsanguinitatis iure & fœminas ad intestatorũ successionem admitti posse,explorati iuris est.Proinde cum fratris tui intestatò mortui à te cõsanguinitatis iure hæreditas pertinet:nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem successionẽ adspirare desiderant. nam & cessante iure adgnationis in persona omniũ,prætorij iuris beneficio ad te potius,quæ secundũ gradum obtines,hæreditas pertinet,quàm ad fratris tui filios,qui in tertio gradu cõstituti sunt. PP. II.Non.Decembr. Decio.A.& Grato COSS.

IIII. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC. *Cæcilio*

SI aut nullum testamentum nepos patrui tui ordinauit,aut intra quatuordecim annos cõstitutus fecit,& adgnationis iure successio eius tibi delata est:etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. PP.Idib. Iulijs.Ipsis AA.IV.& III. COSS.

V. *Iidem.AA.& CC. Cupillæ.*

AD intestati successionem adgnationis ,quàm proximitatis iure uenientes, haberi potiores,certum est.Suppos.XVI.Kal.Iul.Sirmij.AA. COSS.

VI. *Iidem.AA.& CC. Claudianæ.*

DEfunctis,suis exstantibus hæredibus,& abstinentibus,uel repudiantibus hæreditatem, frater iure consanguinitatis succedere potest.Suppos.Kal. Ianuarijs. AA. COSS.

VII. *Iidem.AA.& CC. Amiano.*

PAtruo ac materteræ de tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur: sed patris frater adgnationis iure sorori matris anteponitur. S. XVII. Kal.Mart. Sirmij. Cæsaribus COSS.

VIII. *Iidem.AA.& CC.Silano.*

SI his,de quorum successione agitur,apud hostes defunctis,secundum legis Corneliæ beneficium iure adgnationis adita hæreditate,uel petita bonorum possessione successisti:eorum substantiam uindicare non prohiberis.S.Non.Iul.Sirmij.AA.COSS.

IX. *Iidem.AA.& CC. Demagoræ.*

IN successione intestatæ sororem,quàm auum maternum,haberi potiorem,non ambigitur. S.VI.Kal.Iul.Nicomediæ.CC.COSS.

X. Impp.THEOD.& VALENTIN.AA.*ad Florentiũ* P.P.

SCiant,qui ad successionem uocantur pupilli mortui,si defuncto eius patre,tutorem ei secundum legem non petierint intra annũ:omnẽ eis,siue ab intestato,siue iure substitutionis,successionem eius(si impubes moritur)denegandã esse. Dat. V. Id. Iul. Cõstantinop. Theodosio. A.XVII.& Festo COSS.

XI. Imp.ANASTASIVS.A.*Constantino* P.P.

SI ab eo,qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem fieri postulauerit emancipationẽ liberorũ,petitũ fuerit,quatenus ei,qui emãcipandus emancipãdaue erit, minime

legitima iura per emancipationem exſtinguãtur:eadem iura tam emancipato uel emancipatæ contra perſonas alias hoc modo ſibi coniunctas,quàm alijs itidem contra eum uel eam in hæreditatibus,uel in ſucceſſionibus,& tutelis,necnõ cæteris ſeruentur intacta:collationibus tamẽ ab his ſecundum ea,quæ ſuper emancipatis ſtatuta ſunt, quoties talis caſus emerſerit, utpote peracta emancipatione faciendis. DATA.XV.Kal.Aug.Probo & Auieno Iun. COSS.

XII. Imp.IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

SI maior quinquagenaria partum ediderit,ſi debet huiuſmodi ſoboles ſuo patri ſua cõſtituí, & hæreditatẽ eius nanciſci, à Cæſariana aduocatione interrogati ſumus. Et ſancimus,licet mirabilis huiuſmodi partus inuenitur,& raro contingit:tamen nihil eorum,quæ probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta,reſpui:ſed omne ius,quod ex quacunq; lege liberis præſtitutum eſt,hoc merum atq; immutilatum huiuſmodi filijs uel filiabus ſeruari in omnibus ſucceſſionibus,ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato. Et ſummatim nõ abſimiles alijs fiant,quos natura effecit ſimiles:maxime,cum & anteriore noſtra lege huiuſmodi nuptias permiſimus, impares eas uideri minime concedentes. D.IIX.Kal.Nouembr.Conſtantinop.poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecundo.

XIII. Idem A. Ioanni P.P.

DE emancipatis filijs,qui ex ſacro reſcripto patribus impertito, hoc à ſuis genitoribus meruerunt,dubitatũ eſt:cum Anaſtaſiana lex iura fratribus legitima noſcitur ſeruare,ſi quis ex ijs ſine teſtamento & liberis deceſſerit:utrum ne ad fratrem uel ſororem eius ſucceſſio deuoluatur,an ad ſuperſtitem patrem.huiuſmodi dubitationem cõpendioſo reſponſo duximus eſſe finiendam. Ideoq; ſancimus ad ſimilitudinem maternarum rerũ,aliarumq;, de quibus iam à nobis lex poſita eſt,& huiuſmodi hæreditatẽ iure quidem dominij ad fratres uel ſorores in totum peruenire,uſumfructum autem eius patri totum,ſiue priorem thorum ſeruauerit, ſiue ad ſecundas migrauerit nuptias,adquiri:ſiue per ſacrum oraculum emãcipatio procedat,ſiue alio legitimo modo à ſacris paternis fuerint abſoluti. Cum enim & pater utitur uſufructu, & uotum eius eſt,ad alios filios ſuas res peruenire:qua propter cum ex lege Anaſtaſiana in alium articulũ fratribus proſpectum eſt,nũc à nobis in hac ſpecie plenius eis ſubuenitur: ut pater habeat uſumfructum,fratres autem uel ſorores dominiũ rerum relictarum:exceptis maternis rebus, in quibus,ſi de eadem matre fratres uel ſorores ſint, eos ſolos uocari oportet. Sin autẽ non ſuperſint: tunc ad ſimilitudinem aliarum rerum,in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut ſit apertiſſimus in oñibus tractatus,& nõ per differentiã perſonarũ uel rerũ uacillare noſcatur. D. Kal.Nouembr.Conſtantinop.poſt conſulat.Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo.

XIIII. Idem. A. Ioanni P.P.

LEge duodecim tabularum bene humano generi proſpectum eſt,quæ unam conſonantiam tam in maribus,quàm in fœminis legitimis,& in eorum ſucceſſionibus,necnon liberis obſeruandam eſſe exiſtimauit:nullo diſcrimine in ſucceſſionibus habito,cum natura utrunq; corpus edidit,ut maneat ſuis uicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat,& uno ſemoto & alterum corrũpatur.Sed poſteritas,dum nimia utitur ſubtilitate,non piã induxit differentiã: ſicut Iulius Paulus in ipſo principio libri ſingularis, quem ad ſenatuscõſultũ Tertullianũ fecit, apertiſſime docuit. Cui enim ferendum eſt ab inteſtato ſucceſſionibus ſuas quidem filias ad ſimilitudinem maſculæ ſobolis in parentis uocari ſucceſſionem, & iterum germanas iure conſanguinitatis eandem ſibi uindicare prærogatiuam:deinceps autem legitimas fœminarum perſonas,ſi iura conſanguinitatis non poſſident , à ſucceſſione legitima repelli, cum maribus eadẽ ſucceſſio pateat? Quare enim patris ſoror non ad ſucceſſionem filij fratris ſui unà cum maſculis uocatur,ſed aliud ius in amitis,aliud in patruis obſeruatur? Vel qua ratione fratris filius ad ſucceſſionem patrui uocatur,germana autem eius ab eadem ſucceſſione recluditur? Huiusmodi itaq; legis antiquæ reuerentiam & nos anteponi nouitati legis cenſemus: & ſancimus omnes legitimas perſonas,id eſt,per uirilem ſexum deſcendentes,ſiue maſculini, ſiue fœminini generis ſint:ſimili modo ad iura legitimæ ſucceſſionis inteſtatorum uocari ſecundum gradus ſui prærogatiuam,non ideo excludendas,quia conſanguinitatis iura ſecundum germanæ obſeruationem non habent.cum enim unius ſanguinis iura permanent per uirilem ſexum incorrupta:quare naturã offendimus,& legitimo iuri derogamus? cum & aliam maximã iniuriam res in ſe continet,pleriſq; quaſi uulnus inteſtinum incognitum. cum enim & ad ipſarũ mulierũ ſucceſſionẽ maſculi iure adgnationis uocantur: quis patiatur earum quidem hæreditatem ad eos legitimo iure deferri,ipſas uero neq; inuicem ſibi,neq; maſculis poſſe eodem iure ſuccedere:ſed propter hoc ſolum puniri,quod fœminæ natæ ſunt, & paterno uicio (ſi hoc uicium eſt) prolem innocẽ

innocentem grauari. In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes, & nouum ius nouissimo iure corrigentes, etiam unum gradum pietatis intuitu transferri à iure cognationis in legitimam uolumus successionẽ: ut nõ solum fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionẽ patrui sui uocentur, sed etiam germanæ cõsanguineæ, uel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ unà cũ his ad iura auunculi sui perueniant: & eo quidem mortuo, qui patruus quidem est fratris sui filijs, auunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ex utroq; latere succedant, tanq; si omẽs legitimo iure ueniãt: scilicet ubi fratres & sorores superstites nõ sunt. his etenim personis præcedentibus, & hæreditatẽ admittentibus, cæteri gradus remanent penitus semoti. Illo proculdubio obseruãdo, ut successio non ad stirpes, sed in capita diuidat̃, & is gradus in ordinẽ legitimũ transferatur: cæteris oñibus successionibus secundũ ius usq; ad præsens tempus obseruatũ in suo statu manẽtibus. Si quis autẽ casus iam euenerit: secundum quod pristina iura uolebant, eorum fiat distributio. D. v. Kal. Decembr. post cõsulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

XV. *Idem. A. Ioanni P. P.*

MEminimus antea diuinã nos promulgasse cõstitutionẽ, per quam ad uestigia legis duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentẽ, siue masculinam, siue fœmininã, legitimo iure hæreditatẽ adipisci sanximus: ut quẽadmodũ ipsis à personis legitimis succeditur: ita & ipsæ legitimarum personarũ amplectãtur successionẽ. in qua cõstitutiõe unum gradũ ex cognatis in ius legitimũ reduximus, id est, germanæ filios & filias, & sororis uterinæ filios ac filias. quam constitutionẽ in suo robore permanere censemus: cum & in nostris Institutionibus tenor eius à nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus, & si quid ex prætoria iurisdictione frugi inuentũ est, & hoc cum perfectissima definitione disponere: ut emancipatus filius & filia non solum in paternis bonis ad suorum similitudinem succedãt, sed etiam in fratrum uel sororum suarum successione (siue omnes sui, siue omnes emancipati sunt, siue misti) æquo iure inuicem sibi succedant, & non secundum legem Anastasianam parte aliqua deminuta. Et hoc quidẽ de filijs emancipatis sancire bellissimum est nobis uisum. Sed nec fratrẽ uel sororem uterinos cõcedimus in cognationis loco relinqui. cum enim tam proximo gradu sunt: merito eos sine ulla differentia, tanq; si cõsanguinei fuerant, cum legitimis fratribus & sororibus uocãdos esse sancimus: ut secundo gradu constituti, & legitima successione digni reperti, alijs omnibus, qui sunt ulteriores gradus, licet legitimi sint, præcellant. & hæc quidem de secundi gradus successione satis abunde cq; à nobis cum summa utilitate disposita sunt. Cum autem tertio gradui ex transuersa linea fuerit locus, ubi patruis & filijs fratrum & sororum locum antiquitas dedicauit: unà cum illis tam emancipati fratris, quàm emancipatis sororis filium tantummodo & filiam, siue emancipatos, siue suos patribus suis constitutos, & neminem alium ulterius: necnon fratris uterini, & sororis consanguineæ uel uterinæ filium uel filiam tantummodo ex legitima linea inuicem uocari censemus, sicut iam sanximus: ut omnes, qui uel antiquo iure, uel à nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt prærogatiua, & eodem tertio gradu sunt: simili iure uocentur, successionis uidelicet iure & in hac parte seruãdo: ut si qui ex secundo gradu uocati renũcia uerint hæreditati, & noluerint eam adire, nullusq; alius sit in secundo gradu, qui succedere potest, & uult: tunc hi, quos præsenti lege enumerauimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. illo etiam obseruando, ut successio non ad stirpem, sed in capita diuidatur: cæteris successionibus secundum ius usq; ad præsens tempus obseruatum procedentibus, & nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad iuris adgnaticij formam redigendo, sed suum ordinem sanioq; proximitatem retinente incorruptam. Quas autem personas ex iure cognationis in legitimas successiones transeximus, eas & tutelæ grauamini uicissim supponimus: scilicet, si masculi sint, & perfectæ ætatis secundum nostræ constitutionis tenorem: ut non solum lucrum sentiant, sed etiam grauamini subiugentur. Si qui autem casus iam euenerint, & per iudicialem sententiam, uel amicalem transactionem sopiti sunt: nullam sentiant ex hac lege retracta tionem. D. Idib. Octobr. Constantinop. DN. Iustiniano A. PP. IIII. & Paulino V. C. COSS.

Cõmu

COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS Tit. LVIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Varaniæ

SCire debuisti, fratre emancipato, potiorem eam, quæ in familia mansit, in alteri⸗us emancipati bonis non haberi: sed eos pariter, si solenniter petierint bonorum possessionem, succedere. S. XV. Kal. Iun. Sirmij. CC. COSS.

II. Iidem AA. & CC. Apollinari.

SI pater tuus propiussobrino tuo adgnato constituto, & intestatò defuncto, cuius iure adita hæreditate, uel hoc ab initio nõ interueniente, seu capitis deminutione perempto, solenniter bonorum possessione admissa, successit, ac tibi patris tui quæsita hæreditas est: adire præsidẽ, puinciæ debes, ac tutorẽ eius de tutela cõuenire. D. XIIII. Kal. Iun. Veronæ. AA. COSS.

III. Iidem. AA. & CC. Vlpianæ.

VItrico priuigni successionem intestatò ciuili uel honorario iure non deberi, certissimũ est. S. XV. Kal. Mart. Sirmij. CC. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Asterio.

SEruus successores habere non potest. D. Non. Aprilib. Cæsaribus COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Iustinæ.

AMitæ, cui successisse filios suos proponis, hæreditatẽ tuo nomine non recte petis. sed quòniam hos etiam intestatos diem functos adseueras: siquidem hi, quos priuignos eiusdem amitæ dicis, eorum consanguinei fuerint: fratres tam adgnationis, quàm cognationis iure secũdo gradu constitutos tibi præferri, non ambigitur. Nam si amitinis tuis, alio etiam patre natis, nunc̃q eorum matris priuigni sunt: admisisse te bonorum possessionem probans, eorum uindica successionem. S. XII. Kal. Mart. CC. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Publiciano.

AVunculo priori, qui est tertio gradu, quàm consobrino, qui sequentẽ occupat, deferri successionem intestati, certi iuris est. Suppos. Kal. Octobr. CC. COSS.

VII. Iidem. AA. & CC. Nicolao.

ADfinitatis iure nulla successio permittitur. S. Idib. Octobrib. CC. COSS.

VIII. Iidem. AA. & CC. Iustæ.

ANte quàm scriptus hæres cuiuscunq; portionis capax repudiet hæreditatem, uel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei, qui testamentum reliquit, intestatò nemo succedit. Igitur perspicis, quòd testamentariæ successionis spe durante, intestatò bona defuncti non recte uindicentur. S. VI. Id. Mart. Retiariæ. CC. COSS.

IX. Iidem. AA. & CC. Sopatro.

ANcillæ dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc cõmistionem successionem uindicare non potest. S. XV. Kal. Januar. Nicomediæ. CC. COSS.

X. Iidem, AA. & CC. Danubio.

NVtritoribus hoc nomine nec ciuili, nec honorario iure defertur hæreditas. S. VI. Kal. Januar. CC. COSS.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis ex occasione materna adquisitæ sunt, certus destinatus est ordo, ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius, quã lucratus fuerat, ad liberos eius uel nepotes concedatur: quibus nõ existentibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, uel si etiam non supersint, ad fratres ex alijs nuptijs procreatos: cum̃q nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniat: ita & de his, quæ materna linea per quãcunq; occasionem uel inter uiuos, uel per ultimas dispositiones, uel abintestato descendunt, similis ordo seruetur: primo in filij uel filiæ successionem posteritate eius uocanda: eaq; non inuenta, fraterno consortio eiusdem, uel alieni matrimonij secundum prædictum ordinem arcessito: tunc ad ultimum locum pater à legibus cõclametur, & sui filij nõ gratam hæditatẽ relictam, sed triste lucrum sibi lugeat adquisitum. In omnibus uidelicet casibus in superstite sobole liberorum, & fratribus adhuc uiuentibus, qui ad hæreditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu rerum, quarum dominium ad eos peruenit, apud parẽtes remansuro. D. XV. Kal. Octobr. Chalcedone. Decio V. C. COS.

Debo

DE BONIS MATERNIS ET MATERNI GENERIS. Tit. LIX.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Consulibus, prætoribus, tribunis pleb. Senatui S.*

REs, quæ ex matris successione, siue ex testamento, siue ab intestato, fuerint ad filios deuolutæ: ita sint in parentum potestate, ut fruendi duntaxat habeant facultatem: dominio uidelicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, apud quos maternarum rerum utendi fruendiq; tantum potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere: & quod iure filijs debetur, in examine per se uel per procuratorem poscere, & ex fructibus sumptus impigre facere, & litem inferentibus resistere: atq; ita omnia agere, tanq; solidum perfectumq; dominium eis adquisitum fuisse, & personam gerant legitimam: ita, ut si quando rem alienare uoluerint, emptor uel is, cui res donatur, obseruet, ne quam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat, uel ignorans. Docere enim pater debet proprij iuris eam rem esse, quam donat, aut distrahit: & emptori (si uelit) fideiussorem licebit accipere: quia nullam poterit præscriptionem opponere filijs quandoq; rem suã uindicantibus. Dat. XV. Kal. Aug. Aquileiæ. Sabino & Rufino COSS. Recitata apud Vectium Rufinum P. V.

II. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Florentio* P. P.

QVidquid auus, auia, proauus, proauia, ex materna linea uenientes, nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, testamento, fideicommisso, legato, donatione, uel alio quolibet titulo largitionis, uel etiam intestatò successione contulerint: pater filio filiæúe integra illibataq; custodiat, ut uendere, donare, relinquere, alteri obligare, sicut nec materna bona, non possit, usufructu duntaxat ad eum pertinente: ita, ut quemadmodum ipse super his rebus licentiam totius potestatis amittit: defuncto eo, filio filiæúe præcipua computentur, nec ab illis, qui ex parte sunt coheredes, uindicentur. D. Idib. Octobr. Olybrio & Probino COSS.

III. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *ad senatum urbis Romæ.*

SI uiua matre emancipati sunt filij, & postea decessit mater: quoniam omni commodo destituitur pater, nec retinet usumfructum: uiriles inter filios, siue unus, siue plures sint, usufructus tribuimus portiones. Sin uero mulier moriẽs ex filijs alios emancipatos à patre, alios in patria potestate dimiserit: in hoc casu dispari utetur maritus defunctæ beneficio. quo casu utriq; præscripsimus, id est ut circa eorũ quidem portionem, qui adhuc in sacris retinentur, usumfructum ex authoritate legum retineat pater, & præmium delatæ emancipationis (cum uolet) accipiat: in eorum uero parte, quos exisse de potestate uiua matre constiterit, usumfructum uirilis inter eos portionis secundum præscripta percipiat. In nepotibus etiam uel neptibus hoc obseruandum esse censemus: ut maritus, qui de uxore mortua non exstantibus filijs, cum solis nepotibus uel neptibus ex hac lege ad emolumentum uocandus est: si unus uel una pluresúe nepotes ex filio uno uel pluribus, qui in potestate defecerũt, procreati sunt: hoc iure utatur, quod de filijs constitutum est. nam licet hoc nouum præsens lex constituat in nepotes: non est tamen abre, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filij nõ sinantur. Habeat igitur auus ueniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium, quæ ex defunctæ auiæ successione delata sunt. Cum uero his qnoq; libertatem emancipatione largitur: similiter ab ipsis, sicut de filijs constitutum est, præmium manumissionis accipiat. uel si ex pluribus alteros manumittat, alteros retineat: ex parte manumissorum legitimũ præmiũ, ex parte uero in potestate manentium retineat usumfructum. Quòd si nepotes sint neptesúe, aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso auia uiuente sacris dimissi: idem auus uirilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si uero ex nepotibus neptibusúe tempore, quo in auiæ successionem uocãtur, alij in aui potestate, alij sui iuris sint: circa personas quidem eorum, qui in potestate cõstituntur, & in usufructu consequendo, & in emancipationis præmio conquirendo, ratio supradicta seruetur. In his uero, qui sui iuris sunt, facultas capiẽdi ususfructus uirilis inter eos portionis habeatur. Eadem autẽ & de pronepotibus sexus utriusq; sancimus, manẽte definitione, quæ de singulis sancita est, & si filij sint pariter ac nepotes. D. VI. Id. Nouembr. Theodosio. XIII. & Valentiniano. III. AA. & COSS.

IIII. *Imp.* LEO. A. *Callistrato* P. P. *per Illyricum.*

OMnem ambiguitatis confusionẽ amputãtes, hac liquida & compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam: siue in priore matri-

monio pater, ex quo filios habuit, permanere uoluerit, siue nouercam filijs superinduxerit: legibus, quæ de maternis bonis latæ sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum maternarum rerum, etiam si ad secundas migrauerint nuptias, sine dubio habere debebunt: nec ullam filijs uel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam uocem accusationem'q; posse competere. Dat. Kal. Septembr. Anthemio. A. II. COS.

DE BONIS, QVAE LIBERIS IN POTESTATE CONstitutis, ex matrimonio, uel aliter adquiruntur, & eorum administratione. Tit. LX.

I. *Impp.* THEOD. *&* VALENTIN. AA. *ad Senatum.*

CVm uenerandæ leges uetuerint patribus iure potestatis adquiri, quidquid eorum filijs auus, auia, proauus, proauia, à linea materna uenientes quocunq; titulo contulissent: hoc quoq; conuenit obseruari, ut quidquid uel uxor marito non emancipato, uel uxori maritus in potestate positæ quocunq; titulo uel iure contulerit, seu transmiserit: & hoc patri nullatenus adquiratur. atq; ideo in eius tantum, cui delatũ est, iure durabit. D. III. Id. Nouẽbr. Rauẽnæ. Theodosio. XII. & Valẽtinian. II. AA. COSS.

II. *Iidem* AA. *Hierio.* P. P.

COnstitutionis nouæ capitulum clariore interpretatione sancimus: ut quæ per filios, nepotes, pronepotes, itemq; filias, neptes, proneptes, cũiuis in potestate sint, minime adquiri decreuimus, à marito uel uxore quocunq; titulo collata, siue ultima transmissa uoluntate: nullus ad id quoq; pertinere existimet, quod ab ipso parente datum dotis uel ante nuptias donationis causa pro una ex memoratis personis præstitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, reuertatur. prospiciendum est enim, ne hac iniecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur. Sed ut his potestatis iure ad parentes reuersis, cæterarum, quæ ex substantia speciali coniugis ad superstitem deuenerant, cũiuis ijdem in sacris sit: usufructu tamen solo atq; usu parentibus deputato, dominium ei, quæ à coniuge, uel qui à marito meruit, reseruetur: parente propter emancipationis beneficium, si uoluerit, sicut in maternis rebus, uel quæ per eandem ineam ueniunt, præmium habituro. D. X. Kal. Mar. Felice & Tauro COSS.

III. *Iidem.* AA. *Florentio* P. P.

QVod scitis prioribus continetur, nec à filia, quæ in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec à filio dotem adquiri: eo addito confirmamus, ut defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis exstantibus moriantur, ad liberos eorum eædem res iure peculij transmittantur. nec per nepotes auo uidelicet adquirendæ. Sin autem idem nepos, superstitibus tam patre, cũ auo paterno, diem suum sine liberis obierit: eorum dominium, quæ ad ipsum ex matre, uel ab eius linea peruenerint, non ad auum, sed ad patrem eius perueniat: usufructu uidelicet ex huiusmodi casibus auo, dum supererit, seruando. D. VII. Id. Septembr. Constantinop. Theodosio A. XVII. & Festo COSS.

IIII. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS. AA. *Erythrio.* P. P.

QVæcunq; res ad filium uel filiam, nepotes seu pronepotes utriusq; sexus in potestate constitutos, ex priore, uel secundo, aut tertio, seu cõiugio numerosiore peruenerint ex dote, uel quacunq; donatione, seu hæreditate, legato uel fideicommisso: earum rerum usq; in diem uitæ suæ pater, uel auus, uel proauus usumfructum habeant: easdem res quocunq; modo alienandi, uel pignoris seu hypothecæ iure obligandi facultate eis penitus interdicta: dominio uidelicet earum apud filios, & nepotes, seu pronepotes utriusq; sexus permanente: etiam si ex eodẽ matrimonio procreati non sunt, ex quo eædem res ad patres eorũ, qui quæq; in potestate sunt, fuerint deuolutæ. Eo uidelicet obseruando, ut morientium fratrum sororumq; portiones, quæq; ex eo matrimonio progeniti, uel progenitæ sunt, primo quidem ad liberos eorum (ut dictum est (si tamen fuerint) deinde ijs non exstantibus, ad superstites tantum modo fratres uel sorores eorum perueniant, aut ad superstitem, si ex ijsdem fratribus, siue sororibus, unus unaq; remanserit. Omnibus autem, qui ex eodem coniugio fuerunt procreati, defunctis: tunc demum ad eos, qui ex alio sunt matrimonio editi, easdem res pro uirili parte uenire statuimus. Nulla autem ex memoratis personis existente: parentes eorum eas percipere. Parẽtibus uero, quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res iure potestatis alienandi uel obligandi licentiam denegamus: non prohibendis ijsdem liberis, si quandoq; sui iuris fuerint, nulla temporali præscriptione obsistente, easdem res omnibus modis uindicare: nisi

re: nisi forte postꝯ potestate parentum eos contigerit liberari, tantum temporis effluxerit, ut ex continua & inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur. D. v. Kal. Mart. Martiano & Zenone COSS.

V. *Iidem* AA. * *Mag. mil. Dalmatiæ.*

NOn sine ratione de negocio, quod inter matremfamilias, cuius uestra suggestio meminit, & germanum eius uertitur, magnitudo tua diuersis legibus ex utraq; parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam: cum mulier diuersis iuris lectionibus idem intelligi maritum & sponsum niteretur probare, germanus mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxisset (recitatione constitutionis diuorum retro principum Theodosij & Valentiniani, qua cauetur, quidquid maritus uel uxor in potestate constituti, inuicem sibi reliquerint, non patri adquiri, sed ad eorum ius pertinere) imponere. Quamuis ergo significatione nominis maritus uel uxor post cœptum matrimonium intelligatur, ex quo uidelicet inducta est dubietas: attamen quia consequens est, ambiguas atq; legum diuersis interpretationibus titubantes causas benigne, atq; naturalis iuris moderamine contemperare: non piget nos in præsenti quoq; negocio, de quo sublimitas tua suggessit, æquitati conuenientem Iuliani tantæ existimationis uiri, atq; disertissimi iurisperiti opinionem sequi: qui quidem de dotali prædio tractatu proposito, idem ius tam de uxore, ꝯ de sponsa obseruare arbitratus sit, licet lex Iulia de uxore tantum loquatur. Qua ratione tam sponsaliciam donationem, ꝯ hæreditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrari uoluit, non adquiri patri, sed ad eam peruenire, benignum esse perspeximus. D. Kal. Iun. Leone. A. v. COS.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Demostheni* P. P.

CVm oportet similem prouidentiam tam patribus, ꝯ liberis deferri, inuenimus autem in ueteris iuris obseruatione multas esse res, quæ extrinsecus ad filiosfamiliarum ueniunt, & minime patribus adquiruntur: quemadmodũ in maternis bonis, uel quæ ex maritali luctu ad eos peruenerint, ita & in ijs, quæ ex alijs causis filijsfamiliarum adquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaq; filiusfamilias, uel patris sui, uel aui, uel proaui in potesta te constitutus, aliquid sibi adquisierit, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, sed ab alijs quibuscunq; causis, quæ ex liberalitate fortunæ uel laboribus suis ad eum perueniant: eas suis parentibus non in plenum, sicut antea erat sanctum, sed usq; ad solum usumfructum adquirat: & eorũ ususfructus quidẽ apud patrem, uel auũ, uel proauum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat: dominium autem filijsfamiliarum inhæreat ad exemplum tam maternarum, ꝯ ex nuptialibus causis filijsfamiliarum adquisitarum rerum. sic etenim & parenti nihil derogabitur usumfructum rerum possidenti: & filij non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes, uel ad extraneos, uel ad fratres suos, quod etiam grauius multis esse uidetur. exceptis castrensibus peculijs, quorum nec usumfructũ patrem, uel auũ, uel proauum habere ueteres leges concedunt. in his etenim nihil innouamus, sed uetera iura intacta seruamus: eodem obseruando etiam in ijs peculijs, quæ quasi castrensia peculia instar castrensis peculij accesserunt. Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus: ut in successione quidem earundem rerum, quæ extrinsecus filijsfamiliarum adquiruntur, iura eadem obseruentur, quæ in maternis & nuptialibus rebus statuta sunt. Non autem hypothecam filijsfamiliarum aduersus res uiuentis patris adhuc, seu iam mortui sperare audeant, nec ratiocinia eis super administratione inferre: sed tantummodo alienatione uel hypotheca suo nomine patribus denegata, rerum habeat parens pleniſſimam potestatem, uti fruiꝯ ijs rebus, quæ per filiosfamiliarum secundum prædictum modum adquiruntur, & gubernatio rerum earum sit penitus impunita: & nullo modo audeat filiusfamilias, uel filia, uel deinceps personæ uetare eum, cuius in potestate sunt, easdem res tenere, uel quomodo uoluerint, gubernare: uel si hoc fecerint, patria potestas in eos exercenda est. sed habeat pater uel aliæ personæ, quæ superius enumeratæ sunt, pleniſſimam potestatem uti, frui, gubernareꝯ res, quæ prædicto modo adquisitæ sunt. Et si quid ex usu earum pater, auus, uel proauus collegerit: habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc disponere, & in alios hæredes transmittere. uel si ex earum rerum fructibus res mobiles, uel immobiles, uel se mouentes comparauerit: eas etiam, quomodo uoluerit, habeat, & transmittat, & in alios transferat, siue extraneos, siue liberos suos, seu quamlibet personam. Sin autem res sibi memorato modo adquisitas parens noluerit tenere, sed apud filium, uel filiam, uel deinceps personas liquerit: nullam post obitum eius licentiam habeant hæredes alij patris, aui, uel proaui, eundem usumfructum, uel quod ex hoc ad filiosfamiliarum

liarum peruenit utpote patri debitum sibi uindicare: sed quasi diuturna donatione in filium celebranda, qui usumfructum detinuit, quem patrem habere eius oportuerat, ita causa intelligatur, ut eundem usumfructum post obitum patris ipse lucretur: parente eius ius exactionis quasi sibi debitæ à filio, qui usumfructũ cõsensu eius possidebat, suæ posteritaati uel successioni minime transmittente: quatenus in omni pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam maximæ inter fratres oriatur occasio. Cum autem Constantiniana lege cautum erat, si filijfamiliarum ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem liberentur, debere patrem tertiam partem bonorum, quæ adquiri non solent, quasi remunerationis gratia à filio accipere uel retinere, & ex hac causa iterum pars nõ minima substantiæ liberorum adimebatur: sancimus huiusmodi casu interueniente, & emancipatione liberis imposita, non tertiam partem dominij rerum minime adquisitarum, sed dimidiam usus fructus apud maiores, qui emancipationem donant, residere: exceptis & in hoc casu castrensibus, & quasi castrensibus tantummodo peculijs, quibus nihil ex hac causa deminuitur. Sic enim nec liberis cuiuscunq; sexus aliquid dominij auferetur, & patribus amplioris patrimonij ususfructus adsignabit. Hoc obtinente, & si in emancipatiõe sibi parentes hoc minime seruauerint: sed nisi specialiter uel in emancipatione huic præmio renunciauerint, uel donatione facta sese ab huiusmodi beneficio alienauerint, & in liberos hoc transtulerint: manere apud eos etiam tacentes ius & beneficium ususfructus retinendi, ut post obitum eorum & ususfructus in omnibus memoratis causis ad eos perueniat, quorum dominium est: scilicet (secundum quod iam diximus) in successionibus eorum omnibus seruandis, quæ de maternis & nuptialibus bonis consultissimis legibus definita sunt. Sed cum tacitas hypothecas tam ueteres leges in quibusdam certis casibus introduxerunt, quàm nos in maternis cæterisq;, quas seruare necesse est: & dubitabatur, ex quo hypothecas competere oportet, utrum ne ab initio, an ex eo tempore, ex quo male aliquid gestum est: compendiosa narratione interpretamur, initium gerendæ uel deferendæ administrationis uel obseruationis esse seruandum, & non tempus, ex quo male aliquid gestũ fuerit. Recitata in nouo consistorio palatij DN. Iustiniani. Dat. III. Kal. Nouembr. Decio. V.C. COS.

VII. *Idem A. Iuliano P.P.*

CVm multa priuilegia imperialibus donationibus iam præstita sunt: dignum incrementum & ijs conferre nostra dignata est clementia. Si quid igitur à sereniſſimo principe, uel à pijſſima Augusta, siue masculus, siue fœmina donatione sit consecutus, uel concuta, siue mobilium, siue immobilium, siue se mouentium rerum, filiusfamiliæ tamen constitutus uel constituta: habeant huiusmodi res omni adquisitione absolutas, & nemini eas adquirant, neq; earum usumfructum pater, uel auus, uel proauus sibi uindicet: sed ad similitudinem castrensis peculij, omnem facultatem in eas uel filij uel filiæfamiliarum habeant. ut enim imperialis fortuna omnes supereminet alias: ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat. Propos. XII. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

VIII. *Idem A. Ioanni P.P.*

CVm non solum in maternis rebus, quæ filijsfamiliarum deferuntur, sed etiam de alijs omnibus, quæ adquisitionem effugiunt (& maxime post nouellam nostri numinis legem, quæ omnia, quæ extrinsecus ad filiosfamiliarum perueniunt, & non ex paterna substantia sunt, non esse adquirenda patribus statuit, nisi tantummodo ad usumfructum) uariæ altercationes sint exortæ, & uarius euentus, uariusq; continetur tractatus, & semper in iudicijs uexantur: necesse est utiliter apertissimeq; omnia dirimere. Sancimus itaq; in omnibus rebus, quæ effugiunt quidem dominij adquisitionem, sed ususfructus tantum patri offertur, uel alijs parentibus à filiofamilias, cuiuscunq; gradus, uel sexus: siue pater adire filiumfamilias integræ ætatis compellit, & ille reclamandum existimat, siue filiusfamilias adire cupit, & pater in cõtrarium inclinat: liberam habere licentiam patrem & ipsum sibi adire hæreditatem recusante filio, & omne siue damnum, siue lucrum, in suam habere fortunam, nullo ex hoc præiudicio filio generando. Siue è contrario patre recusante filius adire hæreditatem uoluerit: nullam adquisitionem, nec usumfructum patri offerri, sed ipsum filium sibi imputare, si quid ex hoc contigerit: nulla actione neq; contra patrem danda, ubi aduersus eius uoluntatem filius hæreditatem, uel legatum, uel fideicommissum, uel aliud quidquam, ex quocunq; titulo, siue dona-

donationis, siue contractus alterius sibi adquirere maluerit: neq; aduersus filium simili modo actione extendenda, ubi recusante eo, sua pater authoritate hoc sibi uindicet, huiusmodi aditionis tramite ex præsenti lege patri competente: sed habeat pater omnem licentiam & actiones mouere, & ab alijs pulsari, ubi ad eum totum commodum aduenit: & filius simili modo in agendo & pulsando solus habeat detrimentum, & commodum: necessitate per officium iudicis patri imponenda, tantummodo filio consentire uel agenti uel fugienti, ne iudicium sine patris uoluntate uideatur consistere. Et hæc quidem, si plenæ ætatis filius est, qui paternam uoluntatem sequi non patitur. Sin autem in secunda ætate adhuc filius est, & hæreditate ei delata pater consentire adeunti hæreditatem noluerit, uel patre uolente ipse reclamauerit: siquidem recusauerit filius: licentiam damus patri simili modo hæreditatem adire, & eam pleno iure habere: his omnibus, quæ superius diximus, locum habentibus. Sin autem patre recusante, filius adire maluerit: damus quidem licentiam ei hoc facere. nolente autem patre res filij gubernare propter causæ necessitatem: habeat facultatem filius adire competentem iudicem, & ab eo petere curatorem hæreditati dari, per quem gubernatio rerum in eum delatarum procedat: in utroq; casu in integrum restitutionis auxilio minime ei denegando. Similiq; modo & in milite filiofamilias, qui recusauerit aditionem hæreditatis, quæ ei ex castrensibus actionibus proueniat: patri danda licentia adire hæreditatem, ut ad ipsum perueniat pleno iure, tam per usumfructum, quàm per dominium eandem hæreditatem possessurum, quasi ipse pater ab initio fuisset hæres institutus: eo uidelicet subiacente omnibus oneribus hæreditarijs, & omnia commoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his casibus obseruanda sunt, quibus discordia inter patrem & filium uertitur. Vbi autem uoluntas eorum in unum concurrit: & pater usumfructum, & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater quidem suscipiat actiones & moueat, cuiuscunq; ætatis filius inueniatur, adhibeatur autem etiam filiorum consensus: nisi adhuc in prima sunt ætate constituti, uel longe absunt: sumptibus uidelicet à patre propter rerum incrementa faciendis. Cum enim nuda proprietas apud filium inueniatur: ex qua substantia possibile est eum sumptus istis dependere. Sin autem æs alienum ex defuncti persona descendit: cum etiam apud ueteres hæc esse substantia intelligatur, quæ post detractum æs alienum superfederit: habeat pater licentiam ex rebus hæreditarijs (primum quidem mobilibus: sin autem non sufficiunt, ex immobilibus) sufficientem partem nomine filij uenundare: ut ilico reddatur æs alienum, & non usurarum onere prægrauetur. Quòd si pater hoc facere superfederit, ipse usuras uel ex reditibus, uel ex substantia sua omnimodo dare compellitur. Sin autem legata, uel fideicommissa, siue annalia, siue semel relicta imminent huiusmodi personis: siquidem tales reditus sunt, qui sufficiant ad annalia legata: pater ex huiusmodi reditibus hæc dependere compelletur. sin autem non habeat substantia sufficientem reditum ad legatorum uel fideicommissorum præstationem, uel minime reditus, uel alias accessiones contineat, sint tamen res mobiles uel immobiles, steriles quidem, non tamen inutiles, ueluti domus in prouincijs præciosæ, uel ubicunq; posita ædificia, uel suburbana, ex quibus huiusmodi legata possint explicari: licentia dabitur patri, sufficientem partem eorum similiter filij nomine uendere, & satisfacere legatis. Hoc proculdubio obseruando, ut & mancipia ipse usufructuarius alere debeat, & omnia circa usumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem possint deteriorem facere: paterna reuerentia eum excusante & à ratiocinijs, & à cautionibus, & ab alijs omnibus, quæ ab usufructuarijs extraneis à legibus exiguntur, secundum nostræ constitutionis tenorem, quam super huiusmodi casibus tulimus. Ipsum autem filium uel filiam, filios uel filias, & deinceps, alere patri necesse est: non propter hæreditatem, sed propter ipsam naturam & leges, quæ & à parentibus alendos esse liberos imperauerunt, & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex alterutra parte uertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo causis habeat licentiam rite res filiorumfamiliarum uendere filij nomine: uel si emptorem non inuenerit, rite pignori supponere: nullo modo licentia concedenda filijs, easdem uenditiones uel hypothecas retractare. Non autem parentibus licentia danda extra memoratas causas res, quarum dominium apud eorum posteritatem est, alienare, uel pignori, uel hypothecæ titulo dare. Sed si hoc fecerint: sciturus, quod necesse est eos in legum laqueos incidere, quibus huiusmodi uenditiones uel hypothecæ sunt interdictæ: exceptis uidelicet rebus mobilibus uel immobi-

libus illis,quæ oneroſæ hæreditati ſunt,uel quocunq; modo damnoſæ,quas ſine periculo uendere patri cum paterna pietate licet,ut precium earum uel in res,uel in cauſas hæreditarias pro cedat,uel filio ſeruetur. Filijs autem familiarum in his duntaxat caſibus, in quibus uſusfructus apud parentes conſtitutus eſt,donec parentes uiuunt, nec teſtari de ijſdem rebus permittimus,nec citra uoluntatem eorum,quorum in poteſtate ſunt,ulla licentia concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare,uel hypothecæ titulo dare, uel pignori adſignare. melius enim eſt coartare iuueniles calores,ne cupiditati dediti,triſtem exitum ſentiant,qui eos poſt diſperſum exſpectat patrimonium. Cum enim,ſicut dictum eſt, parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur:quare ad uenditionem rerum ſuarum proſilire deſiderāt? Vbi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat,etiam ſine conſenſu filij hæreditatem eius nomine adire:ſi hoc fecerit pater:damus quidem filio in integrum reſtitutionem, poſtq; patria fuerit poteſtate liberatus,uel adoleuerit:patrem autem oneribus hæreditarijs(licet nomine filij adijt) modis omnibus alligamus. quare enim talem hæreditatem adijt,quam nec ipſe nunc, nec filius idoneam ſibi eſſe hæreditatem exiſtimat? Non autem filio damus licentiam, ſi in integrum reſtitutionem petat,reſpuendam credens eſſe hæreditatem,adhuc minoribus curriculis inſtantibus,iterum per aliam reſtitutionem adire præfatam hæreditatem: ne ludibrio legesei fiant,ſæpius & amplecti eandem,& reſpuendam hæreditatem cupienti. Si enim quod pater ſecerit filius ratū nō habuit,& propter hoc reſtitutus eſt:quomodo ferendus uideatur iterū iudicium amplectens,quod & poſt patris uoluntatem cōtraria affectiōe adſpernandū eſſe exiſtimauit? Sin uero pater quidem hæreditatem repudiauerit infante filio conſtitūto,ipſe autē filius poſtea uel adhuc in ſacris conſtitutus,uel patria poteſtate liberatus, adeundam eſſe crediderit eandem hæreditatem: licentiam damus ei,uel ſi ſui iuris efficiatur,tutoribus eius uel curatoribus eius hæreditatem adire,nullo præiudicio ex recuſatione paterna ei generādo. ſimili modo & in hac parte nulla ei uel tutoribus uel cūratoribus eius licentia concedenda, contra priorem ſuam uoluntatem in integrum reſtitutionem petere. Quæ & in legatis,& in fideicommiſſis, tam ſpecialibus,q; per uniuerſitatem relictis,& in alijs cauſis,quas ſupra enumerauimus, ſimilibusq; ei,ſeruanda ſunt. In ſeruis autem,qui filijs uel filiabus familiarum donantur,ſiue conſtante matrimonio,ſiue ab extraneis,ſub ea conditione,ut ſtatim eos in libertatem perducāt: nullum impedimentum paterna faciat authoritas. Qualis enim uſusfructus poteſt ei adquiri, qui mōetarius eſſe oſtenditur? ſi enim in ipſo momento neceſſe habeat eum & poſſidere,& libertati donare,in talem hominem qualis uſusfuctus patri poteſt adquiri?

DE HAEREDITATIBVS DECVRIONVM, NAuiculariorum,cohortalium,militum & fabricenſium. Tit. LXI.

I. Imp.CONSTANTIVS.A.*Maſtichiano præfecto annonæ.*

SI quis nauicularius ſine teſtamento,& liberis,uel ſucceſſoribus defunctus ſit: hæreditatem eius non ad fiſcum,ſed ad corpus nauiculariorum,ex quo fatali ſorte ſubtractus eſt, deferri præcipimus. PP. XV. Kal. * Laſtronæ. Cōſtantio. A. VII. & Conſtante. Cl. Cæſ. COSS.

II. *Idem A.Bonoſo mag. equitum.*

VNiuerſis tam legionibus,quàm uexillationibus, comitatenſibus, ſeu cuneis inſinuare debebis,ut cognoſcant,cum aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atq; inteſtatus ſine legitimo hærede deceſſerit:ad uexillationem,in qua militauerit, res eius neceſſariò peruenire. D. V. Id. Maij. Hieropoli. Rufino & Euſebio COSS.

III. *Idem A.Rufino P.P.*

SI quis cohortali conditione grauatus, ſine teſtamento, uel quolibet ſucceſſore ultimum diem obierit:ſucceſſionem eius non ad fiſcum,ſed ad cæteros cohortales eiuſdem prouinciæ pertinere iubemus. D. V. Kal. Ianuar. Limenio & Catulino COSS.

IIII. *Impp.THEOD.& VALENTIN.AA.Florentio P.P.*

INteſtatorum curialium bona,ſi ſine hærede moriantur,ordinibus patriæ eorum addi præcipimus. D. V. Id. Mart. Florentio & Dionyſio COSS.

V. *Idem.AA.& CC.Aureliano comit.rer. priuat.* Si quis

SI quis fabricenſis ſine liberis, ſiue legitimo hærede deceſſerit, nõ cõdito teſtamẽto: eius bona, cuiuſcunq; ſummæ ſint, ad eos pertinere, qui uelut creditores decedentium attinentur, qui fiſco pro intercepto reſpõdere cogũtur. hoc eiñ facto cõtingit, ut reipublicæ ratio ſalua permaneat: & fabricẽſes collegarũ ſuorũ ſolatijs pfruañ, q dãnis ac detrimẽtis retinenñ obnoxij.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER SEPTIMVS.

DE VINDICTA ET APVD CONCILIVM MANUMISSIONE. Tit. I.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Tertio.*

EOrum, qui apud concilium manumittuntur, poſt cauſam à iudicibus probatam, & manumiſſionem ſecutam, non ſolet ſtatus in dubium reuocari, ſi dicantur falſa demonſtratione liberati.

II. *Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. AA. *Salluſtio.*

NIhil ciuitati Romanæ ſemel præſtitæ, uel addere, uel detrahere ſecundam manumiſſionem potuiſſe, certiſſimum eſt.

III. *Iidem* AA. *&* CC. *Attonitæ.*

NEc mulierem per maritum, nec alium per procuratorem uindicta manumittere poſſe, non eſt ambigui iuris.

IIII. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *Maximo* P. P.

APud conciliũ noſtrũ, uel apud cõſules, p̃tores, p̃ſules, præſides, magiſtratusue earũ ciuitatũ, quibus huiuſmodi ius eſt, adipiſci poteſt patronorũ iudicio ſedula ſeruitus libertatẽ.

DE TESTAMENTARIA MANVMISSIONE. Tit. II.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Primo.*

SI codicillos maior uiginti annis feciſſet: confirmationis tempus libertati nõ nocere, certũ eſt. nec eiñ poteſtas iuris, ſed iudicij conſideratur.

II. *Iidem.* AA. *Phileto.*

EX teſtamento defuncti libertates præſtari nõ poſſunt, hæreditate nõ adita, uel ſi rei memoria, ppter crimẽ, quod morte nõ intercidit, damnata eſt.

III. *Iidem.* AA. *Euphroſyno.*

LIbertas teſtamento defuncti data, adita hæreditate, cõtingit: & licet hæres ſcriptus per in integrum reſtitutionem abſtinuerit hæreditate, tamen nihil ea res libertati obeſt.

IIII. *Iidem.* AA. *Archelao.*

CVm teſtamento directam libertatẽ pater tuus ſit cõſecutus: quãuis ei hæres exſtiteris: fructus tamẽ ratiões, quas tẽpore ſeruitutis geſſit, ut reddas, cõpelleris: cũ nõ ea cõditione acceperit libertatẽ. Is aũt, cui libertas, ſeu fideicõmiſſaria, ſeu directa, ſi ratiões reddidiſſet, relicta eſt: ante reliqua illata, & ea, quæ malo cõſilio amota ſunt, ad libertatẽ nõ poteſt puenire. Sin aũt nõ debitor ex ratiõibus fuerit repertus: poſt aditã hæreditatẽ quaſi purã libertatẽ cõſequitur.

V. *Imp.* ALEXANDER. A. *Quintiliano.*

IN fraudem creditorũ teſtamento datæ libertates: quamuis debitori hæres, qui ſoluendo non eſt, exſtiterit: per legem Aeliam Sentiam non ualent.

VI. *Imp.* GORDIANVS. A. *Piſiſtrato.*

SI hæreditas eius, à quo teſtamẽto dicis te eſſe manumiſſum, ob æs alienum ſpernitur ab hæredibus: cõſeruandæ libertatis gratia nõ iniuſta ratione creditoribus hæreditarijs ſatis offerens, iudiciũ teſtatoris obſeruari tibi poſtulabis: maxime, cum id etiam à diuo Marco cõſultiſſimo principe ſit conſtitutũ. quod in extranei quoq; perſona obſeruari oportet.

VII. *Idem* A. *Iuſtæ.*

Contra

CONtra uoluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre,quem illa liberum fieri prohi-buit,non debes:ne uidearis iura pietatis uiolare.

VIII. Imp.PHILIPPVS.A.& PHILIPPVS.Cæs.Tremellio.

CVm testator libertatem tempore nuptiarum filij sui uel filiæ seruo dari iussit, non tempus præstandæ libertati præstitit, sed potius conditioni locum fecit, ut non insecutis nuptijs, libertas iure posci non possit.

IX. Imppp. CARVS,CARINVS & NVMERIAN. AAA. Mauro.

SEruo tuo defunctus,licet te hæredem scripsisse proponitur,directam tamen libertatem non potuit dare.iure enim directo libertatem seruis alienis nemo potest dare.

X. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN. AA. & CC. Germano.

DIrectis uerbis iure data libertate: non solum impositione pilei, sed & adita hæreditate(si nulla iuris impediat constitutio) liberti constituuntur orcini.

XI. Iidem. AA. & CC. Laurinæ.

SI iure non subsistit testamentum:in hoc nec libertates(cum non fuisse adiectum, ut pro codicillis scriptum ualeret,proponas)recte datas constabit.

XII. Iidem. AA.& CC. Riso.

SI hæredes iure facto testamento solenniter adierint hæreditatem:ex testamento tibi libertas quæsita,postea colludentibus tam scriptis hæredibus,quàm ab intestato uindicantibus successionẽ,adimi non potuit. Quòd si sponte repudiauerint sibi delatam successionem:omnia,quæ in testamento fuerant scripta,defecisse conuenit.Si uero ut uos defraudarent hæredes libertate, collusisse hos præses animaduerterit: secundum hæc, quæ diuus Pius Antoninus constituit, libertatibus consuli prouidebit.

XIII. Iidem. AA.& CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi ab hærede non posse,certum est:nec alienatio, nec usucapio statulibero,quo minus existente conditione libertatem cõsequatur,nocere potest.

XIIII. Imp. THEODOS.& VALENTIN. AA. Florentio P.P.

DIrectas libertates græcis uerbis liceat in testamentis relinquere:ut ita libertates directæ datæ uideantur,ac si legitimis uerbis eas testator dari iussisset.

XV. Imp.IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm constitutio diui Marci declaret,si quis condito testamento, uel sine testamento moriens,ut locus fiat ab intestato successioni,libertates reliquerit,nemo autem adire uelit defuncti hæreditatem,eo quòd suspecta esse uideatur,& fuerint libertates forsitan & sine scriptis fideicõmissariæ relictæ:licere uel cuilibet extraneo,uel uni ex seruis, qui & ipse libertate donatus est, & pro sua periclitatur conditione,adire hæreditatẽ sub hac conditione & satisdatione,quòd & creditoribus omnibus satisfaciat,& libertates imponat his, quibus uoluit testator: uariæ dubitationes ex hac constitutione emerserunt.nam si res hæreditariæ, hærede minime inuẽto, uenierint: an & post uenditionem earundem rerum possibile sit, uel seruũ, uel quemlibet aliũ adire,& recuperare quidem ab emptoribus res,satisfacere autẽ libertatibus & creditoribus,quæ rebatur.& licet diuus Seuerus semel rebus uenditis hoc non admisit:nobis tamen Vlpiani sententia admodum placuit(maxime propter libertates,ne depereant)& post uenditionem rerum annale remediũ dare diui Marci cõstitutioni,intra quod & creditoribus omnibus satisfiat,& emptores nihil noui patiantur,qui annalẽ sæpe sentiebant rescissionem:& licere seruo,qui libertate donatus est, uel alij cuidam extraneo, uel ante uenditionem rerum, uel post uenditionem intra annale tamen tempus,adire hæreditatẽ,& res recuperare,prius satisdatione danda, ut tam libertatibus,quàm creditoribus satisfiat. Sin autẽ libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur,creditoribus autem non in solidum, sed in partem soluere creditum, illi autem hu-iusmodi pactionem admiserint:sancimus & in huiusmodi casu consultissimi principis locũ habere constitutionem,& eum modis omnibus admittendum esse censemus:maxime cum ex uoluntate creditorum hæc interponitur. nolentibus etenim creditoribus,admitti talem pactionẽ nullo modo concedimus. Sin uero quidam ex seruis libertatem amplexi fuerint, alij autẽ censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendẽda est diui Marci oratio, & proculdubio & in hac specie audiendus est petitor hæreditatis: & maneat liberum arbitrium seruorum, siue ad libertatem uenire uolũt,siue in seruitute manere.Licet enim Romanam ciuitatem recusare nemini seruorum licitum sit:tamen in hoc casu,ne propter quorundam indeuotionem alij maneant in seruitute:uolentibus quidem omnibus seruis licere in libertatẽ peruenire, nolentibus autem quibusdam uel recusantibus spontaneã seruitutem imminere oportet: & quem patronum

num habere noluerint, dominum ſuum & forſitan acerbum ſentiant. Sin uero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, ſed certum numerum ſeruorum ex his, qui ad libertatem uenire iure ſunt iuſſi: melius eſt, ſiquidẽ res hæreditariæ ſufficiunt ad implendos creditores, etiam omnibus ſeruis dare libertatem, & ſi hoc pollicitus non eſt. Sin autem deeſt in exſoluendis creditoribus: humanius eſt, ut pauci ſaltem perueniant ad libertatẽ. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium inuenimus. belliſſimam autem repletionem præfatæ conſtitutioni donantes, ſancimus, ſi non unus ueniat hæreditatis petitor, ſed plures: ſiquidem uno momento uterq; uel ampliores: oñibus detur licentia cõmuniter hæreditatem adire, prius ſatiſdatione ab omnibus danda, ut creditoribus & libertatibus ſatiffaciant. Sin autẽ per interualla temporũ hoc fiat: qui primus uenit, habeat prærogatiuam, ſi etiam ſatiſdationẽ præſtare poteſt. Illo autem ceſſante hoc facere: alij gradatim ſecundũ tempora petitionis ſuccedãt. & hoc intra annale tempus obſeruetur. Sin autem uno pollicente quoſdam liberos facere, non autem totos, alibertatibus ſatiffaciat: æquiſſimum eum eſt admitti, ut omnes libertates indiſtincte celebrentur. quod priuilegium damus nõ ſolum ſeruo, qui libertate donatus eſt, ſed etiam ei, cui nulla libertas relicta eſt: ut aliquid uenuſtum eueniat, ut per eum, cui relicta libertas nõ eſt, alijs libertas imponatur. Sed ſiquidem ante, quàm prior hæreditarias res & libertatem accipiat, hoc eueniat: ſecundo petitori, uel tertio, uel deinceps ampliores libertates pollicẽtibus, fieri locum cenſemus.

Sin autem iam rebus ſeruo, qui primus petijt hæreditatẽ, datis, & libertatibus ab eo quibuſdam ſeruis hæreditarijs impoſitis, quidam ſeruus alius hæreditarius uel quilibet extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem hoc ei impetrare, & ſub maioribus pollicitationibus, & ſatiſdationibus hæreditatem accipere. ſed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo diſtrahantur: & his omnibus intra annum (ſecundum quod dictum eſt) celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

DE LEGE FVSIA CANINIA SVBlata. Tit. III.

I. *Imp.* IVSTINIANVS, A. *Mennæ* P.P.

SEruorum libertates in teſtamento relictas, tam directas, quàm fideicõmiſſarias, ad exemplum inter uiuos libertatum indiſtincte ualere cẽſemus: lege Fuſia Caninia de cætero ceſſante, nec impediente teſtantium pro ſuis ſeruis clementes diſpoſitiones effectui mancipari.

DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBVS. Tit. IIII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Primo.*

CVm proponas hæreditatem eius teſtatoris aditam non eſſe, à quo tibi fideicommiſſariam libertatem relictam dicis, & ab inteſtato alium, quàm qui ſcriptus eſt, hæreditatem poſſediſſe: ſi nõ à legitimo quoq; hærede fideicõmiſſaria libertas repetita eſt: nullo iure præſtari ea ab eo, q̃ rogatus nõ eſt, deſideras. planè ſi pecunia accepta hæredẽ inſtitutũ omiſiſſe hæreditatẽ docueris: libertatẽ tibi p̃ſtare cogẽt.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Valerio.*

QVamuis codicilli, quibus auunculo defunctæ legatus eſſe uideris, falſi pronũciati ſunt: tamen ſi ante motam criminis quæſtionem iuſtam libertatem es à legatario conſecutus: poſterior euentus non infirmat ita datam libertatem. planè ſecundum diui Hadriani conſtitutionem datur hæredi uiginti aureorum repetitio.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Lucio.*

CVm libertatẽ mulieribus ſub conditione datam proponas: quid dubiũ eſt, eos, qui ex ijs ante impletam eam edunt, ſeruos naſci, & pertinere ad hæredes iure dominij? His enim demum ſuccurſum eſt, qui poſt moram præſtandæ libertatis progeniti ſunt, ut liberi & ingenui nati uideantur.

IIII. *Idem. A. Hadriano.*

SI uoluntate domini in libertate eſt morata, cui fideicõmiſſaria libertas relicta fuit ſecundũ ſe natusconſultũ, & conſtitutiones ad id pertinẽtes: ciuis Romana facta ingenuum peperit. ſed ſi nunc̃ ab eo libertas petita eſt: ſibimet imputare debet, cur interea progeniti ex ea ſerui ſunt.

V. Idem A. Dionyſio.

MInor annis lege definitis, nec per fideicommiſſum libertatem ſupremis ſuis elogijs relinquere poteſt, niſi ijs, quorum cauſam probare poteſt.

VI. Iidem. A. Maximo.

DEberi etiam alienæ ancillæ fideicõmiſſariam libertatẽ placuit. nec deficit hoc debitũ, ſi interim domina (ſi modo nihil ex iudicio eius, qui quæũe reliquit libertatẽ, pceperit) noluit uendere: quia poſſit tẽpore procedente, ubicũq; occaſio redimẽdæ ancillæ fuerit, pſtari libertas.

VII. Idem. A. Nicomedi.

HI, quibus per fideicõmiſſum libertas ſupremis iudicijs relinquitur, eorũ liberti efficiunt, à quibus manumittuntur.

VIII. Idem A. Eutycheti.

CVm proponas fideicõmiſſariam libertatem ita tibi datam, ſi uxori teſtatoris placuiſſet: licet ea nõ adeunte hæreditatem, pertinere cœperit ad filium ſolida hæreditas: non reſtante tamen uxore teſtatoris, potes petere libertatem.

IX. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Daphnidi.

ETſi nõ adſcripta libertate teſtator ſeruũ ſuum tutorem filijs ſuis dederit: receptum eſt, & libertatis, & pupillorũ fauore, ut per fideicõmiſſum manumiſiſſe eũ uideat. Et ſi nõ ſuũ proprium, ſed alienum ſeruũ, conditionẽ eius ſciens, tutorẽ adſcripſerit: æque fideicõmiſſariã libertatẽ datam (niſi aliud euidenter defunctum ſenſiſſe appareat) prudentibus placuit.

X. Iidem. AA. Mercuriali.

FIdeicõmiſſaria quidẽ libertas ita tibi relicta, cũ teſtatoris filius ad annũ uiceſimũ quintũ peruenieſſet, nõ intercidit, licet hæredẽ intra præſtitutã ætatẽ deceſſiſſe proponas: tempore quidẽ, quo ſi uiueret, pfinitã ætatẽ impleturus foret, ſpem libertatis nõ intercidere, uetus placitũ eſt.

XI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Flauiano.

SI ſeruus fuiſti, ac tibi per fideicõmiſſum libertas relicta fuit: prouides ſine manumiſſione ad libertatẽ peruenire nõ potuiſſe. Qua ppter ſi uerbis precarijs cõſtitutus ſeruus libertatẽ accepiſti: adire pſidẽ, puinciæ te oportet, ut cauſa cognita, ſi tibi deberi libertatẽ, pſpexerit, ad manumittendũ eũ, qui debet, urgeat: uel ſi latitet, contra latitantẽ interpoſito decreto tibi, pſpiciat.

XII. Iidem. AA. & CC. Hyrenio

EXuerbo COMMENDO teſtamento, uel codicillis nõ uideri fideicõmiſſariam libertatem relictam eſſe authoritate iuris declaratur.

XIII. Iidem. AA. & CC. Pithagoridæ.

SI te donatam ante matrimonium uxori ſuæ, poſtea ei legato relicto, teſtamento manumitti, ſeu codicillis uerbis precarijs à ſucceſſoribus uoluit: tam eos ad redemptionẽ & manumiſſionem, quàm eam, quæ in capiendis relictis defuncti conſenſit iudicio, teneri, tibiq; fideicõmiſſariam deberi libertatem, nõ ambigitur.

XIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

CVm inter ueteres dubitabatur, ſi fideicõmiſſariã libertatẽ poſſibile eſſet relinqui ſeruo, qui adhuc in uentre portaretur, & homo fieri ſperaretur: nos uetus iurgium decidentes, libertatis fauore cenſemus, & fideicommiſſariam, necnon directam libertatem ſuam firmitatẽ habere, ſiue in maſculo, ſiue in fœmina, qui quæũe adhuc in uẽtre uehitur, ut cum libertate ſolem reſpiciat, & ſi mater ſua adhuc in ſeruitute conſtans eum uel eam ediderit. Sin autẽ plures creati uel creatæ ſint: ſiue unius fecit mentionem, ſiue pluraliter nuncupauit: nihilominus oẽs ad libertatem à primis ueniant cunabulis: cum in ambiguis ſenſibus melius ſit (& maxime in libertate fauore eius) humaniorem amplecti ſententiam.

XV. Idem A. Iuliano P.P.

ANcillã ſiue ſeruũ cũ fideicõmiſſaria libertas ei relicta ſit, ſancimus, ſi mora libertatis à debitore facta fuerit, ſententia præſidis eripi in libertatẽ, & nullo facto aut uoluntate ab hærede exſpectanda: ſed talem habere eos libertatem, quaſi ab ipſo teſtatore directis uerbis fuerint libertatem conſecuti: cum ſatis impium atq; abſurdum ſit, hæredes teſtatoris differre uolantes, maxime cum ad libertatem reſpiciunt.

XVI. Idem. A. Iuliano P.P.

SI quis in teſtamẽto ſuo rogauerit ſuũ hæredẽ, ex liberis ancillæ ſuæ, quã nominauerit, unũ, quẽ elegerit, ad libertatẽ pducere: & cũ ancilla unũ uel plures enixa eſt, hæres neq; dũ ſupeſt, in libertatẽ aliquem adduxerit, uel cum deliberat, quis ad libertatẽ perducendus eſt, ab hac luce fuerit ſubtractus: dubitabatur ab antiquis, utrum ne omnes, an quidã, aut nemo ex ijs ad libertatem per-

tem perueniat. sed ueteris quidē iuris altercatio multa sanè super huiusmodi casibus resonuit. Nos autem hæredis coërcentes malignitatem, si nō uoluntatem testatoris adimpleuerit, & mox cū potuerit, non elegerit unum ex liberis ancillæ, & eum libertate donauerit: sancimus, cō pelli non solum eum, sed etiam hæredes uel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatē perducere. neq; enim hoc contrarium est sententiæ testatoris. Cum enim omnimodo quēdam ex his liberū esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit: si non pareatur eius uoluntati, sine dubio ex sententia testatoris omnes ad libertatem perueniūt. Similemq; esse definitionē censemus, & si nō ab hærede, sed à legatario uel fideicōmissario testator rogauerit libertatē imponi. sic etenim iusto timore hæredes, & legatarij, uel fideicōmissarij perterriti: & uoluntatem testatoris adimplere procurēt, & sibi nō ex omnium libertate quandam adferri patiantur iacturam. Quòd si reclamauerint: sibi tale dispendium imputent, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia.

XVII. *Idem. A. Iuliano P.P.*

CVm quidam seruum suum ita legauerit, ut legatarius libertatē ei imponat, & hæres ad huiusmodi legatū improbe uersatus seruū dare legatario dedignatus est, ut etiā lite pulsetē, & iudex non in ipsum seruū, sed in æstimationē litis condemnationē, pferat: ueteris iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculum libertati ex hac causa, pcedat: & si placuerit eādem deberi libertatem, à quo danda sit, utrum ne ab hærede, an à legatario: & si hæres imponat libertatē, an legatarius quod ex pecuniaria cōdemnatione accepit, firmiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil. Talem itaq; altercationē resecātes, miramur, quare iudex, qui præpositus est in prædicta causa, nō omnimodo cōdemnationē in seruum, sed in æstimationē eius fecerit: cum ipsius uiciū etiā huiusmodi præbuit altercationi occasionem. Vnde si talis quæstio emerserit: nullum quidem iudicem ita esse stultum putamus, ut huiusmodi proferat cōdemnationem, sed si legatarius immineat, quatenus ei seruus restituatur, & post litem contestatam duorū mensium spaciū effluxerit: cēsemus, ilico ad libertatem eripi seruum, & illum quidē liberū esse: hæredem autem pro sua indeuotione in omnes expensas, quas legatarius in lite fecit, in quadruplum ei condemnari: iure patronatus integro legatario seruando.

DE DEDITICIA LIBERTATE TOLLENDA. Tit. V.

I. *Idem. A. Iuliano P.P.*

DEditicia conditio nullo modo in posterū nostram rempublicā molestare cōcedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in usu esse reperimus, sed uanū nomē huiusmodi libertatis circūducitur. Nos enim, qui ueritatē colimus, ea tantummodo uolumus in nostris esse legibus, quæ re ipsa obtinent.

DE LATINA LIBERTATE TOLLENDA, ET PER certos modos in ciuitatem Romanam transfusa. Tit. VI.

I. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.*

CVm dediticij liberti iam sublati sint: quapropter imperfecta latinorū libertas incertis uestigijs titubata, & quasi per satyram inducta, adhuc remanet, & non inutilis quidem pars eius diminuitur, quod autē ex ipsa rationabile est, hoc in ius perfectam deducitur? Cum enim latini liberti ad similitudinē antiquæ latinitatis, quæ in colonis missa est, uidentur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ, nisi bellum accessit ciuile: satis absurdum est, ipsa origine rei sublata, eius imaginē derelinqui. Cum igitur multis modis & penè innumerabilibus latinorum introducta est conditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta introducta sunt, & ex ijs difficultates maximæ emergebant, tam ex lege Iunia, quàm ex Largiano senatusconsulto, necnon ex edicto diui Traiani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus eorum fuerat experimentum: studiosissimum nobis uisum est, hæc quidem omnia, & latinam libertatem resecare: certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem latina cōpetebat libertas, in præsenti autem Romana defertur cōditio: ut his præsenti lege enumeratis, & ciuibus Romanis nascentibus, cæteri omnes modi, per quos latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua ipso tempore mortis in eandē perso-

nam ſimul & libertas,& ſeruitium concurrant:& qui quaſi liber moratus eſt,eripiatur non ſo-
lum in mortem,ſed etiam in ſeruitutem? Sancimus itaq;,ſi quis per epiſtolam ſeruum ſu-
um in libertatē perducere maluerit:licere ei hoc facere quinq; teſtibus adhibitis, qui poſt eius
literas,ſiue in ſubſcriptione poſitas,ſiue per totum textum effuſas,ſuas literas ſupponentes fi-
dem perpetuam poſſint chartulæ præbere.& ſi hoc fecerit,ſiue per ſe ſcribendo,ſiue per tabula
rium:libertas ſeruo competat,quaſi ex imitatione codicilli delata:ita tamen, ut & ipſo patro-
no uiuente, libertatem & ciuitatem Romanam habeat. Sed & ſi quis inter amicos liberta-
tem dare ſeruo ſuo maluerit:licebit ei ſimiliter quinq; teſtibus adhibitis,ſuam explanare uolun
tatem,& quod liberum eum eſſe uoluerit dicere:& hoc,ſiue inter acta fuerit teſtificatus,ſiue te-
ſtium uoces atteſtationem ſunt amplexæ,& literas tam publicarum perſonarum,q̄ teſtium ha
beant:ſimili modo ſerui ad ciuitatem Romanam perducantur,quaſi ex codicillis ſimiliter li-
bertatem adipiſcentes. Sed ſcimus hoc etiam eſſe in antiqua latinitate ex edicto diui Claudij
introductum:quod ſi quis ſeruum ſuum ægritudine periclitantem ſua domo publice eiecerit,
neq; ipſe eum procurans,neq; alij eum commendans(cū erat ei libera facultas) ſi nō ipſe ad eius
curam ſufficeret in Xenonem eum mittere,uel quo poterat modo eum adiuuare: huiuſmodi
ſeruus in libertate latina antea morabatur,& quem ille morientem antea dereliquit,eius bona
iterum cum moreretur,accipiebat.talis itaq; ſeruus libertate neceſſaria,domino etiam nolente,
re ipſa donatus,fiat ilico ciuis Romanus,nec aditus in iura patronatus quondā domino refer-
uetur.quem enim à ſua domo ſuaq; familia publice repulit,neq; ipſe eū procurans,neq; alij cō-
mendans,neq; eum in uenerabilem Xenonem mittens:neq; conſueta ei præbens ſalaria:mane-
at ab eo eiusq; ſubſtantia penitus ſegregatus,tam in omni tempore uitæ liberti, q̄ cum moria
tur,necnon poſtq̄ iam fuerit in fata ſua conceſſus. Similiq; modo ſi quis ancillam ſuam ſub
hac conditione alienauerit,ne proſtituatur,nouus autem dominus impia mercatione eam pro
ſtituendam eſſe tentauerit:uel ſi priſtinus dominus iniectionem manus in tali alienatione ſibi
reſeruauerit,& cū ad eum fuerit reuerſa,ipſe ancillam proſtituerit:ilico in libertatē Romanam
eripiatur,& qui eam proſtituerit,ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum de
gener & impius conſtitutus eſt,ut talem exerceret mercationem:quomodo dignus eſt uel ancil
lam uel libertam eam habere? Sed & qui domini funus pileati antecedunt, uel in ipſo lectulo
ſtantes,cadauer uentilare uidentur:ſi hoc ex uoluntate fiat,uel teſtatoris,uel hæredis:fiant ilico
ciues Romani. Et ne quis uana liberalitate iactare ſe concedatur,ut populus quidem eum hu
manum reſpiciat,multos pileatos in funus procedentes aſpiciēs,omnibus autem deceptis ma-
neant illi in priſtina ſeruitute publico teſtimonio defraudati:fiant itaq; & hi ciues Romani,iure
tamen patronatus patronis integro ſeruato. Illo proculdubio obſeruando, ut ſi quis,ſiue in
teſtamento,ſiue uindicta quendam manumiſerit:licet hoc dixerit uel ſcripſerit,quod uoluerit
eum eſſe Latinū:ſuperuacua adiectio latinitatis aboleatur, & ita fiat ciuis Romanus,ne modi,
qui ab antiqua obſeruatione in ciuitatem Romanā producebāt,per priuatorū uolūtates demi-
nui uideant. Sed & ſi ſub conditione quidē libertatē ſeruo ſuo reliquerit, & adhuc pendente
conditione extraneus hæres libertatē ei imponat:nō ut antea Latinus,ſed ciuis fiat Romanus.
& ſiquidē conditio defecerit:ipſius hæredis,qui libertatē impoſuerit,maneat libertus. Sin autē
fuerit adimpleta conditio:ne eripiat liberis forſitan & cognatis ius patronatus, Orcinus uidea
tur,& ad eū iura patronatus perueniant,cui leges concedūt. Illud etiam ſatis acerbum nobis
uiſum eſt,quòd putabat antiquitas,ſi in liberali iudicio ſuperatus fuerat ſeruus à domino,dein
de ſerui preciū ab aliquo ei ſolutū eſt,in latinitate eum remorari.quemadmodū em̄ rationabi-
le eſt,& precio eum perfrui,& mortis liberti tempore denuo eum in ſeruitutem deducere:cum
nō ſint ambo caſus ſibi cōſentanei.& in præſenti igitur caſu libertas Romana ei accedat,iure pa
tronatus minime ei ſubnixo:qa ipſe quodāmodo ſibi libertus inueniē. Sed & ſi qs huiuſmo
di libero ſuā ancillā in matrimonio collocauerit,& dotē pro ea cōſcripſerit(quod ſolitū eſt in li
beris perſonis ſolū procedere:) ancilla nō latina,ſed ciuis efficiat Romana. Si em̄ hoc,quod fre
quentiſſime in ciues Romanas,& maxime in nobiles perſonas fieri ſolet(id eſt dotalis inſtrumē
ti cōſcriptio)& in hac perſona adhibita eſt:neceſſariū eſt cōſentaneū effectū huius ſcripturæ ob-
ſeruari. Similiq; modo,ſi dominus inter acta quendā ſeruum filiū nominauerit:uoci eius(q̄-
tum ad liberā conditionē)credēdū eſt.ſi enim ipſe tali affectione fuerit accenſus,ut etiā filiū ſuū
ſeruū nominare nō indigneē,& hoc nō ſecreto,neq; inter ſolos amicos,ſed etiā actis interueniē
tibus,& quaſi in iudicij figura nominauerit:quomō poteſt eum ſeruū iterū ſaltem morienté ha
bere,ſed ꝓducat & ipſe in ciuitatē Romanā uera libertate,& nō falſo ſermone domini ſui fuſtē
tatus. Ille etiā nouiſſimus antiquæ latinitatis modus in ciuitatē Romanā tranſlatus,eligēdus
eſt:

est:si quis instrumentâ,ex quibus seruus ostendebat̃,uel dederit seruo,uel corruperit. Sed ne fu randi occasio seruis forsitan detur,& sua malignitate in libertatẽ peruenant:talis modus certa & indubitata probatione manifestetur,ut testibus præsentibus nõ minus quinq;, dominus in strumenta uel det famulo suo,uel deleat,aut alio modo corrumpat.& ex eo igit̃ modo ciuitatẽ Romanã ei competere censemus,saluo iure patronatus,tam in hac specie,q; in cæteris:nisi ubi specialiter hoc patronis denegauimus. His tantũmodo casibus ex omni iure latinitatis anti quæ electis,cæteri omnes modi, qui libris prudentũ uel constitutionibus enumerati sunt,peni tus conquiescant:nec latini ab eis ꝓcedant,sed maneant(ut dictũ est)serui in sua cõditione,nec tali remedio abuti cõcedant̃. Et ne in posterũ aliquod ius latinæ libertatis nostris legibus incur rat:lex Iunia taceat,Largiano senatusconsulto cessante,fileat edictum diui Traiani,quod ex ea sequebatur:& si qua alia lex,uel senatusconsultũ, uel etiã constitutio loquitur de latinis,ea inef ficax(quantũ in eam partẽ)remaneat:& triplex antea uia libertatis,quæ multiplices introduce bat ambages,uno directo tramite discat ambulare. Quòd si aliqua lex,uel constitutio libertatis faciat mentionem,non autem latinitatis:ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur. Sed si quidam liberti iam mortui sunt,& bona eorum,quasi latinorum ijs,quorum intererat, aggre gata sunt,uel adhuc uiuunt:nihil ex hac lege innouetur,sed maneant apud eos iure antiquo fir miter detenta & uindicanda.in futuris autem libertis,præsens constitutio locũ sibi uindicet.

DE COMMVNI SERVO MANVMISSO. Tit. VII.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P.P.

IN communes seruos,& eorum libertates,& quando cuidam domino pars liberta tem imponentis adcrescit,nec ne,& maxime inter milites,qui huiusmodi impo nũt libertatẽ:ambiguitas multa exorta est apud ueteres iuris authores,& inuenta est constitutio apud Martianũ in constitutionibus diui Seueri,per quẽ idem Im perator disposuit necessitatẽ imponi hæredibus militis comparare partem socij, & seruum libertati donare.Sed & alia constitutio diui Seueri & Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio partem suam socio uendere, quatẽnus liber tas seruo imponatur:licet nihil lucri ex substantia socij morientis alij socio accedat:precio uide licet arbitrio prætoris constituendo:secundum ea,quæ & Vlpianus libro sexto fideicommisso rum,& Paulus libro tertio fideicommissorum refert:ubi & hoc relatum est,quod & Sextus Cæ cilius iuris antiqui conditor definiuit,sociũ per prætorẽ compelli, suam partẽ uendere, quatẽ nus liber seruus efficiat̃:quod & Marcellus apud Iulianũ in eius digestis notat,& hoc Marcellũ, cum Iulianum notaret,retulisse palàm est. His itaq; apud ueteres iuris authores inuentis:deci dentes tales altercationes,generaliter sancimus:ut nulla inducat̃ differentia militis seu priuati in seruis cõmunibus,sed in omnibus cõmunibus famulis,siue inter uiuos,siue in ultima disposi tione libertatẽ quis legitimam imponere cõmuni seruo uoluerit:hoc faciat,necessitatẽ haben te socio uendere partẽ suã,quantã in seruo possidet,siue dimidiã,siue tertiã, siue quantãcunq; etsi plures sint socij,uno ex ijs libertatẽ imponere cupiente:alios omnes necessitatẽ habere par tes suas,quas in seruo possident,uendere ipsi,qui libertatẽ seruo imponere desiderat,uel hæredi eius:licet & i pse cõis hæres institutus sit,& hoc moriturus dixerit:ita tamẽ,ut omnimodo ipse, qui partes alias cõparauerit ,uel hæredes eius libertatẽ imponant. Sin aũt socius uel socij recu sauerint preciũ accipere:licentiã ei damus offerre hoc per publicas personas,& sigillo impresso in ædem sacrã deponere,& sic habere facultatẽ seruũ libertate donare,& eum habere pleniss imã libertatẽ,& ciuitate Romana perfrui,& nullũ timere ex socijs.sibi enim imputẽt,si cũ liceret lu crari preciũ,hoc accipere differunt. Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio:peculiũ eius in omnes socios peruenire iubemus ex partibus,pro quibus quisq; & dominium serui possi det:licentia concedenda ei,qui libertatem moriens imponit,etiam eius peculium ,quod ei at tingit,liberto cõcedere.iura autem patronatus proculdubio pro suo ordine ad eum uenire,qui libertatem donauit. Sin autem seruus ratiocinijs suppositus est:ne ratiocinia pereant,uel li bertas impediatur: præsidem prouinciæ, uel competentem iudicem tempus statuere,intra quod debet (ratiocinijs antea factis, & debitis, quæ ex his apparuerint, redditis)ita ad liberta tem uenire. Ne autem quantitas seruilis precij sit incerta, sed manifesta : sancimus, serui precium, siue ancillæ, si nulla arte sunt imbuti, uiginti solidos taxari:ijs uidelicet, qui usq; ad decimum annum suæ uenerint ætatis,in decem tantummodo solidis ponendis. Sin autem aliqua arte præditi sunt : exceptis notarijs & medicis, usq; ad triginta solidos precium eorum

redigi, siue in masculis, siue in fœminis. Sin autem notarius sit, uel medicus, siue masculus, siue fœmina: notarius quidem usq; ad quinquaginta, medicus autem usq; ad sexaginta taxetur. Sin uero eunuchi sint serui cõmunes maiores decem annis: siquidem sine arte sint, in quinquaginta solidos cõputentẽ: si aũt artifices, usq; ad sexaginta. minores etenim decẽ annis eunuchos nõ amplius triginta solidis æstimari uolumus, & eorũ partẽ cõpetẽtẽ socij accipient, & libertatẽ eis per cõpetẽtes iudices imponere cõpellẽt. Sin aũt uno ex socijs libertatẽ, siue imponere, siue relinquere seruo cupiẽte, & preciũ dãte, alter uel alteri ex ijs ipsi se uelle dixerint libertatẽ imponere, & preciũ dare: melior quidẽ causa erit eius, qui primus ad hanc rationẽ pietatis peruenit. Si tamẽ sub obtentu libertatis & ipsi ad hoc prosiluerint: tunc iudicẽ competentem omnes cõpellere sine precio ei libertatẽ imponere: peculio quidẽ in omnes secnndũ partẽ dominij distribuendo: iura aũt patronatus secundũ sui naturã omnibus, qui libertatẽ imposuerint, æquali ter habentibus. Jus aũt adcrescendi, quod antiqua iura in cõmunibus seruis manumittendis introducebãt, esse nullius momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus.

II. *Idem A. Iuliano P.P.*

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitũ est, ut seruus cõmunis apud unumquemq; domi num partim sit proprius, partim alienus, ut ex hac causa possit & ipse legato honorari, & ipse legari: huiusmodi incidit quæstio. si duo uel plures domini cõmunem seruũ habebant, sed unus ex his ipsi seruo suam partẽ, quam in eo habebat, legauit. & semel accepta dubitationis occasione, hoc uetustas in magnum extulit certamen. Cũ igitur nos sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicẽ eum esse opinamur. aut enim putauit testator liberum fieri posse ex parte seruũ, qui huiusmodi legatum ei reliquit: aut si hoc minime cogitauit, affectu socij fecit, ut ei adquiratur, hæredes autẽ suos eundẽ seruum possidere minime uoluit: ut sit manifestũ, à suo patrimonio penitus esse eum alienatum. In tali itaq; comparatione nos, qui fauto res libertatis sumus, sic ambiguã testatoris interpretamur uolutatem, tanc̃ si uoluit eum liberare in sua parte donare: & cum iam de cõmunibus seruis manumittendis statuimus, quid in huiusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore, & huiusmodi species sit definita. fiat itaq; liber ex parte quidem testatoris secundum eius uoluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione: precio secundum prædictæ constitutionis tenorem, uel socio, uel socijs ab hærede præstando, uel si accipere noluerint, tam eam offerendo, c̃q; consignando, & periculo eorũ deponendo: cum satis abunde c̃q; imperiale est, humaniorẽ sententiam pro durioribus sequi.

DE SERVO PIGNORI DATO MANVMISSO. Tit. VIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Proculo.*

LIcet dotale mancipium uir, qui soluendo est, possit manumittere: tamen si te pignori quoq; datum mulieri apparuerit: inuita ea nõ potuisse libertatem adsequi, non ambigitur.

II. *Iidem AA. Abascanto.*

LIbertas à debitore fisci seruo data, qui pignori non est ex conuentione speciali, sed tantum priuilegio fisci obligatus, non aliter infirmatur, c̃q; si hoc fraudis consilio effectum detegatur.

III. *Iidem AA. Antonio.*

AB eo, qui bona sua pignori obligauit, quæ habet, quæc̃q; habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est. non idem iuris est in ijs seruis, qui pignoris iure specialiter traditi uel obligati sunt.

IIII. *Imp. ALEXANDER. A. Sabiniano.*

SI (ut proponis) consentiente creditore, cui pignoris iure cum alijs mancipijs obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem peruenire.

V. *Idem A. Extritatiano.*

SI creditoribus satisfactum fuerit: ancillæ, quæ pignori oligatæ à debitore manumissæ erant, liberæ fiunt. nam ipse manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, ut reuocet libertates, audeat dicere: audiri non debet, nec hæredes eius.

VI. *Idem. A. Auctioni.*

SI tutor tuus de pecunia tua seruos emptos manumisit: quoniam huiusmodi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecunijs emptæ, iure pignoris ex constitutione diuorum parentum meorum obligati sunt: fauore pupillorum liberi facti non sunt.

Imp.

VII. Imp. GORDIANVS. A. Iulianæ.

Siue cum nupsisses, mancipia in dotem dedisti, siue post datam dotem de pecunia dotis maritus tuus quædam comparauit: iuris rationibus dominia eorum ad eum peruenerunt. ideoq; frustra quæstionem super statu manumissorum conaris inferre, qui eius facti, qui comparauit, uel in dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti.

DE SERVIS REIPVBLICAE MANVMITtendis. Tit. IX.

I. Imp. GORDIANVS. A. Epigono.

Sita, ut lege municipali, constitutionibusq; principum compræhenditur, cum seruus publicus esses, ab ordine (consentiente etiam præside prouinciæ) manumissus es: non ex eo, quòd is, quem dederas uicarium, in fugam se conuertit, iugo seruitutis, quod manumissione euasisti, iteratò cogeris succedere.

II. Idem A. Hadrianæ.

Si decretum ordinis authoritas rectoris prouinciæ comprobauit, quo is libertatem accepisset, cui postea fueras (ut proponis) matrimonio copulata: natam ex huiusmodi matrimonio, & ciuem Romanam esse, & in patris potestate, non est opinionis incertæ.

III. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Philadelpho.

Titulo non præcedente, quibus dominia seruorum quæri solent, municipum libertus seruus non efficitur. Si itaq; secundum legem *Vectibulici, cuius legis potestatem senatusconsulto Iubentio Celso iterum & Neratio Marcello consulibus facto, ad prouincias porrectam constitit, manumissus ciuitatem Romanam consecutus es: post uero, ut libertus tabulariam ad ministrando, libertatem, quam fueras consecutus, non amisisti: nec actus tuus filio ex liberto ingenuo suscepto, quo minus decurio esse possit, obfuit.

DE HIS, QVI À NON DOMINO MANVMISsi sunt. Tit. X.

I. Imp. ANTONINVS. A. Cornelio.

Vm, qui seruos alienos ac si suos manumittit, ut precium eorum dominis, si hoc elegerint, dependat, uel quanti sua interest: sæpe rescriptum est, teneri.

II. Imp. ALEXANDER. A. Meæriali.

Felicissima, quam mandante te seruum emisse dicis, si dominium serui, quem manumisit, nondum ad te transtulerat: frustra petis, ut denegata libertate eius, quem manumissum dicis, possessio tibi tradatur.

III. Idem. A. Pompeio.

Qui tibi hæreditatem uendidit, antecq; res hæreditarias traderet, dominus earum perseuerauit. & ideo manumittendo libertatem seruo hæreditario præstitit.

IIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Zoilo.

Si non proprietatem donaueras, sed ministerium ancillæ dederas: libertatem mancipio dando ea, quæ precarium usum habebat, dominio tuo nihil præiudicauit. nemo enim alienum seruum, cuius ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Marcellinæ.

Si tradita sunt ex donatione mancipia: ius manumittendi donatrix non habuit.

VI. Idem AA. & CC. Milio & alijs.

Si pater seruum uestrum, licet uobis minoribus uiginti annis consentientibus, manumisit: sei libertatem præstare non potuit.

VII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Bassum.

Si non à dominis libertas detur mancipio alieno: siquidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dandi ius est: sine ulla trepidatione pœnæ facilis dissolutio est. Si uero iubentibus nobis quidquam lege actum esse doceatur, & non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petisse probet: tunc eodē, qui in cōspectu nostro libertatē monstrabit à nō domino cōsecutus, ei protinus, ad cuius pprietatē pertinet, restituto: is, qui mancipiū alienū fallendo principis cōscientiā manumisit, mancipia duo cogat dño eius dare eiusdem sexus ætatis atq; artis, cuius cōstiterit esse manumissū, & alia tria fisco eadē ratione similia. Quæ multa non semper imponi-

imponitur,sed potius cõquiescit:si forte manumissus inferentẽ sibi quæstionẽ status,obiecta legitima præscriptione,potuerit excludere:cũ sibi amissi mãcipij damna debeat imputare is qui in pernicie suã gesta taciturnitate firmauit.PP.Idib.Iul.Cõstãtino.A. V.& Licinio Cæs.COSS.

QVI MANVMITTERE NON POSSVNT, ET NE IN fraudem creditorum manumittantur. Tit. XI.

I. Imp. ALEXANDER. A.Antiocho.

CErtum ius est,non aliàs directas libertates per legem Aeliã Sentiam,quæ fiunt in fraudẽ creditorum manumissorum, reuocari:nisi & consiliũ fraudis, hoc est animus manumittentis,& euentus damni suum recipere uolentium sequatur.Inter creditores autem etiam eos numerandos esse,quibus fideicommissum debetur, olim placuit.

II. Idem A. Nataliano.

SEruos meos,nec per interpositam personam ad libertatem perducere homines peculij sui posse,mandatis principum compræhenditur.

III. Idem A. Iustinæ.

DIuo Marco authore amplissimus ordo censuit,ne quis spectaculo,quod edatur, actorem suum alienumue seruum manumitteret:& si factum esset, pro infecto haberetur.

IIII. Idem A.Felicissimo.

SI minor annis uiginti ad libertatem præstandam homines tradidisti: senatuscõsulto quod gestum est,irritum constituitur.

V. Idem A. Prisco.

SI in fraudem eorum,quæ fisco debebantur,probari potest libertas data:non ualet.Sed si pecuniam is,quem patrem tuum appellas,emptori dedit,& ab eo redemptus,ad libertatem productus est:nihil uidetur bonis defuisse eius,qui fisci debitor dicitur.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.& CC.Olympio.

NEc fideicommissariam libertatem à pupilla sua seruis debitam tutorem posse præstare, certi iuris est.unde si hos,quos tu rogata fueras manumittere,tempore certo ætatis tuæ ad libertatem non produxisti,sed tutor manumisit:remanserunt in seruitute.

VII. Iidem AA.& CC.Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non soluendo constitutus,fideicommissariam tibi reliquit libertatem:cum in fideicommissarijs libertatibus euentum inspici tantũ obtinuerit:nihil eius uoluntas tibi prodesse potest.

QVI NON POSSVNT AD LIBERTATEM PERuenire. Tit. XII.

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS. AA. Torquato.

CVm diuus Claudius pater meus constituerit,à præsidibus prouinciarum,uel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habent, in perpetua uincula damnatos ad libertatem produci non posse:hi,qui intra tempora pœnæ liberi & hæredes esse iussi sunt,aut legatum fideicommissumue acceperunt:neq; libertatem adipisci,nec quidq; eorum,quæ de his data sunt,capere possunt.quòd si pœnæ tempus compleuerint:iam omni uinculo exsoluti,& quasi ad pristinam uel simplicem seruitutis condicionem redacti,& libertatem,& si qua testamentis dominorum illo tempore defunctorum acceperunt,sine ulla quæstione pœnæ præteritæ consequantur.

II. Impp. VALERIAN.& GALLIEN.AA.Theodoro.

IS quidem,qui in testamento uetitus est manumitti,ad libertatem non potest peruenire.sed in proposito interest,utrum ne eos,quos cum filio educatos esse testator expresserit,propter familiare ministerium & usum filiorũ necessarium & ueniri & manumitti uetuit,an quasi male meritis pœnam irrogauerit.nam priore casu morte eius,cui consulebatur,obsequij necessitate finita,libertas potest peruenire.posteriore autem casu id,quod pœnæ causa in seruos statutũ est,necesse est uires suas obtinere:quando diuis parentibus meis placuerit,eiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem male meritis seruis irrogare,ut nec per suppositum emptorem ad libertatem produci possunt.

Quibus

QVIBVS EX CAVSIS SERVI PRO PRAEMIO libertatem accipiunt. Tit. XIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firmino.

QVoniam religiosa sollicitudo ad augendam prouocandamq; fidei obseruationē iuris præmio affici debet: si ad ulciscendam necem domini incorruptis probationibus ac strenuo nisu constiteris: libertatē, quam his, qui dominorū cædem uindicant, iam pridem senatusconsultis, & statutis principum præstari sancitum est: etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso facto, sed aditione, & sententia præsidis reportabis.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Ianuarium.

SErui, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercētes, in publicum detulerint: ad ciuitatem Romanam donentur, ut eorū domini precium à fisco percipiant.

III. Idem. A. ad populum.

SI quis seruus raptus uirginis facinus dissimulatione præteritū, aut pactione transmissum detulerit in publicum: libertate donetur.

IIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Syagrium P.P.

SI desertorem militiæ seruus prodiderit: libertate donetur.

DE INGENVIS MANVMISSIS. Tit. XIIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Phileto.

SI ingenuum te & ex testamēto manumissum esse dicas: apud suos iudices causam agere debes. Si tamen iustum contradictorē habes, id est eum, qui se patronum tuum esse dicit, memineris senatū censuisse, ut qui post manumissionem originē repetierint: ea, quæ de domo manumissoris habent, ibi relinquāt. in qua causa etiam legata ut liberto data esse, iuris prudentibus placuit.

II. Imp. GORDIANVS. A. Pompeiæ.

INgenuam natam, neq; nutrimentorum sumptus, neq; seruitutis obsequium faciunt ancillam, neq; manumissio libertinam.

III. Imp. PHILIPPVS. A. Felicissimo.

SI auiam tuam manumissam, postea ingenuam solenniter constiterit, statumq; eius iustæ sententiæ tuetur authoritas: filios eius, quamuis ante sententiam susceptos, ingenuam libertatē non immerito flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Agrippæ.

CVm cognatum tuum ingenuum natum ex Palmyrenæ factionis dominatiōe uelut captiuum distractum esse dicas: præses prouinciæ ingenuitati suæ reddi eum efficiet.

V. Iidem. AA. & CC. Crescenti.

DIffamari statum ingenuorum, seu errore, seu malignitate quorundā, periniquum est: præsertim, cum adfirmes diu præsidem unū atq; alterum interpellatum à te: uocitasse diuersam partem, ut contradictionē faceret, si defensionibus suis cōfideret. Vnde constat, merito rectorem prouinciæ cōmotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinē sustineres. Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat in eadem obstinatiōe: aditus præses prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet.

VI. Iidem. AA. & CC. Dionysio.

SCientis conditionem liberum non posse fieri seruum, euidentissimi iuris est. Cum igitur pro bonas patrem pupillorum, quorum precibus fecisti mentionē, uelut liberum te penes se habuisse in ministerium, licet in actu longi temporis: nō præcedente uero titulo, quo dominia quæri solent, mutare tuam conditionem minime potuit.

VII. Iidem. AA. & CC. Matronæ.

SI te & filios tuos ingenuos esse constat: natalium ueritas uos tuetur. nam qui seruitutis moueratquæstionem, apud acta causæ renunciando, ad ingenuitatis probationem nec nocere quidq;, nec prodesse potest.

VIII. Iidem. AA. & CC. Callimorpho.

INgenui nascūtur, libertini manumissione tantū cōstituntur. pactum autē, nec seruis, nec liber-

tinis ingenuitatẽ adſignat: nec ijs, qui tranſactioni nõ conſenſerũt, quidq̃ præiudicare poteſt.

IX. *Iidem AA. & CC. Potamoni.*

LIbertina matre procreatam ingenuã naſci natalibus, euidentis ac manifeſti iuris eſt. Cum igitur te matre libertina editã, deinde ab hoſtibus captã, poſtliminio reuerſam proponas, & nũc tibi ſeruitutis moueri quæſtionem: cõſequens eſt adiri præſidem prouinciæ, qui de cauſa liberali cognoſcet, iure laturus ſententiam, ſciens neq; huiuſmodi matris conditionem, neq; ca ptiuitatem, reuerſis de ſtatu priſtino quidq̃ poſſe detrahere.

X. *Iidem. AA. & CC. Athenodoræ.*

AD recognoſcendos ſingulos nomina cõparata publico conſenſu ob cælandos natales in genuis, ſi mutentur, minime nocent: natosq; (licet in miniſterio ſeruitutis) liberæ cõditi onis nõ ſeruos poſſeſſio, ſed ſtatus ingenuos edi perficit.

XI. *Iidem AA. & CC. Maximæ.*

SI ueſtrã poſſeſſionẽ nullus p̃ceſſit titulus, ſed ingenui cõſtituti opas mercede placita locaſtis: nec ſtatui uĩo q̃dq̃ derogatũ eſt, nec ad cõuentiõis implẽdã fidẽ ſoleniter agere ꝓhibemini.

XII. *Iidem. AA. & CC. Quietæ.*

AD mutandum liberæ ſtatum, cõmiſſum plagij nihil promouet: ſed abductam natales, qui bus nata eſt, poſt hunc etiam caſum obtinere conuenit.

XIII. *Iidem AA. & CC. Melandro.*

INgenuũ ſe contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Ariſtoteli.*

STatus ingenuæ ex eo ſolo, quòd uelut ancilla ſponſaliorum nomine data proponitur, præ iudicari nulla ratione poteſt.

COMMVNIA DE MANVMISSIONIBVS. Tit. XV.

I. *Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.*

SAncimus, ſi proprietarius ſeruo, cuius uſufructus ad aliũ pertinebat, libertatẽ im poſuit: non ſecundum antiquã obſeruationem, & libertate carere, & eum ſine do mino eſſe intelligi: ſed nec inueniri perſonã, cui res ad ſe ueniẽtes adquirat. Sed ſi tã proprietarius, quãm uſufructuarius libertatẽ ei cõſentiẽtes impoſuerint: ple no iure liberum effici, & ſi quid poſtea ſibi adquiſierit, hoc in bonis ſuis habere.

Sin aũt proprietarius ſolus libertatem impoſuerit, uſufructuario minime conſentiente: ſit quidẽ ille, qui libertatẽ à proprietario accepit, inter libertos proprietarij cõnumeratus: & ſi quid in medio poſſedit, hoc ſibi adquirat, ſibiq; habeat, & ſuæ poſteritati relinquat, ſaluo patronatus iure per oĩa cuſtodiẽdo, niſi & hoc ei legibus fuerit remiſſum. Ipſe tamen libertus quaſi ſeruus apud uſufructuariũ pmaneat, donec uſufructuarius uiuit, uel uſufructus nõ legitimo modo per emptus eſt. Etẽ ſi finem uſufructus quocũq; modo accipiat: tunc facultas ei tribuatur, quo ma luerit degere modo. Si uero adhuc ſuperſtite uſufructuario ab hac luce fuerit libertus exẽptus: hæreditas eius legitimũ tramitẽ ſequatur. Sin aũt uſufructuarius tantũmodo libertatẽ impo ſuerit: ſi quidẽ hoc modo, ut cedat uſumfructũ, pprietario, pleniſſimũ ius habeat in ſeruo, pprieta rius: ut oĩa ei ſeruus adgrat ſecundũ ea, quæ generaliter in ſeruos & dominos cõſtituta ſunt. Sin uero gratias agẽdo uſufructuarius eũ ab uſufructu liberauerit, & libertati donauerit: tũc maneat quidẽ ſeruus, pprietario ſuo adnexus: ſed nõ neceſſitas ei imponat, donec uiuit uſufructuarius, uel uſufructuarius cõſtare poteſt, obſeruare, pprietariũ, & quædã miniſteria ei adimplere, ſed iu dices noſtri eũ ingere tueant. Poſt uſufructuarij aũt mortẽ, uel uſufructus quocũq; modo inter emptionẽ: tunc ſeruiat quidẽ domino, & oĩa, quæ in medio ad eũ peruenerãt, hoc ſuo domino adquirat, & ſit ex noſtra cõſtitutione hæc ſeparatio inter ſeruos & liberos, & nõ ſecundũ ius anti quũ idem ſeruus remaneat, & nullũ reſpiciat dominũ. Illud quoq; huic legi adijcimus, ut ex ploſa antiqua perſonarum differentia, liceat parentibus tam maſculis, quàm fœminis, filijs filia abuſue ſuis, in ſacris cõſtitutis, ſiue emancipatis, cuiuſcunq; gradus, mandatũ imponere, quatẽ nus ſeruos in libertatẽ perducãt, ſiue apud iudicẽ, ſiue in ſacris eccleſijs, ſiue ſecundũ alium, quẽ mandator uoluerit, legitimũ modum. cum enim & in ſucceſſionibus, & in alijs penè oĩbus nul la eſt inter liberos diſcretio: oportet hoc obſeruari & in præſenti caſu, maxime pro libertate, quam & fouere & tueri Romanis legibus, & præcipue noſtro numini peculiare eſt.

II. *Idem. A. Iuliano P.P.*

SI qs ſeruo ſuo libertatẽ imponat, ſiue in eccleſia, ſiue in æde ſacra, ſiue ad qualecũq; tribunal, uel apud

uel apud eum iudicem, qui libertatem imponere legibus habet licentiam, siue in testamento, uel alio ultimo elogio, directam, uel fideicõmissariam: nullo coartetur modo eorũ, qui ad libertatem ueniunt, ætatem requirere. neq; enim eum tantummodo ciuitatem Romanam adipisci uolumus, qui maior triginta annis exstitit: sed quemadmodum in ecclesiasticis libertatibus nõ est huius ætatis differentia, ita in oñibus libertatibus, quæ à dominis imponũtur, siue extremis dispositionibus, siue per iudices, uel alio legitimo modo, hoc obseruari sancimus, ut sint omnes ciues Romani constituti. ampliandam enim magis ciuitatem nostram, quàm esse minuendam censemus.

III. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SI quis sine uxore constitutus, ancillam suam sub nomine habeat cõcubinæ, & in eadem usq; ad mortem suam consuetudine permanserit, & forsitan liberos ex ea substulerit: sancimus, omnimodo non concedi hæredibus defuncti eandem uel liberos eius, si etiam liberos habuerit, in seruitutem deducere: sed post mortem domini sub certo modo eripiatur in libertatem, unà cum sobole sua, si etiam eam forsitã habuerit. ipsi etenim domino, dum supereſt, damus licentiam, quomodo uoluerit, uti tam ancilla sua, quàm etiam ex ea progenita sobole, & in suo ultimo elogio quidquid uoluerit contra eos disponere, id est quasi seruos eos alijs legare, siue in seruitutem hæredum nominatim relinquere. Sin autẽ taciturnitate eos præterierit: tunc post mortem eius ad libertatem eripiantur: ut sit mors domini libertatis eorum exordium. Hominibus etenim uxores habentibus, concubinas uel libertas uel ancillas habere, nec antiqua iura nec nostra concedunt.

DE LIBERALI CAVSA. Tit. XVI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Saturnino.*

REm quidem illicitam & inhonestam admisisse te confiteris: quia proponis filios ingenuos à te uenundatos. sed quia factum tuum filijs tuis obesse non debet: adi cõpetentem iudicem (si uis) ut causa agatur secundum ordinem iuris.

II. *Idem A. Veroniano*

SI hi, quos seruos tuos esse dicis, liberi esse à diuersa parte dicãtur: de statu eorum more solito quæri oportet. nec enim res iudicata, qua de proprietate eorum pronunciatum est, opponi causæ liberali potest.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Quirino.*

SI liber homo alienæ ancillæ contubernium sequatur: licet ei fuerit denunciatum, ut se abstineret, seruus domini mulieris non fit.

IIII. *Idem A. Iocundo.*

SI is, quem in seruitutem petebas, liber (quamuis absente te) causa cognita pronunciatus est; secunda in seruitutem petitio eius dari non debet. sed si postea, quàm cognouisti, de sententia iudicis appellasti: an iure lata sit, in auditorio quæretur.

V. *Idem. A. Sabino.*

NOn ideo minus in libertatem proclamare potest ea, quam ancillam tuam esse dicis, quòd eam uendente fisco comparasti. sed nec hodie ad præscriptionem operatur, quòd uenditionis tempore maior uiginti annis fuerit: cum ætatis allegatio non aliàs possit præscriptionem aduersus ciuem Romanum accõmodare, quàm si participandi precij gratia consensum seruituti dedisse probetur. Probationis sanè onus, cum ex seruitute in libertatem adseritur, ad se recipit. quæ si affirmationẽ suam nõ impleat: incõcussum possessionis ius obtinebis.

VI. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. *Cæs. Versimeno.*

NEc si uolens scripsisses seruum te esse non liberum, præiudicium iuri tuo aliquid comparasses: quanto nunc magis, cum eam scripturam dare compulsum te esse testaris.

VII. *Imp.* AVRELIANVS. A. *Secundo.*

SI ab eo, cuius seruus fuisti, manumissus es: fruſtra libertatis controuersiam sustines, maxime ab hærede eius, qui te manumisit: cum etsi iure libertas non processerit: respectu tamen additæ hæreditatis uoluntatem defuncti suo consensu firmare debuit.

VIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Verinæ.*

CVm adfirmes placuisse quondam domino tuo, ut pro te & pro filia tua dato numo certæ quantitatis uos manumitteret, & te tãtummodo liberauit: aditus rector prouinciæ hortabitur eum, salua reuerentia, quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare.

IX. Iidem AA. & CC. Proculo.

CVm precum tuarum conceptio, licet eum, contra quem ſupplicas, ex ancilla tua natũ eſſe expreſſerit: tamen nomini cognomen, quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, & non ſeruum eſſe, ſed ſeruili macula adſperſum compræhenderit: contra eum, qui ſeruus non eſt, ſupplicaſſe te intelligis.

X. Iidem AA. & CC. Stratonico.

LIberos priuatis pactis, uel actu quocunq; adminiſtrationis, non poſſe mutata conditione ſeruos fieri, certi iuris eſt.

XI. Iidem AA. & CC. Fauſtino

NOn mutãt ſerui ſtatũ, ſi ad ciuiles honores illicite atq; improbe adſpirauerint. unde ſi ſtatus moueat quæſtio, intelligere uobis licet, nihil prodeſſe poſſe, quòd pater ueſter ciuiles honores geſſit. Solẽnibus itaq; ordinatis, apud præſidẽ prouinciæ de ſtatu ueſtro cognoſcetur.

XII. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI ex liberta te natum aliquis cõparauerit: ſtatum retines, quem antea habuiſti. ſi uero ex ancilla editum naturalis pater idemq; dominus diſtraxit, ac poſt emptori precium ſoluiſti: non idcirco libertatem conſecutus es.

XIII. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter de ſtatu defuncti agi non poteſt. ſi uero ex peculio quondam eius, quem tu bona reliquiſſe commemoras, res uindicentur, uel eius filijs moueatur ſtatus quæſtio: hæc omnia ſolenniter præſidali notione decidi debent.

XIIII. Iidem AA. & CC. Quintiano.

LIte ordinata, in poſſeſſione libertatis is, de cuius libertate quæritur, conſtituitur, & interim pro libero habetur.

XV. Iidem AA. & CC. Palladio.

NEc omiſſa profeſſio probationem generis excludit, nec falſa ſimulatio ueritatem minuit. cum itaq; ad examinationem ueri omnis iure prodita debeat admitti probatio: adi tus præſes prouinciæ, ſolennibus ordinatis, prout iuris ratio patitur, cauſam liberalem inter uos decidi prouidebit.

XVI. Iidem AA. & CC. Diogenæ.

SI miniſterium tuum quaſi libera exhibuiſti, ac te neſciente quaſi ancilla in dotem data, conſcriptum inſtrumentum eſt: nihil hæc libertati tuæ nocere potuerunt: maxime, cum te minorem ætate fuiſſe commemores, & placuerit minores uiginti annis nulla ratione mutare ſtatum poſſe, ac pro liberis ſeruos fieri: ne ante libertatem inconſulte amittãt, quam alij propter ætatis rationem ſine conſilio præſtare non poſſunt.

XVII. Iidem AA. & CC. Reſino.

MVltis rationibus naturalibus ingenuis fratribus natis, poſt delictis uel caſibus interuenientibus, ſingulorum cauſæ ſtatus ſeparantur. nihil itaq; prohibet, eundem & tibi non mouere quæſtionem ſtatus, & eos, quos fratres tuos adſeueras, in ſeruitutem uindicare, ſiue retinere. Igitur ad demonſtrandam fratrum tuorum libertatem aliæ ſunt probationes neceſſariæ. nam quòd tibi non mouetur quæſtio, libertatis eorum non idoneam conſtat habere probationem.

XVIII. Iidem AA. & CC. Zotico.

AD probationem ingenuitatis ab eo, contra cuius ſucceſſores poſtulas, facta tibi locatio non ſufficit: nec tamen hoc ſolum ad ſeruitutis uinculũ argumentũ eſt idoneum.

XIX. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter cauſam eius, de quo ſupplicas, eſſe, quàm tuam proſpicimus. nam cum te eũ ad libertatem produxiſſe profiteaˢ: illius intereſt magis ſolenniter ſuũ tueri ſtatũ, & cõſequẽter tua etiã agetur cauſa. nam ſi ab eo, contra quẽ fundis preces, ſeruus dicat, eiq; libertas ex manumiſſione tua uindicetur: probatio ſeruitutis originis, & beneficiũ manumiſſionis libertatẽ illi adſignans, tuum etiã ius patronatus tuet. Si uero cõſentiat ſeruituti: tunc iure conceſſo, adito præſide prouinciæ, eum inuitum etiam defendere poteris.

XX. Iidem AA. & CC. Aeternali.

SIcut ſemel præſtitam libertatẽ reuocari nõ licet: ſic per ea, quæ nõ manumittendi cauſa domini cum ſeruis proprijs agunt, nihil ſibi detrahunt.

XXI. Idem AA. & CC. Thraſyllæ.

EAm, quæ in poſſeſſione libertatis non ſine dolo malo reperitur, in ſeruitute conſtitutæ ſimile habe

le habere præiudiciũ, edicto perpetuo cauetur. sed si controuersia erit, utrum ex seruitute in liber tatẽ petatur, an ex libertate in seruitutem: sui conceptione manifeste probatur, nec quidq̃ ancil læ dolus iuris proprijs dominis aufert.

XXII. *Iidem. AA. & CC. Pardalæ.*

PArentes natales, nõ confessio adsignat. Quapropter si ex ancilla nata post ad libertatẽ ma numissa peruenisti: te seruam professa uelut ex ancilla altera natã, huiusmodi simulatione uel errore quæsitam manumissione libertatẽ amittere minime potuisti: cum serui nascantur ratione certa, non confessione constituantur.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Musciæ.*

SI tibi testamento directa libertas à domino relicta est, & ex eo successerũt scriptæ filiæ: non id circo, quòd secundum eius uoluntatẽ, uel contra de filiabus uni præstas obsequium, cæteræ filiæ tuam rescindere possunt libertatem.

XXIIII. *Iidem AA. & CC. Sebastiano.*

INterrogatam & professam apud acta se esse ancillam, huiusmodi factum defensionem liber tatis non excludit.

XXV. *Iidem. AA. & CC. Licentiano.*

SIcut instrumẽta prætermissa manumissionis recte factæ nullum adferunt præstitæ libertati præiudiciũ: ita si seruũ ad libertatẽ produxisti, instrumentorũ amissio nihil ei nocere potest.

XXVI. *Iidem. AA. & CC. Modesto.*

SIcut datam libertatem manumissis adimere patronus non potest, ita manumissionis instru mentum præstare cogitur.

XXVII. *Itdem. AA. & CC. Austerio.*

ARianus, si mota sibi quæstione à Leonide, liber fuit pronũciatus: in seruitutem à uicto ite rum non recte petitus est. Cohæres etiam tibi ab Ariano datus, colludens cum eo, siue hæ redibus ipsius, qui status ei mouerat quæstionem, nihil tibi obfuit: nec ea, quæ in confessione in tereos uenerunt, statum ueritatis, uel nomen substantiæ defuncti mutare potuerunt.

XXVIII. *Iidem AA. & CC. Eurymedonti.*

AVi paterni magistratu functi dignitas ad libertatis probationẽ nihil nepoti prodest: si qui dem in liberali causa matris, nõ patris inspicitur cõditio. sed nec materni aui sola sufficit: cum licet auia quoq; libera probari possit, multis tamẽ ex causis status mutari consueuit.

XXIX. *Iidem AA. & CC. Troilæ.*

DE ancilla matre natam, & ab eo redemptam, in cuius fuit contubernio, si non manumitti tur, in seruitute permanere non ambigitur.

XXX. *Iidem AA. & CC. Eutychiæ.*

SOlo obsequij nõ præstiti uelamento data libertas rescindi non potest.

XXXI. *Iidem AA. & CC. Cassiane.*

SI tibi seruitutis improbe moueatur quæstio: solennibus ordinatis de calũnia, uel iniuria (pro ut uindictæ uiam elegeris) habita contestatione: postea quàm seruus nõ esse fueris pronunci atus, aduersus eam sententiam postulare potes: tunc demũ etiã de ijs, quæ direpta probaueris, re stitutionem (cum pro libertate fuerit pronunciatum) petiturus.

XXXII. *Iidem AA. & CC. Athenaidi.*

SVbscriptio filij domini manumittẽtis, nec addere secuta, nec omissa detrahere libertati quid quam potest.

XXXIII. *Idem AA. & CC. Melitianæ.*

LIcet accepta pecunia dominus te manumisit: tamẽ tributa libertas rescindi non potuit.

XXXIIII. *Iidem. AA. & CC. Eremoniæ.*

LIbera concubinatus ratione non constituitur ancilla.

XXXV. *Iidem AA. & CC. Attalo.*

NOn idcirco minus, quòd pupilli res uelut tutor administrasse dicitur, ex eius persona seruitutis pati quæstionem potest.

XXXVI. *Iidem. AA. & CC. Theodoro.*

POst certi temporis ministerium ancillæ, liberam eam esse, cum ea paciscendo, conuentionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem: utq; hoc uerum est, ita è contra rio si filios suos, cõstituta cum his libera, in ministerium tibi tradere promisisse probetur, parére placitis non compellitur.

XXXVIII. *Iidem. AA. & CC. Olympio.*

SI filium tuum liberum genero uendidisti,qui tam proxima necessitudine coniunctus, conditionis ignorantiam simulare non potest:utrisq; socijs criminis accusator deest.

XXXVIII. *Iidem. AA. & CC. Philesarphi.*

NOn idcirco minus, quòd te limenarcha creato nemo cõtradixit,reipublicæ nomine moueri tibi status quæstio potest.

XXXIX. *Iidem. AA. & CC. Potesentico.*

LIberos uelut seruos se profitentes, statum eorum mutare non posse constat.

XL. *Exemplum sacrarum literarum A A. & C C. ad Verutum.*

IVxta edicti nostri continentiã in liberalibus quoq; negocijs:siue de libertinitate,siue de ingenuitate quæstio moueatur:absente nihilominus una parte causam discuti,& pro iusticiæ ratione sententiam proferri,nihil prohibet.

XLI. *Impp. CONSTANTIN. & LICINIVS. AA. ad Eutychium præsidẽ Cappadociæ.*

IVbemus omnes epistolas actricis, quas ad Aelium tanq; principalem fecerat,inanes ac uacuas esse, atq; in irritum uocari,ac de ingenuitate eiusdem Aelij requiri: nec mulieri id obesse, quòd ad eum, tanq; decurionem ac principalem scripsit,uel id,quòd idem se finxerat decurionem,uel principalem,maxime cum non solum testium professione & cognationis eius iugum seruile cognoscitur,uerumetiam uoce propria eiusdem Aelij apud aliud iudiciũ patuerat,quòd conditionis seruilis uideretur.

XLII. *Imp. CONTANTIN. A. ad Maximum P.P.*

PLacuit eos,qui nascuntur,matrum conditionibus uti,quarum mox uisceribus exponuntur.ante uero litem nati,suo nomine omnes in quæstionem uocentur:quoniam hos solos, qui in lite nati erunt,omnem fortunam matrum complecti oportet,aut iustis tradi dominis, aut libertate cum lucis authoribus frui.

DE ADSERTIONE TOLLENDA. Tit. XVII.

I. *Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.*

LItes super seruili conditione mouendas,ad clementiorem tam examinationem, q̃ terminũ transferimus: iubentes, si quis uel adhuc seruiens liberum se esse dixerit,uel in libertate commorans,ad seruitutem uocatus fuerit: adsertoris difficultatem in utroq; casu cessare, ipsumq; per se ad intentionem eius, qui dominum sese adserit,respondere:etsi ex possessione libertatis ad seruitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi.quod ijs,qui ex seruitute ad libertatem prosiluerint,penitus interdicimus illis legibus,quæ dudum & secunda & tertia uice adsertorias lites examinari præcipiebant,in posterum conquiescentibus:cum sit iustum primam definitionem in suis manere uiribus,cum prouocatio nulla oblata fuerit.qua porrecta,ad similitudinem aliorum negociorum iudex, ad quem res ex prouocatione ducitur, eam examinabit: cuius & ipsius iudicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum, quæ super adsertorijslitibus positæ sunt. Super peculio etiam eorũ uel alijs rebus aut causis ueterem defensionis obseruationem tollimus: præcipientes illorum tantũ peculia, qui ex possessione seruitutis super libera conditione litigant:aliasq; res,quæ uindicantur,in tuto pro dispositione iudicis collocari. Omnes uero,qui pro libertate periclitantur,siquidem possunt fideiussore dare,eum exigi.Sin uero reuera datio eius impossibilis ei sit,hocq; iudici manifeste ostendatur: iuratoriæ cautioni committi: scientes,quòd si post huiusmodi expositionem abfuerint,& edictis citati,in absentia nihilominus per unum annum durauerint:omnimodo seruituti obnoxij erunt, & eius dominio, qui litem eis intulit,sine ulla dubitatione adsignabuntur. Scire uero eos uolumus,qui aliquem ad seruitutem uocant,quòd si post primam accusationem in quocunq; iudicio, uel ex diuali iussione factam,& admonitionem ei oblatam,qui seruus esse dicit, in alio iudicio eum accusauerint:præterq; si eius occasionem ipse,qui seruus esse dicit, præstiterit:& si domini sint,suo iure priuabuntur.

II. *Idem A. Ioanni P.P.*

EXpeditam antea quæstionem,in præsenti autem ex nostra lege,quam de adsertione tollenda posuimus,in quandam difficultatem incidere periclitantem,compẽdioso remedio fulciẽdam esse censemus.cum etenim per adsertores super libertate iudicium agitabatur,si in medio adsertore litem agẽte,adsertus ab hac luce fuerat subtractus:necessitas imponebatur,nihilominus adsertoti litem implere,ut emptor(si uictus erat, & pro libertate fuerat pronunciatum) habeat

habeat regressum aduersus uenditorem, ut ei quasi liberæ personæ uenditor reddat id, quod emptionali instrumento continebatur, uel natura contractus exigebat. In præsenti autem, quia assertorum uana nomina reiecta sunt: si persona, pro cuius conditione lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum iudicium potest adimpleri, una tantum persona in iudicium ueniente? Sanctimus itaq; in præsenti casu licentiam esse emptori aduersus suum auctorem uenire, quatenus uel ostendat uenditor seruum se uendidisse, uel (si non potuerit) quasi libera persona uendita euictionis periculum ad eum reuertatur.

QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET, & de rebus eorũ, qui ad libertatẽ proclamare non prohibent. Tit. XVIII.

I. Imp. GORDIANVS. A. Proculo.

DIspar causa est eius, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, & eius, qui precium participatus est. nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio: posteriori autem, & si ciuis Romanus sit, & participatus est precium, libertas denegatur. Eandemq; & in eo distinctionem adhibendam, cui fideicommissaria libertas debetur, meritissimi iuris authores responderunt.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Melanæ.

DE latronum familia descendentibus ex largitione principali, uel authoritate fiscali seruis factis, retro principes libertatem denegari decreuerunt.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Maximum P. P.

SI quis in libertatem proclamauerit: id, quod apud se esse eius, qui se dominũ dicit, profitebitur: quoniam nõ de eo dubitatur: reddi ac referri iudex protinus pronũciabit. Quod uero petit ad probata libertas (quoniam & ipsis, qui his rem cõmiserunt, medendum est) gestarum rerũ ab eo dẽ ratio, atq; omne, quod debetur, reposcatur: ut seruitute depulsa, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut seruo dominj iure largitus est, & quæ ex earum rerũ quæstu ac fructibus congregata sunt, & quæ de furtiuis cõpendijs obscure capta ac parata sunt: cum liberum esse nõ oporteat, quod apud seruũ dominus peculij nomine collocauerat. Ea uero, quæ testamẽto, uel donatione quæsita sunt, aut quæ ex earum rerũ emolumentis empta confectaq; sunt: ei dẽ ingenuo deputentur. quæ tamẽ uniuersa exacto libertatis iudicio, quatenus à suprascriptis rebus discernantur, in sequestro esse oportet: ut his ab utroq; deductis, atq; in medio collocatis, ad eorũ proprietatẽ uterq; cõtendat. D. XV. Kal. Mart. Thessalonicæ. Seuero & Rufino coss.

DE ORDINE COGNITIONVM. Tit. XIX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Vitalio.

QVm & ipse confessus es, status te controuersiam pati: qua ratione postulas, priusq; de conditione constaret tua, accusandi tibi tribui potestatẽ contra eum, qui te seruum esse contendit? Cum igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: iuxta ius ordinarium præsidem pete, qui cognita prius liberali causa ex euentu iudicij, quid de crimine statuere debeat, non dubitabit.

II. Idem A. Gallo.

SI de hæreditate & libertate controuersia est: prius agi causa libertatis debet. sed si de hæreditate agetur: ordinanda quidem est causa libertatis: sed sufficit ei, qui libertate utitur, ad uictoriam, de hæreditate secundum eum esse pronunciatum.

III. Idem A. Valerio.

SI crimen aliquod inferatur ei, quam ingenuam esse dicis: ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam præside præbente: quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, utrum ut in liberam & ingenuam, aut ut in ancillam constitui oporteat iudicium.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Menedemo.

SI status controuersiã pateris: lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronunciatum: agere etiam aduersus eum, qui se dominũ tuum esse cõtendit, nõ prohiberis. quòd si ideo te ab accusatione elidet, quasi seruum non proprium, sed alienum: liberale quidem iudicium cessat. causæ autem examinatio apud eum, qui iudicat, ostendet, utrum ne accusatio inducì debeat propter statum personæ, an euanescat.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Alpheno.

Cum

CVm status quæstionem tibi moueri, & te debita uelle petere commemores: ordinarium est,prius solennibus interpositis(si hoc iuris admiserit ratio)causam liberalem apud præsidem prouinciæ decidi:ut si liber fueris,uel seruus non esse pronunciatus: tunc tibi iure debita restituí iubeat. Dum hoc incertum est,utrum ne tibi libero constituto,an domino(si seruũ te sententia declarauerit)debeatur:ad solutionem debitorem tuum urgeri non oportet.

VI. *Iidem.AA.& CC. Alexandriæ.*

SI res tuas raptas tibi uel amotas esse dicis ab ijs,quos seruos tuos esse cõtendis,hicq; in libertatẽ proclamauerint:causa liberalis prius aduersus eos,& tunc damni dati,rerumq; amotarum lis apud præsidem prouinciæ contestanda est:ut siquidem liberi uel serui non esse pronuncientur:tunc demum damni dati,& amotarum rerum procedere possit, adhibita probatione, condemnatio,si uero secus:quæstio rerum amotarum euanescat.

VII. *Imp.*CONSTANTINVS.A. *ad Bassum* P.P.

SI quando negociũ status fuerit exortũ:siquidẽ ab eius parte,qui dicitur seruus,aliquid dicatur dominus abripuisse:prius considerari placet,utrum de possessione seruitutis in libertatem reclamandum putet,an uero ex possessione libertatis in seruitutẽ uocetur.ac si eum deobsequijs seruilibus libertatem constiterit flagitare:ante decidi status conuenit causam, atq; ita præberi direptorum negociorum(si res exegerit) audientiam Quòd si ei,qui ad seruitutẽ uocatur,quidq; direptum esse memoretur: uniuersa,quæ constiterint ablata,ita demum reddicó uenit ei,qui seruus esse contenditur,si modo saluam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit.nam si tales non potuerit dare:tunc ea conuenit,de quibus in iudicio tractabitur,sequestrari in eũ diem,in quo controuersia sopiatur:ita,ut ex ijsdẽ, si aliqua alia facultas esse non poterit,tantum litis sumptus & alimoniæ homini submini strẽtur ,quãtum moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum. Cum autẽ nec lite de statu mota,res ab aliquo direptæ sint,& sententia de restituenda possessione rerum lata, ille ne sententiæ huic satis fieret, de statu controuersiam mouit:necessitatem habebit,& sine satisdatione easdem res reddere,& tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.

DE COLLVSIONE DETEGENDA. Tit. XX.

I. *Impp.* DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA. *Theodoro.*

CVm seruum matris tuæ & stupro uiolasse dominam suam, & turpis coniunctiõis maculam,excogitandæ ingenuitatis collusione,ac falsæ captiuitatis uelamento apud competentem iudicem obtegere uoluisse proponas,nec libertatem ei matrem tuam dedisse,sed in solam ingenuitatem eum nudæ uoluntatis mendacio producere nisam, adseueres:seruum esse palam est: quando etiam diui Pij rescripto super captiuitate emissum,quam non interfuisse significas,ingenuum fecisse non uideatur, nec adseueratio consensus tui ingenuitatis ius tribuere potuerit.

II. *Iidem AA.& CC. Milesio.*

LIbertinæ conditionis constitutis priuatis pactis, immutare statum non licere Noniano senatusconsulto,contra collusorem pœna statuta,præmio quoq; detegenti promisso,manifeste declaratur.

NE DE STATV DEFVNCTORVM POST QVINQVENnium quæratur. Tit. XXI.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Nicœni.*

ADitus competens iudex causam præscriptionis examinabit:& si Domitiæ patronum, qui ut ciuis Romanus usq; in diem mortis uixit,annos quinq; ante, & his bonorum mulieris incoharetur,uita decessisse constiterit:libertæ status ex persona manumissoris non retractabitur.

II. *Iidem AA.& CC. Maximo.*

SI is,qui te hæredem fecit,propter matris conditionem seruus dicitur,& mater ante quinq; annos litis motæ uita decessit:præscriptioni locus erit:cum quæri de statu non possit, nisi de conditione matris tractetur.hoc ita,si & diu uixit,sine interpellatiõe ut ciuis Romana egit.

III. *Imp.*ALEXANDER.A. *Olympiadi.*

QVamuis defunctus sit maritus quondam tuus,cui status quæstio inferebatur: causa tamẽ etiam

etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat, eamq; apud eum, qui de hæreditate uel singulis rebus iudicaturus est, decidi oportet.

IIII. *Idem A. Martiano*

SI is, quem seruum tuum fuisse, & à fratre tuo manumissum, atq; hæredem scriptum esse proponis, ut ciuis Romanus uixit, nec intra quinquennium post mortem eius status quæstionem mouere cœpisti: intelligis, neq; hæredibus ab eo scriptis, neq; ijs, quos liberos esse uoluit, controuersiam te contra formam senatusconsulti facere posse. Quòd si prius, quàm id tempo ris spacium excederet, agere cœpisti: & peculium eius more iudiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundum formam edicti experiri non prohiberis.

V. *Imp.* GORDIANVS. A. *Seuero.*

QVod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quæstionẽ incipere non posse: ad speciem emancipationis, iure, nec ne perfecta sit, minime pertinet.

VI. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Pollæ.*

SI mater tua quasi ingenua communi opinione uixit, & quinquennium à die mortis eius excessit: potes rempublicã & pupillos, si tibi status quæstionem mouere tentauerint, nota præscriptione repellere. An autem pro ingenua in die mortis egerit, in iudicio requiretur. Quòd si uarietas interueniat: posteriora tempora spectari conuenit.

VII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Heliodoro.*

SI pater tuus uelut ingenuus uixit, nec status controuersia, quasi fisci seruus esset, apud præsidem prouinciæ, qui super huiusmodi quæstionibus iudicare solet, sed apud procuratorem reipublicæ non competentem iudicem passus est, postq; eius mortem quinquennium effluxerit: status tuus ex præscriptione, quæ ex senatusconsulto emanat, protectus est.

VIII. *Iidem* AA. *Theodoræ.*

REpetitio peculij rerum serui tui, si nullo iusto titulo intercedente corpora possideantur ab aliquo, nulla temporis præscriptione mutilabitur. nec enim senatusconsultum, quo super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, interuenit, si defunctus in fuga conuersatus, atq; latitans decessit.

DE LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONE, QVAE PRO libertate, non aduersus libertatem opponitur. Tit. XXII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Mutiano.*

MAla fide morato in libertate diu, prodesse non potest longi temporis præscriptio. Vnde cum confitearis, fuga te ab eo, cuius meministi, recessisse: intelligis ex hoc solo, sine dolo malo in possessione te libertatis non esse.

II. *Iidem* AA. & CC. *Carcino.*

PRæstat firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio. fauor enim libertati debitus, & salubris iam pridem ratio suasit, ut his, qui bona fide in possessione libertatis per uiginti annorum spacium sine interpellatione morati essent, præscriptio aduersus inquietudinem status eorum prodesse debeat, ut & liberi & ciues Romani fiant.

III. *Exemplum sacrarum literarum* CONTSANTINI & LICINII. AA. *ad Dionysium uicariam præfecturam agentem.*

SOla temporis longinquitate, etiamsi sexaginta annorum curricula excesserit, libertatis iura minime mutilari oportere, congruit æquitati.

DE PECVLIO EIVS, QVI LIBERTATEM MERVIT. Tit. XXIII.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Rufino.*

IOnge diuersam causam eorum, qui à superstitibus manumittuntur, item illorũ, quibus testamento libertas relinquitur, esse, dissimulare non debueras: cum sit superiore casu quidem concessum tacite peculium, si non adimatur: posteriore uero, nisi specialiter fuerit datũ, penes successorẽ remanere, iuris est euidentissimi.

DE SENATVSCONSVLTO CLAVDIANO TOLlendo Tit. XXIIII.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Hermogeni magist. offic.

CVm in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subiectorum sustinuimus, satis esse impium credimus quasdã mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostium ferocitate contra naturalem libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri: Claudianum senatusconsultum, & omnem eius obseruationem circa denunciationes & iudicum sententias conquiescere in posterũ uolumus: ne ea, quæ libera constituta est, uel semel decepta, uel infelici cupidine capta, uel alio quocunq; modo contra natalium suorum ingenuitatẽ deducatur in seruitutem, & sit pessimum dedecus cognationis suæ fulgori: ut quæ forsitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimescat forsitan cognatis suis inferiorẽ. Quod & in libertis obseruari oportet. semel etenim libertate potitã pertale dedecus in seruitutem deduci, religio temporum meorũ nullo patitur modo. Sed ne seruii, uel adscripticij putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime in adscripticio adserendum est, ne liberarum mulierum nuptijs ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominũ conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit uel à seruo, uel ab adscripticio perpetratum: habere liberam potestatem dominum eius, siue per se, siue per præsidem prouinciæ, talem seruũ, uel adscripticium castigatione competenti corrigere, & abstrahere à muliere tali. quod si neglexerit: sciat in suum damnum huiusmodi desidiam reuersuram.

DE NVDO IVRE QVIRITIVM TOLLENDO. Tit. XXV.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P. P.

ANtiquæ subtilitatis ludibriũ per hanc decisionẽ expellentes, nullam esse differẽtiã patimur inter dominos, apud quos uel nudũ EX IVRE QVIRITIVM nomẽ, uel tantum in bonis reperitur: quia nec huiusmodi uolumus esse distinctionem, nec EX IVRE QVIRITIVM nomẽ, quod nihil ab ænigmate discrepat, nec uideturq; uidetur, nec in rebus apparet, sed uacuũ est & superfluũ uerbũ, per quod animi iuuenum, qui ad primam ueniunt legũ audientiã, perterriti, ex primis eorum cunabilis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt: sed sit pleniſſimus & legitimus quisq; dominus, siue serui, siue aliarum rerum ad se pertinentium.

DE VSVCAPIONE PRO EMPTORE, VEL PRO transactione. Tit. XXVI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Flauiano.

MAncipia tua, si ab eis distracta sunt, qui ius uendendi non habuerunt: uindicare eapotes. nec enim usucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita uenditione fuerit contractum sit.

II. Imp. ALEXANDER. A. Marcellino.

SI contra defuncti uoluntatem, seruos quos propter perfectæ artis peritiam hæredibus suis defunctus seruari testamẽto præcepit, tutores uendiderunt: usucapi nõ potuerunt.

III. Idem A. Nepotillæ.

SI matrẽ eius, cuius nomine te quæstionẽ pati dicis, bona fide emptã possidere cœpisti: etiã si ipsa in causam furtiuam inciderit: tamẽ postea conceptũ apud te partũ usucapere potuisti.

IIII. Idem. A. Achilleo.

VEnditioni ancillæ si consensum dedisse diuersam partẽ probaueris: retractando contractum, quẽ ipsa ratũ habuit, nõ audietur. sed & hac probatione cessante, si bona fide emptã ancillam à uẽditore bona fide distrahente temporis spacio usuceperis: intentio proprietatem uindicantis tenere non potest.

V. Imp. GORDIANVS. A. Marino.

SI partẽ possessionis malæ fidei possessor uendidit: id, quod ab ipso tenetur, omnimodo cũ fructibus recipi potest. portio aũt, quæ distracta est, ita demũ recte petitur à possidẽte, si sciẽs alienã cõparauit, uel bona fide emptor nõdũ impleuit usucapionẽ. uiolẽter emẽ possessione amissa, priusq; in dñi potestatẽ perueniat, usucapio emptori (etsi bona fide mercatus est) nõ cõpetit.

VI. Imp. PHILIPPVS. A. cum Cælio collocutus dixit.

CVm sit probatum rem pignori fuisse obligatam, & postea à debitore distractam: palam est non

est,non potuisse eam quasi furtiuam usucapi.

VII. Iidem A. & Cæs. Compedi.

SCiens seruum alienum contra domini uoluntatem uenundans,furtum cõmittit. quod rei uicium prius, q̃ ad dominum eius reuertatur possessio, non permittit usucapionem fieri, licet bona fide possideatur.

VIII. Iidem A. & Cæs. Seuero.

EX causa transactionis habentes iustam causam possessionis usucapere possunt.

IX. Iidem A. & Cæs. Caio.

EVm,qui à pupillo sine tutoris authoritate distrahente cõparauit,nullũ temporis longi spacium defendit. sed si locupletior emptoris pecunia factus,post pubertatem occasionem iuris ad iniquum trahat:compendium doli mali submouebitur exceptione.

DE VSVCAPIONE PRO DONATO. Tit. XXVII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Macedonio.

SIue fuerit dominus,qui tibi loca,de quibus supplicasti,donauit:siue à non domino bona fide donata suscepisti,eaq̃ usucepisti: auferri tibi, quod iure quæsitum est,non potest.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Capitonio.

DOnantem ancillam alienam nihil domino deminuere,non est ambigui iuris: furtum etiam contrahere citra uoluntatem domini contrectantem, ut eius rei nec usucapio possit procedere.

III. Iidem AA. & CC. Rhodano.

IRritam facere donationem perfectam nemini licet: utq̃ hoc uerum est,sic error falsæ causæ ratione bonæ fidei non defenditur.quod & in dominio pro usucapione quærendo seruatur.

DE VSVCAPIONE PRO DOTE. Tit. XXVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Thaurino.

REs mobiles in dotem datæ, q̃uis alienæ,si sine uicio, tamen fuerint bona fide acceptæ,pro dote usucapiuntur.

DE VSVCAPIONE PRO HAEREDE. Tit. XXIX.

I. Imp. ANTONINVS. A. Theophilo.

CVm pro hærede usucapio locum nõ habeat:intelligis,neq; matrem tuam,cui hæres exstitisti,neq; te usu mancipia ex ea causa capere posse.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro hærede posse usucapi,suis hæredibus existentibus,obtinuit.

III. Iidem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa mortis pro hærede possessio rerum absentis procedere non potest.

IIII. Iidem AA. & CC. Serapioni.

VSucapio non præcedente uero titulo,procedere non potest:neq; prodesse,neq; tenenti,neq; hæredi eius potest:nec obtentu uelut ex hæreditate, quod alienum fuit,domini intẽtio ullo temporis longi spacio absumitur.

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS. Tit. XXX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Sauino.

QVi ex conducto possidet,quamuis corporaliter teneat,non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere.neq; enim colono,uel conductori prædiorum longæ possessionis præscriptio adquiritur.

II. Idem A. Onesimæ.

IAm pridem quidem mancipium,de quo supplicas,cõparasse te dicis.sed si cogitaueris rem fisci mei usucapi nõ posse:respondere te actionibus fisci mei intelligis:nec aliàs possessorem rei proprietatem obtinere, quàm si non ex ancilla fiscali natum fuisse constiterit.

III. Impp. PHILIPP. A. & Cæs. Pantino.

SI mala fide seruum tuum sciens Antiochus tenuit: intentionem tuam cōtra successorē eius, licet bona fide possidet, propter initij uitium usucapio nō absumpsit.

DE VSVCAPIONE TRANSFORMANDA, ET de sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi. Tit. XXXI.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm nostri animi uigilātia EX IVRE QVIRITIVM nomē & substātiam sus tulerit, & cōmunes exceptiōes in omni loco ualeāt: decē, uel uiginti, uel triginta annorū, uel si quæ sunt aliæ maioris æui, cōtinentes prolixitatē: satis inutile est, usucapionē in Italicis quidē soli rebus admittere, in quinquennalibus aūt recludere. sed etsi quis res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biennium, miseri rerū domini excludebant̄, & nullus eis ad eas reseruabatur regressus. quæ & nescientibus dominis procedebant. quo nihil inhumanius erat, si homo absens & nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessiōibus. Ideo per præsentem legem, & in Italicis soli rebus, quæ immobiles sunt, uel esse intelliguntur, sicut annalem exceptionē, ita & usucapionē transformandam esse censemus, ut tantūmodo & his decē, uel uiginti, uel triginta annorū, & aliarū exceptionū tempora currant, huiusmodi angustijs penitus semotis. Cum aūt antiqui, & in rebus mobilibus, uel se mouentibus, quæ fuerant alienatæ, uel quocunq; modo (bona fide tamē) detentæ, usucapionē extendebant, nō tātum in Italico solo nexu, sed in omnem terrarū orbē, & hanc annali tempore cōcludebant: & eam duximus esse corrigēdam, ut siquis alienam rem mobilem, seu se mouentē in quacunq; terra, siue in Italica, siue prouinciali bona fide per continuum triennium detinuerit: is firmo iure eam possideat, quasi per usucapionem eam adquisitam. Hoc tantum obseruando, ut in his omnibus casibus ab initio eam bona fide capiat, secundū quod exigit longi temporis præscriptio: & ut continuetur ei possessio etiā anterioris iusti possessoris, & cōnumeretur in decenniū, uel uiginti annorum spacium, uel tricennium. Quod & in rebus mobilibus obseruandū esse censemus, ut in omnibus iusto titulo possessoris antecessoris iusta detentio, quam in re habuit, nō interrūpatur ex posteriore forsitan alienæ rei scientia, licet ex titulo lucratiuo ea cepta est. Ita etenim ampliatur quidem longi temporis materia, quæ ei subdita est: minuitur aūt usucapionum cōpendiosa dominis iactura, & eius iura nocentia. Et cum etiam res diuidi mancipi & nec mancipi sanè antiquum est: & merito antiquari oportet, & sit rebus & locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentijs sublatis.

DE ADQVIRENDA ET RETINENDA POSsessione. Tit. XXXII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. & CC. Attiæ.

PEr liberam personam ignoranti quoq; adquiri possessionem, & postēq; scientia interuenerit, usucapionis conditionē incohari posse: tam ratione utilitatis, quàm iuris prudentia receptum est.

II. Imp. ALEXANDER. A. Mauro.

MInus instructus est, qui te solicitum reddidit, quasi in uacuam possessionem eius, quod per procuratorē emisti, nō sis inductus: cum ipse proponas te diu in possessione fuisse, omniaq; ut dominum gessisse. licet em̄ instrumento non sit compræhensum, quòd tibi tradita sit possessio: ipsa tamen rei ueritate id consecutus es, si sciente uenditore in possessione fuisti.

III. Imp. DECIVS. A. Rufino.

DOnatarum rerum à quacunq; persona infanti uacua possessio tradita, corpore quæritur. quamuis enim sint authorum sententiæ dissentientes: tamen consultius uidetur interim (licet animi plenus non fuisset affectus) possessionem per traditionem esse quæsitam. alioquin si cuti consultissimi uiri Papiniani responso continetur, nec quidem per tutorem possessio infanti poterit adquiri.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Nepotiano.

LIcet possessio nudo animo adquiri non possit: tamē solo animo retineri potest. si ergo prædiorum desertam possessionem non derelinquendi adfectione transacto tempore non co-

luisti

luisti, sed metus necessitate culturam eorum distulisti: præiudicium tibi ex transmissi temporis iniuria generari non potest.

V. *Iidem. AA. & CC. Mennoni.*

CVm nemo causam sibi possessionis mutari possit, proponasq; colonum nulla extrinsecus accedente causa excolendi occasione ad iniquæ uenditionis uicium esse prolapsum: præses prouinciæ inquisita fide ueri, dominij tui ius conuelli non sinet.

VI. *Iidem AA. & CC. Valerio.*

SI nulla iusta ex causa ingressum agrum siue uineas eũ, cuius meministi, præses repererit, nec ulla præscriptione tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionem cum omni causa nõ dubitabit.

VII. *Iidem AA. & CC. Asserentæ.*

IMproba possessio firmum titulum possidẽdi præstare nullum potest. Vnde ingredientem in uacuam possessionem alieni fundi non consentiente domino uel actore, qui eius rei concedendæ potestatem habuit: causam iustam possessionis adipisci non potuisse, certum est.

VIII. *Iidem AA. & CC. Cyrillo.*

PEr procuratorem utilitatis causa possessionem, etsi proprietas ab hac separari non possit, dominium etiam quæri placuit.

IX. *Iidem AA. & CC. Sergio.*

NEc ex uera uenditione possessionem, quam non fuerat emptor adeptus, improbe retinere potest: ac multo minus is, qui adseueratione falsa uelut emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuò dedisset, fundum irrumpens alienum, retinendi iustam causam habet.

X. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad Maternum.*

NEmo ambigit possessionis duplicem esse rationẽ, aliam quæ iure consistit, aliam quæ corpore: utranq; autem ita demũ esse legitimã, cum omnium aduersariorũ silentio & tacitur nitate firmatur: interpellatione uero & controuersia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet corpore teneat, tamẽ ex interposita contestatione, & causa in iudicium deducta, super iure possessionis uacillet ac dubitet.

XI. *Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Petronio uicario Hispaniarum.*

VIcia possessionum à maioribus contracta perdurant, & successorem authoris sui culpa comitatur.

XII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.*

EX libris Sabinianis quæstionem in diuinas nostri numinis aures relatam tollentes definimus, ut siue seruus, siue procurator, uel colonus, uel inquilinus, uel quispiam alius, per quẽ licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cuiuscunq; rei eam dereliquerit, uel alij prodiderit, desidia forte, uel dolo, ut locus aperiatur alij eãdem possessionem detinere: nihil penitus domino præiudicij generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sed & ipse, si liberæ conditionis est, competentibus actionibus subiugetur: omni iactura ab eo restituenda domino rei, uel ei, circa quem negligenter uel dolose uersatus est. Sin autem, nec dum sub manibus procuratoris, uel coloni, uel inquilini, uel serui possessio facta est, sed ipse eã accipere desidia, uel dolo supersedit: tunc & ipse, qui eum transmisit, ex mala sua electione præiudicium circa possessionem patiatur, ex memoratarum personarum uel machinatione uel negligentia accedens. hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab ijs, quos transmiserit: non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod adquirat: cum & antiqua regula iuris, quæ definiuit deteriorem conditionem per seruum domino nullo modo fieri: tunc locum habeat, cum de damno periclitetur, nõ cum sibi lucrum per seruum adquiri desiderat. Sal uo uidelicet in hoc casu domino rei, uel ei, qui ad eam detinendam præfatas transmiserit personas, aduersus eas omni actione (si qua ex legibus ei competit) seruata.

DE PRAESCRIPTIONE LONGI TEMPORIS decem uel uiginti annorum. Tit. XXXIII.

I. *Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Iuliano P.P.*

SVm post motam & omissam quæstionem res ad noua dominia bona fide transierint, & exinde noui uiginti anni intercesserint sine interpellatione: non est inquietanda, quæ nunc possidet, persona: quæ sicut accessione prioris domini non utitur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quòd ei mota cõtrouersia sit. Quòd

si prior possessor inquietatus est: & si postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit: tamen non potest uti longi temporis præscriptione. quod etiam in republica seruari oportet.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC.

LOngi temporis præscriptio ijs, qui bona fide acceptam possessionem, & continuatã, nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari.

III. Iidem. AA. & CC. Antonio.

SI uineæ, quas mater tua uitrico tuo in dotem dedit, tuæ proprietatis sunt, nec ulla præscriptio ex transacti temporis prolixitate adoleuit: præses prouinciæ restitui tibi eas efficiet.

IIII. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

DIutina possessio tantum iure successionis sine iusto titulo obtenta, prodesse ad præscriptionem hac sola ratione non potest.

V. Iidem. AA. & CC. Sotrico.

NEc petentem dominium ab eo, cui petentis solus error causam possessionis sine uero titulo præstitit, silentij longi temporis præscriptione depelli, iuris euidentissimi est.

VI. Pars ex epistola eorundem A A. & C C. ad primos præfectos Syriæ.

SI fraude & dolo (licet inter maiores uiginti quinq; annis) facta uenditio est: hanc confirmare non potuit consequens tempus: cum longi temporis præscriptio in malæfidei contractibus locum non habeat.

VII. Iidem. A A. & C C. Antheæ.

LOngi temporis possessione munitis, instrumentorum amissio nihil iuris aufert: nec diuturnitate possessionis paratam securitatem maleficium alterius turbare potest.

VIII. Iidem AA. & CC. Celso.

SI is, contra quem supplicas, matris tuæ quondam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis defendit: adfectio destinatæ & illicitæ adoptionis, ad horum dominiũ ei quærendum, sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens temporis præscriptionẽ: si hoc tantũ initio præcedẽte, is, cõtra quẽ supplicas, horũ possessionẽ adepus est.

IX. Iidem AA. & CC. Demostheni.

EMptor bonafide contra præsentẽ decennij præscriptione, in cuius initio contestationẽ haberi sufficit posteaquàm suam impleuerit intentionẽ petitor, adhibita probatione iustæ possessionis defensus, absolui recte postulat.

X. Iidem. AA. & CC. Regino.

NEc bonafide possessionem adeptis longi temporis præscriptio post moram litis contestatæ cõpleta proficit: cum post motam controuersiam in præteritũ æstimetur.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SVper longi temporis præscriptiõe, quæ ex decẽ uel uiginti annis introducit perspicuo iure, sancimus, ut siue ex donatiõe, siue ex alia lucratiua causa bonafide quis per decẽ uel uiginti annos rem detinuisse probet, adiecto scilicet tempore etiã prioris possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei cõpetat, nec occasione lucratiuæ causæ repellatur.

XII. Idem A. Ioanni P.P.

CVm in longi temporis præscriptione tres emergebant ueteribus ambiguitates: prima propter res, ubi positæ sunt: secunda, ppter personas, siue utriusq;, siue alterutrius præsentiã exigimus: & tertia, si in eadem prouincia, uel si in eadem ciuitate debent esse personæ tam petentis, quàm possidentis, & res, pro quibus certatur: omnes præsentis legis amplectimur definitione, ut nihil citra eam relinquatur. Sancimus itaq;, debere in huiusmodi specie utriusq; personæ, tam petentis, quàm possidẽtis spectari domicilium: ut tam is, qui dominij uel hypothecæ quæstionem inducit, quàm is, qui res possidet, & domicilium habeat in uno loco, id est, in una prouincia. hoc etenim magis nobis eligendum uidetur, ut non ciuitate concludatur domicilium, sed magis prouincia: & si uterq; domicilia in eadem habeat prouincia, causam inter præsentes esse uideri, & decennij magis præscriptione agentem excludi. De rebus autẽ, de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, siue in eadem prouincia sint, siue in uicina, uel trans mare positæ, uel longo spacio separatæ. Sin aũt non in eadem prouincia uterq; domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera: tũc ut inter absentes causam disceptari, & locum esse uiginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibet, siue in eadẽ prouincia res cõstitutæ sint, siue in alia, super his cõtrouersiam in iudicio prouinciali moueri, & multo magis in hac florentissima ciuitate. Quid enim prodest in ipsa prouincia esse possessionẽ, an in alia: cũ ius uindicationis incorporale est, & ubicunq; res po-

es poſitæ ſint,& dominiũ earum,& uinculum ad dominũ, uel creditorẽ poſſit reuerti. Ideo eñ maiores noſtri ſubtiliſſimo animo, & diuino quodã motu ad actiones, & earum iura peruenerunt, ut incorporales conſtitutæ poſſint ubicunq; ius ſuum & effectum corporalẽ extendere. Sit igitur ſecundum hanc definitionem cauſa perfectiſſime compoſita, & nemo poſthac dubitet, neq; inter præſentes, neq; inter abſentes, quid ſtatuendum ſit: ut bono initio & poſſeſſione tenentis,& utriuſq; partis domicilio requiſito, ſit expedita quæſtio: pro rebus ubicunq; poſitis nulla ſcientia uel ignorantia exſpectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occaſio. Eodẽ obſeruando,& ſi res non ſoli ſint, ſed incorporales, quæ in iure conſiſtunt, ueluti uſuſfructus & cæteræ ſeruitutes.

IN QVIBVS CAVSIS CESSAT LONGI TEMporis præſcriptio. Tit. XXXIIII.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Marcellinæ.*

Is,cui colendum fundum dediſti, poſt inſtrumenta,quibus dominium ad te pertinere probari poſſet,per nouercam tuam ſubtraxit:hoc ſolo præſcriptione temporis defendi non poteſt.

II. *Iidem* AA. *&* CC. *Dionyſio.*

In ſeruorum proprietatis negocio,cum uſucapio locum habeat,ad quæſtionẽ longi temporis præſcriptionem ſuperfluò peruenitur.

III. *Idem* AA. *&* CC. *Apollinari.*

Vnus indiuiduũ cõmune pro ſolido poſſidens,interuallo tẽporis,quominus ſocius portionẽ uindicare,uel eũ cõmuni diuidundo iudicio ,uocare poſſit,nõ defendit: cũ neq; familiæ erciſcundæ iudicium,nec cõmuni diuidũdo actio excludatur longi temporis præſcriptione.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Libroæ.*

Hæreditatem quidem petentibus longi temporis præſcriptio nocere nõ poteſt. uerum his, qui nec pro hærede, nec pro poſſeſſore,ſed pro empto,uel donato, ſeu alio titulo res, quæ ex hæreditate ſunt, uel fuerunt, poſſident: cum ab ijs ſucceſſio uindicari non poſſit: nihil hæc iuris definitio noceat.

V. *Iidem* AA. *&* CC. *Hoſimo.*

Si puerum nõ pro derelicto habitum,ſed ab hoſtibus uulneratum ſumptibus tuis(ſicut adſeueras, liberum exiſtimans)curaſti: longi temporis præſcriptione quominus dominus eius offerens ærogata recte uindicet,defendi non poteſt.

QVIBVS NON OBIICITVR LONGI TEMporis præſcriptio. Tit. XXXV.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Venuleio.*

Tempus expeditiõis aduerſus petitiones, ſi quæ competiſſe iuſte probari poſſunt, præſcriptionem non parit.

II. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Aurelio.*

Cvm per abſentiã tuam eos, de quibus quereris, in res iuris tui irruiſſe adſeueres,teq; ob medendi curam à comitatu noſtro diſcedere non poſſe,palàm ſit: præfectus prætorio noſter,accerſitis ijs,quos cauſa cõtingit, inter uos cognoſcet. Non neceſſariò autem petis ex longi temporis diuturnitate præſcriptionem tibi non opponi, quãdo iuſtæ ab ſentiæ ratio & neceſſitatis publicæ obſequium ab huiuſmodi præiudicio te defendat.

III. *Iidem.* AA. *&* CC. *Numidio rectori Italiæ.*

Non eſt incognitum,id temporis, quod in minore ætate tranſmiſſum eſt, longi temporis præſcriptioni non computari. ea enim tunc currere incipit,quando ad maiorem ætatem dominus rei peruenerit.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Criſpino.*

Si poſſeſſio inconcuſſa ſine controuerſia perſeuerauit: firmitatem ſuam teneat obiecta præſcriptio. quam contra abſentes, uel reipublicæ cauſa, uel maxime fortuito caſu, nequaq; uaſere decernimus.

V. *Iidem* AA. *&* CC. *Ianuario.*

Neq; mutui, neq; commodati,aut depoſiti, ſeu legati, uel fideicommiſſi, uel tutelæ, ſeu alij cui

alij cuilibet perſonali actioni longi temporis præſcriptionem obijci poſſe, certi iuris eſt.

VI. Idem. A A. & CC. Dulcio.

AB hoſtibus captus, ac poſtliminio reuerſus, actione in rem directa, uel qualibet alia dominium uindicando, temporis aduerſarij poſſeſſionem fruſtra times: cum aduerſus eos, qui reſtitutionis auxilio quacunq; ratione iuuantur, huiuſmodi factum non opituletur.

VII. Idem. AA. & CC. Caßandro.

PRæſcriptione bona fide poſſidentes aduerſus præſentes annorum decem, abſentes autẽ uiginti muniuntur. Quòd ſi ex alicuius perſona de petitorũ parte reſtitutionis prætendatur auxiliũ: deducto eo, quo ſiquid fuerit geſtũ, ſuccurri ſolet, reſiduũ tempus cõputari, rationis eſt.

VIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SAncimus his ſolis militibus, qui expeditiõibus occupati ſunt, ea tantũmodo tẽpora, quæ in eadẽ expeditione percurrũt, in exceptionibus declinãdis opitulari: illis tẽporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in alijs locis, uel in ſuis ædibus degũt, minime eos ad uindicandum hoc priuilegium adiuuantibus.

SI ADVERSVS CREDITOREM PRAESCRIptio opponatur. Tit. XXXVI.

I. Imp. GORDIANVS A. Veneriæ.

DIuturnum ſilentium longi temporis præſcriptione corroboratum creditoribus pignus perſequentibus inefficacem actionem conſtituit: præterq; ſi debitores, uel qui in eorum iura ſucceſſerunt, obligatæ rei poſſeſſioni incumbant. ubi autem creditori à poſſeſſore longi temporis præſcriptio obijcitur: perſonalis actio aduerſus debitorem ſalua ei competit.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Marcellæ.

SI debitori hæres non exſtitiſti, ſed iuſta uiginti annorũ poſſeſſione collata in te donatio corroborata eſt: neq; perſonali actione (quia debitori non ſucceſſiſti) conueniri te iuris ratio permittit: nec data prædia pignori poſt interuallum longi temporis tibi auferenda ſunt: quãdo etiam præſentibus creditoribus decem annorum præſcriptionem opponi poſſe, tam reſcriptis noſtris, quàm priorum principum ſtatutis probatum ſit.

DE QVADRIENNII PRAESCRIPTIONE. Tit. XXXVII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Orphitum.

NOtum eſt, à fiſco quæſtionem poſt quadriennium continuum ſuper bonis uacantibus incohandam non eſſe. additum etiam eſt, & eos, qui noſtra largitate nituntur, nulla inquietudine laceſſendos: nec ijs à fiſco noſtro cõtrouerſiam cõmouendam, qui quoquo modo aut titulo eaſdem res poſſederint.

II. Imp. ZENO. A. Aeneæ comiti rerũ priuatarũ.

OMnes, qui quaſcũq; res mobiles, uel immobiles, ſeu ſe mouẽtes, uel in actionibus aut quocunq; iure cõſtitutas, à ſacratiſſimo ærario comparauerint: eos quinetiam, quibuſcũq; res mobiles, ſeu immobiles, ſeu ſe mouentes, aut in actionibus, uel quocunq; iure conſtitutæ muniſcentiæ principalis nomine datæ fuerint: omnibus pariter priuilegijs, quæ ex diuinis ſanctionibus inclytæ recordationis Leonis & noſtræ pietatis ſuper certis patrimonijs antea emptores cõſecuti ſunt, perpotiri: & ita cunctos huiuſmodi beneficijs, ſeu priuilegijs perfrui, tanq; ſi ſuper ſingulis ſubſtantijs, ſeu patrimonijs, etiam nunc, uel poſtea data fuiſſet huiuſmodi diſpoſitio. Nec poſſe cõtra emptores prædictarũ rerũ factos iam uel futuros, uel cõtra eos, q̃bus ſuper huiuſmodi rebus largitas noſtra delata eſt, uel fuerit: aliquas actiones in rem dominij uel hypothecæ gratia, uel in perſonam ciuiles ſeu prætorias, uel ex legibus, aut ex ſacratiſſimis conſtitutionibus deſcendentes, uel quaslibet alias, licet nominatim præſenti ſactione nõ ſint compræhenſæ, mouere: data uolentibus licentia intra quadriennium contra ſacratiſſimum ærarium, ſi quas ſibi competere actiones exiſtimant, exercere: ita tamen, ut poſt elapſum quadriennium, nec ſacratiſſimũ fiſcũ licere ſibimet quibuslibet actionibus pulſare cognoſcant. Ad hæc fiſcalium rerũ emptoribus cum ratione iuſticiæ conſulentes: iubemus, quoties cõpetens ſcrinium geſtis interueniẽtibus diſtractarum rerum precia ſeſe depoſuerit ſuſcepiſſe: minime poſt huiuſmodi ſolutæ pecuniæ depoſitionem emptores quaſi non numeratis pecunijs moleſtari, uel neceſſitatem ijſdem empto-

emptoribus imponi(licet non solennem consecuti fuerint securitatem) soluta fuisse precia probare. Sed cum sit in arbitrio precia suscipientis minime deponere sese, quod non accepit, suscepisse: ita conuenit, nec emptores pleniſſimam ex huiusmodi depositione super precij solutione securitatem consecutos, ullum (sicut dictum est) ulterius probationis grauamen penitus formidare.

III. *Imp. IVSTINIANVS. A. Floro com. R. Pr. & curatori dominicæ domus, & Petro uiro illustri curatori diuinæ domus, & Macedonio uiri illustri curatori ipsius dominicæ domus sereniſſimæ Augustæ.*

BEne à Zenone diuæ memoriæ fiscalibus alienatiõibus prospectũ est, ne homines, qui ex nõstro ærario donationis, uel emptionis, uel cuiuslibet alienatiõis titulo quidq̃ accipiũt, siqd circa contractum contrarium emerserit, uel euictionis, uel alterius inquietudinis gratia ad dominũ uel hypothecam respiciens, aliquod sustineant detrimẽtum: sed aduersus emptores qui dem, uel donationem accipientes, uel per alios titulos alienationis quidq̃ detinentes minime quæcunq̃ actiones moueantur, sed tantum contra ærarium usq̃ ad quadriennium tantum, quo translapso neq̃ aduersus fiscum aliqua remaneat actio. Sed scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus gnauiter obseruari: sed nõ simili modo rem fuisse obseruatam circa eas res, quæ à sacratiſſimis imperatoribus nõ à fiscalibus rebus, sed ex priuata eorum substantia procedunt. quod satis irrationabile est. quæ enim differentia introducitur: cum omnia principis esse intelligantur, siue ex sua substãtia, siue ex fiscalibus fuerit aliquid alienatum? eodemq̃ modo etsi à sereniſſima Augusta aliquid alienet, quare nõ eadem utatur prærogatiua: sed curatores nostri, per quos solemus substantiã nostram gubernare, necesse habeant in uenditionibus rerum & euictionem, & alia, quæ sunt priuatæ utilitatis pacta, emptionalibus instrumẽtis addere, uel quasdã tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere, uel in permutationibus uel in trãsactiõibus, si & hoc fuerit celebratum? hoc enim est eorum, qui nec maiestatem imperialem agnoscunt, & quantum inter priuatã fortunam & regale culmen mediũ est: & qui nostros curatores, per quos res diuinarum domuum agũtur, aliquibus iniurijs uel damnis afficere conantur.

Quæ omnia resecantes per hanc generalem & in perpetuum ualituram legem sancimus, omnes alienationes de aula procedentes, siue à nostra clementia, siue à sereniſſima Augusta cõiuge nostra, siue ab ijs, qui postea digni fuerint nomine imperiali, siue iam alienatum quiddam est, siue postea fuerit: sine omni inquietudine permanere, siue res eis per nosmetipsos, siue per procuratores (ex epistalmate tamen nostro) fuerint adsignatæ. & nemo audeat eos, qui res accipiunt per quencunq̃ titulum alienationis, siue mobiles, siue immobiles, seu se mouentes, uel iura incorporalia, uel panes ciuiles iudicijs afficere, uel sperare aliquam contra eos esse sibi uiã apertam, sed omnis aditus præcludatur, oñis motus & spes huius petulantiæ. sed aduersus domos nostras habeant intra quadriennium tantum secundum imitationem fisci, quas existimãt posse sibi cõpetere, actiones in rem uel hypothecariã: ut ex nostra iussione causa moueaẽ, & cõpetentem mereatur effectum. Quod si quadriennium fuerit emensum: nec aduersus domũ nostram habeat quis quancunq̃ actionem. Quia igitur multa scimus tam nosmetipsos, quàm sereniſſimam Augustam coniugem nostram uarijs personis iam donasse, & uendidisse, & per alios titulos adsignasse, & maxime sacrosanctis ecclesijs, & xenonibus, & prochotrophijs, & episcopis, & monachis, & alijs innumerabilibus personis, & eandẽ liberalitatem ex nostra substantia si ue sereniſſimæ coniugis nostræ esse confectam: sancimus etiam eos firmo iure habere, quod cõsecuti sunt: ita ut contra illos quidem nulla moueatur actio: intra quadriennium aũt ex præsenti die numerandum pateat omnibus aditus contra nostras diuinas domos suas actiones super eisdem rebus mouere: scituris, quòd præfato quadriennio finito, neq̃ aduersus domos nostras aliquis eis reseruetur regressus. Cum enim multa priuilegia Augusta fortuna meruit, & in donationibus sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus, & super rebus, quas pro tempore sereniſſimus princeps diuinæ Augustæ cõstante matrimonio donauerit, uel ipse à sereniſſima Augusta post donationis titulum consequatur, ut maneat ilico donatio plena, nullo alio adfirmationis tempore exspectando: ita & hoc uideatur imperiale esse priuilegium. qui eñ suis consilijs suisq̃ laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq̃ laborant, quare nõ habeant dignam sua prærogatiua fortunam? Quæ ergo pro Augusto honore & cautela res accipientium nostra statuit æternitas, hæc tam sublimitas tua, quàm cæteri omnes iudices nostri obseruare festinent, ex eo tempore ualitura, quo nutu diuino imperiales susceptimus habenas.

NE REI DOMINICAE VEL TEMPLORVM uindicatio temporis exceptione submoueatur. Tit. XXXVIII.

I. Impp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Probũ P.P. Galliæ.

SAepenumero præceptũ est, ut serui atq; liberti, colonicq; præterea rei nostræ, nec non etiam eorum soboles ac nepotes, quicunq; de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diuersa militiæ genera contulissent: cingulo, in quo obrepserant fraudulenter exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, nostro patrimonio reddantur.

II. Imp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Dextro com. rer. priuat.

VNiuersas terras, quæ à colonis siue emphyteuticarijs dominici iuris, reipublicæ, uel iuris sacrorum templorum in qualibet prouincia uenditæ, uel ullo alio pacto alienatæ sunt ab ijs, qui perperam atq; contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente, iubemus restitui: ita, ut nec precium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Paulinũ com. dominicæ rei.

SI qua umq; loca ad sacrum dominiũ pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit: secundũ ueteris census fidem in sua iura retrahãtur. Rescripta igitur obreptionibus impetrata cum præscriptione longi temporis, & noui census præiudicio submouebit authoritas tua: atq; ita omnia suo corpori, quæ sunt auulsa, restituet. neq; enim incubatio diuturna aut nouella professio proprietatis nostræ priuilegium abolere poterit.

DE PRAESCRIPTIONE TRIGINTA VEL QVAdraginta annorum. Tit. XXXIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Arianæ.

CVm adseueras te absente eos, qui oculos prædijs tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariæ collationis prætextu uili precio ab officio præsidali prædia tua distraherentur: si legitimi temporis spacium ex uẽditionis die fluxit, qui prouinciam regit inter nos cognoscet, & quod publico iuri præscriptum est, statuet. Sin autem nondum ex die publicæ uenditionis legitimum tempus transmissum sit: iudex examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictauerit, sequetur: non ignarus, si iniusta esse emptionem prospexerit, precium, quod pro uicioso contractu datum est, secundum principaliũ statutorum tenorem malæfidei emptoribus restitui non oportere.

II. Imp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Volusianum.

MAle agitur cum dominis prædiorum, si tanta precariò possidentibus prærogatiua defertur, ut eos post quadraginta annorum spacia qualibet ratione decursa inquietare non liceat: cum lex Cõstantiniana iubeat ab ijs possessoribus initiũ non requiri, qui sibi potius, quàm alteri possederunt. eos autem possessores non conuenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsũ debeant præstare solitam mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas retinendo res ius sibi proprietatis usurpet: ne cogantur domini aut amittere quod locauerunt, aut conductores utiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Asclepiodoto P.P.

SIcut in rem speciales, ita de uniuersitate ac personales actiones ultra triginta annorũ spaciũ minime protendãtur. sed si qua res uel ius aliquod postuletur, uel persona qualicũq; actione, uel persecutione pulsetur: nihilominus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda. Eodem etiam iure in eius persona ualente, qui pignus uel hypothecam non à suo debitore, sed ab alio per longum tempus possidente nititur uindicare. Quæ ergo antea non sunt motæ actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure cœperunt, uiuendi ulterius non habeant facultatẽ. Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam (licet per adnotationẽ) promeruisse

misse responsum, uel etiam in iudicijs allegasse: nisi allegato sacro rescripto, aut in iudicio postulatione depositа, fuerit subsecuta per executorem conuentio: non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendēda, sed pupillari ætate duntaxat (quamuis sub tutoris defensione cōsistat) huic eximēda sanctioni. nā cum ad eos annos peruenerint, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris: necessariò eis similiter ut alijs annorum triginta interualla seruanda sunt. Hæ autem actiones annis triginta continuis exstinguantur, quæ perpetuæ uidebantur, non illæ, quæ antiquis temporibus limitabantur. Post hanc uero temporis definitionem nulli mouendi ulterius facultatem patere censemus, etiam si se legis ignorantia excusare tentauerit.

IIII. *Imp.* ANASTASIVS. A. *Matroniano* P.P.

OMnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales exceptiones, quæ ex uetere iure uel principalibus decretis descendunt, tanq; si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumeratæ, cum suo robore durare, & suum cunctis, quibus cōpetunt, uel in posterum competere ualuerint, pro sui uidelicet tenore præsidiū in perpetuum deferre decernimus. Quidquid aūt præteritarum præscriptionum, uel uerbis, uel sensibus minus continetur, implētes, per hanc in perpetuum ualituram legem, sancimus, ut si quis contractus, uel si qua actio, quæ cum non esset expressim sæpedictis temporalibus præscriptionibus concepta, quorundam tamen uel à fortuita uel excogitata interpretatiōe sæpedictarum exceptionū laqueos euadere posse uideatur: huic saluberrimæ nostræ sanctioni succumbat, & quadraginta curriculis annorum proculdubio sopiatur, nullumq; ius priuatum uel publicum in quacunq; causa, uel in quacunq; persona, quod prædictorum quadraginta annorum exstinctum est inigi silentio, moueatur. Sed quicunq; super quolibet iure, quod per memoratū tempus inconcussum est, & sine ulla re ipsa illata iudiciaria cōuentione possedit: superq; sua conditione, qua per idem tempus absq; ulla iudiciali sententia simili munitione potitus est, sit liber, & ex præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus.

V. *Idem. A. ad Thomam* P.P.

PRæscriptionem quadraginta annorum ab ijs, qui ad curialem conditionem uocantur, opponi non patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli sancimus. sacra etenim nostræ pietatis lex de alijs loquitur cōditiōibus, nec anterioribus cōstitutionibus per eādem nouellam legem derogatur, quæ manifestissime curiales & liberos eorum, explosis temporalibus præscriptionibus, patrijs suis reddi præcipiunt.

VI. *Idem. A. Leoni* P.P.

COmperit nostra serenitas quosdam sacratissimam nostræ pietatis constitutionem, quæ de annorum quadraginta loquitur præscriptione, ad præiudicium etiam publicarum functionum solutionis trahere conari, & si quidem per tanti, uel amplioris temporis lapsum minime, uel minus, quàm oportuerat: tributorū nomine solutum est, non posse requiri, seu profligari contendere: cum huiusmodi conamen manifestissime sensui propositoq; nostræ legis obuiare noscatur: ideoq; iubemus eos, qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederunt, de possessione quidē rei, seu dominio nequaq; remoueri: functiones autem, seu ciuilem canonem, uel aliam quampiam publicā collationem impositam eis dependere compelli, nec huic parti cuiuscūq; temporis præscriptionem oppositam admitti.

VII. *Imp.* IVSTINVS. A. *Archelao* P.P.

CVm notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos quidem suppositæ rei detentatores annorum triginta finiri spacijs, si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est etiam per solam conuentionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur, in ipsos uero debitores aut hæredes eorū primos uel ulteriores nullis exspirare lustrorū cursibus: nostræ prouisionis esse perspeximus hoc quoq; emēdare, ne possessores eiusmodi propè immortali tiore teneātur. Quamobrem iubemus hypothecarū persecutionem, quæ rerū mouetur gratia, uel apud debitores consistentium, uel apud debitorum hæredes, non ultra quadraginta annos, ex quo cōpetere cœpit, prorogari: nisi conuentio aut ætas (sicut dictū est) interceserit: ut diuersi tas utriusq; rerum persecutiōis, quæ in debitorem aut hæredes eius, quæq; mouetur & in extraneos, sit in solo annorum numero: uerum in alijs omnibus ambæ similes sint. in actione scilicet personali ijs custodiendis, quæ prisca constitutionū sanxit iusticia. Sed cū illud etiā in forensibus controuersijs uentilabatur, an creditor anteriora iura prætendens potest posteriorem cre-

ditorem hypothecam tenẽtem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem debitoris obtinentem, eiq; possidẽtem. necessarium duximus & hoc dirimere, & sancimus, donec cõmunis debitor uiuit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni: quia dum ille uiuit, meritò anterior creditor confidit, utpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit: ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem meritò posse triginta annorum opponere præscriptionem. & secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos, quo ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin uero coniungere uoluerit suæ possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo uiuente debitore uel ipse creditor, uel cõmunis debitor detinuit: tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor creditorem repellere poterat, hoc se possediſſe ostendat. Eodem iure pro temporum computatione obseruando, etsi posterior creditor anteriori creditori offerre debitum paratus est, & is creditor longæuam præscriptionem possessionis ei opponere conatur. Illud aũt plus quàm manifestum est, quòd in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua conditione, uel sub die certa, uel incerta, stipulationes & promissiones uel pacta ponuntur, post conditionis exitum, uel post institutæ diei certæ uel incertæ lapsum, præscriptiones triginta uel quadraginta annorum, quæ personalibus uel hypothecarijs actionibus opponũtur, initium accipiunt. Vnde euenit, ut in matrimonijs, in quibus redhibitio dotis, uel ante nuptias donationis in diem incertam mortis uel repudij differri solet, post coniugij dissolutionem earundem curricula præscriptionum personalibus itidem actionibus uel hypothecarijs opponendarum incipiant. Imò & illud procul dubio est: quòd si quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine uiolentia tenuerit: per hanc detentionem interruptio fit præteriti temporis, si minus effluxit triginta uel quadraginta annis: & multomagis, quàm si esset interruptio per conuentionem introducta, cum litis contestationem imitatur ea detentio. Sed et si quis debitorum ad cognoscendum suum debitum secundam cautionem in creditorem exposuerit, tempora memoratarum præscriptionum interrupta esse uidebuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ innouata permansit; tam in personalibus, quàm in hypothecarijs actionibus. nanq; improbum est debitorem hunc cõtradicere, qui ne sub accusatiõe creditoris more debitoris fiat, secundã in eũ superiore debito cautionem exposuit. In his etiam promissionibus, uel legatis, uel alijs obligationibus, quæ dationem per singulos annos, uel menses, uel aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiuscunq; anni, uel mensis, uel alterius singularis temporis computari, manifestum est. Nulla scilicet danda licentia uel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, uel per quoscunq; alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in ijsdem rebus quæsitum esse: cum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat, uel conductori, seu procuratori rerum alienarum dicenti ex quocunq; temporum curriculo non debere se domino uolenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere.

VIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SI quis emptionis, uel donationis, uel alterius cuiuscunq; contractus titulo rem aliquam bonafide per decem uel uiginti annos possederit, & longi temporis exceptionem contra dominos eius, uel creditores hypothecam eius prætendentes, sibi adquisierit, posteaq; fortuito casu possessionem eius rei perdiderit: posse eum etiam actionem ad uindicandam eandem rem habere sancimus. hoc enim & ueteres leges, si quis eas recte inspexerit, sanciebant. Quòd si quis eam rem desierit possidere, cuius dominus, uel is, qui suppositam eam habebat, exceptione triginta uel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium non indistincte, sed cum moderata diuisione ei præstare censemus: ut si quidem bonafide ab initio eam rem tenuerit, simili possit uti præsidio. sin uero malafide eam adeptus est: indignus eo uideatur: ita tamen, ut nouus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit, uel suppositam eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est, commodum detẽtionis sibi adquirat.

Sin uero nullum ius in ea re quocunq; tempore habuit: tunc licentia sit priori domino uel creditori, qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit, & hæredibus eorum ab iniusto detentatore

tatore eam uindicare: non obstante ei, quòd prior possessor triginta uel quadraginta annorum exceptione eum remouerat: nisi ipse iniustus possessor triginta uel quadraginta annorum ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui euicit, ea possessione cecidit, munitus sit. Sed hæc super illis detentatoribus censemus, qui sine uiolentia eandē rem nacti sunt. nam si quis uiolenter eam abstulerit: omnimodo licebit priori possessori sine ulla distincti one eam uindicare. Sed & siquis non per uim, sed per sententiā iudicis eam obtinuerit, ea tantum occasione, quod absens prior possessor ad litem uocatus, minime responderit: licebit ei, & instar cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemq; suscipiendæ litis danti, eandem rem recipere, superq; ea cognitionalia subire certamina. Exceptionem etiam triginta uel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usuræ promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persoluit.

IX. *Idem A. Demostheni P.P.*

SAepe quidam suos obnoxios in iudicium uocantes, & iudiciarijs certaminibus uentilatis, non ad certum finem litis producebant: sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam forte fugientiū, uel suam imbecillitatem, uel alios quoscunq; casus (cum sortes humanæ multæ sunt) qui nec dici, nec enumerari possunt, deinde iure suo lapsi esse uidebātur eo, quòd post cognitionem nouissimam spacium triginta annorum effluxit, & huiusmodi exceptione opposita, suas fortunas ad alios translatas uidentes, merito quidem sine remedio anxie lugebant. Quod nos corrigentes eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu minime opponi patimur: sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta: eam tamen in quadraginta annos extendimus, cum non similis sit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui & postulationem deposuit, & in iudicium uenit, & subijt certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licet ipse actor defecerit: tamen suæ posteritati huius cause rursum eum relinquere posse definimus, & eius hæredibus uel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tempus, id est quadraginta annorum spacium ex eo decernimus numerari, ex quo nouissima processit cognitio, postq; utraq; pars cessauit.

DE ANNALI EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTVS tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus. Tit. XL.

I. *Imp.* IVSTINIANVS *S. A. Iuliano P.P.*

SVper annali exceptione, quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus iudicijs exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. Primum etenim natura eius obseruationis cum omni scrupulositate & difficultate composita est, cum multa concurrere debent, ut ea nascatur. deinde illud spacium annale alij quidem ita effuse interpretabantur, ut possit usq; ad decennium extendi: alij iudicantes usq; ad quinquennium standum esse putauerunt: & in nostris temporibus sæpius super huiusmodi calculo à iudicibus uariatum est. unde nec facile suum effectum in litigijs ostendere huismodi exceptio ualuit. Cum itaq; aliæ temporales exceptiōes & præscriptiōes nobis sufficiant, huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiectos imperio minime patimur. ideoq; memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones uel præscriptiones in iudicijs suum uigorem ostendant: siue quæ super decennio, uel uiginti, uel triginta, uel quadraginta annis introductæ sunt, siue quæ minoribus spacijs concluduntur. Ad hæc cum nihil prohibet, etiam ea, quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus & compendiosis sanctionibus renouari: iubemus, omnes personales actiōes, quas uerbosa quorundā interpretatio iactare extra metas triginta annorū conabatur, triginta annorū spacijs cōcludi: nisi legitimus modus, qui & ueteribus & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola hypothecaria actione quadraginta annorum utente curriculis. Nemo itaq; audeat neq; actionis familiæ erciscundæ,

neq; communi diuidundo,neq; finium regundorum,neq; pro socio,neq; furti,neq; ui bonorũ raptorũ,neq; alterius cuiuscunq; personalis actionis uitam longiorem esse triginta annis interpretari:sed ex quo ab initio competit,& semel nata est,& non iteratis fabulis sæpe recreata,quẽ admodum in furti actione dicebatur,post memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus,licet personales sint,quæ in iudicium deductæ sunt,& cognitionalia acceperunt certamina,& postea silentio traditæ sunt:in quibus non triginta,sed quadraginta annos esse expectandos,ex quo nouissimum litigatores tacuerunt,lex nostra antea promulgauit. Ne autem imperfecta sanctio uideatur,cum in maternis quidem rebus filijsfamiliarum tempora exceptionum currere dispositum erat,ex quo sacris paternis absoluti sunt,in alijs autem,quæ minime adquiri possunt,hoc non fuerat specialiter constitutum:apertissima definitione sancimus,filijs familiarum in omnibus his casibus,in quibus habent res minime patribus adquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi,nisi ex quo mouere actionem potuerunt,id est,postq; manu paterna,uel eius,in cuius potestate erant constituti,fuerint liberati. quis enim incusare eos poterit,si hoc non fecerunt,quod & si maluerint,minime adimplere lege obuiante ualebant?

II. *Idem A. Ioanni P. P.*

VT perfectius omnibus consulamus,ut nemini absentia,uel potentia,uel infantia penitus aduersarij sui noceat,sed sit aliqua inter desides & uigilãtes differẽtia:sancimus,ut si quã do abfuerit is,qui res alienas uel creditori obnoxias detinet,& desiderat dominus rei uel creditor suam intentionem proponere,& non licentia sit absente suo aduersario, qui rem detinet, uel infantia,uel furore laborante,& neminẽ tutorẽ uel curatorẽ habente,uel in magna potestate cõstituto,sua authoritate res usurpare:licentia ei det adire præsidẽ,uel libellũ ei porrigere,& hoc in querimoniã deducere intra statuta tẽpora,& interruptionem tẽporis facere,& sufficere hoc ad plenissimã interruptionem. Sin autem nullo poterit modo præsidẽ adire, saltem ad locorum episcopum eat, uel defensorem ciuitatis,& suam manifestare uoluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit uel præses,uel episcopus, uel defensor ciuitatis:liceat ei proponere publice,ubi domiciliũ habet possessor,seu cum tabulariorum subscriptione,uel si ciuitas tabularios non habet,cum trium testium subscriptione:& hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem,siue triennij,siue longi temporis,siue triginta uel quadraginta annorum sit. Omnibus alijs,quæ de longi temporis præscriptione uel triginta uel quadraginta annorum curriculis constituta sunt,seu ab antiquis legum conditoribus,siue à nostra maiestate, in suo robore duraturis.

III. *Idem A. Ioanni P. P.*

SI ex multis causis quidam obnoxium habens,& maxime ex similibus quantitatibus,in unius causæ summa libellum conuentionis composuerit,causam tamen nõ expresserit: apud ueteres agitabatur, an uideatur omnes causas in iudicium deduxisse: an uetustissimam earum,aut omnino nihil feciſſe,cũ eius sensus incertus esse apparebat. Sed & in iudicijs in multis casibus tales altercationes uentilatas inuenimus,& maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio,hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat:quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam,hypothecariam autem euanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat obnoxium sibi aliquem constitutum:aliæ dubitationes emergebant,si omnes ei competentes actiones huiusmodi narratione contineri credantur:an uero quasi silentio circa eas habito tẽpore exspirare,nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei adquisito. Sancimus itaq; nullam in iudicijs in posterum locum habere talem confusionem:sed qui obnoxium suum in iudiciũ clamauerit,& libellum cõuentionis ei transmiserit,licet generaliter nullius causæ mentionem habentem,uel unius quidem specialiter tantummodo,aut personales actiones,uel hypothecarias continentem:nihilominus uideri ius suum omne eum in iudicium deduxisse,& esse interrupta temporum curricula:cum contra desides homines,& sui iuris contemptores odiose exceptiones oppositæ sunt.

DE ALLVVIONIBVS, ET PALVDIBVS, ET pascuis ad alium statum translatis. Tit. XLI.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Marco.* Quam-

QVamuis fluminis naturalem cursum opere manufacto aliò non liceat auertere: tamen ripam suam aduersus rapidi amnis impetum munire prohibitum nõ est. Et cum fluuius priore alueo derelicto, alium sibi facit: ager, quem circumit, prioris domini manet. Quòd si paulatim ita auferat, ut alteri parti adplicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo adcrescit.

II. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEODOS. AAA. *Cæsario* P.P.

HI, quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant: & qui suum deplorant patrimonium deminutum, alieno salutem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant deuotioni.

III. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Cyro* P.P.

EA, quæ per alluuionem, siue in Aegypto per Nilum, siue in alijs prouincijs per diuersa flumina possessoribus adquiruntur, neq; ab ærario uendi, neq; à quolibet peti, nec separatim censeri, uel functiones exigi, hac perpetuò lege ualitura sancimus: ne uel alluuionum ignorare uitia, uel rem noxiam possessoribus uideamur inducere. Similiter nec ea quidem, quæ paludibus antea uel pascuis uidebantur adscripta, si sumptibus possessorum nũc ad frugum fertilitatem translata sunt, uel uendi, uel peti, uel quasi fertilia separatim censeri, uel functiones exigi concedimus: ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam iudicantes intelligant. Cuius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coërceri decernimus, inter quos habendum est officium quoq; tuæ sedis excelsæ, si aliquid huiusmodi casus suggesserit disponendum, uel si preces introduxerit petitoris.

DE SENTENTIIS PRAEFECTORVM PRAETORIO. Tit. XLII.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Thalassio* P.P.

LItigantibus in amplissimo prætorianæ præfecturæ iudicio, si contra ius se læsos affirment, non prouocandi, sed supplicandi licentiam ministramus: licet pro curia, uel qualibet publica utilitate, seu alia causa dicatur prolata sententia. Nec eñ publice prodest singulis legum adminicula denegari. Ita uidelicet, ut intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis prætorianæ præfecturæ sententias post successionem iudicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas.

QVOMODO ET QVANDO IVDEX SENTENTIAM proferre debeat præsentibus partibus, uel una parte absente. Tit. XLIII.

I. *Imp.* TITVS AELIVS ANTONIN. A. *Publicio.*

NOn semper compelleris, ut aduersus absentem pronuncies, propter subscriptionem patris mei, qua significauit etiam contra absentes sententiam dari solere. id enim eò pertinet, ut etiam absentem damnare possis, non ut omnimodo necesse habeas.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Seuero.*

CEssante quoq; causa peremptorij edicti, aduersus eos, qui admoniti iudicio adesse noluerunt, sententiam à iudice posse ferri certum est.

III. *Idem* A. *Antistio.*

A Beo iudicato recedi non potest, quod uobis absentibus & ignorantibus atq; indefensis dicitur esse prolatum, si ubi primum cognouistis, non ilico de statutis querelam detulistis. ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit cõmodatus adsensus.

IIII. *Imp.* PHILIPPVS. A. *Domitiano.*

SI (ut proponis) pars diuersa die feriato absente uel ignorante te à iudice dato, sentẽtiam pro partibus suis quasi contumaciter deesses, impetrauit: non immerito præses denuo negocium alterius iudicis notioni terminandum commisit.

V. *Idem* A. & PHILIPPVS *Cæs. Longino.*

SI (ut proponis) præses prouinciæ, cum certũ locum causæ cognoscendæ dedisset, alibi per ob

reptio-

reptionem aditus, sententiam aduersus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum in ris spectare minime oportet.

VI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Domitio.

SI præses quasi desertam ab adultis tuis causam appellationis, quæ ab adiutore suo acta fuerat, circumduxit eo tempore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notione suam exhibebit. neq; enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensionem iusta & curatorio auxilio fuerant destituti.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Marino.

EA, quæ statuuntur aduersus absentes, non per contumaciam scilicet denunciationibus neq; quaq; ex more conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere, certum est.

VIII. Iidem AA. Claudiæ.

CONsentaneum iuri fuit, temporibus ad præsentiam diuersæ partis præscriptis, præsidem prouinciæ (impleta iuris solennitate, & aduersario tuo trinis literis, uel uno pro omnibus peremptorio edicto, ut præsentiam sui faceret, commonefacto) si in eadem contumacia perseuerauerit, præsentis allegationes audire. quod uel successor eius facere curabit. A' quo ter citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non ab re erit, uel ad cogendum eum, ut sese repræsentet: uel possessionem bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & aduersariũ petitorem constituere: uel auditis defensionibus tuis id, quod iuris ratio exegerit, iudicare.

IX. Iidem AA. Leontio.

TRes denunciationes ad peremptorij edicti uicem aduersus contumaces conualescere, saluberiter statutum est.

X. Iidem. AA. Blesio.

CVm non uoluntatis tuæ arbitrio, sed necessitate profectus sis: quidquid contra te absentem statutum fuerit, quãdo absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi iuris ratio nõ permittit.

XI. Iidem. AA. & CC. Valerio.

CVm præsentibus partibus litem incohatam proponas: si postea, cq; cõtra te, licet absenté, pronunciatum est, intra præfinitum diem non appellasti: latam sententiam rescindi postulanti, multæ sacræ constitutiones refragantur.

DE SENTENTIIS EX BREVICVLO RECITANDIS. Tit. XLIIII.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Quinto.

ARbitri nulla sententia est, quam scriptam edidit litigatoribus, si non ipse recitauit. Si igitur nihil fallis: omissa prouocationis mora, ex integro iudicari, impetrabis à rectore prouinciæ.

II. Imppp. VALENS, VALENT. & GRAT. AAA. ad Probũ P. P.

HAc lege perpetua credimus ordinandum, ut iudices, quos cognoscẽdi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita post negocium sententias ponderatas sibi ante forment: & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptas q; ex libello partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi uel mutandi: exceptis tam uiris eminentissimis præfectis prætorio, cq; alijs illustrem administrationem gerentibus, cæteris q; illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur, etiam per officium suum, & eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare.

III. Iidem AAA. ad Probum P. P.

STatutis generalibus iussimus, ut uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouincijs permissimus facultatem, cognitis causis, ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. huic adijcimus sanctioni, ut sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomẽ quidem sententiæ habere mereat, nec ad rescissionẽ perperam decretorũ appellationis solennitas requiratur.

DE SENTENTIIS ET INTERLOCTIONIBVS omnium iudicum. Tit. XLV.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Quintiliano.

NOn uidetur nobis rationem habere sententia decessoris tui, qui cũ cognouisset inter petitorẽ & procuratorem, nõ procuratorẽ, sed ipsam dominã litis condẽnauit, cuius persona in iudicio nõ fuit. potes igit, ut re integra, de causa cognoscere.

Imp.

II. Imp. ANTONINVS. A. Sextilio.

SI arbiter datus à magistratibus, cum sententiam dixit, in libertate morabatur: quamuis post ea in seruitutẽ depulsus sit: sententia tamen ab eo dicta, habet rei iudicatæ authoritatem.

III. Imp. ALEXANDER. A. Vectio.

PRæses prouinciæ non ignorat definitiuam sententiam, quæ cõdemnationem, uel absolutionem non continet, pro iusta non haberi.

IIII. Idem. A. Seuero.

PRolatam à præside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem, authoritatem rei iudicatæ non obtinere, certum est.

V. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPP. Cæs. Montano.

CVm eorum, qui principaliter fisco tenebant, bona ea lege fideiussoribus procurator tradi iusserit, ut ipsi indemnitatem fisco præstarent, nec à sententia eius interceſſerit prouocatio: consequens est, datæ formæ obtemperari

VI. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Holio.

CVm sententiã p̃sidis irritã esse dicis, q̃ nõ publice, sed in secreto loco, officio eius nõ p̃sente, sententiã suã dixit: nullũ tibi ex ijs, q̃ ab eo decreta sunt, p̃iudiciũ generandũ esse cõstat.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Isidoræ.

EXstipulatione parta actione, paciſci proximis personis suadendo, præses prouinciæ uerborum obligationem, quam certo iure tolli tantũ licet, exstinguere nõ potest: nec uox omnis iudicis iudicati continet authoritatẽ, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe cõstitutum sit. quapropter si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronunciatum est: uox paciſci suadentis præsidis actionem perimere (si quam habuisti) minime potuit.

VIII. Iidem. AA. & CC. Licinio.

LIbera quidẽ Theodora, quam ex emptionis causa, uel in solutũ creditori traditã proponis, ꝓnunciata: citra prouocationis auxiliũ sententia reſcindi nõ potest. Verum si mota quæstione, præmissa denũciatiõe ei, qui auctor huiusmodi mulieris fuit, iudicatũ processit: quanti tua interest, empti, si emisti: uel ob debitum reddendum, si in solutũ data est, repetere non probiberis.

IX. Iidem. AA. & CC. Domno.

POst sententiã, quæ finibus certis cõcludit ab eo, qui ꝓnũciauerat, uel eius successore, de quæstione, quæ iã decisa est, statuta rei iudicatæ nõ obtinẽt authoritatẽ. nam nec de possessione ꝓnũciata, ꝓprietati ullũ præiudiciũ adferũt, nec interlocutiões ullã causam plerũq; perimunt.

X. Iidem AA. & CC. Menodoro.

NVlli, qui statuendi non habet facultatẽ, interdicere patriæ cuiq; permittitur.

XI. Iidem AA. & CC. Luciano.

CVm iudex in definitiua sententia iusiurandum solummodo præstari præcipiat, nõ tamen addat, quid ex recusatione, uel præstatione sacramenti fieri oportet: huiusmodi sentẽtiam nullam uim obtinere, palam est.

XII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Iuliano procons. Asiæ.

IVdices tam latina, quãm græca lingua sententias proferre possunt.

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.

NEmo iudex uel arbiter existimet, neq; cõsultatiões, quas nõ rite iudicatas esse putauerit, sequendũ, & multomagis sententias eminẽtissimorũ præfectorũ, uel aliorũ ꝓcerũ. nõ em̃ si quid nõ bene dirimat̃, hoc & in aliorũ iudicũ uiciũ extẽdi oportet: cũ nõ exẽplis, sed legibus iudicandũ sit, nec si cognitiõales sint amplissimæ p̃fecturæ, uel alicuius maximi magistratus ꝓlatæ sententiæ: sed oẽs iudices nostros ueritatẽ & legũ, & iusticiæ sequi uestigia sancimus.

XIIII. Idem A. Demostheni P.P.

CVm Papinianus summi ingenij uir in q̃stiõibus suis rite disposuerit, nõ solũ iudicẽ de absolutiõe rei iudicare, sed & ipsum actorẽ, si è cõtrario fuerit obnoxius inuentus, cõdemnare: huiusmodi sententiã nõ solũ roborandã, sed etiã augẽdã esse sancimus: ut liceat iudici, uel cõtra actorẽ ferre sententiã, & aliquid eum daturũ uel facturũ pronunciare, nulla ei opponenda exceptione, quòd non competens iudex agentis esse cognoscatur. cuius enim in agẽdo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negocio non dedignetur.

XV. Idem A. Iuliano P.P.

CVm solitum est in sentẽtijs iudicũ sic interlocutionẽ proferri, ut nõ liceat partibus ante definitiuã sentẽtiã ad appellatiõis, uel recusatiõis uenire auxiliũ: quidã putabãt, nõ licere antẽ litẽ cõtestatã nec iudicem recusare, quẽadmodũ nec ab eo appellare. cũ em̃ simul utrunq; uocabulum

cabulũ ponit tam appellatiõis quàm recusatiõis, puocatio aũt ante litẽ cõtestatã nõ potest por-
rigi putabãt, quòd nec recusare quidẽ iudicẽ cuiquã cõceditur ante litẽ cõtestatã: qđ minime ue
titũ est. Caueant itaq; iudices huiusmodi sermonẽ simul & sine certa distinctione proferre.

DE SENTENTIA, QVAE SINE CERTA QVANTI-
tate profertur. Tit. XLVI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Aelianæ.

CVm iudicem, quoad pecunia condemnationis soluta fuisset, de pendendis usuris legem dixisse profitearis: nõ contra iuris formam sententiam datam, palàm est.

II. Imp. ALEXANDER. A. Marcellino.

QVanq; pecuniæ quantitas sentẽtia curatoris reipublicæ nõ cõtinetur: senten tia tamen eius rata est, qm̃ indemnitatem reipublicæ præstari iussit.

III. Imp. GORDIANVS. A. Aemylio.

HAec sententia OMNEM DEBITI QVANTITATEM CVM VSVRIS COMPETENTIBVS SOL VE, iudicati actionẽ parere nõ potest: cũ apud iudices ita demũ sine certa quãtitate facta cõ dẽnatio authoritate rei iudicatæ censeatur, si parte aliqua actorũ certa sit quãtitas cõpræhensa.

IIII. Idem. A. Saturninæ.

HAec sentẽtia, QVAE BONA FIDE ACCEPISTI, SOLVE: cũ incertũ esset, qđ accepis set, quãtũq; ab eo petereẽ, præsertim cũ ipe, qui extra ordinẽ iudicabat, interlocutus sit do bat, cõtra te certã sententiã protulit, neq; à statutis, puocaueris: ipsa tuo facto cõfirmasti iudicatũ.

DE SENTENTIIS, QVAE PRO EO, QVOD INTER-
est, proferuntur. Tit. XLVII.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm pro eo, qđ interest, dubitationes antiquæ in infinitũ, pductæ sint: melius no bis uisum est, huiusmodi, plixitatẽ, prout possibile est, in angustũ coartare. San cimus itaq; in oñibus casibus, qui certã habent quantitatẽ, uel naturã, ueluti in uẽ ditiõibus, & locatiõibus, & oĩbus cõtractibus: hoc, quod interest, dupli quãtitatẽ mi nime excedere. In alijs aũt casibus, qui incerti esse uidentur: iudices, qui causas dirimendas suscipiũt, per suã subtilitatẽ requirere, ut hoc, quod reuera inducit, damnũ hoc red datur, & nõ ex quibusdam machinationibus & immodicis peruersionibus in circuitus inextrica biles redigatur: nedum in infinitũ cõputatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat: cũ sciam, esse naturæ cõgruũ, eas tantũmodo pœnas exigi, quæ uel cũ cõpetẽti moderamine, pferũtur, uel à legibus certo fine conclusæ statuũtur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur cõstitutio: quia & ex eo ueteres id, quod interest, statuerũt. Et sit omnibus, secun dum quod dictũ est, finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio.

SI A' NON COMPETENTE IVDICE IVDICA-
tum esse dicatur. Tit. XLVII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Sabiniano.

SIVdex ad certã rem datus, si de alijs, pnũciauerit, cũq; qđ ad eã rem ptinet, nihil egit.

II. Imp. GORDIANVS. A. Liciniæ.

SI militaris iudex super ea causa, de qua ciuilibus actionibus disceptãdum fuit, nõ datus, à quo dari poterat, cognouit: etiam remota appellatione, id, quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati nõ habet.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Philetæ.

SI de proprietate datus iudex aduersus te nihil super hac statuit: rector prouinciæ aditus cau sam hanc cognoscere, suaq; decidere sententia curabit: cum & siquid de possessione pronun ciatum probetur, hoc causæ proprietatis minime noceat.

IIII. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Pontũ Mutũ.

ET in priuatorum causis huiusmodi forma seruetur, ne quenq; litigatorum sententia non à suo iudice dicta constringat.

DE POENA IVDICIS, QVI MALE IVDICAVIT, VEL
eius, qui iudicem uel aduersarium corrumpere curauit. Tit. XLIX.

Imp.

I. Imp. ANTONINVS A. ad Gaudiũ.

CONstitit in quacunq; causa, siue priuata, siue publica, siue fiscali, ut cuicunq; data fuerit pecunia, uel iudici, uel aduersario: amittat actiones is, qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negocij reposuerit.

II. Imp. CONSTANTINVS A. ad Felicem.

DE eo, qui precio deprauatus, aut gratia perperam iudicauerit, ei uindicta, quẽ læserit, non solum existimationis dispendij, sed etiam litis discriminis præbeatur.

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE. Tit. L.

I. Imp. GORDIANVS. A. Secundo.

NEq; suã, neq; decessoris sui sententiã quẽcũq; posse retractare, in dubiũ nõ uenit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere prouocationẽ, explorati iuris est.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Alexandro.

PEremptorias exceptiones omissas in initio, antecũq; sentẽtia ferat̃, opponi posse, perpetuũ edictũ manifeste declarat. quòd si aliter actũ fuerit: in integrũ restitutio permittitur. nam iudicatũ cõtra maiores annis uigintiquinq; nõ opposito præscriptionis uelamento, citra remedium appellationis rescindi nõ potest.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Proculum.

IMpetrata rescripta non placet admitti, si decisæ semel causæ fuerint iudiciali sentẽtia, quam prouocatio nulla suspendit: sed eos, qui tale rescriptũ meruerunt, etiã limine iudiciorũ repelli.

DE FRVCTIBVS ET LITIVM EXPENSIS. Tit. LI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Alexandro.

HOc fructuum nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis supereſt.

II. Impp. VALENS. & VALENTIN. AA. Olybrio P. P.

LItigator uictus, qui post conuentionem rei incũbit alienæ, non in sola rei redhibitiõe teneat̃, nec tantũ fructuũ præstatiõem eorũ, quos ipse percepit, agnoscat: sed eos, q̃s percipere potuisset, nõ quos eũ redegisse cõstabit, exsoluat ex eo tẽpore, ex quo re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessoris accepit. hæredis quoq; succedentis in uicium par habenda fortuna est.

III. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Asclepiodoto P. P.

TErminato transactoq; negotio, post hac nulla actio neq; ex rescripto super sumptuũ petitione præstet̃: nisi iudex, qui cũ de principali negocio sentẽtiã promulgauit, cominus partibus cõstitutis iuridica pronũciatione significauerit, uictori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere. post absolutum enim dimissum'q; iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia.

IIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. edictũ ad populum.

NOn ignoret is, cuius ex interpellatione aliquis secũdum datam formã in longinqua protractus fuerit examina, quòd si culpa sua fuerit dilata cognitio, uel minime actioni adfuerit, uel dilata nõ probauerit: pro calumnia quidem pœnã luat legibus constitutam: pro pecuniaria uero causa post sumptus, considerata quantitate postulatorum, uel medij itineris intuallo, condemnationem pro æstimatione iudicis sustinebit.

V. Imp. ANASTASIVS. A. Stephano mag. milit.

CVm quidam per leges sacras'q; constitutiones, alij per speciales largitates sibi præstita priuilegia prætendunt, tam super sportulis pro cõuentionibus usq; ad certam quantitatẽ præbendis, quàm super expensis litiũ uel minuẽdis, uel penitus nõ agnoscendis: per hanc legẽ decernimus, ut quicunq; huiusmodi priuilegio munitus est, uel postea talẽ prærogatiuã quolibet modo meruerit: sciat, etsi quos ipse utpote obnoxios sibi pro quacunq; criminali uel ciuili causa cõstituros in accusationẽ deduxerit, hos nihilominus ijsdẽ priuilegijs potituros: qm̃ non est ferendũ eos, qui præfatas prærogatiuas (ut iam ante latũ est) p̃tendũt aliqd plus ab aduersarijs suis quærere cõcedi, quàm ipsi ab alijs pulsati facere patiantur. Ita scilicet, ut hæc quidem forma modis omnibus obseruet̃ super priuilegijs per liberalitates uel generaliter quibusdã officijs aut scholis, seu dignitatibus, uel specialiter certis personis præstitis, uel postea præbendis, siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus uel affatibus insertũ, siue prætermissum sit uel fuerit.

DE RE IVDICATA. Tit. LII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Stellatori.

REbus quidem iudicatis standum est. sed si probare poteris, eum, cui condemnatus es, id, quod furto amississe uidebatur, recepisse: aduersus iudicati agentem doli exceptione opposita, tueri te poteris.

II. Idem A. Pacatiano.

RES iudicatæ, si sub prætextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis.

III. Idem A. Demetrio & alijs.

SI pecuniam, quam mala ratione intercepisse uos apparuerit, iussi sitis inferre cum pœna, & comperto præcepto præsidis nõ prouocaueritis: uniuersam quantitatem debetis inferre.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Antonino.

SVb specie nouorum instrumentorum postea repertorum, res iudicatas restaurari exemplo graue est.

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Valentino.

AD solutionem dilationem petentem adquieuisse sententiæ, manifeste probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ adquieuit. nec enim instaurari finita rerum iudicarum patitur authoritas.

VI. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Iuliano proconsuli Africæ.

GEsta, quæ sunt translata in publica monumenta, habere uolumus perpetuam firmitatẽ. neq; enim morte cognitoris perire debet publica fides.

DE EXSECVTIONE REI IVDICATAE. Tit. LIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Iustino.

NIsi propere iudex pignora Marcellæ capi ac distrahi iussit ante rem iudicatam: prius est ergo, ut seruato ordine, actionem aduersus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias.

II. Iidem AA. Agrippæ.

SI causam iudicati non nouasti: rem iudicatam præses prouinciæ etiam pignoribus captis ac distractis, ad emolumentum perduci iubebit. quòd si nouata causa est: ex stipulatu tibi actio competit: & iudice accepto, secundum iuris formam experire.

III. Iidem AA. Agrippæ.

ORdo rei gestæ & mora solutionis, qnæ intercessit, constantius desiderat remedium. si itaq; præsidem prouinciæ, qui rem iudicatam exsequi debet, adieris, & allegaueris res soli, quæ pignori datæ sunt, diu subhastatas ex compacto siue ambitione diuersæ partis emptorem non inuenire posse: in possessionem earum te mittet, ut uel hoc remedio res tam diu protracta ad effectum perducatur.

IIII. Iidem AA. Marcello militi.

STipendia retineri propterea, quod condemnatus es, non patietur præses prouinciæ: cũ rem iudicatam possit alijs rationibus exsequi.

V. Imp. GORDIANVS. A. Amando.

ETiam nomen debitoris in causa iudicati capi posse, ignotum non est.

VI. Imp. PHILIPPVS. A. & Cæs. Titiano.

SI (ut proponis) rerum iudicatarum exsecutor datus partes sibi iudicis uindicauit, & contra ea, quæ prudẽ pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandũ putauit: sententia ab eo dicta, uim rei iudicatæ obtinere nequaq; potest.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Theodoro.

SI longis, apertisq; fruſtrationibus partis aduersæ restitutio remorata est: etiam seruis rebus humanis exemptis, à fruſtratore æstimatio eorum restituenda est. animalia quoq; cum fœtibus tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

VIII. Iidem AA. & CC. Nicomacho.

EXsecutorem eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes audita oĩa & discussa lite prolatam, rei iudicatæ uigorem ad effectum uidetur adducere. Iidem

IX. Idem AA. & CC. Glyconi.

EOs, quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conueni prouinciæ. qui siue debitū confessi, siue negantes & conuicti fuerint condemnati, nec intra statutum spacium solutioni satisfecerint: cum latæ sententiæ, pignoribus etiam captis ac distractis secundum ea, quæ sæpe constituta sunt, meruerint exsecutionem: iuris formam tibi custodiet.

DE VSVRIS REI IVDICATAE. Tit. LIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. proauratoribus hæredum.*

SI, qui bona secundum dictam sententiam prosequitur: eas quoq; rationes habiturus est, ut qui post legitimum tempus placitis non obtemperauerit, usuram centesimam temporis, quod postea fluxerit, soluat.

II. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

EOs, qui condemnati solutionem pecuniarum, quas dependere iussi sunt, ultra quatuor menses à die condemnationis, uel si prouocatio fuerit porrecta, à die confirmationis sententiæ connumerandos distulerint: centesimas usuras exigi præcipimus: nec priscis legibus, quæ duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione, quæ dimidiam centesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus.

III. Idem A. Ioanni P.P.

SAncimus, ut si quis condemnatus fuerit, post datas à nobis quadrimestres inducias centesimas quidem usuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere: sed tantūmodo sortis, & nō usurarū, quæ ex pristino cōtractu in condemnationē deductæ sunt. Cum enim iam constituimus usurarū usuras penitus esse delendas: nullum casum relinquimus, ex quo huiusmodi machinatio possit induci. si enim sine emendatiōe relinquat: aliquid absurdū atq; inelegans necesse est euenire: cū usuræ utiliter ex cōtractibus descēdētes, plerūq; minores cēteſima ex nostra lege factæ sunt, & necesse erit minoribus usuris grauiores supponi. Si enim ex iudicati actione centesimæ omnimodo currunt usuræ, ex cōtractibus autē hoc raro cōtingit: in capitulis legē nostra tantūmodo exceptis, huiusmodi iniquitatē ipsa necessitas rerū introducebat. & ideo pio remedio causam corrigentes: sancimus, sortis tantūmodo usuras usq; ad centesimam currentes ex iudicati actione profligari, nō autem usurarū quantascunq; usuras. Si enim nouatur iudicati actione prior contractus: necesse est usurarū quidem, quæ anterioris cōtractus sunt, cursum post sententiā inhiberi. alias autē usuras ex iudicati actione tantūmodo sortis procedere: & nō ideo quōd forsitan consummata est quantitas sortis & usurarum, totius summæ usuras postea colligi, sed sortis tantūmodo. Et cū antiquitas pessimo exemplo reis quidē condemnatis, laxamentū duorum mensiū præstabat, fideiussores autē eorum eodē uti beneficio nō concedebat, ut liceret uictoribus (relictis propter legē cōdemnatis personis) à fideiussoribus eorum, uel mandatoribus, statim pecunias, uel res in condemnatione positas, exigere: huiusmodi acerbitatem resecantes, sancimus, quadrimestres inducias, quas dedimus condemnatis, etiam adfiussores eorum & mandatores extendi, ne legi fiat derogatū. cum enim interuentor soluere cōpellat̄, & ipse reū coērcebat ad inuitā solutionem: nullū condemnatus habebat nostræ sensum humanitatis: quia per mediū fideiussorem statim pecunias persoluere compellebatur.

SI PLVRES VNA SENTENTIA CONDEMNATI sunt. Tit. LV.

I. Imp. ALEXANDER. A. Victori.

SI non singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus, una & certa quantitate condemnati estis: nec additum est, ut quod ab altero seruari nō posset, idem alter suppleret: effectus sententiæ, p uirilibus portiōibus discretus est. ideoq; parēs pro tua portiōe sententiæ, ob cessationē alterius ex causa iudicati cōueniri non potes.

II. Imp. GORDIANVS. A. Anniano.

QVoties à tutoribus singulis procuratoribus datis, insequitur in omnium persona condemnatio: periculum sententiæ uidetur esse diuisum. Ideoq; quod ab uno seruari non potuerit: à cæteris exigi non posse, explorati iuris est.

QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET. Tit. LVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Masculino.

SI neq; mandasti fratri tuo defensionem rei tuæ, nec quod gestum est, ratum habui sti: præscriptio rei iudicatæ tibi non oberit. & ideo non prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum iudicatarum.

II. Imp. GORDIANVS. A. Athemio.

REs inter alios iudicatæ, neq; emolumentum adferre ijs, qui iudicio non inter fuerunt, neq; præiudicium solent irrogare. ideoq; nepti tuæ præiudicare non potest, quòd ad uersus cohæredes eius iudicatum est, si nihil aduersus ipsam statutum est.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Honorato.

IVris manifestissimi est, & in accusationibus ijs, qui congressi in iudicio non sunt, officere nõ posse, si quid forte præiudicij uideatur oblatum.

IIII. Idem. A A. & CC. Satiano.

NEc in simili negocio res inter alios acta, absenti præiudicare sæpe constitutum est.

COMMINATIONES, EPISTOLAS, PROGRAMMATA, SVB. scriptiones authoritatem rei iudicatæ non habere. Tit. LVII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Rogatiano.

NEc uim stipulationis obtinere potest comminatio iudicis, qui certas usuras præ stituros eos dixit, qui intra certum diem debitum non exsoluissent.

II. Imp. ALEXANDER. A. Maximo.

REi iudicatæ effectum non habet, quòd per epistolam rector prouinciæ solue re uos pecuniam reipublicæ iussit.

III. Idem A. Zotico.

EA, quæ causa cognita statuuntur, subscriptionibus reuocari non posse, sæpe rescriptũ est.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Aselepiodoto.

INterlocutio præsidis apud acta signata, ut nisi solutioni debiti is, qui conuenit̃, obsequiũ præ stitisset, duplum seu quadruplum inferat: uoluntas potius comminantis, cẽp sententia iudi cantis est: cum placitum huiusmodi, ne rei iudicatæ authoritatẽ obtineat, iuris ratio declarat.

V. Idem A. Iuando.

IVdex, qui disceptationi locum dederat, partium allegationes audire & examinare debuit. nã subscriptionem ad libellum datam talem, quæ diuersam partem in possessionem fundi mit teret, uicem rei iudicatæ non obtinere, non ambigitur.

VI. Imp. PHILIPP. A. & PHILIPP. Cæs. Cassiano.

PRogramma, si quod à præside prouinciæ propositum est, uim rei iudicatæ nequaq; obtine re potest. Nec commination em uim rei iudicatæ obtinere, manifestum est.

VII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Bassum P. P.

QVod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis literis temere descriptis definiri fas non est.

SI EX FALSIS INSTRVMENTIS VEL TESTIMONIIS iudicatum sit. Tit. LVIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. ad Bassianum.

SI tabulas testamenti, quas secutus proconsul uir clarissimus sententiam dixit, fal sas dicere uis: præbebit notionem suam, nõ obstante præscriptione rei iudicatæ: quia nondum de falso quæsitum est.

II. Imp. ALEXANDER. A. Optato.

ET qui non prouocauerũt, si instrumentis falsis se uictos esse probare possunt: cum de crimine docuerint, ex integro de causa audiuntur.

III. Idem A. Clementi.

FAlsam quidem testationem, qua diuersa pars in iudicio aduersus te usa est (ut proponis) so lito more arguere non prohiberis. sed causa iudicati in irritum non deuocatur: nisi proba re poteris eum, qui iudicauerat, secutum eius instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, aduersus te pronunciasse.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Herennio.

Iudicati exsecutio solet suspendi, & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumuentam esse religionem iudicantis (crimine postea falsi illato) manifestis probationibus fuerit ostensum.

DE CONFESSIS. Tit. LIX.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Iuliano.*

Confessos in iure pro iudicatis haberi placet. Quare sine causa desideras recedi à confessione tua, cum & soluere cogeris.

RES INTER ALIOS ACTA, VEL IVDICATA, aliis ne noceat. Tit. LX.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Epicra.*

Inter alios res gestas, aliis non posse præiudicium facere, sæpe constitutum est. Vnde licet quosdam de hæredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas, soluisse commemores: tamen cæteri non aliàs ad solutionem urgentur, nisi debitũ fuerit probatum.

II. *Idem.* AA. & CC. *Epicrati.*

Inter alios factam transactionem absenti non posse facere præiudicium, notissimi iuris est. Quapropter adito præside prouinciæ, auiam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc iure ad te pertinere prospexerit, restitui tibi prouidebit. neq; enim, si te absente diuisionem eius fecerint, aliquid iuri tuo derogari poterit.

III. *Idem.* AA. & CC. *Fortunatæ.*

Si cum fratre tuo matri successisti: frater pro portione tua cum debitoribus hæreditarijs pactiscendo uel agendo, non ex tua uoluntate, pro hæreditaria parte tibi quæsitam obligationem extinguere non potuit.

DE RELATIONIBVS Tit. LXI.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Futuro præf. annonæ.*

Si quis iudicum duxerit esse referendum: nihil inter partes pronunciet, sed magis super quo hæsitandum putauerit, nostram consulat scientiam: aut si tulerit sententiam, minime postea, ne à se prouocetur, relatione promissa terreat litigantes: sciens, quod si hoc fecerit, nihilominus iure appellationis res agitabitur. sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum: consultationis exemplum litigatoribus ilico edi apud acta iubeat: ut si cui forte relatio minus plena, uel contraria uideatur: is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat.

II. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Viuentium* P.P.

Super delictis prouincialium nunquam rectores prouinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum: quippe tunc demum relationibus plena ueritas est, cum & allegationibus repelluntur, uel probantur assensu.

III. *Idem.* AA. *ad Podemium.*

Si quando ratio aut necessitas est in negocijs nostra iudicia requirendi exspectandiq; responsa: omnes omnino causas relationis series compræhendat: ut recitata consultatione, quæ ita est dirigẽda, propè modũ actorũ recensione non sit opus: actis etiam necessariò sociandis.

DE APPELLATIONIBVS, ET CONSVLTATIONIBVS. Tit. LXII.

I. *Sententia diui* SEVERI. A. *data in persona Marci Prisci. Idib. Ianuar. Pompeiano & Auito* COSS.

Prius de possessione pronunciare, & ita crimen uiolentiæ excutere præses prouinciæ debuit. quod cum non fecerit: iuste ab eo prouocatum est.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Plautiano.*

NOuum,quod postulas,non est,quòd & si rescripti mei authoritas intercesserit,prouocandi tamen facultas tibi non denegatur.

III. Imp.GORDIANVS.A.Victori.

APpellatione interposita,licet à iudice repudiata sit,in præiudicium deliberationis nihil fieri debere,& in eo statu omnia esse,quo tempore pronunciationis fuerunt,sæpissime constitutum est.

IIII. Imp.PHILIPPVS.A.& PHILIPP.Cæs.Probo.

SI ad scribatum nominatus non prouocasti:conuelli statuta non possunt.

V. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC.Valenti & alijs.

PRæses prouinciæ,ad quem appellasti,si non uicio negligentiæ uestræ tempus,quod ad reddendos apostolos præscriptum est,exemptum esse animaduerterit,sed ex fatalis casus necessitate diem functo eo,qui eos perferebat,id accidisse cognouerit:iuxta perpetui iuris formã desiderio uestro medebitur.

VI. Iidem AA.& CC.dicunt.

EOs,qui de appellationibus cognoscent ac iudicabunt,ita iudicium suum præbere conuenient, ut intelligant, quòd cum appellatio post decisam sententia litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere negocium ad iudicem suum fas sit,sed omnem causam propria sententia determinare conueniat:cũ salubritas legis constitutæ ad id spectare uideatur, ut post sententiam ab eo,qui de appellatione cognoscit,recursus fieri non possit ad iudicem,à quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam occasionẽ atq; excluſam penitus intelligant:cum super omni causa interpositam prouocationem,uel iniustã tantum liceat pronunciare,uel iustam. Si quid autem in agendo negocio minus se allegasse litigator crediderit,quod in iudicio acto fuit omissum: apud eum,qui de appellatione cognoscit,persequatur:cum uotum gerentibus nobis aliud nihil in iudicijs,& iusticiam locum habere debere,necessaria res forte transmissa non excludenda uideatur. Si quis autem post interpositam appellationem necessarias sibi putauerit esse personas,per quas apud iudicem, qui super appellatione cognoscet,ueritatem possit ostendere,quam existimauit occultam,hocq; fieri iudex prospexerit:sumptus ijsdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit: cum id ipsa iusticia persuadeat ab eo hoc recognosci,qui euocãdas personas sua interesse crediderit.

Super his uero,qui in capitalibus causis constituti appellauerint:quos tamen & ipsos,uel qui pro his prouocabunt,non nisi audita omni causa atq; discussa,post sententiam dictam appellare conueniet:id obseruãdũ esse sancimus,ut inopia idonei fideiussoris retentis in custodia reis, opiniones suas iudices,& exempla ab appellatoribus edita,ac refutatorias eorũ ad scrinia,quorum interest,transmittant:quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, ut meritis eorum consideratis,pro fortuna singulorum sententia proferatur. Ne temere autem ac passim omnibus prouocandi facultas præbeatur:arbitramur eum,qui malam litem fuerit persecutus,mediocriter pœnam à competenti iudice sustinere.Sin autem in iudicio propriam quis fuerit causam persecutus,atq; superatus uoluerit prouocare:eodem die uel altero libellos appellatorios offerre debebit.is uero,qui negocium tuetur alienum,supradicta conditione etiam tertio die prouocabit. Apostolos autem post interpositam prouocationem,etiam non petente appellatore,sine aliqua dilatione iudicem dare oportet,cautione uidelicet de exercenda prouocatione in posterum,minime præbenda.

VII. Iidem. AA. & CC. Neroni.

HI,qui ad ciuilia munera,uel ad decurionatum,uel honores deuocantur:licet uacationem à principibus acceperint:si appellationis auxilio non utantur,consensu suo nominationẽ confirmant. Cum igitur ad munus uocatus appellaueris:apud præsidem prouinciæ iuste te appellasse ostende.

VIII. Iidem.AA. & CC. Opimiano.

SI contra maiorẽ uigintiquinq; annis sententia ,plata, prouocationis secutæ tempore præfinito causas non esse repræsentatas,nec appellatione pendente transactione finitum negocium rector prouinciæ animaduerterit:res iudicatas exsequi curabit.

IX. Iidem AA. & CC. Haberad.chariss.nobis.

DOminus litis causam appellationis,quam procurator suus litigando interposuit,etiã absente procuratore exsequi potest.

X. Iidem AA.& CC. Titiano.

SI actor à curatore ordinatus,deteriorem calculum reportauerit:tam ipse,& curator ad prouoca-

uocationis auxiliũ possunt peruenire. curator uero solus prouocationis litem exercebit. Sin autem interim adolescens ueniam ætatis impetrauerit, uel ad legitimam ætatẽ peruenerit: potest suo nomine appellationem exercere.

XI. *Idem AA. & CC. Antonino.*

CIues & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, si sub iusta nominatione non appellauerint: ad earum probationem non admittuntur.

XII. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Catulinum.*

MInime fas est, ut in ciuili negocio, libellis appellatorijs oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriæ genus, seu tormenta, uel etiã cõtumelias perferat appellator: absq; ijs criminalibus causis, in quibus etiamsi prouocare possit, eum tamen statum debet obtinere, ut post prouocationem in custodia (si fideiussoris idonei copiã non habeat) perseueret. Dat. IIII. Non. April. Accepta. XV. Kal. Maij. Adrumeti. Volusiano & Anniano COSS.

XIII. *Idem A. Patronio.*

EX illo tempore, ex quo in ciuilibus causis, quæ inter priuatos mouentur, consultaturũ uel relaturum te esse promiseris, uel appellationis à te interpositæ solennia completa fuerint: nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum, uel quibuscunq; modis fauoris gratiam præferens audiendum est: sed obseruandũ, ut iuxta priora statuta, solẽnitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur.

XIIII. *Idem A. ad Bassum.*

LItigatoribus copia est, etiam non conscriptis libellis, ilico appellare uoce, cum res poposcerit iudicata, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis.

XV. *Idem A. ad Seuerum.*

NEcausas, quæ in nostram uenerint scientiam, rursum trãsferri ad iudicia necesse sit: instructiones necessarias plene actis inseri præcipimus. nam cogimur à proferenda sententia tẽperare: quoniam uerendum est, ne lis incognito negocio dirimatur, adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur iudex notis, si cuncta, quæ litigatores instructionis probationisq; causa recitauerint, indita actis, uel subiecta non potuerint inueniri.

XVI. *Idem A. ad Maximũ.*

ETiam eos, qui imaginem principalis disceptationis accipiũt, appellationũ adminicula necesse est accipere.

XVII. *Idem A. ad Iulianũ* P.V.

SIapud utrunq; prætorem, dum quæstio uentilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum: præfecturæ urbis iudicium sacrum appellator obseruet.

XVIII. *Idem A. Victori.*

QVoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summã exsoluere, interposito prouocatiõis auxilio uim exsecutionis eludunt, nec iam opinionis exemplum, nec refutatorias preces curant petere uel offerre: placuit, ut si intra dies solennitatibus præstitutos ad faciẽda hæc appellatoris cura defuerit: deserta ab eo prouocatio existimetẽ, moxq; debitũ exigatẽ.

XIX. *Idem A. ad uniuersos prouinciales.*

APproconsulibus, & comitibus, & ijs, qui uice præfectorum cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatiõe, siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus: ita, ut appellãti iudex præbeat opiniõis exẽplũ, & acta cũ refutatorijs partiũ suisq; literis ad nos dirigat. Apræfectis aũt prætoriorũ prouocare nõ sinimus. Quòd si uictus oblatã, nec receptã ab iudice appellationẽ adfirmet: præfectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanq; appellatiõe susceptã. Superatus emẽ si iniuste appellare uidebitur: lite perdita notatus abscedet. at si uicerit: contra eum iudicẽ, qui appellationem nõ receperit, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur.

XX. *Idem A. Albino.*

ET in maioribus & in minoribus negocijs appellãdi facultas est. nec emẽ iudicẽ oportet iniuriam sibi fieri existimare eo, quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit.

XXI. *Idem A. ad Iulianũ.*

QVoniam iudices ordinarij prouocationes existimant respuendas: placet, ut si quis appellationem susceperit recusauerit, quæ nõ contra exsecutionẽ, sed aduersus sententiam intentionem iurgiumq; terminantem fuerit interposita: triginta auri pondo cogatur largitionibus nostris inferre: triginta alia officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit, atq; actis cõtradixerit, & quid iure sit constitutum, ostenderit.

XXII. *Idem A. ad Volusianum.*

LAta sententia,quæ pertinet ad bona uacantia,& ad ea,quæ ut indignis legibus cogentibus auferuntur: si quis putauerit prouocandum: uox eius debebit admitti.

XXIII. Idem A. ad Senatum.

CVm appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontũ, insulas etiam,ac Phrygiam salutarem,Europam,ac Rhodopen,& Aemum mõtem,præfecturæ urbis iudicium sacrum appellator obseruet.

XXIIII. Imp.VALENTIN.& VALENS AA.ordini ciuitat. Carthaginiens.

IVdicibus nõ solũ appellationis suscipiendæ necessitas uidet̃ imposita,uerũetiam triginta dierũ spacia ex die sentẽtiæ definita sunt,intra quæ gesta unà cũ relatione litigatoribus cõuenit præstari:iudice & officio eius,si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multæ subiacentibus.

XXV. Imppp. GRAT.VALENTIN.& THEOD. AAA. ad Syagriũ P.P.

ET in multis à iudicibus inferendis appellationes iubemus admitti.

XXVI. Iidem. AAA. ad Pelagium P.P.

CVm post sentẽtiam discussoris, uel rationalis fuerit prouocatum:ad synceritatẽ tuam negocium transferatur: ut si mediocritas negocij, aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores uenire non patiantur: iudicio rectoris prouinciæ,quem ipse probaueris,negocium deleges.

XXVII. Impp. ARCAD.& HONOR. AA. Euodio pconsuli Africæ.

NOminationes libellis uel edictis factæ citra consilium publicũ non ualent, de quibus nec appellare necesse est,si solennitas deest.

XXVIII. Iidem. AA. Neridio pconsuli Asiæ.

SI quis libellos appellatorios ingesserit: sciat se habere licentiam arbitrium cõmutandi & suos libellos recuperandi,ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur.

XXIX. Iidem AA. Cæsario P.P.

ADdictos supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli per uim atq; usurpationem uindicare liceat,ac tenere:quibus in causa criminali humanitatis cõsideratione (si tempora suffragantur)interponendæ prouocationis copiam nõ negamus: ut ibi diligentius examinetur,ubi contra hominis salutem per errorem,uel gratiam cognitoris oppressa putat̃ esse iusticia:ea cõditione,ut si proconsul,uel comes orientis,uel præfectus Augustalis,uel uicarij fuerint cognitores:non tam ad clementiam nostram,quàm ad amplissimas potestates sciãt esse referendum.eorum enim de his plenum uolumus esse iudicium,qui(si ita res est,& crimen exegerit)rectius possint punire damnatos.

XXX. Iidem AA.Theodoro P.P.

SI quis prouocatione interposita suspecti iudicis uelit prolatam euitare sententiã:in hac uocabulum habeat potestatem,nec timeat cõtumeliã iudiciorũ,cum & ab ipsa iniuria possit facile,puocari:& maxime,cum à solo tantũ præfecto prætorio non sine dispendio causæ prouocare permissum sit.Sciant igitur cuncti sibi ab iniurijs,& suspectis iudicibus,& in capitali supplicio, ac fortunarum dispendio prouocationem esse concessam.

XXXI. Impp. THEODOS.& HONOR. AA. ad Asclepiodotum P.P.

SI appellationem oblatam, in qua uel tuæ amplitudinis,uel urbanæ præfecturæ sacrum auditorium postulatur,iudex non susceperit,uel suscepta appellatione apostolorum copiam denegauerit: ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, necnon etiam conueniendum aduersarium ex sententia prolata iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator: uel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit,in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio: ad hæc eadem facienda sex menses habeat litigator. Si uero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contempserit, quatuor mensium tempora obseruentur:ut his, quæ statuimus,actitatis,pareat appellator temporibus,quæ de appellationibus definita noscuntur.

XXXII. Imp. THEODOS.& VALENTIN. AA. Cyro P.P.

PRæcipimus ex appellationibus spectabilium iudicum,quæ per consultationes nostri numinis disceptationẽ implorant,non nostrã ulterius audientiã exspectari:ne nostris occupationibus,qbus,p utilitate mundi à singulorũ nonnũq; negotijs auocamur, aliena fraudari cõmoda uideant̃.Sed si à procõsulibus,uel Augustali,uel comite orientis,uel uicarijs fuerit appellatũ: uirũ illustrẽ præfectũ p̃torio,qui in nostro est comitatu, uirũ etiã illustrẽ quæstorẽ nostri palatij, sacris iudicijs præsidentes disceptationem iubemus arripere, eo ordine, ea obseruatione, ijsdem q; tẽporibus,quibus cæteræ quoq; lites fatali die post appellationem in sacris auditorijs terminant̃.Et hæc,licet quidam prædictorum spectabilium iudicum iure concesso,ut sacri iudices, appel-

appellationes acceperint. Quod si à duce fuerit appellatũ: si idem & præses sit: præfectura necessariò tantum iure ordinario in sacro auditorio iudicabit. In his autem omnibus iudicijs, quæ consultationum introduximus loco, uel apostolos, uel ea, quæ apud eum gesta sunt, contra cuius sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus, & cognitiones inducere apud uiros illustres prædictos iudices: & ea, quæ geruntur, excipere, scribere, scriptaq; litigatoribus edere, nostros epistolares præcipimus: officijs uidelicet eorum, cum quibus uir illustris quæstor iudicat, exsequentibus iudicata. Hæc, si appellatio fuerit oblata iudici, qui non ex delegatione cognoscit: eorum enim sententijs appellatione suspensis, qui ex delegatione cognoscunt: necesse est eos æstimare, iuste, nec ne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicandas. Huic saluberrimæ legi illud etiam consultissime credidimus inserendũ, ut si priuato nõ illustri uni pluribusue (ut adsolet) nostra serenitas adita delegauerit causam, & eius, eorumue definitio fuerit appellatiõe suspsa: uir quidẽ magnificus præfectus prætorio, qui in nostro est comitatu, cũ uiro illustri quæstore tẽporali uidelicet die, cognoscat. nostri uero libellẽses, quæ apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, & ea, quæ gerunt, excipiãt, scribãt, scriptaq; litigatoribus edant, qui etiam apud arbitros (licet illustres sint) ex delegatione nostra cognoscentes, excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis comitatu causæ dicantur. Sanè si illustrium aẽ magnificorum iudicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, eorũ uidelicet, quorũ sententias licet appellatione suspendi: per consultationem nostram uolumus audientiam exspectari, licet antea priuato homini (id est non illustri) lite à nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur. Eodem obseruando, & si alter ei coniunctus sit arbiter, qui non illustrem meruit dignitatem. Quidquid autem hac lege specialiter non uidetur expressum: id ueterum legum, constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant.

XXXIII. *Iidem AA. Cyro P.P.*

EO casu, quo apparitor magisteriæ potestatis de curia uel officio cohortali, de statu in prouincia patitur controuersiam, uel ut tributa, uel functiones debens in prouincia detinetur: si sententia rectoris prouinciæ fuerit appellatione suspensa: cũ tua sublimitate uiro quoq; magnifico magistro militum cognoscente, causæ iubemus merita ponderari: licet magister militum rectori prouinciæ causam delegauerit perorandam.

XXXIIII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.*

IVbemus, si qua suggestio maioris uel minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negocio, quod iudicandũ ei tradidimus, uel de quo pro sua iurisdictiõe iudicauerit, à nostro numine petentis finem eidẽ imponi negocio, quod ab eo disceptatum est: siue additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententiæ suæ recitationẽ manifestũ non fecit) siue nihil huiusmodi adiectũ sit, sed simpliciter nostri numinis responsum exspectat: non prius causam discerni, q; per sacram pragmaticã nostri numinis iussionẽ duo magnifici uiri uel patricij, uel consulares, uel præfectorij, quos pro tempore nos elegerimus, iubeantur adiungi uiro illustri pro tempore quæstori nostri palatij, & unà cum eo in scriptis relationem discernere (siue præsentibus partibus hoc prospexerint, siue absentibus) & responsum relationi dandum sua sententia manifestare: ut tamen dispositio huiusmodi excellentissimorum iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia prouocationem contra eorum proferre sententiam, uel aliam quamcunq; dubitationem introducere. Quam obseruationem, non solum si unus iudex suggestione uel relatione usus fuerit, tenere censemus: sed etiam si duobus uel amplioribus datis iudicibus, in unam sententiã minime omnes conuenerint, sed diuersas suas sententias unusquisq; nostræ mãsuetudini retulerit, uel oñes nos cõsuluerint, quid discernẽdũ sit.

XXXV. *Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.*

IN offerendis prouocationibus, ex quibus consultationum more negocium in sacrum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus: ut siquidem non excedat litis æstimatio decem librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia iudicis discernenda: non duobus (sicut antea) magnificis iudicibus, sed uni tantummodo disceptatio negocij deputetur. Sin uero memoratam excedens quantitatem, uiginti libris auri terminetur: duobus tradaẽ disceptatio magnificis iudicibus, uiris scilicet deuotis epistolaribus cognitiõalia certamina excipientibus: ita tamen, ut si dissentiant, uirum illustrem pro tẽpore quæstorẽ adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur negocium. His uidelicet litibus, quarum æstimatio uiginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatij procerum introducendis: ut tamen secundum iam statuta liceat quidem non solum uicto, sed etiam uictori consultationem ad unum uel duos iudices mittendam, intra biennij tem

pus ei uel eis intimare. post excessum enim memorati temporis huiusmodi licentiam amputa mus. Quæ uero fuerint ab eo uel eis decreta, nulla prouocatione suspendantur. nouas enim ad sertiões à partibus apud eundem uel eosdem iudices addi, ad exemplum consultationis, ad sa crum nostrum palatium introducere permittimus.

XXXVI. *Idem A. Demostheni P.P.*

SI quando duciano iudicio appellatio fuerit oblata: siue ab ipsa qualitate iudicis, siue ex di uina delegatione uiro spectabili duci destinata, siue inter spectabiles idem dux connumere tur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore: cum etiam magisteriæ potestatis ho mines, necnon consulares sæpe, utilitate publica poscente, ad huiusmodi curam perueniant: nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari: & appellationem ex quocunq; duce peruenientem, non ut antea erat dispositum, sed apud uirum sublimissimũ magistrum officiorum, necnon uirum excellentissimum nostri palatij quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, uiris deuotis epistolaribus exci pientibus, uentilari: nulla ueteris legis in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda.

XXXVII. *Idem A. Iuliano P.P.*

AMpliorem prouidentiam subiectis conferentes, cp̃ forsitan ipsi uigilantes inueniunt, an tiquam obseruationem emendamus: cum in appellationum auditorijs is solus post sen tentiam iudicis emendationem meruerat, qui ad prouocationis conuolasset auxilium: altera parte, quæ hoc non fecisset, sententiam sequi (qualiscunq; fuisset) compellenda. Sancimus itaq; si appellator semel in iudicium uenerit, & causas appellationis suæ proposuerit: habere licentia am, & aduersariũ eius, si quid iudicatis opponere maluerit (si præsto fuerit) hoc facere, & iudicia le mereri præsidium. Sin autem absens fuerit: nihilominus iudicem per suum uigorem eius par teis adimplere. In refutatorijs autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentis simorum nostrorum procerum recitari: caueant tam litigatores, cp̃ libellorum dictatores uer bo sis uti adsertionibus, & ea, quæ iam perorata sunt, iterum resuscitare: sed hæc sola eis inscri bere, quæ compendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare, uel aliquid noui continent, uel addere, quod derelictum est. scituri, quòd si hoc fuerit prætermissum: nõ deerit ad uersus libellorum conditores amplissimi iudicij competens indignatio, quòd sufficiant gesto rum uolumina introducta, & uirorum spectabilium magistrorum scriniorum breues omnia apertissime ostendere. Sed eñ scimus legẽ nostram esse promulgatã, per quam more con sultationum in causis quidem, quæ usq; ad decem libras auri extenduntur, unum iudicem san cimus supponi, uiginti autem duos sublimissimos iudices. Sed cum prima quidem facie uide batur non tantam summam excedere, in definitiua autem sententia apparebat iudici uel iudi cibus etiam maiorem quantitatem debere imponere: non erat eis possibile formam, qua erat concluſi, excedere. Sed nos definimus, & omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subse cutum: licere eis & ampliorem summam præfata quantitate, in qua dati sunt iudices, excede re: & non ad modum suæ rationis, sed ad ueritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti iudices quasi uinculis præpediti, non possint legum ueritati, & iudiciali uigori per omnia satisfacere.

DE TEMPORIBVS, ET REPARATIONI bus appellationum, seu consultationum.

Tit. LXIII.

I. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad Crispinum.*

SI quis per absentiam nominatus uel ad duumuiratus aliorumq; honorum insu las, uel munus aliquod euocatus, ad prouocationis auxilium cucurrerit: ex eo die interponendæ appellationis duorum mensium spacia ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstrauerit. nam præsenti, qui factam nominationem cognouit, & appellare uoluerit: statim debent duorũ mensium spacia computari.

II. *Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P.P.*

TEmpora fatalium dierum pro seculi nostri beatitudine credimus emendanda, ubiq; di lationum materias amputantes. Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationẽ, siue à uiro clarissimo rectore prouinciæ, siue à spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium esse iubemus. Quòd si primo fatali die lapsus est appellator: tricesimum primum diem alterũ uolu-

uolumus esse fatalem. Quòd si eo quoq; appellator exciderit: tertium similiter, totidem diebus intermissis, fatalem obseruari decernimus. Quòd si tertius quoq; lapsus fuerit temporalis: quar tum etiam fatalem post tricesimumprimum diem similiter obseruari decernimus. Quòd si ita contigerit, ut quatuor fatalibus diebus, qui appellauit, exciderit: tunc intra trium aliorum men sium spacium à nostro numine reparationem peti præcipimus. qua petita, nec aduersarium de cernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spacio ex quarto fatali numerando causam induci præcipimus: licet ante unum diē reparatio fuerit impetrata, licet allegata in iudicio uirorum illustrium præfectorum non fuerit. nec hoc parti nocebit aduersæ: cum nō dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. Et hæc si aduersus uiri clarissimi rectoris prouinciæ, uel spectabilium iudicum sententias fuerit appella tum. Quòd si ab arbitro in prouincia ex delegatione sacra disceptante, appellatio subsequatur: post priorem fatalem lapsum, tres alij tantum fatales dies similiter (ut supra dictum est) seruabuntur, nulla reparatione à nostro numine postulanda: ita, ut nonaginta tribus diebus elapsis, iudicata congruæ executioni mandentur. Sin autem ex sententia prætorianæ præfecturæ, uel magistri officiorum, uel ab alio illustri dignitate decorato, arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem uel sentētiam eius subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alij uero tres ad similitudinem supradictorum fataliū numerentur. qui uero delegatum uel à spectabili iudice seu præside prouinciæ arbitrum appellauerit: primum quidem fatalem diem duorū mensium, tres uero alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habeat. Illud etiam circa obseruationem fatalium dierum custoditi decernimus: ut si forte tēporales in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes eos dies, ut temporales à litigantibus obseruentur. Quòd si quis secus, ac iura præcipiunt, lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco à præsente aduersario, uel etiam iudice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum, probatumq;: pro eo habebitur appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit.

III. *Imp.* IVSTINVS. A. *Appioni.*

NEmo arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus ultra statuti temporis spacia uiuendi, neq; per oblationem precum, neq; per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neq; sub prætextu quodam altero, sed omnibus incumbendū esse uigilanti diligentia, quò prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur: ita, ut etiam gesta in iudicio, contra quod prouocatū est, nō propè finē temporis tradant scrinio sacrarum epistolarum, ne præpediatur per astutias fatalis rei terminus: sed aut statim, postq; appellatum sit, aut nō minus, q; ante dimidiam partē temporis præbeantur scrinio, ne (quod per angustias contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

IIII. *Idem* A. *Tatiano magistro officiorum.*

PEr hanc diuinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus, tam appellatori, q; aduersæ parti, nouis etiam adsertionibus utendi, uel exceptionibus, quæ non ad nouum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt, quæ apud anteriorem iudicem noscuntur propositæ. Sed & si qua dicta quidem allegatio mon strabitur, uel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerunt tempore: uerum apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi potuerunt: id quoq; eos admittere, quo exercitatis iam negocijs pleniore subueniatur ueritatis lumine.

V. *Idem.* A. *Triboniano quæstori sacri palatij.*

CVm anterioribus legibus ex omni prouincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatū similis cursus ad appellationes exercendas impartitus est: necessarium nobis uisum est, huiusmodi spacijs iustum imponere libramentum. Sancimus itaq;, siquidem ab Aegyptiaco uel Libyco limite, uel orientali tractu usq; ad utrasq; Cilicias numerando, uel Armenijs uel gēti bus, & omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa: primum semestre spaciū in antiqua definitiōe permanere, & nihil penitus neq; deminui, neq; adcrescere. Sin autē ex alijs nostri imperij partibus, siue Asianæ, siue Pontiæ, siue Thracianæ diœceseos lis prouocatione suspensa, in hanc regiam urbem perueniat: pro semestri spacio trium tantūmodo mensiū spatiū eis indulgeri: alijs triū mensiū spacijs, id est nonaginta & tribus diebus simili modo sequenti bus: siue semestre impertiatur tempus, siue tres priores menses secundum locorum definitionem, quam designauimus. sed & alijs tribus mensibus, qui ex reparatione ab aula concedi solent, in suo robore duraturis, & prioribus accedentibus: ut partim annale numeretur, partim nouem mensium spacium consequatur. Et cum antea in fine cuiusq; temporis unus

fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset,& sæpe eueniebat(cum multæ sunt occasiones mortales appellationum,uel ægritudine,uel spacij prolixitate,uel per alias causas,quas nec dici,nec enumerari facile sit)eundem diem fatalem non obseruari,& lites exspirare,& huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare:propter hoc fortunæ releuantes infidias,sancimus,non in unum diem fatalem standum esse in posterum,sed siue ante quartum diem fatalis luminis & ipsum fatalem,siue post quinq; dies,ex quo ortus fatalis effluxerit,appellator uenerit,& litem instituendam curauerit,& eam in competens iudicium deduxerit:legi uideri satisfactum. nec ingemiscat mortuæ causæ dispendio,sed nostro gaudeat beneficio:cum nobis cognitum sit,etiam ex errore calculi dierum,quem officium habuit,sæpe esse causas periclitatas:quod in posterum non fieri ex remedio legis præsentis sperandum est. Eodem beneficio & in alijs omnibus fatalibus,qui uel à pedaneis iudicibus,uel ab alijs dantur, quos leges suis sanctionibus enumerauerunt,custodiendo seu obseruando:ut decé fatales dies pro uno ubiq; instituantur. In his autem casibus,in quibus biennium constitutum est,quarenus more consultationum in regia urbe sub cõmuni audiẽtia florentissimorũ sacri nostri patrij procerum uentilentur:biennij metas unius anni terminis coartamus,ut intra eum & gesta colligere,& ea uiris deuotis epistolaribus tradere,& refutatorios libellos (si uoluerint) offerre, & litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur:nulli licentia deneganda uictri ci parti,si uoluerit,secundum quod iam constitutum est,& præmature causam inducere,neq; annali spacio exspectato. Si tamen in sacro nostro consistorio lis exordium cœperit:etiã si non fuerit in eodẽ die cõpleta:tamen perpetuari eam concedimus:cum iniquum sit,propter occupationes florentissimi ordinis,quas circa nostræ pietatis ministeria habere noscitur,causas hominum deperire. Illud etiam meritò addendum huic legi censemus,ut si quis fatali die ad appellationis iudicem introductus(siue ex una parte,siue cognitionaliter)causæ appellationis imponat exordium,deinde relicta ea discedat,& in desidia reliquum tempus permaneat,& annale tempus post incohatam litem præterierit:uictore neq; sententiam ad effectum perducere ualente propter litem iam incohatam,neq; iam terminum accipere inueniente,cum appellatoris absentia eam finiri non facile concedat:huiusmodi iniquitatem amputantes(cum aduersarius potest etiã minime præsente appellatore litem exercere quia hoc speciale priuilegium eius est,qui appellationi examinãdæ præsidet,posse & ex una parte causam dirimere)iubemus eundem appellatorem,nisi obseruauerit iudicium,& causam usq; ad finem peregerit,sed & si per eum steterit,quominus omnia litis certamina impleantur:appellatione defraudari,& sententiam contra eum latam in suo robore durare,& ad effectum perduci,tanq; si ab initio minime fuerit prouocatum:nisi ipse appellator euidentissimis probationibus possit ostendere,se quidem summa ope nisum,uoluisse litem exercere,per iudicem autem stetisse,uel aliam inexorabilem causam subsecutam,propter quam hoc facere minime ualuit.tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus.quo effluente,& lite minime finem accipiente:cadere de appellatorio iuuamine disponimus:cum sit ei apertissima facultas,& nostrã adire maiestatem,& tarditatem iudicis in querelam deducere,& nostro beneficio perpotiri. Cui consentaneũ est,ut & in sententijs omnium amplissimorum præfectorumprætorio ex diuino oraculo retractandis,eadem obseruatio,quæ supradicta est,post ingressum unius uel utriusq; partis,tam propter absentiam personarum,q; propter statuta tempora,teneat. Sin autem partes inter se scriptura interueniente pacisc endum esse crediderint,nemini parti licere ad prouocationis auxilium peruenire,uel ullum fatale obseruare:eorum pactionem firmam esse censemus.legum etenim austeritatem in hoc casu uolumus pactis litigantium mitigari.

QVANDO PROVOCARE NON EST necesse. Tit. LXIIII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Appollinari & alijs.*

IAtam sententiam dicitis,quam ideo uires non habere contenditis, quòd contra res prius iudicatas,à quibus prouocatum non est,lata sit. cuius rei probationem si promptã habetis: etiam citra prouocationis adminiculum, quod ita pronunciatum est,sententiæ authoritate non obtinebit.

II. *Idem* A. *Capitaneis.*

SI cum inter te & auiam defuncti quæstio de successione esset,iudex datus à præside prouinciæ pronunciauit,potuisse defunctum & minorem quatuordecim annis testamentum facere,ac-

re,ac per hoc auiam potiorem esse: sententiam eius contra tam manifesti iuris formã datam nullas habere uires palam est.& ideo in hac specie nec prouocationis auxilium necessarium fuit. Quòd si cum de ætate quæreretur,impleſſe defunctum quartumdecimum annum,ac per hoc iure factum testamentum pronunciauit, nec prouocasti, aut post appellationis impletã causam destitisti:rem iudicatam retractare non debes.

III. *Imp.*GORDIANVS. A. *Ingenuo.*

Si(ut proponis)suspensa apud amplissimos iudices cognitione prouocationis, quam te ob id interposuisse dicis,quòd decurio nominatus esses,ad duumuiratum uocatus es:manifestum est,præiudicium futuræ notioni memoratorum iudicum fieri non potuisse.

IIII. *Impp.*VALERIAN.*et*GALLIEN.AA.*et*VALERIAN. *Cæs. Iuliano.*

CVm magistratus datos iudices,& unum ex his pronunciasse proponas: non uidetur appelandi necessitas fuisse,cum sententia iure non teneat.

V. *Imppp.*CARVS,CARINVS*&*NVMERIAN.AAA. *Domitiano.*

CErta ratione & fine multare præsides possunt. quòd si aliter & contra legis statutum modum præses prouinciæ multam uobis irrogauerit:dubium non est,id,quod contra ius gestum uidetur, firmitatem non tenere,& sine appellatione posse rescindi.

VI. *Iidem* AAA. *Germano.*

CVm non ex eo die,quo præses prouinciæ præcepit,iudex ab eodem datus pronunciauerit,sed ductis diebus,alieniore tempore sententiam dedisse proponat̃:ne ambages frustra interpositæ prouocatiõis ulterius negocium protrahant:præses prouinciæ,superstitiosa appellatione submota,ex integro inter uos cognoscet.

VII. *Impp.*DIOCLET.*&*MAXIMIAN. AA. *Nicagoræ.*

VEnales sententias,quæ in mercedẽ à corruptis iudicibus proferuntur,& citra interpositæ prouocationis auxilium,iampridem à diuis principibus infirmas esse,decretum est.

VIII. *Iidem* AA. *Constantino.*

Si pater tuus,cum decurio crearetis, non consensit, & quindecim annos ætatis agis: aditus præses prouinciæ,si inhabilem te ad eundem decurionatus honorem esse prospexerit:quando huiusmodi ætati, etiam prætermissa appellatione, subueniatur: iniquam nominationem remouebit.

IX. *Iidem* AA. *&* CC. *Rufinæ.*

VEteranis,qui in legione uel uexillatione militantes, post uicesima stipendia honestam uel causariam missionem consecuti sunt,onerum & munerum personalium uacationẽ concessimus.huiusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes fidam deuotionem militum nostrorum,etiam prouocandi necessitatem remisimus.

X. *Imp.* IVSTINIANVS.A.*Mennæ* P.P.

OMnem honorem saluũ iudicibus reseruantes, si quando una pars quasi læsa per definitiuam eorũ sententiã,,puocatiõe usa fuerit:interdicimus alteri parti,quæ uicit,pro hoc tantummodo,quod nihil capere pro sumptibus litis & detrimentis,uel minus, cꝫ oportuerat, iussa est,prouocationẽ offerre,cũ & ipsa decisionẽ litis recte factã esse confiteat̃:iudicibus scilicet,siue florentissimis proceribus sacri nostri palatij, siue his, quibus pro minore litiũ æstimatione consultationes delegantur(si prospexerint adiuuandum esse uictorem sumptuum perceptione)etiam sine prouocatione eius hoc statuentibus,& iustam eorundem sumptuum quantitatem definientibus.Sed nec occasione consultationis introducendæ uictori prouocare concedimus:cũ & priscis legibus liceat ei & sine prouocationis auxilio eandem consultationem differenre suo aduersario introducere, & nos ei nihilominus hoc permittimus,iniuriam ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes.

QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIuntur. Tit. LXV.

I. *Imp.*ANTONINVS. A.*Sabino*

IUs,qui per contumaciam absens,cum ad agendam causam uocatus esset,condemnatus est,negocio prius summatim perscrutato:appellatio recipi non potest.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Catulinum.*

OBseruare curabis,ne quis homicidarum,ueneficorum,maleficorum,adulterorum,item̃cꝫ eorum,qui manifestam uiolentiam commiserunt, argumenti§

mentis conuictus,testibus superatus, uoce etiam propria uicium scelusq; confessus,audiatur appellans. Sicut enim hoc obseruari dispositum: ita æquum est,ut testibus productis, instrumentis prolatis,alijsq; argumentis præstitis,si sententia contra eum lata sit,& ipse, qui condemnatus est,aut minime uoce sua confessus sit,aut formidine tormentorum territus,contra se aliquid dixerit:prouocandi licentiam ei non denegemus.

III. *Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA. *ad Modestum P.P.*

NVlli officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur:nisi in eo tantum negocio,quod ratione ciuili super patrimonio forte apud proprium iudicem incohauerit:sicut licet,ut in eo tantum negocio à sententia eius,cui paret,iudicis,quisquis uelit, officialis appellet.quod per procuratorem etiam persequi iure tribuitur.

IIII. *Imppp.* VALENTIN. VALENS *&* GRATIAN. AAA. *ad Olybrium.*

ABstinendum prorsus ab appellatione sancimus,quoties fiscalis calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur: aut publici uel etiam priuati (dummodo euidentis atq; conuicti) redhibitio debiti flagitatur,aut necessariò in contumacem uigor iudiciarius excitetur.

V. *Imppp.* VALENS, GRAT. *&* VALENT. AAA. *ad Thalassium procons. Africæ.*

AB executione appellari non posse,satis & iure & constitutionibus cautum est:nisi forte executor sententiæ modum iudicationis excedat.à quo si fuerit appellatum:executione suspensa,decernendũ putamus: ut si res mobilis est, ad quam restituendã executoris opera fuerit indulta:appellatione suscepta,possessori res eadẽ retrahat̃,& sequestro idoneo colloceretur reddenda ei parti,pro qua sacer cognitor iudicauerit. Quòd si de possessione,uel de fundis executio cessauerit,& eam suspẽderit prouocatio:fructus omnes,qui tempore interpositæ prouocationis capti,uel postea nati erunt:in depositò collocentur,iure fundi penes eum,qui appellauerit,constituto.Sciant autem se prouocatores,uel ab executione appellantes,uel ab articulo ,si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit: quinquaginta librarum argenti animaduersione multandos.

VI. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. *&* THEOD. AAA. *ad Hypatium*

QVisquis ne uoluntas defuncti testamento scripta referetur, uel neij, quos scriptos paturit hæredes,in possessionem mittantur,ausus fuerit prouocare,interpositamq; appellationem is,cuius de ea re notio erit,recipiendam esse crediderit:uiginti librarum auri multa,& litigatorem,qui tam importune appellauerit,& iudicem,qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit,inuoluat. Dat. Non. April. Treu. Ausonio & Olybrio COSS.

VII. *Idem* AAA. *&* ARCAD. *ad Pelagium comit. rer. priuat.*

ANte sententiæ tempus & ordinẽ euentus,nec à discussore,nec à rationali appellari liceat.

VIII. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Apollodoro comit. rer. priuat.*

ET publicarum necessitatum,& priuati ærarij deposcit utilitas,ne commoda, quæ domui nostræ debentur,callidis debitorum artibus differantur. Quãobrem eorũ appellatione rejecta,qui aperte manifesteq; conuicti sunt:hoc obseruari præcepti huius authoritate censemus, ut ei,quem constiterit esse publicum debitorem,appellationis beneficium denegetur.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERuenerit. Tit. LXVI.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Iuliano.*

ETiam post mortẽ eius,qui appellauit,necesse est hæredibus eius uel reddere causas prouocationis,uel statutis adquiescere.

II. *Idem A. Marcellinæ.*

EIus, qui requirendus adnotatus appellauit, & ante actam causam mortuus est,bona ad successorem pertinere,parentibus meis placuit.

III. *Idem A. Vlpio.*

SI is,qui ademptis bonis in exiliũ datus est,appellauerit,ac pendente prouocatiõe defunctus est:q̃uis crimen in persona eius euanuerit:tamen causam bonorum agi oportet.nam multum interest,utrum capitalis pœna irrogata bona quoq; reo adimat, quo casu morte eius extincto crimine,nulla quæstio superesse potest:an uero non ex damnatione capitis,sed speciali præsidis sententia bona auferantur.tunc etenim subducto reo,sola capitis causa perimitur,bonorum remanente quæstione.

Imp.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Alexandro.

SI pater tuus ad decurionatum deuocatus, appellationem interpoſuit, eaq; pẽdente conceſſit in fatum: honoris eius quæſtio morte finita eſt.

V. Idem. A. Felici.

QVamuis ancilla, de cuius dominio diſceptabatur, & à rectore prouinciæ contra te ius dictum fuerat, in fatum conceſſerit: tamen cum appellationem ſuper ea re interpoſitam fuiſſe, & in numero cognitionum pendere proponas: ea prouocatio ſuo ordine propter peculium ancillæ audiri debet.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Baſſum P.V.

SI unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus ſit: non reſiduũ tantũ temporis hæredes eius habeant, ſed etiam alios quatuor menſes. Sin autem ad deliberationẽ hæreditatis certum tempus indulgetur, poſt elapſum eius tẽporis quatuor menſium ſpaciũ numerabitur: ne ignorantes negocium, uel etiam ſuper adeunda hæreditate dubitantes, priuſq; aliquod cõmodum ſentiant, damnis affici compellantur.

DE HIS, QVI PROPTER METVM IVDICIS non appellauerunt. Tit. LXVII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Doraphani.

SI contra te iure pnunciatũ eſt, nec appellationis auxiliũ imploratum eſt: intelligis adqeſcere te ſtatutis oportere. in ſacro emẽ cõmitatu noſtro timere nihil potuiſti.

II. Imp. IVLIANVS. A. Geminiano

HIs, qui tẽpore cõpetẽti nõ appellãt, redintegrãdæ audiẽtiæ facultas deneget. Omẽs igitur, qui cõtra præfectos urbi, magros officiorũ, uel magros mili tũ, ſeu pconſules, ſeu comites orientis, ſeu uicarios, ſeu præfectos Auguſtales, uel aliũ iudicẽ ſub ſpecie formidinis, puocationẽ non arbitrantur interponendã: à reuocanda lite repellant. Qui uero uim ſuſtinuerunt: conteſtatione publicæ, ppoſita, intra dies legitimos uidelicet, quibus appellare licet, cauſas appellationis euidenti adfirmatione diſtinguant: ut hoc facto tanq; interpoſita appellatione ijſdem æquitatis adminicula tribuantur.

SI VNVS EX PLVRIBVS APPELLAVErit. Tit. LXVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Licinio.

SIudici, pbatum fuerit, unã eãdemq; cõdemnationẽ eorũ quoq;, quorũ appellatio iuſta pronũciata eſt, fuiſſe, nec diuerſitate factorũ ſeparationẽ accipere: emolumẽtũ uictoriæ ſecundum ea, quæ conſtituta ſunt, ad te quoq; pertinere, nõ ignorabit.

II. Idem A. Sereno.

SI in una eademq; cauſa unus appellauerit, eiusq; iuſta appellatio pnũciata eſt: ei quoq; prodeſt, qui non appellauerit. Quòd ſi ætatis auxilio unus contra ſententiã reſtitutionem impetrauerit: maiori, qui ſuo iure nõ appellauerit, hoc reſcriptum nõ prodeſt.

SI DE MOMENTARIA POSSESSIONE fuerit appellatum. Tit. LXIX.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Euſigiũ P.P.

VM de poſſeſſione & eius momento cauſa dicitur: & ſi appellatio interpoſita fuerit: tamen lata ſententia ſortitur effectum. ita tamen poſſeſſionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis cauſa ſeruetur. D. XIII. Kal. Decemb. Honorio NP. & Euodio COSS.

NE LICEAT IN VNA EADEM QVE CAVSA tertio prouocare, uel poſt duas ſentẽtias iudicũ, quas definitio præfectorũ roborauerit, eas retractare. Tit. LXX.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SI quis in quacunq; lite iterum prouocauerit: nō liceat ei tertio in eadem lite super ijsdem capitulis prouocatione uti, uel sententias excellentissimorum præfectorū prætorio retractare: licētia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audiētiam, qui eum dedit, ante litis cōtestationem inuocare, & huiusmodi petitiōe minime pro uocationis uim obtinente.

QVI BONIS CEDERE POSSVNT. Tit. LXXI.

I. Imp. ALEXANDER. A. Ireneo

QVi bonis cesserint, nisi solitum creditor receperit, non sunt liberati. in eo enim tan tummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPP. Cæs. Abasiantho.

SI quantitatē, quam licet reipublicæ cōdemnatus debebas, inferte paratus es: fru stra uereris, ne uerbū bonorum cessionis temere à te prolatum, priuare te, nec dum distractis facultatibus, iuris rationibus possit.

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Iuliano.

SI pater tuus bonis cessit: ppter onera ciuilia ipsius facultates oportet inquiri, nō patrimoniū, q̄d tibi emancipato quæsitū dicis, inquietari. q̄d ut fiat, implorare æquitatē præsidis debes.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Thiloni.

LEgis Iuliæ de bonis cedendis beneficiū, cōstitutiōibus diuorū nostrorū parentū ad puincias porrectū esse, ut cessio bonorū admittat̄, notū est: non tamē creditoribus sua authoritate di uidere hæc bona, & iure dominij detinere, sed uenditionis remedio, quatēnus substātia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cum itaq; contra iuris rationem res iure dominij te neas eius, qui cessit bonis, creditorem te dicens: longi temporis præscriptione petitorem submo ueri nō posse, manifestum est. Quòd si nō bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedis se monstretur: præses prouinciæ poterit de proprietate tibi accomodare notionem.

V. Idem AA. & CC. Myroni.

PRopter honorem municipalem uel munus bonis cedentium, inuidiosam admitti cessio nem minime conuenit: sed his obnoxios pro modo substantiæ fungi.

VI. Imp. THEODOSIVS. A. apud acta dixit.

IN omni cessione bonorum ex qualibet causa facienda, scrupulositate priorum legum explo sa, professio sola quærēda est. IDEM dixit. In omni cessiōe sufficit uoluntatis sola professio.

VII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano P.P.

CVm & filijfamiliarū possint habere substantias, quæ patribus adquirī uetitæ sunt, necnon peculium uel castrense, uel quod patre uolente possident: quare cessio bonorum eis dene ganda sit? cum & si nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant: tamē ne pati antur iniuriam, debet bonorū cessio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus est, propter iniuriarum timorem ad cessionis flebile ueniens adiutorium: quare filijfamiliarū utriusq; sexus hoc ius denegamus? cū apertissimi iuris est, & inter patresfamiliarum, & inter alieno iuri subie ctos, si quid postea eis pinguius accesserit: hoc iterum usq; ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli.

VIII. Idem A. Ioanni P.P.

CVm solito more à nostra maiestate petitur, ut ad miserabile cessiōis bonorum homines ueniant auxilium, & electio detur creditoribus, uel quinquennale spacium eis indulgere, uel bonorū accipere cessionem, salua eorum uidelicet existimatiōe, & oñi corporali cruciatu se moto: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus uoluerint quinquēnales dare inducias, alij autem iam nunc cessionem accipere uelint, qui audiendi sint. In tali itaq; dubitatione nemi ni putamus esse ambiguū, quod sentimus, & quòd humanioré sententiā pro duriore eligimus, & sancimus, ut uel ex cumulo debiti uel ex numero creditorū causa iudicetur: & siquidem unus creditor alijs oñibus grauior in summa debiti inueniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum cōputatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tempus, si ue cessionem accipere desiderat. Si uero plures quidem sunt creditores, ex diuersis autē quā titatibus: & nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, siue par, siue discrepās nu merus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debi ti causa trutinetur. Pari autem quantitate debiti inuenta, dispari uero creditorum numero: tūc amplior pars creditorum obtineat: ita, ut quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin uero undiq;

undiq; æqualitas emergat,tam debiti,quàm numeri creditorum:tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant ſententiam,non ceſſionem exigentes,ſed inducias:nulla quidem differentia inter hypothecarios & alios creditores(quantum ad hanc electionem) obſeruanda. In rebus autem officio iudicis partiendis ſuam uim ſingulis creditoribus habentibus, quam eis legum præſtabit regula:nullo præiudicio creditorum cuiq; ex quinquennij dilatione circa temporalẽ præſcriptionem generando.

DE BONIS AVTHORITATE IVDICIS POSSIDENdis,ſeu uenundandis,& de ſeparationibus bonorũ. Tit. LXXII.

I. *Imp.* ANTONINVS.A. *Atticæ.*

IN bonis mortui potiorem eſſe cauſam legatariorum,qui eũ utpote hæredem cõ uenire potuerũt,quàm eorũ,quibus ipſe hæres legauit manifeſtũ eſt, cum prius legatum quaſi æs alienum exigatur, legatum autem à mortuo relictum poſt debiti detractionem inducatur.

II. *Imp.*GORDIANVS.A.*Ariſtoni.*

EST iuriſdictionis tenor promptiſſimus,indemnitatiſq; remedium edicto prætoris creditoribus hæreditarijs demonſtratum, ut quoties ſeparationem bonorum poſtulant, cauſa cognita impetrent.præoptabis igitur conuenientem deſiderij tui fructum,ſi te non hæredũ fidem ſecutum,ſed ex neceſſitate ad iudicium eos prouocare demonſtraueris.

III. *Idem A. Claudianæ.*

EX contractu,qui ceſſionem rerum anteceſſit,debitorem contra iuris rationem cõuenies,cũ eum æquitas auxilio exceptionis muniat. At tum demum iteratò poſſis deſiderare cõuentionem,cum tantum poſtea queſiuit,quòd præſidem ad eius rei licentiam debeat promouere.

IIII. *Impp.*DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*&* CC. *Clarianæ.*

INciuile eſt, quod poſtulas, ut unus ex chirographarijs creditoribus debitoris bona compellatur ſuſcipere,ſatis cæteris eius creditoribus facturus.

V. *Iidem.* AA.*&* CC. *Acyndino.*

SI bona debitoris tui uacare conſtet, & hæc à fiſco non agnoſcantur:in poſſeſſionem eorum mitti te à competenti iudice recte poſtulabis.

VI. *Iidem* AA.*&* CC. *Agathomaro.*

PRo debito creditores addici ſibi bona ſui debitoris non iure poſtulant. Vnde ſi quidem debitoris tui cæteri creditores pignori res acceperunt: potiores eos, quàm te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quòd ſi ſpecialiter uel generaliter nemini probentur obligatæ,ac ſine ſucceſſore communis debitor,uel hæres eius deceſſit:non dominij rerum uindicatione,ſed poſſeſſiõe bonorum, itemq; uenditione æquali portione,pro rata debiti quantitate,omnibus creditoribus conſuli poteſt.

VII. *Iidem. AA.* *&* CC. *Domno.*

SI uxor tua pro triente patruo ſuo hæres exſtitit,nec ab eo quidq; exigere prohibita eſt: debitũ à cohæredibus pro beſſe petere non prohibetur:cum ultra eam portionem,qua ſucceſſit, actio non confundatur. Sinautem cohæredes ſoluendo non ſint: ſeparatione poſtulata,nullum ei damnum fieri patietur.

VIII. *Iidem AA.* *&* CC. *Aelidæ.*

IN poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa uxor defuncti uel alij creditores miſſi,dominium ex hac cauſa tenentes adipiſci minime poſſunt.

IX. *Iidem AA.* *&* CC. *Teruncio.*

CVm proponas eum,cõtra quem ſupplicas, ex adminiſtratione tibi negociorum obligatũ: hunc ſecundum iuris rationem adito rectore prouinciæ potes conuenire. nam ſi ad circũſcriptionem tui iuris latitat,nec defendatur,& eum tuum eſſe debitorem cõſtet:ad exemplum edicti bonorum eius poſſeſſionem poteris impetrare. Tempore autem trãſacto,etiam uenditionem eorum à cõpetente iudice poſtulare non prohiberis.

X. *Imp.* IVSTINIANVS.A. *Ioanni,* P.P.

CVm apud ueteres quæſtionem ortam inuenimus ſuper pecunijs debitis,pro quibus hypothecæ non ſunt conſtitutæ,propter res ad debitorem pertinentes,dum is ſeueriores creditores formidans ſeſe celauerit,& illi de rebus ad eum pertinentibus cõpetentia ingrediant iudicia,poſtulentq; in poſſeſſionẽ rerũ ſeſe tranſmitti: ſi etiam alij creditores,quibus obnoxius eſſe

uidetur,possint quandam habere cõmunionem in rerum possessione: huiusmodi dubitationẽ amputantes,cẽsemus per præsentem diuinam generalem constitutionem, ut si non omnes huiusmodi debita prætendẽtes,sed ex ijs certi ab iudiciali sentẽtia in possessionẽ rerum mittant: nõ solũ ij,sed etiã alij omnes talia debita prætendentes eadem cõmoditate potiantur,ut possint cũ prioribus rerũ detentatoribus cõmunionem in rebus habere,de quibus (sicut superius declaratur),plata fuerit sentẽtia.quid emi iustius est,quàm omnes,qui ad res debitoris mitti debent,esse participes huiusmodi cõmoditatis? Vt aũt nõ in ppetuũ aliorũ neglegẽtia illi,qui pro suis debitis alacriores creditoribus alijs ostenduntur,fuisse prægrauentur:rectius nobis esse uidetur,tũc cõmunionem habere in possessione rerũ alios creditores,qui nõ hoc peregisse noscũtur,cũ præsentes quidẽ in una eademq; degentes prouincia,in qua & possessores rerum cõmorantur, intra duorum annorũ spacia,absentes autẽ intra quadrienniũ creditoribus possessionẽ antelato modo detinentibus suũ debitũ certum faciant:& expensas secundum quantitatẽ debitorum persoluãt eis, qui sententias cõsecuti sunt, per sacramentũ eorum manifestandas,qui eas adipiscendæ gratia possessionis rerum sustinuerũt: quia & secundum debita satis eis fieri exploratiuris est. Post completũ aũt memoratum tempus nullã eis esse licentiã, eos,qui possessionẽ adepti sunt, molestare,uel aliquibus damnis afficere. Actiones aũt, quas ex legibus sibi cõpetere putauerũt, contra suos exercere debitores. Sin aũt hi, qui detinent possessiones,uel ex sententia iudicis res uendiderunt,uel alio quocunq; legitimo modo,omne ius, quod in ijs rebus habere noscuntur,in alias personas post definitum à nobis tempus transtulerint,& certas pecunias acceperint: quidquid superfluũ inuentũ fuerit,uel amplius,quàm eis debeẽ, hoc modis omnibus necesse est eos præsentibus tabularijs signare,& in cimeliarchio sanctæ ecclesiæ illius ciuitatis,in qua huiusmodi contractus celebratur,deponere: attestatiõe uidelicet prius per memoratos tabulatios cõscribenda. Præsente etiam eo, qui res eas uendiderit, uel in alias personas transtulerit: ut per eam manifestetur,tam quantitas pecuniarum,quæ pro uenditione rerum uel translatione præstitæ sunt,quàm earum, quæ superfluæ post dissolutũ debitum inueniantur:ut si quis postea creditor apparuerit,& debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere. Prius scilicet rectore prouinciæ sine aliquo damno causæ faciente examinationem,& nõ concedẽte, nec uiros reuerendissimos œconomos, uel cimeliarchas sanctæ ecclesiæ,in qua pecuniæ deponuntur,aliquod detrimentũ uel dispendiũ sustinere: per suam autẽ interlocutionem creditorẽ præcipiẽte secundum modum debiti ex depositis pecunijs suum accipere debitum. Vt autẽ non liceat creditori in uenditione,uel translatiõe rerum, uel dolum, uel machinationem aliquam, uel circumscriptionem facere: iubemus attestationem super hoc celebrandam apud defensorem locorum gestis interuenientibus insinuari: siue tantum ex precio,quantum debetur,siue plus,siue minus colligitur:& præsentibus non tantum(sicut dictum est)tabularijs,sed etiam uiro reuerendissimo cimeliarcha,apud quem (si ita contigerit) superfluæ pecuniæ signatæ deponendæ sunt:iusiurandum sacrosanctis euangelijs propositis uenditore,uel translatore rerum præstãte, quòd neq; per gratiam emptoris uel eius,ad quem res iure cessionis transferuntur,nec dolo aliquo interueniente minorem iusto rerum precio quantitatem acceperit, sed eam, quam reuera cum omni studio potuerit inuenire.

DE PRIVILEGIO FISCI. Tit. LXXIII.

I. *Imp.* ANTONINVS.A. *Eutropiæ.*

BOna mariti tui,si ob reliqua administratiõis primipilariæ à fisco occupata sunt: res, quas tuas esse liquidò probaueris,ab alijs separatæ tibi restituantur.

II. *Idem* A. *Valerianæ.*

QVamuis ex causa dotis uir quondam tuus tibi sit condẽnatus:tamen si prius,quàm res eius tibi obligarentur,cũ fisco contraxit:ius fisci causam tuam præuenit. Quòd si post bonorum eius obligationẽ rationibus meis cœpit esse obligatus: in eius bona cessit priuilegium fisci. PP. XIIII. Kal. Nouembr. Antonino. A. IV. & Balbino COSS.

III. *Idem.* A. *Iulianæ.*

SI cum pecuniam pro marito solueres,neq; ius fisci in te transferri impetrasti, neq; pignoris causa domum uel aliud quid ab eo accepisti:habes personalem actionem,nec potes præferri fisci rationibus,à quo dicis ei uectigal denuo locatum esse:cum eo pacto uniuersa, quæ habet habuitue eo tempore,quo ad conductionem accessit,pignoris iure fisco teneantur. Salua igitur indemnitate fisci,debitorem tuum pro pecunia,quam pro eo fisco soluisti,more solito conue-

nire non

nire non prohiberis. PP. III. Kal. Ianuar. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. Idem. A. Quinto.

SI debitor, cuius fundum fuisse & ipse confiteris, prius eum distraxit, quàm fisco aliquid debuit: inquietandum te nō esse, procurator meus cognoscet. nam etsi postea debitor exstitit: non ideo tamen ea, quæ de dominio eius excesserunt, pignoris iure fisco potuerūt obligari. PP. III. Kal. Iul. Læto II. & Cereali COSS

V. Imp. ALEXANDER. A. Mœnæ.

PEcunia, quam creditor à debitore suo recepit, si postea ex iusta causa fisco restituenda erit, sine usuris debetur: quia non fœnus contractū, sed suum recuperatum extraordinario iure auferetur. PP. XV. Kal. Iun. Fusco & Dextro COSS.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Seuerianæ.

CVm patrem tuum fisci debitorem fuisse demonstres, eumq; nubenti tibi possessionē dedisse alleges: procuratorem ius fisci exsequentem, eam iure pignoris reuocare potuisse intelligis. PP. Non. Iul. Sabino & Venusto COSS.

VII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. Cæs. Diodoro.

SI in te ius fisci, cum solueres reliqua debitoris, pro quo satisfaciebas, tibi cōpetēs iudex adscripsit & transtulit ab ijs creditoribus, quibus fiscus potior habet, res, quas eo nomine tenes, nō possunt inquietari. PP. XV. Kal. Iun. Aemyliano & Basso COSS.

DE PRIVILEGIO DOTIS. Tit. LXXIIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Firmo.

Cire debes priuilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dote, ad hæredem non transire. PP. Kal. Mars. Pompeiano & Auito COSS.

DE REVOCANDIS IIS, QVAE PER FRAVdem alienata sunt. Tit. LXXV.

I. Imp. ANTONINVS. A. Cassiæ.

THeres post aditam hæreditatē ad eū, cui res cessit, corpora hæreditaria trāstulit. creditoribus permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius excussis, usitatis actionibus (si tibi negocium gestum fuerit) ea, quæ in fraudem alienata pbabunt, reuocabis. PP. II. Id. Octobr. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Symphorianæ.

SI successione patris abstenta fuisti: ob ea, quæ in dotem data sunt, conuenire te creditores nequeunt, quibus pignorata in dotem data non docētur: nisi bonis defuncti nō sufficientibus, in fraudem creditorū dotem constitutā probabitur. PP. X. Kal. Iul. Probo & Maximo COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Acyndino.

SI paterna hæreditate abstinuisti, nec quidq; in fraudem creditorū ex bonis eius in te iure donationis transscriptum est: à priuatis creditoribus præses prouinciæ conueniri te non patietur. PP. X. Kal. Iul. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Epagatho.

FIlios debitoris ei succedentes, ueluti in creditorum fraudem alienatorum facultatē reuocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta. X. Kal. Mai. AA. COSS.

V. Iidem. A A. & CC. Crescentio.

IGnoti iuris non est, aduersus eum, qui sententia condemnatus, intra statutum tempus satis non fecit, nec defenditur: bonis possessis, itemq; distractis, per actionem in factum contra emptorem, qui sciens fraudem comparauit, & eum, qui ex lucratiuo titulo possidet, scientiæ menti one detracta, creditoribus suis esse consultum. S. X. Kal. Nouemb. AA. COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Menandræ.

SI actu solenni præcedētem obligationem peremisti: perspicis aduersus fraudatorem intra annum, in quātum facere potest, uel dolo malo fecit, quominus possit, edicto perpetuo tantum actionem permitti.

CODICIS DOMINI IV/

STINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER OCTAVVS.

DE INTERDICTIS. Tit. I.

I. Imp. ALEXANDER. A. Euocato.

CVm proponas, radicibus arborum in uicina Agathangeli area positis, crescē tibus fundamentis domus tuæ periculum adferri: præses ad exemplum interdictorum, quæ in albo proposita habet, SI ARBOR IN ALIENAS AEDES IMPENDEBIT, item SI ARBOR IN ALIENVM AGRVM IMPENDEBIT, quibus ostenditur, ne per arboris quidem occasionem uicino nocere oportere: rem ad suam æquitatem rediget. PP. VI. Kal. April. Iuliano II. & Crispino COSS.

II. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Messiæ.

PRæses prouinciæ in eum, qui eiusdem prouinciæ non est, nec ex interdicto potest cognoscere. PP. VII. Kal. Maij. Seculari & Donato COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Pompeiano P.P.

INcerti iuris non est, orta, pprietatis & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem cõpetentibus actionibus: ut ex hoc, ordine facto, de dominij disceptatione probationes ab eo, qui de possessione uictus est, exigantur. interdicta autem licet extraordinarijs iudicijs proprie locum non habent: tamen ad exemplum eorũ res agitur. Subcripta Kal. Ianuar. Sirmij. Ipsis AA. COSS.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Aemyliano P.P.

SI quis quodlibet interdictum efflagitet: ruptis ueteribus ambagibus, inter ipsa cognitionum *aliàs. ratiauspicia, *actionem exprimere, ac suas allegationes iubeatur proponere. D. XIII. Kal. Arcadio A. VI. & Probo COSS. oncm.

QVORVM BONORVM. Tit. II.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Iusto.

HAereditatem eius, quem patrem tuum fuisse dicis, petiturus: iudicibus, qui super ea re cognituri erunt, de fide intentionis allega. Quamuis enim bonorũ possessionem ut præteritus agnouisti: tamen interdicto QVORVM BONORVM non aliter possessor constitui poteris, quàm si te filium defuncti esse, & ad hæreditatẽ uel bonorum possessionem admissum probaueris. PP. VIII. Kal. Ianuar. Laterano & Rufino COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Marco.

SI ex interdicto fororis patruelis intestatò sine liberis defunctæ, recte petita bonorũ possessione, quæsisti successionem, ac negocium integrum est: quæ cum moreretur, eius fuerunt, secundũ interdicti QVORVM BONORVM tenorem ab ijs, qui pro hærede, uel pro possessore possident, doloue malo fecerint, quo magis desierint possidere: tibi rector prouinciæ restitui efficiet. PP. VI. Kal. April. CC. COSS.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Petronio uicario Hispaniarum.

COnstat uirum à bonis intestatæ uxoris superstitibus consanguineis esse extraneum: cum prudentium omnia responsa, & lex ipsa naturæ successores eos faciant. Ergo iubemus, ut omnibus frustrationibus amputatis, per interdictum QVORVM BONORVM in petitorem corpora transferantur, secunda actione proprietatis non excluſa. D. VI. Kal. August. Mediolani Olybrio & Probino COSS.

QVORVM LEGATORVM. Tit. III.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Latinæ.

Hæredi

Haeredi scripto satis idonee lege Falcidia, si exhausta legatis successio probetur, per quartæ retentionem, prospectum est. Vnde si legatarius, uel fideicõmissarius, non consentiente patre tuo, quem adseueras testatori successisse, & bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata, uel fideicõmissa detinuit: secundum sentẽtiam interdicti, quod aduersus legatarios scriptis hæredibus propositum est, obtata satisdatione, quam præstari oportet, in possessione te constitui, ut ita retentione cõpetenti utaris, experiri potes. D. XVI. Kal. Ianuar. AA. COSS.

VNDE VI. Tit. IIII.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Theodoro.*

Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam sine uicio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione, illatam uim propulsare licet. PP. XV. Kal. Decembr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

II. *Iidem AA. & CC. Alexandro.*

Vi pulsos restituendos esse interdicti exemplo, si necdum annus utilis excessit, certissimi iuris est: & hæredes teneri in tantum, quantũ ad eos peruenit. S. * AA. COSS.

III. *Iidem AA. & CC. Vlpiæ & Proculinæ.*

Avthoritatem uobis rescripti nostri ad retinendam possessionem, quam uos per uiolentiam adeptas, pfitemini, cõmodari nimis improbe postulatis. S. VIII. Idus. April. CC. COSS.

IIII. *Iidem AA. & CC. Hygino.*

Si de possessione ui deiectus es: eum & lege Iulia uis priuatæ reum postulare, & ad instar interdicti VNDE VI conuenire potes, cogereq; eum causam omnem præstare, in qua fructus etiam, quos uetus possessor percipere potuit, non tantum quos prædo percepit, uenire non ambigitur. S. VI. Id. April. Sirmij. CC. COSS.

V. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Tertullianum.*

Inuasor locorum pœna teneatur legitima: si tamen ui loca eadem inuasisse constiterit. nam si per errorem, aut incuriam domini, loca ab alijs possessa sunt: sine pœna possessio restitui debet. D. VI. Kal. Maij. Gallicano. & Symmacho COSS.

VI. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. *&* THEOD. AAA. *Potito* P. V.

Meminerint cuncti, siue uulgato rescripto mansuetudinis nostræ, siue sententia cuiuslibet iudicis utãtur: in causis conueniẽdos dominos locorum esse, aut si forte defuerint, actores eorũ ad insinuandas sentẽtias procuratoresq; quærendos: ne inde iniuriatũ nascatur occasio, unde iura nascuntur. q; si præcepta nostra implere neglexerint: oñi negocio, de quo iurgare cœperant, priuabuntur. Sin autem habito plerunq; colludio, curatores uel tutores minorũ his rem debitam ea occasione peruadant, ut pupillis uel adultis iurgandi copia & fructus adimat: his eatenus subuenimus, ut eosdem non atterat damno culpa temeritatis alienæ: sed ilico quidẽ possessio ei, à quo est ablata, reddatur. curatores autem uel tutores æterna deportatiõe punitos, bonorum quoq; publicatio persequatur. D. II. Non. April. Antonino & Syagrio COSS.

VII. *Imp.* VALENTIN. THEOD. *&* ARCAD. AAA. *ad Mesßianũ com. rer. priuat.*

Si quis in tantam furoris audaciã peruenerit, ut possessionẽ rerũ apud fiscum, uel apud quoslibet homines constitutarũ, ante aduentum iudicialis arbitrij uiolenter inuaserit: dominus quidẽ cõstitutus possessionẽ, quã abstulit, restituat possessori, & dominiũ eiusdẽ rei amittat. Sin uero alienã possessionẽ inuasit: nõ solũ eam possidentibus reddat, uerumetiã æstimationẽ earũdem rerum restituere compellatur. D. XVII. Kal. Iun. Treueris. Timasio & Promoto COSS.

VIII. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Pasiphilo.*

Momentariæ possessionis interdictum, quod non semper ad uim publicã pertinet, uel priuatam, mox auditi, interdum etiam sine inscriptione, meretur. D. VI. Id. Iun. Mediolani. Olybrio & Probino COSS.

IX. *Imp.* ZENO. A. *Sebastiano* P. P.

Si quando uis iudicio fuerit patefacta, deinde super rebus abreptis, uel inuasis, uel damno dato tempore impetus quæstio proponatur: si non potuerit, qui uim sustinuit, quæ perdidit, singula cõprobare: taxatione à iudice facta pro personarum atq; negocij qualitate, sacramento æstimationem rerũ, quas perdidit, manifestet: nec ei liceat ultra taxationem à iudice factã iurare: & quod huiusmodi iusiurando dato fuerit declaratum, iudicem condẽnare oportet. D. Idib. Decembr. Constantinop. Post consulat. Armatij V. C.

Idem.

X. *Idem A. Sebastiano P. P.*

NOn ab re est,quemadmodum possessionis alienæ inuasores ,tam uetus, quàm præsens sacra cõstitutio censuit esse puniendos:nec cõductoribus & possessionis alienæ detẽtatoribus impune procedere,si locatoribus forte,uel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concesserant,recuperare secundum leges uolentibus (cum nulla sibimet cognita legibus allegatio competeret)duxerint resistendum, & non protinus, ideſt non exspectato iudiciorum ordine,alienam possessionem recte eam recuperantibus cedere patiantur.eos nanq; iubemus pro tanta suæ iniquitatis impudentia,si cognitionis iudiciariæ euentu fuerint condẽnati: rei, cuius possessionem sponte restituere usq; ad definitiuam minime passi sunt,æstimationem uictrici parti unà cum ipsa re præbere compelli. D. V. Kal. Apriles. Constantinop. Theoderico & Venantio COSS.

XI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni P. P.*

CVm quæreb atur inter Illyricianam aduocationem, quid fieri oporteret propter eos,qui uacuam possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerunt,quia ueteres leges nec interdictum VNDE VI, nec QVOD VI AVT CLAM, uel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem definiebant,uiolentia in ablatam possessionem minime præcedente, nec dño nisi tantũmodo in rem actionẽ exercere permittẽtes:nos non concedentes alicui alienas res uel possessiones per suam authoritatem usurpare,sancimus talem possessorẽ ut prædonem intelligi,& generali iurisdictiõe ea teneri,quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas ueteribus declarata sunt legibus.ridiculum etenim est dicere uel audire, quòd per ignorantiam alienam rem aliquis quasi popriam occuparit. Omnes autem scire debent,quod non suum est,hoc ad alios modis omnibus pertinere:cum talis dispositio iam dudũ ueteribus legibus definita est,dicentibus,siquis alienam rem aduersus domini uoluntatem attigerit,furti actione teneri:his uidelicet, quæ super recipienda possessione à nobis dispositа sunt, locum habentibus,si non ex die,ex quo possessio detenta est,triginta annorum excesserint curricula. D. XIII. Kal. Nouẽbr. Constantinop. post conſ. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secũdo.

SI PER VIM VEL ALIO MODO ABSENTIS POSSESSIO turbata sit. Tit. V.

I. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *Seuero.*

SVdices absentium,qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt,suscipiãt in iure personas,& authoritatis suæ formidabile ministerium obijciant: atq; ita tueantur absentes,ut id solum diligenter inquirãt,an eius, qui quolibet modo peregrinatur, possessio ablata sit, quam propinquus, uel parens, uel proximus, uel amicus, uel colonus,uel libertus,seu seruus quolibet titulo retinebat. Nec eos,q deiecti sunt absentium nomine possidentes, quia minime ipsis dictio causæ mandata sit, ab experiundo recludãt:nec si serui sint,eorũ reijciant in iure psonã,quia huiusmodi cõditiõis hominibus causas curare fas nõ sit. Sed post elapsa quoq; spacia recuperandæ possessiõis legibus præstitutа litigium eis inferentibus largiri conuenit:ut eos momentariæ perinde possessioni sine ulla cunctatione restituant,ac si reuersus dominus litigasset. Cui tamen quolibet tempore reuerso actionẽ recuperandæ possessionis indulgemus:quia fieri potest,ut restitutio propter seruulos infideles,uel neglegentes propinquos,uel proximos,uel parentes, uel amicos,uel colonos, uel libertos interea differatur. Absentibus enim officere non debet tempus emensum,quod recuperandæ possessioni legibus præstitutum est. Sed reformato statu,qui per iniuriã sublatus est:omnia, quæ superunt ad disceptationẽ litigij,immutilata permaneãt,iudicio seruato iustis legitimisq; personis: cum ualde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra præsentiũ uiolentiã subueniri. D. Kal. Nouẽbr. Cõstantinop. Cõstantio. VII. A. & Cõstante Cæs. III. COSS.

II. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Petronio uica. Hispaniarum.*

NEc imperiale responsum,quod supplicatio litigatoris obtinebit,nec interlocutio cognitoris ex quacũq; parte innouare possessionis statum,eo,qui rem tenet,absente,permittit: quia negociorum merita partium adsertione panduntur. D. XV. Kal. Ianuar. Mediolani. Cæsario & Attico COSS.

VTI POSSIDETIS. Tit. VI.

Imp

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Cyrillo.

VTi possidetis fundum, de quo agitur, cum ab altero nec ui, nec clam, nec precariò possidet, rector prouinciæ uim fieri prohibebit: ac satisdationis, uel transferendæ possessionis edicti perpetui forma seruata, de proprietate cognoscet. Subscripta III. Id. Octobr. Nicomediæ. CC. COSS.

DE TABVLIS EXHIBENDIS. Tit. VII.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Germano.

SIn potestate patris fuerunt impuberes filij, & uos eis estis substituti, atq; ita ad uos intra pubertatẽ illis decedentibus, cœpit hæreditas pertinere: de exhibendis testamẽti tabulis interdicto uti potestis. PP. VII. Kal. Maij. Seculari & Donato COSS.

DE LIBERIS EXHIBENDIS, SEV DEDVCENDIS, & de libero homine exhibendo. Tit. VIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Iustino.

SI (ut proponis) cũ tuæ potestatis esses, super rebus matris obtinuisti: potes eos, qui tibi condemnati sunt, conuenire. Quòd si exstitit, qui te filium, & in sua potestate esse contendit: interdicto in eam rem proposito, de fide intentiõis eius quæretur. PP. VI. Id. April. Duobus & Aspris COSS.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Cyrillæ.

ADi præsidem prouinciæ, ac postula filios tuos exhiberi. Subscripta. V. Id. April. Byzantij. AA. COSS.

III. Idem. AA. & CC. Euodiæ.

SI ad instar interdicti de exhibenda filia Philippi eum conueniendũ putaueris: rector aditus p̃ uinciæ, suam uobis accõmodabit notionem. S. XII. Kal. Decembr. Nicomediæ. AA. COSS.

DE PRECARIO, ET SALVIANO INTERdicto. Tit. IX.

I. Imp. GORDIANVS. A. Aristoni.

SI te non remittendo pignus, debitor tuus ea, quæ tibi obnoxia sunt, uenundedit: integrum tibi ius est ea persequi, non interdicto Saluiano (id enim tantummodo aduersus conductorem debitoremúe cõpetit) sed Seruiana actione, uel quæ ad exẽplum eius instituitur utilis, aduersus emptorem exercenda. PP. VI. Id. Septembr. Pio & Pontiano COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Fabricio.

HAbitantis precariò hæredes ad restituendum habitaculum teneri, contra eos interdicto proposito, manifeste declaratur. S. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

DE AEDIFICIIS PRIVATIS. Tit. X.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Tauro.

ET balneum (ut desideras) exstruere, & ædificium superponere potes: obseruata tamen forma, qua cæteris super balneum ædificare permittitur: id est, ut cõcameratis superinstruas, & ipsum cõcameres, nec modum usitatũ altitudinis excedas. PP. sine die & consule.

II. Imp. ALEXANDER. A. Diogeni.

NEgociandi causa ædificia demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Vespasiani, & senatusconsulto uetitum est. Cæterum de alia domo in aliam transferre licere, exceptum est. Sed nec dominis ita trãsferre licet, ut integris ædificijs depositis, publicus deformetur aspectus. PP. XI. Kal. Ianuar. Alexandro A. COS.

III. Idem A. Euocato.

ANin totum ex ruina domus licuerit nõ eandem faciem in ciuitate restituere, sed in hortũ conuertere, & an hoc cõsensu tunc magistratuum non prohibentium, item uicinorum factum sit: præses probatis ijs, quæ in oppido frequenter in eodem genere cõtrouersiarum seruata sunt, cognita statuet. PP. VII. Kal. April. Iuliano II. & Crispino COSS.

IIII. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPP. Cæſ. Victori.

SI (ut proponis) ſocius ædificij ad refectionē eius ſumptus cōferre detrectat: nō neceſſariò extra ordinē tibi ſubueniri deſideras. Etenim ſi ſolus ædificaueris, nec intra quatuor menſiū tempora cum cēteſimis numus pro portiōe ſocij erogatus reſtitutus fuerit, uel quominus id fieret, per ſocium ſtetiſſe conſtiterit: ius dominij pro ſolido uindicare, uel obtinere, iuxta placitum antiquitus, poteris. PP. IIII. Kal. April. Philippo. A. & Titiano COSS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Octauio.

SI is, contra quem precem fundis, ſciens prudensq; ſoli partem ad te pertinere, nō quaſi ſocius uel collega cōmunis operis ſolicitudine ſolidā balneorū exſtructionē ea mēte, ut ſumptus p portiōe tua recipet, aggreſſus eſt, ſed ut totius loci dominiū uſurparet, collapſum balneū refabricare eniſus eſt: cū ædificia, quæ alieno loco imponunt, ſolo cedāt, nec impēſæ ijs, qui impbe id fecerint, reſtitui debeāt: antiquato diui Hadriani edicto, pſes puinciæ memor iuris publici, in dirimēda diſceptatiōe legū placita cuſtodiet. PP. VI. Non. Octobr. Ipſis IIII. & III. AA. COSS.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A. Elpidio agenti uicem P. P.

SI quis p oſt hanc legē ciuitate ſpoliata ornatū, hoc eſt marmora, uel colūnas, ad rura trāſtulerit: priuet ea poſſeſſione, quā ita ornauerit. Siquis autē ex alia in aliā ciuitatē labentiū partiū marmora uel colūnas de propriſs domibus in pprias trāſferre uoluerit: qm̄ utrubiq; hæc eſſe, publicū decus eſt: licēter hoc faciat. Data ſimiliter facultate etiā de poſſeſſiōe ad aliā trāſferēdi, quāuis p muros uel etiā per mediā ciuitatē ea tranſferri neceſſe ſit: ita, ut ea ſolūmodo, quæ illata fuerint, ciuitatibus exportentur. D. VI. Kal. Iun. Viminatij. Criſpo II. & Cōſtantio II. COSS.

VII. Imp. IVLIANVS. A. ad Vitianum uicarium Africæ.

NEmini columnas uel ſtatuas, cuiuſcunq; materiæ, ex alia eademq; prouincia uel auferre liceat, uel mouere. D. VI. Kal. Nouembr. Iuliano A. IIII. & Salluſtio COSS.

VIII. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. Modeſto P. P.

SIngularum urbium curiales etiā inuiti, uel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt, domus, uel de nouo ædificare cogātur: illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarū frequentiam ciuitatum. Poſſeſſores uero, qui non erunt curiales, in urbibus, in quibus domus poſſident, eaſdem domus dirutas neglectasq; reparent iudiciaria ad conſeruandū hoc præceptum authoritate retinendi. D. XIII. Kal. Nouembr. Gratiano A. IIII. & Merobaude COSS.

IX. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEODOS. AAA. Aemyliano P. V.

SI cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes animum dederit: is quindecim pedū ſpacio interiecto inter publica ac priuata ædificia, ita ſibi nouerit fabricādum: ut tali interuallo & publicæ ædes à periculo uindicent, & priuatus ædificator uelut pperā fabricato loco deſtructionis quādoq; futuræ nō timeat detrimentū. D. X. Kal. Nouēbr. Arcadio. A. VI. & Probo COSS.

X. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P. P.

PEr puincias Meſopotamiā, Oſdroēnā, Euphratēſem, Syriam ſecundā, Phœnicen, Libanēſem, Ciliciam ſecūdam, utranq; Armeniā, utrāq; Cappadociā, Pontū Polemoniacū, atq; Heleno pontū, ubi magis hoc deſiderat, cæteraſq; prouincias cunctis uolentibus permittat, muralī ambitu proprios fundos, ſeu ſui loca dominij conſtituta uallare. D. III. Non. Maij. Cōſtantinop. Theodoſio A. IX. & Conſtantio III. COSS.

XI. Idem. AA. Gen. P. P.

MOeniana, quæ græci κρόσας appellant, ſiue olim cōſtructa, ſiue in poſterum in prouincijs conſtituenda, niſi ſpaciū inter ſe per decē pedes liberi aëris habuerint: modis oīnibus detruncētur. In his uero locis, in quibus ædificia priuatorū horreis publicis uidentur obiecta: obſtructione mœnianorum quindecim pedū interualla ſeruent. Quē intercapedinis modū ædificatoris proponimus ita, ut ſiquis intra definitū ſpaciū, id eſt decē pedū menſurā, ædificare, uel intra quindecim pedū mœnianū poſſidere tentauerit: ſciat non ſolū fabricata demolienda, ſed etiam ipſam domū fiſco noſtro adſcribendā. D. III. Kal. Octobr. Aſclepiodoto & Mariniano COSS.

* Conſtitutio græca Zenonis A. ad Amantiū P. V. *

XII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.

CVm dubitabat, utrū cōſtitutio Zenonis diuæ memoriæ ad Amantiū præfectū urbi ſcripta, quæ de ſeruitutibus loquit, localis eſſet, & huic florētiſſimæ urbi dedicata, & deberēt illius quidē iura in hac obſeruari, antiq; uero, quæ cōtraria ſunt, locū habere in puincijs: indignū eſſe nr̄o tēpore putantes, aliud ius in hac regia ciuitate de huiuſmodi obſeruari, aliud apud nr̄os eſſe prouin

prouinciales: sancimus, eandem constitutionem in omnibus urbibus Romani imperij obtinere, & secundum eius definitionē omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatū est à uetere dispositione, & hoc in prouincijs à præsidibus earum obseruari: cæteris uidelicet omnibus, quæ nō per Zenonianā legē innouata sunt, sed ueteribus legibus cōpræhensa, in sua firmitate in omni loco manētibus. DAT. Kal. Sept. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC.

DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE. Tit. XI.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

DE operis noui nunciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas: dicentibus, si quis denunciationem ad inhibendū opus miserit, non posse eum post annum elapsum, ex quo denunciatio missa est, iterū ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis esse uidetur. siue etenim non recte opus prohibuit, decet non per totum annum hoc impediri: siue recte denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatē inhibētes, sancimus, si quis denūciationē emiserit: in hac quidē regia urbe præfectū urbi festinare, in prouincia uero rectorē eius intra trium mēsium spaciū causam dirimere. Sin uero aliquid fuerit quocunq; modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum: licentiā habere eum, qui ædificationem deproperat, opus, de quo agitur, efficere: prius fideiussore ab eo dato officio urbicariæ uel prouinciali, ut si non recte ædificauerit, omne opus, quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet. sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & recte denunciatoribus consuletur. D. XII. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

DE OPERIBVS PVBLICIS. Tit. XII.

I. *Impp.* CONSTANTINVS. & CONSTANTIVS. AA. *ad Catulinū.*

PLurimi immunitates operum publicorum cōcessione iudicū adepti sunt. & ideo iubemus in posterum illicitas immunitates nullius esse momēti. D. Kal. Augusti. Sirmij. Vrso Lupulo & Polemio COSS.

II. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Marcellū com. Orientis.*

QVæ operibus publicis impensa constiterit, acceptò ferri oportere cognosca tur. D. II. Non. Octobr. Constantinop. Limenio & Catulino COSS.

III. *Idem* A. & IVLIANVS. *Cæs. Ecdicio præf. Aegypti.*

PRætoria iudicum & domus publicas oportet publico iuri atq; usui semper uindicari. PP. VI. Non. Decembr. Mamertino & Neuita COSS.

IIII. *Imp.* VALENTIN. & VALENS AA. *ad Symmachū* P.P.

INtra urbem Romam ueterem & nouam nullus iudicum nouum opus informet, quoties serenitatis nostræ arbitria cessabunt: nisi de suis pecunijs huiusmodi opus uoluerit construere. ea tamen instaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, uniuersis licentiam damus. D. VII. Kal. Iun. Philippis. Diuo Iouiano & Varroniano COSS.

V. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *ad Proculū.*

PRæscriptio temporis iuri publico non debet obsistere, sed ne rescripta quidem. atq; ideo diruenda sunt omnia, quæ per diuersas urbes in foro, uel in quocunq; publico loco contra ornatū, & cōmodum, ac decoram faciem ciuitatis exstructa noscuntur. D. VI. Id. *. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino COSS.

VI. *Iidem* AAA. *Cynegio* P.P.

AD portus, & aquæductus, & murorum instaurationem, siue exstructionem certatim facta operarum collatione, instaurare debent: neq; aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegijs excusari. D. XII. Kal. Febr. Constantinop. Richomere & Clearcho COSS.

VII. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Cynegio* P.P.

OMnes, quibus uel cura mandata fuerit operum publicorum, uel pecunia ad exstructionē solito more credita, usq; ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis hæredibus tenentur obnoxij: ita, ut si quid uicij in ædificatione intra præstitutum tempus peruenerit, de eorū patrimonio (exceptis tamen casibus ijs, qui sunt fortuiti) reformetur. D. III. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. & Bautone COSS.

VIII. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. *Aurelio* P.V.

SI quando conceſſa à nobis licentia fuerit exſtruendi: id ſublimis magnificentia tua ſciat eſſe ſeruandũ, ut nulla domus incohandæ publicæ fabricæ gratia diruatur, niſi uſq; ad quinqua ginta libras argenti precij æſtimatione taxabitur. de ædificijs uero maioris precij ad noſtram ſci entiã referatur: ut ubi amplior poſcitur quantitas, imperialis exſtet authoritas. D. III. Kal. Mart. Conſtantinop. Theodoſio A. III. & Habundantio COSS.

IX. *Iidem.* AAA. *Rufino* P.P.

SI qui iudices, pfecto publicis pecunijs operi ſuũ nomẽ ſine noſtri numinis mentiõe inſcripſe rint: maieſtatis teneant obnoxij. D. III. Non. Iul. Conſt. Arcadio III. & Honorio II. AA. COSS.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Euſebio com. ſacr. largit.*

NE ſplendidiſſimæ urbes uel oppida uetuſtate labantur: de reditibus fundorum iuris reipu blicæ tertiam partem reparationi publicorum mœnium & therimarum ſubſtitutioni de putamus. D. XI. Kal. Iul. Mediolani. Olybrio & Probino COSS.

XI. *Iidem* AA. *Cæſario* P.P.

OMnes prouinciarum rectores literis moneantur, ut ſciant, ordines atq; incolas urbiũ ſin gularum muros, uel nouos debere facere, uel ueteres firmius renouare: ſcilicet hoc pacto impendijs ordinandis, ut adſcriptio currat pro uiribus ſingulorum, deinde adſcribantur pro æſti matiõe futuri operis territoria ciuium: ne plus poſcatur aliquid, quàm neceſſitas imperauerit, néue minus, ne inſtans impediatur effectus. oportet nanq; per ſingula nõ ſterilia iuga cerra quo q; diſtribui, ut par cunctis præbẽdorum ſumptuum neceſſitas imponatur: nemini excuſatione, uel alia præſumptione ab huiuſmodi immunitate præbenda. D. VIII. Kal. April. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. COSS.

XII. *Iidem.* AA. *Theodoro* P.P.

NEmo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconſulta pietate noſtra noui aliquid ope ris exiſtimet incohandum, uel ex diuerſis operibus ornamenta, aut marmora, uel quam libet ſpeciẽ, quæ fuiſſe in uſu & ornatu probabit ciuitatis, eripere, uel aliò tranſferre ſine iuſſu tuæ ſublimitatis audeat. Eterñ ſiquis cõtra fecerit: ſex libris auri multabitur. Similis etiã conde mnatio ordines ciuitatũ manebit, niſi ornamẽtũ genitalis patriæ huiuſmodi decreti authoritate defẽderint. Horreorũ aũt uel ſtabulorũ fabricas arbitratu proprio prouinciarũ iudices ſtudio lau dandæ deuotionis arripiant. D. III. Kal. Ianuar. Mediolani. Honorio. IV. & Eutychiano COSS.

XIII. *Iidem.* AA. *Seuero* P.V.

AEdificia, quæ uulgo parareſſia nuncupantur, uel ſi qua alia opera mœnibus uel publicis operibus ſociata cohærent, ut ex ijs incendium, uel inſidias uicinitas reformidet, aut angu ſtentur ſpacia platearum, uel minuatur porticibus latitudo: dirui ac proſterni præcipimus. Dat. III. Kal. Ianuar. Mediolani. Honorio A. IV. & Eutychiano COSS.

XIIII. *Iidem.* AA. *Eutychiano* P.P.

SI aliquando homines emergant, qui à noſtra clementia opus publicum ſibi præberi poſtula uerint: non niſi diruta, penitusq; deſtructa, & quæ parum ſunt in uſu ciuitatium, percipiant: intimandis huiuſmodi reſcriptis iudicio ampliſſimæ tuæ ſedis. D. Idib. Decemb. Honorio. A. IV. & Eutychiano COSS.

XV. *Iidem* & THEODOSIVS. AAA. *Aemyliano* P.P.

SI quando uſus exegerit, uel porticus, uel quaslibet ætatis ſenio ædes, ſeu fortuitis concuſſas caſibus, reparari: liceat etiam inconſulta clementia noſtra, cum reuerentia ſui, imaginẽ de ponere, uel noſtram, uel retro principũ, reportatamq; poſt refecta ædificia loco proprio denuo collocare. D. V. Kal. Iul. Conſtantinop. Arcadio A. VI. & Probo COSS.

XVI. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. *Monaxio* P.P.

QVicũq; locus in palatio huius urbis priuatis ædificijs incõmode occupatus eſt: is quàm pri mũ ſubrutis oĩbus, quæ in eo ſunt, ædificijs palatio reformetur, quod priuatorũ nõ eſt pa rietibus coartandum. nam imperio magna ab uniuerſis ſecreta debẽtur: ut hi tantum locum ha bitandi habeãt, quos legitimus maieſtatis noſtræ uſus, & reipublicæ diſciplina delegit: in futurũ etiam uniuerſis ab huiuſmodi uſurpatione prohibendis. D. VII. Kal. Mart. Conſtantinop. Hono rio VIII. & Theodoſio III. AA. COSS.

XVII. *Iidem* AA. *Anthemio* P.P.

TVrres noui muri, qui ad munitionem ſplendidiſſimæ urbis exſtructus eſt, cõpleto opere, præcipimus uſui eorum deputari, per quorũ terras idem murus ſtudio & puiſione magni tudinis tuæ ex noſtræ ſerenitatis arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuũ & conditione ſer-

uanda

uãda, ut annis ſingulis hi, ad quorum iura terrulæ demigrauerint, ꝓprio ſumptu eorũ inſtaurationem ſibimet intelligant procurandam, eorumq; uſu publico beneficio potientes, curam reparationis ac ſolicitudinem ad ſe non ambigant pertinere. ita enĩ & ſplendor operis, & ciuitatis munitio, cum priuatorum uſu & utilitate ſeruabitur. D. II. Non. April. Lucio V.C. COS.

XVIII. *Imp.* THEODOSIVS. A. *Seuero* P.P.

QVia plurimæ domus cũ officinis ſuis in porticibus Zeuxippi eſſe memoranť: reditus me moratorũ locorũ pro quãtitate, quæ placuit, ad præbẽda luminaria, & ædificia, ac tecta reparãda regiæ urbis lauacro, ſiue aliq̃ iubemus excuſatiõe cõferri. D. VI. Id. Ian. Victore V.C. COS.

XIX. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Cyro* P.V.

QVi ſine authoritate diuini reſcripti ad iudiciũ tuæ celſitudinis deſtinãdi, angiportus inte gros, uel partes ſuis domibus incluſerũt, ſeu porticus uſurparũt: proculdubio iura priſtina ſacratiſſimæ reddere ciuitati iubemus: multa quinquaginta librarum auri non defutura, ſi quis poſt hac in ſimilẽ audaciã ꝓdire tẽtauerit. D. Kal. Nouẽbr. Theodoſio A. XVII. & Feſto COSS.

XX. *Iidem* AA. *Cyro* P.V.

BAſilicam inauratam & marmoribus decoratam liberam in perpetuum manere, neq; alicuius imaginis & pictarum cuiuslibet honoris tabularũ obumbratiõe fuſcari iubemus, neq; in aliqua parte eiuſdẽ baſilicæ tabulato quidq̃ opere ſtatiões ergaſteriaúe cõſtitui ſancimus. Illud quoq; decernimus, ne in eã equos liceat intromitti, uel nuptias celebrari. D. XI. Kal. Febr. Conſtantinop. Valentiniano A. V. & Anatolio.

XXI. *Imp.* LEO. A. *Erythrio* P.P.

NEmini iudicũ liceat in hac inclyta urbe uel in ꝓuinciſs noua opa incohare, priuſq̃ ea, quæ cœpta inuenerit à deceſſore uel deceſſoribus ſuis, uetuſtate diruta, aut deſidia derelicta, diligenti ſtudio inſtantiaq; cõpleuerit: cũ ex hoc plurimũ laudis adquirat, ſi ea culta & perfecta reddiderit, quæ uetuſta ſunt, & inſtaurationẽ requirũt, quæq; ab aliis initiata & imperfecta reſedebere cõmune, utpote patribus ciuitatiũ & curæ eorũ deputatis. Qui uero opus aliquod ꝓ ſua libertate ſe facturos ꝓmiſerint: licet certũ ſit eos ex ſola pollicitatiõe ad implendũ ſuæ munificentiæ opus neceſſitate iuris teneri: nullũ tamen eos uel hæredes eorũ ſuper opere facto ratiociniũ, uel diſcuſſionẽ aliquã, utpote nõ integrã ꝓmiſſam quantitatẽ in id opus erogatã, uel inutiliter facto opere, aut alia quacũq; ratione, quocũq; modo, quocunq; tẽpore inquietudinẽ ſuſtinere cõcedimus. Quòd ſi uir clariſſimus ꝓuinciæ moderator, uel eius officiũ, reditus publicos uel opera publica contra uetitũ diſcutiendo, uel unã ſiliquã aut q̃dlibet ex eiſdẽ reditibus uel operibus uindicãdo, ſacratiſſimæ noſtræ legis præcepta trãſierit: quinq; quidẽ officij primates exſilio dãnati perpetuo, bona ſua ciuitati, quam læſerint, nõ dubitẽt uindicãda: rector uero ꝓuinciæ quinquaginta librarũ auri ferieť diſpẽdio. Hac eadem pœna ſpectabilibus quoq; iudicibus (licet illuſtri dignitate fuerint decorati) & eorũ officijs (ſicut ſupradictũ eſt) imminenda. Dat.*

DE RATIOCINIIS OPERVM PVBLICORVM, & patribus ciuitatum. Tit. XIII.

I. *Imp.* ZENO. A. *Arcadio* P.P.

IVbemus ꝓuinciarũ quidẽ rectores, & ſingulæ diœceſeos uiros ſpectabiles iudices, id eſt præfectũ Auguſtalẽ, & comitẽ oriẽtis, & utroſq; ꝓconſules, & uicarios, unà cũ ſuis apparitoribus, ꝓ tenore generaliũ magnificæ tuæ ſedis diſpoſitionũ, diſcutiẽdis publicis opibus, uel aq̃ductibus, q ex ciuilibus reditibus, uel à q̃libet ſpontanea munificentia facti ſunt, uel fuerint, modis oĩbus abſtinere: nec aliquid quolibet modo, q̃libet tẽpore in diſcutiẽdo ciuiles reditus, uel facta opa, uel quæ fieri adſolẽt, unã ſiliquã ſi bi ex ſingulis ſolidis erogandis uindicãdo, aut quodcũq; lucrũ captãdo, cũ huiuſmodi rebus ha-

DEbitor, qui pignoribus profitetur ſe creditoribus cedere, nihilomagis liberabitur. PP. V. Kal. Mart. Seuero A. II. & Albino COSS.

II. *Iidem* AA. *Lucio.*

QVamuis conſtet ſpecialiter quædã & uniuerſa bona generaliter aduerſari um tuum pignori accepiſſe, & æquale ius in omnibus habere: iuriſdictio

tamen temperanda est. ideoq; si certum est, posse eũ ex ijs, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, uniuersum debitum redigere: ea, quæ postea ex eisdem bonis pignori accepisti, interim nó auferri præses iubebit. PP. II. Kal. Iun. Chilone & Libone COSS.

III. *Iidem* AA. *Maximo.*

CReditores, qui non reddita sibi pecunia, conuentionis legem, ingressi possessionem, exercent: uim quidem facere non uidentur: attamen authoritate præsidis possessionem adipisci debent. PP. Kal. Maijs, Antonino A. II. & Geta II. COSS.

IIII. *Iidem.* AA. *Bellio.*

CVm te pecuniã accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem, quod queris, ui te coactum, pignori dare. Si igitur recipere uis rem tuam: solue creditori pecuniã debitam. D. III. Kal. Iun. Antonino A. III. & Geta. III. COSS.

V. *Imp.* ANTONINVS. A. *Domitio.*

PRæses prouinciæ uir clarissimus ius pignoris tui exsequentem te audiet: nec tibi oberitsententia aduersus debitorẽ tuum dicta, si eum collusisse cum aduersario tuo, aut (ut dicis) nó causa cognita, sed præscriptione superatum esse cõstiterit. PP. Idib. Maijs. Romæ. Duobus & Aspris COSS.

VI. *Iidem* A. *Quinto.*

IN summa debiti cõputabit etiam id, quod propter possessiones pignori datas ad collationẽ uiarum muniendarum, uel quod libet aliud necessarium obsequium præstitisse creditorem constiterit. PP. III. Kal. August. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

VII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Martiano.*

VSucapio pignoris conuentionem non extinguit. PP. Nonis. Septembribus. Pio & Pontiano COSS.

VIII. *Idem.* A. *Festo.*

QVamuis personali actione expertus aduersus reum, uel fideiussores, seu eius mandatores, feceris cõdemnationem: pignoris tamen adhuc habes persecutionem. PP. Idib. Martijs. Gordiano. A. & Auiola COSS.

IX. *Idem.* A. *Attico.*

SI dominium eius possessionis, quæ pignori data esset, à debitrice domina ad te translatũ est, eamq; postea creditor uel eius hæredes detinere cœperunt: uindicare eam potes, præside prouinciæ curante, ut fructuum deducta ratione, residuoq; à te oblato, si fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur. PP. III. Kal. Octobr. Gordiano A. & Auiola COSS.

X. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Alexandro.*

DEbitores præsentes prius de nunciationibus conueniendi sunt. Igitur si conuenti debitoris non fecerint: persequenti tibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus, rector prouinciæ authoritatis suæ auxiliũ impertire non dubitabit. D. XIIII. Kal. Febr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Euphrosyno.*

NOminatori pignoricapere sine præsidis authoritate res nominati non licet. S. III. Idus Mart. AA. & COSS.

XII. *Iidem* AA. & CC. *Eusebio.*

SI uxor tua pro pecunia, quam accepit mutuò, res proprias obligauit pignori, eiq; tu successisti: licet instrumento eius facti testimonium collatum non sit: soluto tamen debito creditorem de ijs tibi reddendis solenni iure conuenies. S. V. Kal. April. AA. COSS.

XIII. *Iidem* AA. & CC. *Matronæ.*

CVm dominam non minorem quinq; & uiginti annis ea, quæ obligauerat tibi, iure dominij possidere permisisse, & in solutum dedisse, precibus significes: dominæ contractus & uoluntas ad firmitatem tibi sufficit. S. III. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XIIII. *Iidem* AA. & CC. *Apiano.*

DIstractis à debitore pignoribus, creditores in potestate habere, utrum ne personali obligatos sibi, an pignora possidentes in rem actione conuenire uelint, nõ est iuris incerti. S. Kal. Maijs. Heracliæ. AA. COSS.

XV. *Iidem* AA. & CC. *Basilidæ.*

DEbitorem neq; uendentem, neq; donantem, neq; legantem, uel fideicommissum relinquentem, posse deteriorem facere creditoris conditionem, certissimũ est. Vnde si tibi obligatã rem probare posse cõfidis: pignora persequi debes. S. V. Non. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

Iidem

XVI. *Iidem.AA. & CC.Heroidi.*

ET si frater tuus non suam,sed ad te pertinentem pecuniam mutuam suo nomine dedit, ac pignus accepit:tamen tibi pignoris obligationem quærere non potuit. Subscripta. III. Id. Maij.Hadrianopoli.AA. COSS.

XVII. *Iidem AA. & CC. Pontiæ.*

QVamuis ea pecunia,quam à te mutuo frater tuus accepit,comparauerit prædium:tamen nisi specialiter, uel generaliter hoc tibi obligauit: tuæ pecuniæ numeratio in causam pignoris non deduxit. Sanè personali actione debitum apud præsidem petere non prohiberis. S. XII. Kal.Iun.AA. COSS.

XVIII. *Iidem AA.& CC. Euodio.*

PIgnoris uel hypothecæ persecutio in rem est.S.Kal.Decembr.Sirmij.AA. COSS.

XIX. *Iidem AA.& CC.Maximo.*

SIcut uim maiorem pignorum creditor præstare necesse non habet: ita dolum & culpam & custodiam exhibere cogitur.D.XVII. Kal.Ianuar. AA. COSS.

XX. *Iidem AA. & CC. Alexandro.*

CReditor ad petitionē urgeri iure minime potest. Qua ꝓpter eo,quod uos hæredibus Euodiani debere cōfiditis,oblato,&(si nolint accipere)cōsignato, atq; depositō: de reddendo pignore eos præsidali notione conuenite.PP.XVII.Kal.Febr.AA.COSS.

XXI. *Iidem AA. & CC. Victo.*

REs obligatas exterus debito soluto liberando,datum petere,non earum dominium adipisci potest.D. III.Kal.Nouembr.Retiariæ.CC. COSS.

XXII. *Iidem. AA.& CC.Antiochiano.*

SEcundus creditor,offerēdo priori debitum,confirmat sibi pignus:& à debitore sortē, eiusq; tantum usuras,quæ fuissent præstandæ, non etiam usurarum usuras petere potest. PP.III. Id.Decembr.Nicomediæ.CC. COSS.

XXIII. *Iidem AA.& CC. Macedoniano.*

MAior annis uiginti quinq; pignoris conuentiōem remissam,cum hoc solum pactum, uel iurisdictio secundum ipsius uoluntatem tueatur,persequi non potest.S.XVIII.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC. COSS.

XXIIII. *Iidem. AA.& CC. Marco.*

PErsecutione pignoris omissa,debitores actione personali conuenire,creditor urgeri nō potest.S.XV.Kal. Ianuar.Nicomediæ.CC. COSS.

XXV. *Iidem.AA. & CC.Dracontio.*

SEruo,qui fuerat pignori obligatus,defuncto:debiti permanet integra petitio. D.VI.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC. COSS.

XXVI. *Iidem AA. & CC. Mauritio.*

SI tibi notarium pignoris titulo debitor tuus obligauit:eum,à quo mancipium abreptū proponis,apud rectorem prouinciæ conueni.S.IV.Kal.Ianuar.Sirmij.CC. COSS.

XXVII. *Imp.IVSTINIANVS.A.Mennæ P.P.*

SVpet hypothecis,quas argenti distractores,uel metaxarij, uel alij quarum cunq; specierū negociatores,pecunias sibi credētibus dare solent,hoc specialiter super amputāda oīi machinatione sancimus:ut si post huiusmodi contractum liberis suis, uel alio modo cognatis, quam cunq; militiā ijdem negociatores adquisierint(eam tamen,quæ uendi,uel ad hæredes sub certa definitione transmitti potest)liceat creditoribus eorum,etiam nō probantibus ex pecunijs eorundem negociatorum liberos eorum uel cognatos militasse(dum tamen contrarium nō probetur,alios ē suo patrimonio dedisse pecunias)creditum ab ijs,qui militarint, exigere, uel tantū eos efflagitare,quāti uendi eadem militia possit. Quod ita obtinere sancimus,& si extraneis quibusdam ijdem negociatores de suis pecunis huiusmodi militiā adquisisse probētur:ut quod generaliter in ipsis debitoribus militantibus talem militiam, quæ uendi,uel ad hæredes transmitti potest,permissum est,ut liceat creditoribus & adhuc uiuentium debitorum iure hypothecæ uindicare militias, nisi sibi satisfiat:& post mortem eorum exigere,quod pro ijsdem militijs pro tenore cōmunis militantium placiti,uel diuinæ sanctionis tale præstātis beneficium,dari solet:hoc in negociatorum personis, licet ipsi militantes obnoxij minime debito sint, integrum creditoribus seruetur. Quod scilicet in futuris militijs,nō etiam in ijs, quas liberi uel cognati eorundem negociatorum uel extranei pecunijs eorum meruerunt,tenere sancimus. D. Kal. Iun. DN.Iustiniano A. PP. II, COSS.

In qui-

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS TACITE contrahitur. Tit. XV.

I. Imp. ANTONINVS.A. *Sperato.*

VNiuerſa bona eorum, qui cenſentur, uice pignorum tributis obligata ſunt. PP. Kal. Iun. Antonino A. IIII. & Balbino. COSS.

II. *Idem A. Proculo.*

CErtum eſt eius, qui cum fiſco contrahit, bona ueluti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialiter id non exprimatur. D. VI. Kal. Mart. Meſſala & Sabino COSS.

III. *Pars ex reſcripto* ALEXANDRI. A. *ad Demoſthenem.*

QVamuis fructus pignori datorum prædiorũ (etſi id aperte nõ ſit expreſſum) & ipſi pignori credantur tacita pactione eſſe: prædia tamen, quæ emuntur ex fructuum precio, ad eandem cauſam uenire, nulli prudentium placuit. PP. Idib. Octobr. Maximo II. & Aeliano COSS.

IIII. *Imppp.* CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. *Africano.*

SAtis notum eſt, & item conſtitutum, bona earum in dotẽ data, quæ nuptæ ſunt ijs, qui primipili ſarcinam ſubeunt, obnoxia neceſſitati eius teneri. Verũ certo ordine: ut ſcilicet tunc demum ad hoc mulieris patrimonium periculum reſpiciat, ſi uniuerſis uiri ac nominatorum facultatibus exhauſtis, nihil reſiduum inueniatur. D. V. Id. Auguſt. Caro & Carino AA. COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Corinthiæ.*

SI non inducta & illata in fundum, quæ pignoris cauſa teneri placuerat, mãcipia fuiſſent, nec hæc ſpecialiter obligata monſtrentur: rector prouinciæ ea reſtitui iubebit, nec eñ prætextu debiti penſionum reſtitutionem horum morari poteſt: cum ſi quid ſibi deberi domina fundi ex penſionibus, uel quacunq; ratione probare poſſit, huius ſolutionem ſolenniter fieri conueniat. Subſcr. XII. Kal. Febr. CC. COSS.

VI. *Impp.* THEODOS. & VALENT. AA. *ad Florentiũ* P.P.

SI mater legitime liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramẽtum præſtitum aſpirauerit nuptias, anteq; eis tutorem alium fecerit ordinari, eisq;, quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſoluerit: mariti quoq; eius præteritæ tutelæ ratiocinijs bona iure pignoris tenebuntur obnoxia. D. VI. Id. *. Theodoſio. A. XVII. & Feſto COSS.

VII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

SAncimus de inuectis à conductore rebus & illatis, quæ domino pro penſionibus tacite obligantur, non ſolum in utraq; Roma & territorio earum hoc ius locum habere, ſed etiam in noſtris prouincijs. tali enim iuſta præſumptione etiam omnes noſtros prouinciales perpotiri deſideramus. D. XV. Kal. Nouembr. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo.

SI ALIENA RES PIGNORI DATA SIT. Tit. XVI.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Carpo.*

*aliàs. uniuerſam conſtituit.

PRocurator citra domini uoluntatem domum pignori fruſtra dedit. ſi tamen pecuniam creditoris in rem domini *uerſam cõſtabit: nõ inutilis erit exceptio, dum taxat quod numeratum eſt, exſolui deſideranti. PP. XI. Kal. Nouembr. Seuero A. II. & Albino COSS.

II. *Iidem AA. Latinæ.*

SI probaueris prædia uel hortos, de quibus agebatur, tuos eſſe: intelligis eos obligari creditori ab alio non potuiſſe, ſi non ſciens hoc agi, in fraudẽ creditoris ignorantis diſſimulaſti. PP. I. Id. Octobr. Antonino A. II. & Geta. II. COSS.

III. *Imp.* ANTONINVS. A. *Martiæ.*

CVrator adulti uel tutor pupilli propriam rem mobilem eius, cuius negocia tuetur, pignoris iure obligare non poteſt: niſi in rem eius pecuniam mutuã accipiat. PP. VI. Kal. Febr. Duobus & Aſpris COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Secundo.*

NEc ſi maior annis uigintiquinq; fuiſſet filius tuus, qui in poteſtate tua erat, te inuito rem tuam obligare potuit. PP. V. Kal. Nouembr. Maximo II. & Aeliano COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Eutychio.*

Cum

CVm res, quæ necdum in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea in bonis eius eſſe incipiat: ordinariã quidem actionẽ ſuper pignore non cõpetere, manifeſtũ eſt: ſed tamẽ æquitatem facere, ut facile utilis perſecutio exemplo pignoraticiæ detur. PP. XIII. Kal. Iun. Maximo II. Aquilino COSS.

VI. *Idem* AA. *&* CC. *Zoſimo.*

QVæ prædium in filios à ſe titulo donationis translatum creditori ſuo dat pignori: ſe magis pignoraticio contrario obligat iudicio, quàm quidq̃ dominis nocet: cum & Seruiana actio declaret euidenter, iure pignoris teneri nõ poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint: & per aliũ rem alienã inuito dño pignori capi nõ poſſe, certiſſimũ ſit. S. V. Id. Iul. Philipp. AA. COSS.

VII. *Idem.* AA. *&* CC. *Corneliæ.*

SI in rem ſuam accepta pecunia mutua tutor mancipium tuum pignori dedit, nec huic poſt perfectam ætatem conſenſum accomodaſti: pignori res obligari non potuit. S. VI. Kal. Ianuar. AA. COSS.

VIII. *Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Ioanni* P.P.

NExum non facit prædiorum, niſi perſona, quæ iure potuit obligare. per ſeruum uero, aut procuratorem, colonumúe, actorem, ſeu conductorem, ullum præiudicium poſſeſſioni, inuito uel inſcio domino, imponi nõ poſſe: & iure, & legum authoritatibus declaratur. D. Idib. Iul. Rauennæ. Honorio XIII. & Theodoſio X. AA. COSS.

QVAE RES PIGNORI OBLIGARI POSSVNT, VEL non, & qualiter pignus contrahatur. Tit. XVII.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Optato.*

ALumnos tuos, cæteraſq̃ res, quas neminẽ credibile eſt pignori ſpecialiter daturũ fuiſſe, generali pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta eſt, in cauſam pignoris non fuiſſe, rationis eſt. PP. XII. Kal. April. Laterano & Rufino COSS.

II. *Idem.* AA. *Rogato.*

CVm cõſtet pignus cõſenſu cõtrahi: nõ dubitamus eum, qui emptiões agrorũ ſuorũ pignori poſuit, de ipſis agris obligandis cogitaſſe. PP. V. Kal. Iul. Apro & Maximo COSS.

III *Imp.* ANTONINVS. A. *Reſtituto.*

SI monumẽto corpus filiæ tuæ intuliſti: religioſum idem feciſti. quo facto, obligari à quoq̃, prohibente iuris religione, non poſſe, in dubium non uenit. PP. III. Kal. April. Læto II. & Cetheali COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Euocato.*

NOmen quoq; debitoris pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe, iam pridem placuit. Quare ſi debitor is ſatis non facit, cui tu credidiſti: ille, cuius nomẽ tibi pignori datũ eſt, (niſi ei, cui debuit, ſoluit, nondum certior à te de obligatione tua factus) utilibus actionibus ſatis tibi facere uſq; ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur: quatẽnus tamen ipſe debet. PP. prid. Kal. Mart. Fuſco II. & Dextro COSS.

V. *Idem* A. *Septimio.*

SPem eorum præmiorum, quæ pro coronis athletis penſitanda ſunt, priuata pactione pignorare minime admittendum eſt. & ideo nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet. PP. III. Kal. Maij. Maximo. II. & Paterno COSS.

VI. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Rufo.*

QVi filios ueſtros uel liberos homines pro pecunia, quam uobis credebat, pignoris titulo accepit, diſſimulatione iuris ſe circumuenit: cum ſit manifeſtũ, obligationem pignoris non cõſiſtere, niſi in iis, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. S. Kal. Maijs. Heracliæ. AA. COSS.

VII. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad uniuerſos prouinciales.*

EXſecutores à quocunq; iudice dati ad exigenda debita, quæ ciuiliter poſcuntur, ſeruos aratores, aut boues aratorios, aut inſtrumentum aratorium pignoris cauſa de poſſeſſionibus nõ abſtrahant, ex quo tributorum illatio tardetur. Si quis igitur interceſſor, aut creditor, uel præfectus pagi, uel uici, uel decurio in hac re fuerit detectus: æſtimando à iudice ſupplicio ſubiugẽt. D. III. Non. Iun. Sirmij. Conſtantino A. & Licinio COSS.

VIII. *Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Probo com. ſacr. largit.*

PIgnorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non conuenit. D. VI. Idus Iun. Conſtante & Conſtantio COSS.

IX. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SI quis in cuiuscunq; contractus instrumento ea uerba posuerit, FIDE ET PERICVLO RERVM AD ME PERTINENTIVM, uel PER EARVM EXACTIONEM SATISFIERI TIBI PROMITTO: sufficere ea uerba ad rerum, tam earũ, quas in præsenti debitor habet, quàm futurarum hypothecam: nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis hypothecæ memoriam uideri: cum sit iustum, uoluntates contrahentium magis, quàm uerborũ onceptiones inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoq; ad cõseruandam contrahentium uoluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, TAM PRAESENTES, QVA'M FVTVRAS: ius tamẽ generalis hypothecæ etiam ad futuras res producatur. D. III. Id. Decembr. Constantinop. D N. Iustiniano. A. PP. II. COS.

QVI POTIORES IN PIGNORE HABEantur. Tit. XVIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Secundo.

QVi pignus secundo loco accepit, ita ius suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam soluerit: aut cum obtulisset, isq; accipere noluisset, obsignauit, & deposuit, nec in usus suos conuertit. PP. Kal. Februariis. Laterano & Rufino COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Chresto, & alijs.

SI decreto prætoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hæreditarij fideicõmissi conditionalis seruandi gratia prius inducti estis, quàm aduersarius uester in causam iudicati eiusdem fundi pignus occupauit: eius iussu, qui iure sententiam exsequebatur, tempore potiores estis. nam cum de pignore utraq; pars contendit: prævalet iure, qui prævenit. PP. V. Id. Maij. Duobus & Aspris COSS.

III. Idem. A. Varo.

SI fundum pignori accepisti, antecq; reipublicæ obligaretur: sicut prior es tempore, ita potior es iure. PP. V. Id. Octobr. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. Idem. A. Syluano.

CVm rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rerum, tam hæredis, quàm hæreditariarum possessionem missam esse proponas: intelligis, quamuis pater tuus cum Sossiano cõtraxerit: tamẽ si personali actione eum habuerit obligatum, præponi rempublicam iure pignoris, quæ ex authoritate eius, qui iubere potuit, seruãdi iudicati causa occupauit. PP. II. Id. Decembr. Læto II. & Cereali COSS.

V. Imp. ALEXANDER. A. Septimio.

PRior quidem creditor compelli non potest tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre: sed si tu illi omne, quod debetur, solueris: pignoris tui causa firmabitur. PP. III. Kal. Maij. Maximo II. & Paterno COSS.

VI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Philoxeno.

SI generaliter bona sint obligata, & postea specialiter res alijs pignori dentur: quoniam ex generali obligatione potior habetur creditor, qui antea contraxit: si ab illo priore tempore tu comparasti: non oportet te ab eo, qui postea credidit, inquietari. PP. II. Id. Maij. Seculari. II. & Donato COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Iuliano.

LIcet ijsdem pignoribus multis creditoribus diuersis temporibus datis, priores potiores habeantur: tamen eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter statim conuenit, omnibus anteferri iuris authoritate declaratur. Subscripta. XVI. Kal. Februar. AA. COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Fabricio.

DIuersis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata: eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti iuris est. Nec aliàs secundum distrahendi potestatem huius pignoris cõsequi, nisi superiori creditori debita fuerit soluta quã titas. S. prid. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

IX. Iidem. AA. & CC. Asclepiodoto.

EOs, qui acceperunt pignora, cum in rem habeant actionẽ: priuilegijs omnibus, quæ personalibus actionibus cõpetunt, præferri constitit. D. III. Non. Decembr. CC. COSS.

Iidem

X. *Iidem. AA. & CC. Pollipeucæ.*

CVm tibi pro dote,quam acceperat,res maritus obligauit:eo mortuo hi,quibus eaſdem pignori dederat,non offerentes debitum,nulla poſſunt perſequi ratione.nam chirographarios creditores nec in rem,nec in perſonam eos,qui debitori non probantur ſucceſſiſſe,ulla ratione conuenire poſſe,manifeſtum eſt.PP.Non.Decembr.CC. COSS.

XI. *Imp.* LEO.A. *Erythrio* P.P.

SCripturas,quæ ſæpe adſolent à quibuſdã ſecretò fieri interuenientibus amicis,necnõ tranſigendi,uel paciſcendi,ſeu fœnerandi,uel ſocietatis coëundæ gratia,ſeu de aliis quibuſcunq; cauſis,uel cõtractibus cõficiuntur,quæ ὑφοχειζα græce appellant:ſiue tota ſeries earũ manu cõtrahentium,uel notarij,aut alterius cuiuslibet ſcripta fuerit,ipſorum tamen habeant ſubſcriptiones:ſiue teſtibus adhibitis,ſiue non:licet conditionales ſint,quos uulgo tabularios appellant,ſiue non:quaſi publice ſcriptas,ſi perſonalis actio exerceatur,ſuum robur habere decernimus. Sin aũt ius pignoris,uel hypothecæ ex huiuſmodi inſtrumentis uindicare quis ſibi cõtenderit: eum, qui inſtrumentis publice confectis nititur, præponi decernimus, etiamſi poſterior his contineatur:niſi forte probatæ atq; integræ opinionis trium uel amplius uirorũ ſubſcriptiones eiſdem contineantur.tunc enim quaſi publice confecta accipiuntur.D.Kal.Iul.Conſtantinop.Martiano & Zenone COSS.

XI. *Imp.* IVSTINIANVS.A. *Ioanni* P.P.

ASſiduis aditionibus mulierum inquietati ſumus,per quas ſuas dotes deperditas eſſe lugebant, & ab anterioribus creditoribus ſubſtantias maritorũ detentas. Nos itaq; ad antiquas leges proſpeximus,in perſonalibus actionibus rei uxoriæ actioni,quam in præſenti ſuſtulimus, magnam prærogatiuã præſtantes, ut contra omnes penè perſonales actiones habeant priuilegia,& creditores alios antecedãt,licet fuerant anteriores.Et hæc,cum in perſonalibus ſtatuerãt actiõibus,ſi hypothecã reſpiciebãt,ilico iuſticiæ uigorẽ relaxabãt,& ſenioribus hypothecis nouas mulieris hypothecas,ſi habebãt actiões,expellebãt. nec ad fragilitatẽ muliebrẽ reſpicientes,nec quòd & corpore,& ſubſtantia,& oñi uita ſua maritus fungitur:cum penè mulieribus tota ſubſtantia in dote conſtituta eſt. oportebat enim maritos diſponi creditoribus ſuis ex ſua ſubſtantia ſatiſfacere:non de dote mulieris,quam ad ſuos uictus,ſuas q; alimonias mulier poſſideret,uel à ſemetipſa datã,uel pro ea ab alio. Ad hæc omnia reſpiciẽtes,& reminiſcentes, quòd & alias duas conſtitutiones fecimus pro dotibus mulieribus ſubuenientes, & omnia in unũ colligentes:ſancimus,ex ſtipulatu actionem,quam mulieribus iam pro dote reſtituẽda dedimus, cuiq; etiam tacitam donauimus ineſſe hypothecam,potiora iura contra omnes habere mariti creditores,licet anterioris ſint temporis priuilegio uallati.Cum enim in perſonalibus actionibus(ſecundum quòd diximus)tali priuilegio utebatur res uxoria:quapropter non in hypotheca hoc mulieri & nũc indulgemus beneficium:licet res dotales uel ex his aliæ comparatæ nõ exſtent,ſed quocunq; modo uel diſſipatæ,uel conſumptæ ſint:ſi tamen re ipſa fuerint parti maritũ datæ. Quis eñ earum nõ miſereatur propter obſequia,quæ maritis præſtãt,propter partus periculum,& etiam liberorum procreationẽ,pro qua multa noſtris legibus inuẽta priuilegia ſunt? Et ideo quòd antiquitas quidem dare incepit,ad effectum aũt non pertulit, nos pleno legis articulo conſummauimus:& ſiue liberos habeat mulier,ſiue ab initio non habuit, ſiue progenitos amiſit,hoc ei priuilegium indulgemus.Exceptis uidelicet cõtra nouercas anterioris matrimonij filijs,quibus pro dote matris ſuæ iam quidem dedimus hypothecam cõtra paternas res uel eius creditores, in præſenti autẽ ſimilem prærogatiuã eis ſeruamus: ne quod poſteriori datũ eſt uxori,hoc anteriori negeẽ:ſed ſic maneat eis ius incorruptũ,quaſi adhuc uiuente etiã matre eorum.duabus enim dotibus ab eadem ſubſtantia debitis,ex tempore prærogatiuam manere uolumus. Hæc autem tantum ad dotem ſancimus,non autem ante nuptias donationẽ, quam ſuo tempori ſeruire diſponimus,& habere inter creditores ſui temporis ordinem.non enim pro lucro fouemus mulieres,ſed ne damnũ patiantur,ſuis q; rebus defraudentẽ curamus. Quam legem ex præſenti tempore locum habere ſancimus,& non retrorſum referimus. DAT.V.Kal. Decembr.Conſtantinop.poſt conſulat.Lampadij & Oreſtis VV. CC.

DE HIS, QVI IN PRIORVM CREDITORVM locum ſuccedunt. Tit. XIX.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Marcellinæ.*

NOn omnimodo succedũt in locum hypothecarij creditoris hi, quorũ pecunia ad creditorem transit. hoc em̃ tunc obseruatur, cum is, qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ut idẽ pignus ei obligetur, & in locũ eius succedat. Quod cũ in tua persona factũ non sit (iudicatum est enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ ad eam rem pertinentis. PP. Id. Iul. Pompeiano & Auito COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Felici.

CVm pro patre, in cuius potestate nõ eras, pecuniã fisco intuleris: & iure priuilegio eius successisti, & eius locũ, cui pecuniã numerasti, cõsecutus es: nec ij creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, uel cum eo postea sub pignoribus cõtraxerunt, pignora tua te ignorante distrahendo, iuri tuo aliquid derogauerunt. Vnde intelligis, si quid tuo nomine te ablente ab actoribus tuis solutum est: ut indebitum numeratum restitui, pignoraq; tibi nexa persequi te posse. PP. Kal. Octobr. Romæ. Sabino II. & Anulino COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Valenti.

SI potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ut precium perueniret ad eosdẽ priores creditores: in ius eorũ successisti, & cõtra eos, q̃ inferiores illis fuerũt, iusta defensiõe te tueri potes. PP. Kal. Febr. Iuliano II. & Crispino COSS.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Carpophoro.

SI prior respublica contraxit, fundusq; ei obligatus est: tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut succedas etiam in ius reipublicæ. PP. XV. Kal. Iun. Maximo II. & Aquilino COSS.

SI ANTIQVIOR CREDITOR PIGNVS uendiderit. Tit. XX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Athenioni.

SI uendiderit, qui ante pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non potest. Cum autem debitor ipsi priori creditori eadẽ pignora soluto dederit, uel uendiderit: non magis tibi persecutio adempta est, quàm si alijs eadem res debitor uenumdedisset. sed ita persequens res obligatas audiéris, si quod eidem possessori propter præcedentis cõtractus authoritatem debitum est, obtuleris. PP. *. Agricola & Clementino COSS.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Eudemiæ.

OBligata pignoris iure, creditore recte distrahente, post debitor emptori precium offerẽs, uel creditori, quod debuit, euincere non potest. S. XVI. Kal. Ianuar. AA. COSS.

III. Idem. AA. & CC. Theophilo.

QVominus creditor, qui antea pignus accepit, distrahat: non offerendo secundus priori debitum, interpellare non potest. D. VI. Kal. April. CC. COSS.

SI COMMVNIS RES PIGNORATA SIT. Tit. XXI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Venusto.

FRater tuus, sicut uobis inuitis portionem uobis competentem obligare non potuit: ita suã dando, obligationem creditori quæsiuit. Vnde intelligis, nullum præiudicium dominio uestro contractum eius facere potuisse. Accepta. *.

DE PRAETORIO PIGNORE, ET VT IN ACTIONIBVS etiam debitorum missio prætorij pignoris procedat. Tit. XXII.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P. P.

SI prætorium pignus quicũq; iudices dandũ alicui p̃spexerint: nõ solũ super rebus mobilibus, & immobilibus, & se mouẽtibus, sed etiã sup actiõibus, quæ debitori cõpetũt, p̃cipimus hoc eis licere decernere. D. Kal. April. Const. Decio V. C. COS.

II. Idem. A. Iuliano P. P.

VEteris iuris dubitationẽ decidentes, ad duplum genus hypothecarũ respeximus: unum quidẽ, quod ex cõuentionibus & pactis hominũ nascitur: aliud, quod à iudicibus datur

datur,& prætoriũ nuncupatur.& cum inuenimus in cõuentionalibus pignoribus uel hypothecis,nõ solũ tenentẽ creditorẽ adiuuari,sed etiã si ab ea possessione cadat, siue sua culpa, siue nõ, siue fortuito casu:humanius perspeximus,& in prætorio pignore dare recuperationẽ creditori, quocunq; modo possessionem amittat,siue culpa sua,siue non,siue fortuito casu. licet enim debuerat imcumbere suo pignori,ne aliquam patiatur iacturam:tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur:benignius causam interpretamur,& ei recuperationẽ donamus. Dat. Kal. Auguſt.Constantinop.Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

SI IN CAVSA IVDICATI PIGNVS CAptum sit. Tit. XXIII.

I. Imp. ANTONINVS.A. Gabinio.

REs ob causam iudicati,eius iussu,cui ius iubendi fuit,pignoris iure teneri,ac distrahi posse,sæpe rescriptum est. nam in uicem iustæ obligationis succedit ex causa contractus authoritas iubentis. PP. V.Kal. Auguſt. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Imp. ALEXANDER.A.Valeriano.

CVm in causa iudicati aliqua res pignori capitur: per officiũ eius,qui ita decreuit, uenũdari solet,non per eum,qui iudicatum fieri postulauit.& si alio emptore non existente,uel existente quidem,sed indignum precium offerente,is, cui iudicatus satis non fecit,ad licitationem secundum cõstituta fuerit admissus:cuiuslibet alterius uice ex officio emere debet. PP. VI.Kal. Maij.Maximo II.& Aeliano COSS.

III. Imp.GORDIANVS.A. Antigono.

IN causa iudicati pignora ex authoritate præsidis capta, potius distrahi, quàm iure dominij possideri consuerunt.si tamẽ per calliditatem condemnati emptor inueniri non potest:tunc authoritate principis dominium creditori addici solet.PP. Idib. Auguſt. Gordiano A. & Auiola COSS.

SI PIGNVS PIGNORI DATVM SIT. Tit. XXIIII.

I. Imp.GORDIANVS. A. Lamponi,& alijs.

ETiam id,quod pignori obligatum est,à creditore pignori obstringi posse,iam dudum placuit:scilicet ut sequenti creditori detur utilis actio, tamdiuq; eum is, qui ius repræsentat,tueatur, quàm diu in causa pignoris manet eius, qui dedit. Sed si uos usumfructũ possessionis tantummodo pignori dedistis, iscq;,qui accepit, alij eam possessionem, cuius usumfructum nexum habebat, sine uestra uoluntate pignorauit:creditor eius id,quo pignoris uinculũ nõ constitit,distrahens, dominio uos priuare nequiuit.Quòd si non fuit uestro creditori ususfructus, sed ipsa possessio pignorata, & ante exsolutam à domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum uendidit:non posse uenditionem post solutam pecuniam rescindi, diuorum principum placitis continetur. PP. Idib. Septembr.Pio & Pontiano COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Gemello.

SI creditor possessionem,quæ à parentibus tuis pignoris iure fuerat obligata, non uendidit, sed alij creditori pignori dedit:examinata fide ueri,poteris eam,soluto eo,quod ex ea causa creditori debetur, intercessu præsidis prouinciæ recuperare. PP. XIII. Kal. Ianuar. Ipsis IIII. & III.AA. COSS.

DE PARTV PIGNORIS, ET OMNI causa. Tit. XXV.

I. Imp. ALEXANDER. A. Mestriano.

PArtus ancillæ pignoratæ in pari causa, qua matrem,esse,olim placuit. PP. Idib. Maij. Agricola & Clementino COSS.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Annoso & Antonino.

CVm pignoris titulo mancipia obligasse uos pro mutua,quam accepistis,pecunia proponatis:horum mancipiorũ operis,quas creditor accepit,uel quas

percipere potuit,in uſuras computatis,& poſt in ſortem:extenuato debito, reſiduum offerentibus,uel ſi non accipiat,conſignatum deponentibus, mancipia uobis præſes prouinciæ reſtitui iubebit.S.v.Kal.Ianuar.AA. COSS.

DE REMISSIONE PIGNORIS. Tit. XXVI.

I. Imp.SEVERVS & ANTONINVS.AA. Proculo.

SI te manumiſſum,& in libertate moratum,ſciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris,præſidi probaueris:ex conſenſu creditricis remiſſam pignoris obligationem apparebit:& per hoc iure te manumiſſum,nec ab hærede creditricis in ſeruitutẽ peti poſſe,certũ eſt. PP.XII.Kal.Maij.Antonino.A.II.& Geta II. COSS.

II. Iidem AA. Materno.

SI probaueris te fundum mercatum,poſſeſſionemq; eius tibi traditam,ſciente & cõſentiẽte ea,quæ ſibi eum à uenditore dicit obligatum:exceptiõe eam remouebis.nam obligatio pignoris conſenſu & contrahitur & diſſoluitur.PP.II.Id.Febr.Antonino A.III.& Geta III. COSS.

III. Imp.ALEXANDER.A.Tauro.

SI ignorante te uel inuito,debitor tuus,qui uniuerſa bona ſua ob pecuniam debitam tibi obligauerat,& ſi cum republica,poſtea contraxit:ius tuum nõ læſit.PP.III.Id.April. Albino & Maximo COSS.

IIII. Imp.GORDIANVS.A.Aquilino.

CVm te à debitore mercatum proponas eam rem,quæ alij pignorata erat:ſi ſciẽte eo,ac pignus ſuum remittente,eam mercatus es:cum conſenſu nexus pignoris euanuerit (ſi non noua uoluntas interceſſit,quæ denuo obligationẽ pignoris reſtitueret) ea res uelut obſtricta nõ poteſt uindicari.PP.XI.Kal.Maij.Gordiano A. & Auiola COSS.

V. Idem A.Aſclepiadi.

DEbitum,cuius meminiſti,quod per pacti conuentionem inutiliter factam remiſiſti,etiam nunc petere non uetaris, & uſitato more pignora uindicare. PP.VI.Id.Septembr. Gordiano A.II.& Pompeiano COSS.

VI. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA. Argio.

SI eo tempore,quo prædium diſtrahebatur, programmate admoniti creditores, cum præſentes eſſent,ius ſuum exſecuti non ſunt: poſſunt uideri pignoris obligationem amiſiſſe. PP. III.Id.Febr. Maximo II.& Aquilino COSS.

VII. Iidem.AA. Paulino.

CReditricem patrui tui ſub obligatione fundi,qui per chirographũ nexus pignori fuerat, iubentem eandem cautionem reddi:pignoris etiam ius remiſiſſe uideri, manifeſtum eſt. PP.v.Id.Septembr.Diocletiano III.& Maximiano AA. COSS.

VIII. Iidem.AA.& CC.Apollonio.

SI hypothecas fiſco diſtrahente, creditores ſilentio tradiderunt negocium:palàm eſt, etiam actionẽ ſuã amiſiſſe eos, quam in rem habebant. nam fiſcalis haſtæ fides facile conuelli nõ debet. PP. XIII.Kal.Septembr.Ipſis IIII.& III.AA.COSS.

IX. Iidem. AA.& CC. Hermiano.

CVm ex cauſa mandati pro ſocero tuo te fœnebrem pecuniam exſoluiſſe proponas: curabit præſes prouinciæ in reſtituenda pecunia,quam pro eo exſoluiſti,necnon etiam uſuris eius,indemnitati tuæ proſpicere.nam ſi recepta à creditore mancipia, quæ pignori fuerãt data, hac mẽte ſocero tuo tradidiſti, ut pignoris uinculum tuum diſſoluatur:obligatio ſemel exſtincta inſtaurari non poteſt.PP.X.Kal.Octobr.Ipſis IV.& III.AA. COSS.

X. Iidem AA.& CC. Quintillæ.

RES pignoris hypothecæue iure creditoribus obnoxias,citra conſenſum eorum debitores alienantes,præcedentem non diſſoluunt obligationem.D.Kal.Decembr.AA.COSS.

XI. Imp.IVSTINIANVS.A. Ioanni P.P.

SOlita prouidentia utimur etiã de pignoribus uel hypothecis rerũ,quæ quibuſdam creditoribus ſuppoſitæ,poſtea à debitoribus uenduntur, uel alio modo tranſferuntur, creditore ſuũ conſenſum contractui præbente,& quodam legitimo modo poſtea res ad priorem dominum reuertũtur.In hoc enim caſu diuerſæ ſententiæ legum prudentibus habitæ ſunt:quibuſdam discentibus,ius pignoris creditori renouari propter uerbum FVTVRARVM RERVM, quod in generalibus hypothecis poni ſolitum eſt:alijs,penitus exſtingui. Nobis autem uiſũ eſt eum, qui ſe-

qui semel consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum ius respuit: indignum esse eandem rem, utpote ab initio ei suppositã uindicare, uel tenentem inquietare. D. * Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM PECVNIAM pignus teneri. Tit. XXVII.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Festo.*

PIgnus intercidit, si nouatione facta in alium ius obligationis transtulisti, nec ut ea res pignoris nomine teneretur, cautum est. Quòd si pactum inter te & eum, qui postea dominus fundi constitutus, nouam obligationẽ susceperat, interceſſit, ut idem tibi pignoris nomine teneretur: quamuis personali actione expertus, feceris condemnationem: pignoris tamen habes persecutionem. Ac si in possessione fueris constitutus: nisi quoq; ea pecunia tibi à debitore reddatur, uel offeratur, quæ sine pignore debetur: eam restituere propter exceptionem doli mali non cogeris. iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam, cuius nomine pignora obligauerunt, offerentes audiri non oportere: nisi & illa etiã satisfecerint, quam mutuã simpliciter acceperint. Quod in secundo creditore locum non habet. nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Idib. Martijs. Gordiano A. & Auiola COSS.

DE DISTRACTIONE PIGNORVM. Tit. XXVIII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Pacatæ.*

PVndum pignori obligatũ, si creditor ex fructibus debitũ cõsecutus est: cũ ipso iure pignus ab obligatione liberatũ sit: distrahere minime potest. PP. Idib. Ianuar. Maximo II. & Aeliano COSS.

II. *Idem* A. *Maximæ.*

CReditor, qui hypothecæ seu pignori rem sibi nexam uendiderit, rem litigiosam non uidetur uendere: quia precariò debitor possidet. PP. XII. Kal. Octobr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. *Idem.* A. *Luciano.*

HYpothecis uel pignoribus à creditore uenundatis: in id, quod deest, aduersus reum uel fideiussorem actio competit. PP. III. Non. Nouembr. Maximo II. & Aeliano COSS.

IIII. *Idem.* A. *Crescenti.*

CReditor hypothecas siue pignus cum proscribit, notum debitori facere, & sibi bona fide rem gerere, & quando licet, testatò dicere debet. Si quid itaq; per fraudem in pignore uillæ uenditæ commissum probare potes: ut inferatur actio, quæ eo nomine competit, adi eum, cuius de ea re notio est. PP. Kal. Iun Fusco & Dextro COSS.

V. *Idem.* A. *Sossiano.*

SI residuum debiti paratus es soluere: præses prouinciæ dabit tibi arbitrum, apud quem quantum sit, quod supereſt ex debito, examinabitur: & siue aduersa pars ad iudicem uenire cessauerit, siue oblato superfluo ad uenditionem prosiluerit: improba alienatio proprietatis tuæ ius non auferet. PP. XII. Kal. Aug. Pompeiano & Peligno COSS.

VI. *Imp.* GORDIANVS. A. *Rogato.*

QVàmdiu non est integra pecunia creditori numerata: etiam si pro parte maiore eam consecutus sit: distrahendi rem obligatam non amittit facultatem. PP. XIII. Kal. Septembr. Pio & Pontiano COSS.

VII. *Idem.* A. *Caro.*

SI cessante solutione, creditor non reluctante lege contractus, ea, quæ sibi pignori nexa erãt, distraxit: reuocari uenditionem iniquũ est. Quòd si quid in ea re fraudulenter fecerit: non ut emptor, sed creditor conueniendus sit. PP. V. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

VIII. *Idem.* A. *Maximo.*

SI prius, quàm distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoq; non accipiente, contestatione facta, eam deposuisti, & in eadem causa hodie quoq; permanet: pignoris distractio non ualet. quòd si prius, quàm offerres, legem uenditionis exercuit: quod iure subsistit, reuocare non debes. PP. III. Non. April. Gordiano A. & Auiola, COSS.

Imp.

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Cillo.

QVæ specialiter uobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide de beti:, & solenniter uẽdere. ita enim parebit, an ex precio pignoris debito satisfieri possit. Quod si quid deerit: non prohibemini etiam cætera bona iure conuentionis cõsequi. PP. XIII. Kal. Iun. Diocletiano III. & Maximiano. AA. COSS.

X. Idem AA. & CC. Rufino.

ET qui sub imagine alterius personæ, quam suppositam fuerat, iugiter tenet, cum sibi negocium gerat, alienasse non uidetur. iure enim pignoris obligatum prædium, neq; si per subiectam personam creditor cõparauerit, neq; si sibi addixerit, debitori adfert præiudicium: sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionem. Sanè si debitore distrahente compara uerit: cõsensu emptionem perfectam (si neq; dolus aduersarij, neq; metus causa gesta arguentur) reuocari, exemplo graue est. Si igitur poteris euidentibus probationibus monstrare, creditorẽ per suppositam imaginarij emptoris personam semper possessionem tenuisse, nec uendita bona fide prædia postea synceriter cõparasse: potes oblata pecunia cum usuris, creditorem ad restitutionem compellere. PP. III. Non. Octobr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XI. Idem. AA. & CC. Rufinæ.

MVlier licet res specialiter pignori dederit pro alio, creditor eas distrahendi non habet facultatem: nisi dissimulatione, marito obligante uelut proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. PP. V. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XII. Idem AA. & CC. Zotico.

SI debitor rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente, distraxit: dominium cũ sua causa transtulit ad emptorem. S. prid. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XIII. Idem AA. & CC. Theodotæ.

QVi prædium obligatum à creditore comparauit, si in uacuam possessionem inductus nõ est: nullam in rem actionem habet.

XIIII. Idem AA. & CC. Modesto.

SI in hoc, quod iure tibi debetur, satisfactum non fuerit: & debitoribus res obligatas tenentibus, aditus præses prouinciæ tibi distrahendi facultatẽ fieri iubebit. PP. XVI. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

XV. Idem. AA. & CC. Auianæ.

OBligatis pignori mancipijs à creditore distractis ac traditis, si post debitor quondam hoc sollicitauerit: non creditori, sed emptori contra possidentem in rem competit actio. D. Kal. Mart. Sirmij. CC. COSS.

XVI. Idem AA. & CC. Syluano.

VNus ex multis debitoris, qui tradiderat pignora, hæredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, soluendo: res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit. S. III. Non. April. CC. COSS.

XVII. Idem AA. & CC. Agapæ.

REi creditor obligatæ generali siue speciali cõuentione, per creditorem alium, cui non fuerat nexa, uenundatæ, non amittit persecutionẽ. D. prid. Non. April. CC. COSS.

XVIII. Idem. AA. & CC. Caiano.

QVi à creditore pignori obligatum iure emit, de proprietate uinci non potest. Subscripta. VI. Kal. Maij. CC. COSS.

XIX. Idem. AA. & CC. Libyæ.

SI maritus tuus mutuam pecuniam (licet tuam) dedit: eorũ, quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S. VI. Idus Nouembr. Heracliæ. AA. COSS.

XX. Idem. AA. & CC. Sabino.

SEcundum placiti fidem (si nihil specialiter conuenit) pignoribus à creditore maiore, quàm ei debebat, precio distractis: licet ex eo fundus cõparatus sit: nõ super hoc in rem, sed in personam, id est pignoraticia superflui cõpetit actio. S. VI. Id. Nouembr. Byzantij. CC. COSS.

DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORVM IMPEdire non posse. Tit. XXIX.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Marcello. Si sunt

SI sunt, qui emere prædia tibi obligata uelint: non impediuntur scriptura testamē ti, qua complexus est debitor, nulla à se prædia uenūdari, & pœnam addidit, ut fi- sci fierent. nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, manifestum est. D. VI. Kal. Maij. Apro & Maximo COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Nepoti.

DEbitoris denunciatio, qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatā distrahat, uel ijs, qui ab eo uolunt comparare, denūciat: ita demum efficax est, si uniuersum tam sortis, quàm usurarum offerat debitum creditori: eoq; non accipiente, idonea fide probationis (ita ut opor- tet) depositum ostendat. nam si uel modicum de sorte uel usuris in debito perseueret: distractio rei obligatæ non potest impediri. neq; ea ratione emptor, tametsi sciat interpositam à debito- re creditori denunciationem, mala fide fit possessor. PP. III. Non. August. Gordiano A. & Auiola COSS.

SI VENDITO PIGNORE AGATVR. Tit. XXX.

I. Imp. ALEXANDER. A. Agrippæ.

PRæses prouinciæ aditus, si probatum fuerit tuum creditorem, cui ius distrahendi pignora fuit, dolo malo fundum uendidisse: quanti tua interest, restituere tibi iu- bebit. Quòd si de bonis creditoris condemnati solui pecunia nō potuerit, & pro- batum fuerit emptorem mala fide emisse: offerēte te pecuniam cum usuris, quā ti fundus uenit, restituere tibi fundum cum fructibus malæfidei emptorem iube bit. PP. Kal. Septemb. Alexandro A. COS.

II. Idem. A. Aemylio.

SEruos, quos nullo iure à creditore ueniſſe dicis, pater tuus, uel tu (si hæreditas eius ad te pti- net) à possessoribus petere potes. Quòd si usucapti sunt: perat pater tuus precium eorū à cre ditore, qui nō iure eos seruos uendidit. PP. III. Kal. Ianuar. Alexandro A. COS.

III. Idem. A. Claudio.

SI uxor tua præsidi probauerit, cum aureos triginta deberet, seruos suos amplioris precij per gratiam aureis uiginti creditorem uenundedisse, eumq; soluendo nō fuisse: iubebit empto- res recepto precio restituere seruos. PP. XVI. Octobr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Eudemo.

CVm contra bonam fidem uenditionem obligatæ possessionis à creditore factam alleges, non obseruatis, quæ in distrahendis pignoribus celebrari consuerūt: adito præside prouin ciæ experire actione cōpetente, non tantum aduersus creditorem, uerumetiam aduersus posses sorem, si fraudem eum participasse cum creditore potueris docere: ut reuocatis, quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio, & damni, quod irrogatum apparuerit, haberi possit. PP. Kal. April. Sabino II. & Venusto COSS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Noniæ.

SI creditore pignus, priusq; satisfieret, distrahente, non per collusionem emptor comparauit: successor eius de superfluo, non emptoris hæres, qui rē possidet, cōueniendus est. S. XVI. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

DE LVITIONE PIGNORIS. Tit. XXXI.

I. Imp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Antiochiæ.

QVi pro parte hæres extitit, nisi totum debitum exsoluat, suam portionem ex pi- gnoribus recipere non potest. PP. III. Kal. April. Albino. & Aemyliano COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Domitio.

INtelligere debes, uincula pignoris durare, personali actione submota. PP. XII. Iun. Sabino & Venusto COSS.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Floro.

SI reddita debita quātitate, uel rebus in solutū datis, siue distractis, & cōpēsato p̄cio, satis ei, cō stra quē supplicas, factū esse, adito p̄side, pbaueris: uel si q̄d residuū debet, obtuleris, ac si non acceperit, deposueris cōsignatū: restitui tibi res pacto pignoris obligatas, puidebit: cū etiā edicto p- petuo actiōe ꝓposita, pecunia soluta creditori, uel si per eū factū sit, quo minus solueret, ad reddē dia, quæ pignori acceperat iure, eū satis euidēter urgeri, manifestū sit. S. VI. Id. Octobr. AA. COSS.

SI VNVS EX PLVRIBVS HAEREDIBVS CREDITORIS uel debitoris partẽ suã debiti soluerit, uel acceperit. Tit. XXXII.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Tauro.

MAnifesti & indubitati iuris est, defuncto creditore multis relictis hæredibus, actionem quidem personalem inter eos ex lege duodecim tabularũ diuidi, pignus uero unicuiq; in solidum teneri. D. XII. Kal. Maij. Ipsis AA. III. & IIII. COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Claudiæ.

ACtio quidem personalis inter hæredes pro portionibus quæsita scinditur: pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuersi possidẽt: cum eius uindicatio non personam obliget, sed rem sequatur: qui possident, tenentes non pro modo singularum rerum substantiæ conueniuntur, sed in solidum: ut uel totum debitum reddãt, uel eo, quod detinent, cedant. Subscripta. *

SI PIGNORIS CONVENTIONEM NVMERATIO pecuniæ secuta non sit. Tit. XXXIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Illaro.

SI pecuniã tibi nõ esse numeratam, atq; ideo frustra cautionem emissam, & pignus datum probaturus es: in rem experiri potes. nam intentio dati pignoris neq; reditæ pecuniæ non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit, eademq; ratione ueritas seruetur, si te possidente pignus, aduersarius tuus agere cœperit. PP. Kal. Septembr. Laterano & Rufino COSS.

I. Imp. ALEXANDER. A. Peregrino.

SI (ut nunc adseueras) nihil creditor numerauit uxori tuæ, quæ pignus dedit, sed inanem extorsit cautionem: mendaci scriptura contra fidem ueritatis obligari eius res non potest. Sine die & consule.

DE IVRE DOMINII IMPETRANDO. Tit. XXXIIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Nicolæ.

DOminij iure pignora possidere desiderans, nomina debitorum, quos in solutione cessare dicis, exprimere, & an solennia peregeris, significare debuisti: dummodo scias, omnia bona debitoris, quæ pignori dedit, ut uniuersa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. PP. XIIII. Kal. Decembr. Alexandro A. III. & Dione COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Iustæ.

SI creditor pignus iure dominij possidere petijt, & post formam rescripti alio anno usuras à nobis accepit: à beneficio impetrato recessisse uidetur. PP. prid. Non. Decembr. Pio & Pontiano COSS.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

VEtustissimam obseruationem, quæ nulla ténus in ipsis rerum claruit documẽtis, penitus esse duximus amputandam, imò magis clarioribus remedijs corrigendam. Igitur in pignoribus, quæ iure dominij possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica & annus luitiõis antiquitus introducti sunt. pignus autem publice proscriptum neq; uidimus, neq; (nisi tantummodo ex librorum recitatione) audiuimus. Sancimus itaq;, si quis rem creditori suo pignerauerit: siquidem in pactione cautum est, quemadmodum debet pignus distrahi, siue in tempore, siue in alijs conuentionibus: ea obseruari, de quibus inter creditorem & debitorem conuentum est. Sin autem nulla pactio interceserit: licentia dabitur fœneratori ex denunciatione, uel ex sentẽtia iudiciali post bienniũ, ex quo attestatio missa, uel sententia prolata est, numerãdum: eam uendere. Sin autem nemo est, qui cõparare eam maluerit, & necessarium fiat creditori sibi eam iure dominij possidere: in huiusmodi casibus causam esse obseruãdam censemus, ut siue præsens sit debitor, ei denunciatio scilicet post biennium mittatur: siue abfuerit, prouinciale tribunal creditor petat, & iudicem certiorare festinet, quatẽnus ille eum requisierit, certo tempore super hoc ab eo statuẽdo: ut fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis, quod à credi

t creditore petitũ eſt: & certum tempus ſtatuatur, intra quod ſi fuerit inuentus debitor, debitũ qui pecunias creditas accepit, debet offerre, & pignus recuperare. Sin autem nullatenus fuerit inuentus: iudex certum tempus definiat, intra quod licentia ei dabitur ſeſe manifeſtare, & offerre pecunias, & pignus à pignoratione liberare. Sin autem in tempore ſtatuto uel minime fuerit inuentus, uel creditam pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis iure dominij eandem rem expetat, habeatq; ex diuino oraculo eam in ſuo dominio: & poſtq; hoc fuerit ſubſecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennij tempus in rem ſuam humanum regreſſum, ex die facti oraculi numerandum: & liceat ei creditori, qui iam dominus factus eſt, offerre debitum cum uſuris, & cum damnis uicio eius creditori illatis, quorum quantitatem creditor debet ſuo iuramento manifeſtare, & ſuũ pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapſum: pleniſſime habeat rem creditor, idemq; dominus iam irreuocabilem factam. Sed ſiquidem minus in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc, quod noſcitur habundare, ſit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex utraq; parte quantitas æqua inueniatur: ſine omni dubitatione totam rem antea pignoratã retineat. Sin autem minus quidem in debito, amplius autem in pignore fiat: tunc in hoc, quod debitum excedit, debitori omnia iura integra noſtra lege ſeruabũtur, creditoribus quidem fœneratoris nõ ſuppoſitum, aliis autem debitoris creditoribus uel ipſi debitori ſeruatum. Et ne ex cõmunione fiat aliqua difficultas: licentia dabitur creditori ſeu domino, æſtimationẽ ſuperflui debitori uel creditori debitoris cum cõpetenti cautela in eum exponenda offerre. Sin uero creditor, poſtq; iure dominij hoc poſſideat, uendere hoc maluerit: liceat quidẽ ei hoc facere. ſi quid autẽ ſuperfluum ſit, debitori ſeruare. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro uenditione utputa uiliore precio facta: ſacramenti religionem creditor præſtare compellatur, quôd nulla machinatione uel circumſcriptione uſus eſt, ſed tanti uendidit rem, quanti potuit uenire: & hoc tantummodo reddi, quod ex iuramento ſuperfluum fuerit uiſum. Sin autem ex iureiurando etiam minus habuiſſe creditor inueniatur: in reſiduum habeat integram actionem. Aeſtimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundemq; dominum permaneat: ſiue amplioris, ſiue minoris quantitatis eſt: quantum ad debitum, iudicialis eſſe uolumus diſceptationis: ut quod iudex ſuper hoc ſtatuerit, in æſtimatione pignoris obtineat. D. XV. Kal. April. Cnoſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. COSS.

DE PACTIS PIGNORVM, ET DE COMMISSORIA LEge in pignoribus reſcindenda. Tit. XXXV.

I. Imp. ALEXANDER. A. Victorino.

QVi pactus eſt, niſi intra certum tempus pecuniam, quam mutuam accepit, ſolueret, ceſſurum creditoribus hypothecæ uenditionem: non contraxit, ſed id compræhendit, quod iure ſuo creditor in apiſcendo pignore habiturus erat. communi itaq; iure creditor hypothecã uẽdere debet. PP. Idib. Octobr. Alexãdro A. COS.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Dionyſio.

SI fundi nomine, quem uendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæſtione, alterũ fundum pro eius euictione pignoris hypothecæũe titulo emptionis inſtrumentis ea lege dediſti, ut quem ſecundo tradideras, ſi is, quem uendideras, euictus non fuerit, obtineas: de hoc contra eum, qui mouerat quæſtionem, lata ſentẽtia: emptori parata ſecuritate circa eum, quem obligaueras, reſtituendum: conuentionis fidem impleri (ſi negocium integrũ eſt) præſes iubebit. S. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Populum.

QVoniam inter alias captiões præcipue cõmiſſoriæ pignorum legis creſcit aſperitas: placet infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat: hac ſanctione reſpiret, quæ cum præteritis præſentia quoq; repellit, & prohibet futura. creditores enim re amiſſa, iubemus recipere, quod dederunt. D. II. Kal. Febr. Serdicæ. Conſtantino A. VII. & Conſtantio Cæſ. COSS.

DE EXCEPTIONIBVS ET PRAESCRIPTIOnibus. Tit. XXXVI.

I. Imp. ANTONINVS. A. Claudio.

DEbitores quidem hæreditarij unicuiq; hæredũ pro portione hæreditaria antiqua lege obligati sunt. Sed si ijs hæredibus omnẽ pecuniam exsoluisti, quibus nomẽ patris tui testator in diuisione adscripserat: doli mali exceptione aduersus alios agentes tueri te potes. PP. X. Kal. August. Duobus & Aspris. COSS.

II. *Idem. A. Iulio.*

PRo portione tua, qua domum ad te pertinere dicis, si iudicatum non est, actionem dirigere potes. nam exceptio rei iudicatæ ei demum obstat, uel successoribus eius, inter quos cognitum super ea re & pronunciatum est. PP. XV. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

III. *Idem. A. Vitali.*

ADuersus fratrem tuum quondam tutorẽ legitimũ tutelæ iudicio si expertus non es: proposita actione cõsiste. nec timueris exceptionẽ pacti, si in ea fraudem dolumq; admissum probare potes. nam replicatio doli opposita bonæ fidei iudicium facit, & commentum fraudis repellit.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Iuliano & alijs.*

CVm nondum finitam sententia causam, sed dilatã allegatis: non est dubium, omnes integras defensiones esse. PP. II. Non. Octobr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Basilio.*

LIcet VNDE VI interdictum intra annum locum habet: tamen exceptione ei perpetua succurri, qui per uim expulsus post retinuit possessionem, authoritate iuris manifestatur. S. Kal. Maijs. Trallis. AA. COSS.

VI. *Iidem.* AA. & CC. *Helenæ.*

SI pactum interceßit in exceptione: sine temporis præfinitione de dolo replicare potes. S. Kal. Septembr. Viminatij. AA. COSS.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Menandro.*

SI ex maiore debiti quãtitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo præstitisti: petere, quod non probatur redditum, contra exceptionem placiti replicatione tuam adiuuans intentionem, minime prohiberis. S. II. Kal. Mart. CC. COSS.

VIII. *Iidem.* AA. & CC. *Aurelio.*

PRæscriptionem peremptoriam, quam ante contestari sufficit, omissam prius, quàm sententia feratur, obijcere quandocunq; licet. S. XV. Kal. Nouembr. CC. COSS.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Mutiano.*

SI quidem intentionem actoris probatione deficere cõfidis: nulla tibi defensio necessaria est. Si uero de hac confitendo, exceptione munitum te adseueres: de hac tantum conuenit agi. nam si etiam de intentione dubitas: habita exceptiouis contestatione, tunc demum, cum intentionem secundum adseuerationem suam petitor probauerit, huic esse locum monstrari conuenit. S. III. Non. Nouembr. Burtadizi. CC. COSS.

X. *Iidem.* AA. & CC. *Aquilinæ.*

NOn exceptionibus actores, ex quibus reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habent, muniunt. S. Kalend. Decembr. Nicomediæ. Cæsaribus COSS.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Neoni.*

DEfensiones siue exceptiones ad interceßores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.

XII. *Imp.* IVLIANVS. A. *ad Iulianum com. orientis.*

SI quis aduocatus inter exordia litis prætermißam dilatoriam præscriptionem postea uoluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseueret, atq; præpostere defensioni institerit: unius libræ auri condemnatione multetur. D. VII. Id. Mart. Antiochiæ. Iuliano A. III. & Sallustio COSS.

XIII. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Symmacho pcons. Africæ.*

PRæscriptiones fori in principio litis à litigatoribus opponendas esse, legum decreuit authoritas. D. V. Kal. Septembr. Rauennæ. Honorio X. & Theodosio VI. AA. COSS.

DE LITIGIOSIS. Tit. XXXVII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Paulinæ.* Cum

QVm creditor pignus uendit, non potest uideri litigiosæ rei emptio contrahi, & si debitor interdicat, ne uenditio perficiatur. PP. Kal. Maijs. Apro & Maximo COSS.

II. *Imp.* CONSTATINVS. A. *ad puinciales.*

LIte pendente actiões, quæ in iudicium deductæ sunt, uel res, pro quibus actor à reo detentis intendit, in cõiunctam personam uel extraneam donationibus, uel emptionibus, uel quibuslibet alijs contractibus minime transferri ab eodem actore liceat, tanq; si nihil factum sit, lite nihilominus peragenda. D. Kal. Mart. Basso & Ablabio COSS.

III. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Tatiano* P.P.

QVicunq; rem litigiosam, uel ambiguum chirographum, quodlibet deniq; mobile, siue im mobile fisco nostro, uel potentiori, seu alijs personis in testamento, siue in codicillo legauerit, fideiue cõmiserit, aut per hæreditatem reliquerit: nullam fiscus noster uel alia persona licẽ tiam habeat iurgiorum, nec iudicium subeat: sed æstimatio eius litis ineatur, præstanda ijs, quibus actiones uel res litigiosæ relictæ sunt: eandemq; litem ipsi hæredes peragant, suarum actionum periculo ea, quæ litigiosa fuerant relicta, uindicantes. Quod & de chirographis placet: ut hæredes relictorum fisco uel alijs personis præsentem pecuniam numerent, & iudicio eos, quos obnoxios existimant, persequãtur. D. XV. Kal. Iul. Thessalonicæ. Item rursus Cõstantinop. XIII. Kal. Ianuar. Gratiano V. Theodosio AA. COSS.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

CEnsemus, si quis lite pendente uel actiones uel res, quas possidet, ad alium quendam transtulerit, siue scientem, siue ignorantem: uicio litigiosi contractus subiacere: distinctione quadã inter cõtrahentes obseruanda, ut si quis sciens uel uenditiones, uel donationes, seu alios cõtractus accesserit: cognoscat se compellendum non tantum rem redhibere, sed etiam precio eius priuari: non ut lucro cedat ei, qui rem alienauerit, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, uel per aliam speciem contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, precium cum alia tertia parte recipiat. Iustum est etenim propter dolosam mentem & absconditam machinationem, cum non emptori manifestauerit rem in iudicium deductam fuisse, tertia parte præcij (sicut iam disposuimus) eum puniri. tali uidelicet pœna non solum in alijs contractibus, uerumetiam in donationibus porrigenda: ut uera æstimatione facta (cum precij donatio non est) rem ad alium trãsferens mulcetur: omnibus instrumentis, quæ super hoc conficiantur, nullam uim obtinentibus. Exceptis uidelicet huius sanctionis dispositione ijs, qui uel dotis nomine, uel ante nuptias donationis, uel transactionum, aut diuisionis rerum hæreditariarũ factæ, uel per legata, uel fideicõmissi causam tales res uel actiones dederint, uel acceperint. D. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post cõsulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA stipulatione. Tit. XXXVIII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Secundo.*

ICet epistolæ, quam libello inseruisti, additum non sit, esse stipulatum eum, cui cauebatur: tamen si res inter præsentes gesta est, credendum est, præcedentem stipulationem uocem spondentis secutam. Accepta. XVII. Kal. Maij. Seuero. III. & Victorino COSS.

II. *Idem.* AA. *Petronio.*

SI filiæ tuæ, quam in potestate habebas, pecuniam dari stipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. PP. Non. Nouembr. Faustino & Rufino COSS.

III. *Imp.* ANTONINVS. A. *Hadriano.*

SI cum tuam pecuniam crederes accommodato nomine Iuliani, stipulatio in personam eius absentis directa est: cum nihil sit actum ea uerborum conceptione: intelligis, superfuisse tibi rei contractæ obligationem. ac propterea si pecuniam à debitore tuo Iulianus exegit, eamq; solutionem ratam habuisti: habes aduersus eum negociorum gestorum actionem. PP. VI. Kal. Mart. Præsente & Extricato COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Sabinæ.*

SEcundum responsum Domitij Vlpiani præfecti annonæ iurisconsulti amici mei, ea, quæ stipulata est, cum moreretur, partem dimidiam dotis, cui uelit relinquere: reddi sibi, cum

moreretur,eam partem dotis,ſtipulata uidetur.PP.II.Kal. April. Alexandro A. COS.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Iſidoræ.

NVda pollicitatione ſecundum ea, quæ ſæpe conſtituta ſunt, ad præſtanda, quæ promiſerat,urgeri quenq̃,nõ ſemper iura permittunt. Verum quoniam præterea ſi contra pactũ fecerit,quanti ea res eſt, tibi dari ſtipulanti aduerſariũ tuum promiſiſſe proponas: huius etiam obligationis poſt motam litem exſtitiſſe conditionem,& eius ſummæ,quæ in hac quoq; ſtipulatione continet̃,petitioni locum factum eſſe conuenit. S. V. Kal. Decembr. AA. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Erotio.

SCire debuiſti,quæ ſub tranſactione dari placita ſunt,certi uel incerti ſtipulatione ſubſecuta, ſpeti poſſe. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

VII. Iidem. AA. & CC. Antonio.

NEq; tutoris,neq; curatoris abſentia quidq̃ ſtipulationi nocet:cum & fœminam minorẽ uigintiquinq; annis abſente curatore ſtipulari poſſe,non ambigatur.

VIII. Iidem AA. & CC. Poſidonio.

NOn moriturum præſtari ſeruum,impoſſibilis promiſſio eſt. poſt mortem autem eius ſtipulatus,recte ſolutionem poſtulat. S. XII. Kal. Mart. CC. COSS.

IX. Iidem AA. & CC. Capitoni.

SI quidem Zenoni ſtipulanti, mortis uel cruciatus corporis territus timore ſpopondiſti: aduerſus experientem exceptione propoſita defendi potes. Sin uero nihil tale probetur:accuſationis inſtituræ,uel futuræ prætextu,nõ ob turpem,ſed probabilem cauſam habita ſtipulatio ne,promiſſio non infirmatur. Sin aũt ob non inſtituendam accuſationem criminis pecunia promiſſa ſit:cum de huiuſmodi cauſis paciſci nõ liceat:petitio negatur. S. V. Id. Octobr. Varuariæ. Cæſaribus COSS.

X. Imp. LEO. A. Erythrio P.P.

OMnes ſtipulationes,etiam ſi non ſolennibus uel directis,ſed quibuſcunq; uerbis conſenſu contrahentium compoſitæ ſint,uel legibus cognitæ,ſuam habeant firmitatem. D. Kal. Ianuar. Conſtantinop. Martiano & Zenone COSS.

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ P.P.

SCrupuloſam inquiſitionem,utrum poſt mortem, an pridie,quàm moreretur, ſtipulatus ſit aliquis, uel in teſtamento legati uel fideicõmiſſi nomine aliquid dereliquerit,penitus amputantes:omnia,quæ uel quocunq; contractu ſtipulati uel pacti ſunt cõtrahentes,uel teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuit:etiam ſi poſt mortem,uel pridie,quàm moreretur,ſcripta eſſe noſcuntur: nihilominus pro tenore contractus uel teſtamenti ualere præcipimus. D. III. Id. Decembr. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. II. COS.

XII. Idem A. Mennæ P.P.

MAgnam legum ueterum obſcuritatem,quæ protrahendarum litium maximam occaſionem uſq; adhuc præbebat,amputantes: ſancimus,ut ſi quis certo tempore facturum ſe aliquid,uel daturum ſtipulatori,uel quæ ſtipulator uoluit,promiſerit,& adiecerit,quòd ſi ſtatuto tempore minime hæc perfecta fuerint,pœnam dabit: ſciat minime poſſe ad euitandam pœnam adijcere,quòd nullus eum admonuit,ſed etiam citra ullam admonitionẽ eidem pœnæ pro tenore ſtipulationis fiet obnoxius: cum ea, quæ promiſit ipſe in memoria ſua ſeruare, non ab alijs ſibi manifeſtari poſcere debeat. D. IX. Id. April. Conſtantinop. Decio V.C. COS.

XIII. Idem. A. Iuliano P.P.

VEteris iuris altercationes decidentes, generaliter ſancimus,omnem ſtipulationem, ſiue in dando,ſiue in faciendo,ſiue miſta in dando & faciendo inueniat̃:& ad hæredes,& cõtra hæredes tranſmitti,ſiue ſpecialis hæredum fiat mentio,ſiue non. Cur enim,quod in principalibus perſonis iuſtum eſt,non ad hæredes & aduerſus eos tranſmittatur? Et ſic exiſtimẽt huiuſmodi ſtipulationes,quaſi tantummodo in dando fuerint conceptæ:cum nihilominus & hæredes factũ poſſint adimplere:illa ſubtili & ſuperuacua ſcrupuloſitate exploſa,per quam putabãt, non eſſe poſſibile factũ ab alio compleri,quod alij impoſitũ eſt. Et quare cum penè ſimilis omnium hominum eſt natura:non & facta omnes uel plus,uel paulo minus adimplere poſſint:ne ex huiuſmodi ſubtilitate cadant hominum uoluntates? D. Kal. Auguſt. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. COSS.

XIIII. Idem. A. Ioanni P.P.

OPtimam quæſtionem, & frequenter in iudicijs uerſatam, ſatis humanũ eſt ſaltẽ in præſenti dirimere, ne diutius noſtram rem publicam moleſtare concedatur. In multis etenim

contra

contractibus,& maxime in fœneraticijs cautionibus,ſolitum eſt adſcribi,ſtipulationes per ceros ſeruos celebrari. Sed quidam indeuotione tenti,ex hoc materiam altercatiõis acceperunt: & alij quidem non eſſe ſeruum adhibitum contendebant,alij uero non eius ſeruum eſſe,ad quẽ pertinere ſcriptura proteſtabatur:& ſi non per ſeruum,ſed inter præſentes celebratam eſſe rem fuerat ſcriptum,& hoc iterum dubitabatur,debere oſtendi partes eſſe præſentes. Cum itaq; ſatis utile eſt in cõtractibus & ſeruos adhiberi,& præſentes eſſe perſonas adſcribi, forte propter perſonas dignitate excelſas, uel mulieres, quas naturalis pudor non in omnibus perperam eſſe manifeſtare concedit:ſancimus,tales ſcripturas omnifariam eſſe credendas:& ſiue adſcriptus fuerit ſeruus,& ad quandam perſonam dicitur pertinere,credi omnimodo & ſeruum adfuiſſe,& feciſſe ſtipulationem,& eam eſſe ſcripto domino adquiſitam:& non dubitari,ſi ſeruus ipſe præſtò fuerit,uel eius dominus,pro quo ſcriptus eſt feciſſe ſtipulationem.& ſi inter præſentes partes res acta eſſe dicitur:& hoc eſſe credendum: ſi tamen in eadem ciuitate utraq; perſona eodem die commanet,in qua huiuſmodi inſtrumentum ſcriptum eſt:niſi is, qui dicit ſeſe uel aduerſarium abeſſe, liquidis ac manifeſtiſſimis probationibus,& melius quidem ſi per ſcripturam,uel ſaltem per teſtes uudiq; idoneos & omni exceptiõe maiores,oſtenderit ſeſe uel aduerſarium ſuum eo die ciuitate abfuiſſe.ſed huiuſmodi ſcripturas propter utilitatem cõtrahentium eſſe credendas. D. Kal. Nouembr. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC.

XV. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SI quis ſponderet inſulam, cum moriebatur, ædificare: impoſſibilis ueteribus uidebatur huiuſmodi ſtipulatio.ſed nobis ſenſum contrahentium diſcutientibus, ueriſimile eſſe uidetur,hoc inter eos actum:ut incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem hæredibus eius,donec ad effectum perducatur.nemo enim ita ſtultus inuenitur, ut tali animo faceret ſtipulationem,ut putaret poſſe tantum ædificiũ in uno momento horæ extollere: uel eum,qui moritur,talem habere ſenſum,quòd ipſe ſufficiat ad huiuſmodi operis complementum. Sancimus itaq;,ſi quid tale euenerit,hæredes teneri:ut factum,quod mortis tempore facere promiſit,hoc hæredes eius adimpleãt,quaſi ſpeciali hæredis mentione habita,licet hoc minime fuerit expreſſum. Quemadmodum enim ſi in dando fuerit ſtipulatio,& contra hæredes tranſmittebatur:ita & ſi in faciendo eſt,licet in mortis tempore colligatur, attamen ad ſimilitudinem in dando conceptæ ſtipulationis & hæredes obligari:ut non diſcrepet factum à datione, ſed ſit lex noſtra per omnia ſibi conſentanea. quod & in legatis ſimili modo relictis obſeruari cenſemus. D. XV. Kal. Nouembr. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. Tit. XXXIX.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Paulino.*

EX ſtipulatione,in qua impubes ſine tutore authore ſpopondiſti, non es obligatus. PP. Kal. Iul. Romæ. Læto. II. & Cereali COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Menophilo.*

LIbera matrimonia eſſe antiquitus placuit.ideoq; pacta, ne liceret diuertere, non ualere:& ſtipulationes,quibus pœnæ irrogarentur ei,qui diuortium faceret,ratas non haberi conſtat. PP. III. Non. Febr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Iſidoræ.*

VT inter abſentes uerborum obligatio contrahi non poteſt:ita alteri,cuius iuri ſubiectus non eſt,aliquid dari uel reſtitui,niſi ſua interſit,nemo ſtipulari poteſt. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua,ſuperſtitis filij nomine dotis partem dimidiam à marito detineri, alteram uero partem nepoti tuo,uel ſi is in rebus humanis non eſſet,Iuliano reſtitui per pactũ conueniſſe proponas:præuentoq; morte nepote,etiam ſtipulationem ad Iulianum factam obabſentiam eius non ualuiſſe ſignifices:ac propterea ex perſona ac ſtipulatione tua,qua reſtitui cuncta iuxta pactorum tenorem prouideras,reddi tibi deſideres:ſuper ſtipulatu tuo adi præſidem prouinciæ,ut examinatis partium allegationibus,quantum conſtiterit intereſſe tua, iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano fuiſſe reſtitutam,ob incertæ actionis effectum condiudat condemnationem taxatæ quantitatis. PP. Idib. Decembr. Ipſis. IIII. & III. AA. COSS.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Domnæ.*

EX eo inſtrumento nullam uos habere actionem,quo contra bonos mores de ſucceſſione futura interpoſita fuit ſtipulatio,manifeſtum eſt:cum omnia, quæ contra bonos mores

uel in

uel in pacto, uel in stipulatione deducuntur, nullius mométi sint. PP. III. Kal. Maij. AA. COSS.

V. Iidem. AA. & CC. Aquilinæ.

DOlo uel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit: per doli tamẽ uel metus exceptionem submoueri petitio debet. S. XIII. Kal. Octobr. AA. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Septimio.

SI auia uestra sibi & Eustolio, quã mutuã dederat pecuniã, dari fuerit stipulata: nihil ei, cuius subiecta iuri non fuerat, quærere potuit. Sanè si ipse, quod ei solui placuerat, in stipulationẽ suo nomine deduxit: obligationem in eius etiam personam constitisse, non ambigitur.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROmittendi. Tit. XL.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Paulinæ.

SI duo pluresue rei cuiusdam traditione cõuentionem in solidũ inierint: cuicunq; eorum, quamdiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit. PP. III. Non. Decembr. Maximo. II. & Aquilino COSS.

II. Iidem AA. et CC. Diogeni.

CReditor prohiberi non potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo uelit. & ideo si probaueris te conuentum in solidum exsolnisse: rector prouinciæ iuuare te aduersus eum, cum qno communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. S. V. Kal. Mart. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. COSS.

III. Iidem. AA. et CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precibus, utrum ne in partem, an in solidum singuli uos obligaueritis, ac duo rei promittendi exstiteritis: cum siquidem ab intio unusquisq; pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit. si uero in solidum: electio rescripto adimi non debeat. S. Idib. April. Byzantij. AA. COSS.

IIII. Idem. AA. et CC. Andronico.

PRopter mutuam uni datam pecuniam alijs reis promittendi factis, ob nõ numeratam sibi pecuniam obligationem remitti desiderio postulantium iura refragãtur. S. V. Id. Febr. Sirmij. CC. COSS.

V. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P.P.

CVm quidam rei stipulandi certos habebãt reos promittendi, uel unus forte creditor duos uel plures debitores habebat, uel contra multi creditores unum debitorem, & alij ex reis promittendi ad certos creditores debitũ agnouerãt, uel per solutionẽ, uel per alios modos, quos in anterioribus sanctionibus interruptionis et inuenimus positos, & nos ampliauimus, uel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus deuotionem suam ostenderunt: uel cum plures essent creditores, debitor, qui solus existeret, ad unum ex ijs, uel quosdam ex ijs debitum agnouit: & quærebatur, si eis uel ei daretur licentia aduersus alios indeuotionem suam exercere, & quasi tempore emenso exactionem recusare, uel quibusdam ex debitoribus debitũ agnoscentibus, uel in iudicio pulsatis deberent & alij ab oñi cõtradictiõe repelli: nobis pietate suggerente uidetur esse humanum, semel in uno eodemq; contractu qualicunq; interruptione uel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad debitum persoluendũ: siue plures sint rei, siue unus, siue plures sint creditores, uel non amplius, q̃ unus. sancimusq; in omnibus casibus, quos noster sermo complexus est, aliorum deuotionem, uel agnitionem, uel ex libello admonitionem alijs debitoribus præiudicare, & alijs prodesse creditoribus. Sit itaq; generalis deuotio, & nemini liceat alienam indeuotionem sequi: cum ex una stirpe unoq; fonte unus effluxit contractus, uel debiti causa ex eadem actione apparuerit. Dat. Kal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

DE FIDEIVSSORIBVS ET MANDATORIBVS. Tit. XLI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Lysiæ.

ILysias adempta parte bonorum exsulare iussus est: nõ nisi pro parte bonorum, quam retinuit, creditoribus obligatus est. uerum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt: iure pristino conueniri possunt. PP. Idib. Octobr. Seuero. A. III. & Victorino COSS.

Iidem

II. *Iidem. AA. Plotio.*

CReditori, qui pro eodem debito pignora & fideiussorem accepit, licet (si malit) fideiussorē conuenire in eam pecuniam, in qua se obligauerit. quod cum facit, debet ius pignorum in eum transferre. sed cum in aliam quoq; causam eadem pignora uel hypothecas habet obligatas: non prius compellendus est transferre pignora, quàm omne debitum exsoluatur. D. v. Kal. Februarias. Apro II. & Maximo COSS.

III. *Idem. AA. Maximo.*

NOn recte procuratores nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te noluerunt ex bonis fideiussoris, quæ ad fiscū puenerunt, pecuniā repetentē, sed reū principalē cōuenire iusserunt: cum electionis potestas permittatur creditori. Sed cū te duos fideiussores accepisse proponas: si alter idoneus est: intelligis te diuisam quantitatē à procuratore petere debere, & aduersus alium fideiussorem eius experiri. Nam licet significes adiectum in obligatione, ut singuli in solidum tenerentur: tamen nihil hæc res mutat conditionē iuris & constitutionem. nam & cum hoc nō adiicitur, singuli tamen in solidum tenentur. sed ubi sunt omnes idonei: in portionem obligatio diuiditur. PP. XVII. Kal. Septembr. Antonino. A. III. & Geta. III. COSS.

IIII. *Imp.* ANTONINVS. A. *Rufæ.*

NOuatione legitime perfecta, debiti in alium translati, prioris contractus fideiussores uel mandatores liberatos, nō ambigitur: si modo in sequenti se non obligauerunt. PP. XV. Kal. Octobr. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

V. *Idem. A. Potamoni.*

IVre noſtro est potestas creditori, relicto reo, eligendi fideiussores: nisi inter contrahētes aliud placitum doceatur. PP. VI. Non. Maij. Messala & Sabino COSS.

VI. *Idem. A. Pollæ.*

SI pater tuus pro Cornelio, cū pecuniā mutuā acciperet, se non obligauit: frustra ex eo, quòd tabulas obligationis ut testis adsignauit, cōueniris. PP. XI. Kal. Iul. Messala & Sabino. COSS.

VII. *Idem A. Eroti.*

SI creditor conditioni mandato adscriptæ, cum pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis nō paruit: frustra te iudicio mandati conuenit: quando nō aliter te obligasse intelligaris, cū si pignoribus cōtraheretur obligatio. PP. Kal. Iul. Læto. II. & Cereali COSS.

VIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Longo.*

FIliusfamilias, qui pro patre (cuius in uenditione fundi) fideiussit, tenetur. PP. II. Id. Octobr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IX. *Idem A. Aristocrati.*

ETiam si de iure obligationis pignorum actum fuerit: fideiussoribus liberatio non contingit. PP. V. Kal. Decembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

X. *Idem. A. Vitali.*

SI fideiussor uel mādator in usuras quoq; obligatus est, iustam causam recusandi soluere eas non habet. Vt autem is, qui cum altero fideiussit, nō solus conueniatur, sed diuidatur actio inter eos, qui soluendo sunt: ante condemnationem ex ordine postulari solet. PP. *.

XI. *Idem A. Sallustio.*

CVm alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat: actio ei aduersus eum, qui unà fideiussit, nō competit. Potuisti sanè, cum fisco solueres, desiderare, ut ius pignoris, quod fiscus habuit, in te transferretur. & si hoc ita factum est: cessis actionibus uti poteris. quod & in priuatis debitis obseruandum est. PP. VII. Kal. Nouembr. Alexandro. A. III. & Dione COSS.

XII. *Idem. A. Theodoto.*

BLanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cum pro alio interuenires, ὅτι οὖν θέλεις, ποιήσω dixisti: cum & his uerbis obligationem uerborum contrahi, pridem receptum sit. PP VI. Kal. Septembr. Agricola & Clemente COSS.

XIII. *Pars ex epistola* GORDIANI. A. *ad Auxium.*

SI Abarsacoram latronem Lysanias decurio inuenturum se spopondisset: aut exhibere cōpellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorijs, uel ad præsidem prouinciæ.

XIIII. *Idem A. Saliuo.*

MAndati actio personalis est. quæ si nomine fideiussoris, uel aduersus debitorem, seu hæredes eius cōpetit: præses prouinciæ, quæ deberi cōpererit, reddi iubebit. pignora etem, quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demū ad uos transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est, uobisq; mandatæ sunt actiones. Quod si factum est: ea quoq; uobis persequen-

tibus,aduersus pignorum possessores extraordinariam iurisdictionem idem uir clarissimus im pertiet. PP.III.Non.Iul.Gordiano.A.& Auiola COSS.

XV. Idem.A. Claudiano.

SI indebitam pecuniã,quasi ex causa fideiussionis obstrictus,in cautionẽ per errorem deduxi sti:tam doli mali exceptione uti,ꝯ condicere,ut obligatio tibi acceptò feratur, potes.Non est autẽ dubium,fideiussorem rei promittendi,bonis ad fiscũ deuolutis: si idẽ fiscus ob debitũ restituẽdũ fuerit cõuentus,& soluerit:liberari.PP.V.Kal.Decẽbr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

XVI. Idem. A. Maximo.

LIberũ fuit,anteꝯ aduersus fideiussores lis cõtestaretur,unum eorũ eligere creditori:si mo do cæteros minus idoneos existimaret.at nunc post litis contestationẽ,petitionẽ diuisam redintegrari,iuris ratio non patitur.PP.II.Id.Iun.Gordiano.A.II.& Pompeiano COSS.

XVII. Idem. A.Brasidæ.

OMissis ꝙꝙ pignoribus fideiussorẽ à creditoribus utiliter cõueniri:nisi in id,ꝙd ex ijs refici nõ potuerit,acceptus sit: explorati iuris est.PP. VI.Id.Mart.Attico & Prætextato COSS.

XVIII. Imp.PHILIPPVS.A.Smyrnæ.

SI(ut proponis)fundum ob debitum obligatum non iusto precio uendidisti:residuam quan titatem,quam ex precio eiusdem seruare potuisses,refundi tibi à fideiussore non iure repo scis.PP.V.Kal.Aug.Peregrino & Aemyliano COSS.

XIX. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC. Sabino.

SI alienam,reo principaliter constituto,obligationem suscepisti,uel fideiussorio,siue manda torio,uel quocunq; alio nomine pro debitore intercessisti:non posse urgeri creditorem,eũ, qui mutuam accepit pecuniam,magis,ꝯ te,conuenire,scire debueras:cum si hoc initio contra ctus specialiter non placuit,habeat liberam electionem.S.II.Kal.Marj.AA.COSS.

XX. Idem.AA.et CC. Aureliano.

SEntentia bonorum omnium ademptionem cõtinente,rei damnati principalis intercesso res eligendi creditori potestas non adimitur.

XXI Idem AA.et CC.Iuliano.

SIcut eligendi fideiussores creditor habet potestatem:ita intercessorem postulantem cedi si bi hypothecæ siue pignori obligata,non prius ad solutionem,nisi mandata super hac re fue rit persecutio,conuenit urgeri.S.XI.Kal.Nouembr.AA.COSS.

XXII. Idem. AA.et CC.Hermiano.

SI ultra hoc,quod accepit ea,pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras,da turum te scripsisti:præses prouinciæ ex hoc,quod ultra mandatum tuum numeratum est,à te nihil exigi patietur.S.XII.Kal.Marj.CC.COSS.

XXIII. Idem AA.et CC. Amipatro.

REos principales,uel mandatores simpliciter acceptos eligere,uel pro parte conuenire,uel satis non faciente,contra quem egeras,primo:post illum ad alium reuerti(cum nullus de ijs electione liberetur)licet.S.Non.Decembr.Nicomediæ.CC.COSS.

XXIIII. Idem AA.et CC. Pergamio.

FIdeiussoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur.Sed si idem utriusq; succedat: in tercessionis obligatione finita,uelut principalis debitoris tantum hæres conueniri potest. S.XI.Kal.Ianuar.CC.COSS.

XXV. Idem AA.et CC. Philippo.

PIgnoribus datis à reo principali distractis:nec post longi temporis interuallum residuum à fideiussore creditor petere prohibetur.S.VI.Kal.Ianuar.CC.COSS.

XXVI. Imp.IVSTINIANVS.A.Iuliano P.P.

SAncimus,si quis pro alio spoponderit,quatẽnus eum intra certum tempus tradat,uel cer tam quantitatem pecuniarum pro eo inferat,& tempore statuto iam effluente non poterit eum repræsentare:nõ statim pecunias pro eo stipulatas inferre,sed competere quidẽ post tem pus elapsum omnimodo pœnalem actionem, non autẽ statim summa,pro qua fideiussor ad missus est,profligari.sed siquidẽ usq; ad sex mensiũ spacium tempus statutũ sit:aliud tantũ ei in dulgeri sancimus,intra quod,si possit personam exhibere, & eam tradere,pœna sit liberatus. Sin autem amplius,ꝯ sex mensium tempus ab initio constitutum est:tunc quantacunq; tem poris curricula data sunt,tamen post lapsum eorum semestres tantũ habere eum inducias, in tra quas sit ei licentia personã,& nõ pecunias reddere.Sin autẽ & secunda adiectio temporis ex cedat:tunc omnimodo pecuniariam pœnã persoluat. Sed siquidem post statutum ab initio

tempus

tempus completum maluerit reum, pro quo conuenitur, defendere: licere ei hoc facere, nisi pa
ſti tenor ad hoc reclamauerit, ſi forſitan ſine defenſione facienda pro eo fideiuſſit. Sed ſi defen
ſionem ſubierit: eam uſq; ad finem adimplere, nulla ei licentia concedenda in medio perſonam
tradere, & pecuniarum dationē effugere. Sin autem & ſecūdum tempus effluxerit: nullo mo
do ei licentia cōcedatur, nec ad defenſionis uenire præſidium, ſed omnimodo pœnam inferat:
niſi intra primū tempus, quod conſtitutum eſt, reus principalis ab hac luce fuerat ſubtractus.
tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberū eum cuſtodiri oportet. Quòd ſi ſecundo tempore
inſtante mortuus fuerit: nihilominus pœna iam cōmiſſa à fideiuſſore exigatur: omnibus, quæ
in fideiuſſores, quando tali pœnæ fuerint illigati, ſtatuimus, & in hæredes pro utilitate eorū ob
tinentibus. Dat. VI. Kal. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. COSS.

XXVII. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SI fideiuſſor nullam quidē cautionem faciat, oſtendens ſe fideiuſſorē exſtitiſſe, præſentibus
aūt tabularijs hoc confeſſus eſt, quòd in fide ſua eum ſuſceperit: dubitabatur à Palæſtina ad
uocatione, utrum ne poſt duos menſes liberetur, quaſi ſine ſcriptis fideiuſſione facta, ſecundum
generalia edicta ſublimiſſimæ prætorianæ ſedis: an, utpote ſcriptura interueniente, teneatur. &
diuiſio alia introducebatur: ſi idē iuris eſſe debeat, tam in publicis cauſis, q̄ in priuatis. San
cimus itaq; niſi confeſſio literis expoſita fuerit à fideiuſſoribus & ex repræſentatione perſona
rum: licet atteſtatio ſuper hoc proceſſerit: attamen adhuc ſine ſcriptis eſſe fideiuſſionem uideli
cet in cauſis priuatis exiſtimari, & duobus menſibus effluentibus ab huiuſmodi nexu fideiuſſo
res liberari: niſi in tempus certum data eſt fideiuſſio. tūc enim in tantum eam extendi, in quan
tum atteſtatio fuerit expreſſa. Sin autem publica cauſa interueniat: tunc omnimodo atteſta
tionem pro ſcriptura haberi. multis etenim priuilegijs propter publicas neceſſitates publico iu
ri præſtitis: non ab re eſt, & nos huiuſmodi prærogatiuam ei condonare. Dat. XII. Kal. Mart.
Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis, VV. CC.

XXVIII. *Idem A. Ioanni P. P.*

GEneraliter ſancimus, quemadmodum in mandatoribus ſtatutum eſt, ut conteſtatione cō
tra unum ex his facta, alter nō liberaretur: ita & in fideiuſſoribus obſeruari. inuenimus ete
nim in fideiuſſorum cautionibus plerunq; ex pacto huiuſmodi cauſæ eſſe proſpectum. Et ideo
generali lege ſancimus, nullo modo electione unius ex fideiuſſoribus, uel ipſius rei, alterum li
berari: uel ipſum reum, fideiuſſoribus, uel uno ex ijs electo, liberationem mereri, niſi ſatisfactū
ſit creditori: ſed manere ius integrum, donec in ſolidum ei pecuniæ pſoluantur, uel alio modo
ei ſatisfiat. Idemq; in duobus reis promittendi conſtituimus, ex unius rei electione præiudiciū
creditori aduerſus alium fieri nō concedentes: ſed remanere & ipſi creditori actiones integras,
& perſonales, & hypothecarias, donec per omnia ei ſatisfiat. Si enim pactis conuentis hoc fieri
conceditur, & in uſu quotidiano ſemper hæc uerſari aſpicimus: quare non ipſa legis authorita
te hoc permittatur, ut nec ſimplicitas ſuſcipientium contractus ex quacunq; cauſa poſſit ius cre
ditoris mutilare. D. XV. Kal. Nouembr. Conſtantinop. poſt conſulatū Lampad. & Oreſt. VV. CC.

DE NOVATIONIBVS ET DELEGATIONIBVS. Tit. XLII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Timotheo.*

DElegatio debiti, niſi conſentiente & ſtipulanti promittente debitore, iure perfici
non poteſt. nominis autem uenditio & ignorante uel inuito eo, aduerſus quem
actiones mandantur, cōtrahi ſolet. PP. V. Id. Febr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Firmino.*

EX contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur, ſi delegatione perſonæ
rite facta, iure nouationis uetuſtior cōtractus euanuit. PP. Kal. Septēb. Pio & Pontiano COSS.

III. *Idem. A. Mutiano.*

SI delegatio nō eſt interpoſita debitoris tui, ac ,pterea actiōes apud te remanſerūt: q̄uis cre
ditori tuo aduerſus eum ſolutionis cauſa mādaueras actiones: tamen anteq; litem conteſte
tur, uel aliquid ex debito accepit, uel debitori tuo denunciauit, exigere à debitore tuo debitam
quantitatem nō uetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quòd ſi de
legatione facta, iure nouationis tu liberatus es: fruſtra uereris, ne eò, quòd quaſi à cliente ſuo nō
faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per uerborum obligationem uoluntate no
uationis interpoſita, debito liberatus ſis. PP. V. Id. Iun. Gordiano. A. & Auiola COSS.

IIII. *Idem A. Stratonico.*

NOn abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum mandasses ei exactionem pecuniæ, quam hi tibi debebant, contra quos supplicas, parte accepta, de reliquo eos liberauit: cũ neq; contra uoluntatem tuam nouationem facere, neq; eo, quod non soluebatur, eos liberare potuerit. PP. Idib. Nouembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Septimiæ.*

SI pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine certã pecuniam stipulanti spopondit: licet per improbitatem Alexander ei satis nõ fecit: tamẽ summæ promissæ nimis improbe solutio negatur. S. II. Id. April. Sirmĩ. CC. COSS.

VI. *Idem.* AA. & CC. *Dertiparo.*

NEc creditoris creditori quisquam inuitus delegari potest. S. XII. Kal. Nouembr. Dorostoli. CC. COSS.

VII. *Idem.* AA. & CC. *Zoilo.*

SI soluere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit, uel debitum constituit: suo nomine conueniri potest. alioquin aduersus eum experiri pro chirographario debitore tuo frustra conaris. S. VII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

VIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *ad Senatum.*

NOuationum nocentia corrigentes uolumina, & ueteris iuris ambiguitates resecãtes, sancimus: si quis uel aliam personã adhibuerit, uel mutauerit, uel pignus acceperit, uel quantitatem augendam, uel minuendam esse crediderit, uel conditionẽ, seu tempus addiderit, seu detraxerit, uel cautionem minorem acceperit, uel aliquid fecit, ex quo ueteris iuris conditores introducebant nouationes: nihil penitus prioris cautelæ innouari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum illis accedere: nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, & secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, uoluntate esse solũ, nõ lege nouandũ, & si uerbis non exprimat, ut sine nouatione, quod solito uocabulo ἀνεπιτεύτως dicũt, causa, pcedat. hoc enim naturaliter inesse rebus uolumus, & nõ uerbis extrinsecus superuenire. D. XI. Kal. Aug. Constantinop. Lãpadio & Oreste. VV. CC. COSS.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS. Tit. XLIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Aristæneto.*

IN potestate eius est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutiõis exprimere, in quã causam reddat. Quod si debitor nõ fecit: cõuertit electio ad eũ, qui accepit. Si neuter uoluntatẽ suam expressit: prius in usuras id, quod soluit, deinde in sortẽ acceptò feret. PP. II. Non. Nouẽb. Duobus & Aspris COSS.

II. *Imp.* ALEXANDER. A. *Bassæ.*

LIberari fideiussores, quoties fiscus, tam creditori, q̃ debitori (licet diuersis rationibus) succedit, ius certum est. quod & in tua persona procuratores mei custodient. PP. Kal. Iul. Lupo & Maximo COSS.

III. *Imp.* GORDIANVS. A. *Apollonio.*

SI cum seruus liberam peculij administrationem haberet, mutuam ab eo pecuniam accepisti, eiq; ante ademptum peculi ũ, uel priusq; ademptum cognosceres, eam exsoluisti: ea solutione liberatus es. PP. V. Kal. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

IIII. *Idem* A. *Rufinæ.*

NIhil interest, utrũ creditori pecuniã mutuam solueris, an ex eius uoluntate seruo numeraueris. nec enim ex eo, quòd creditor in fatũ cõcessit, priusq; instrumẽta redderet, euacuatæ obligationis uires reparari queunt. PP. II. Id. Octobr. Pio & Pontiano COSS.

V. *Idem.* A. *Celso.*

NVlla tibi aduersus creditorem alienum actio supereſt eo, quod debitam ei quantitatẽ offerẽs ius obligationis in te transferri desideras, cum ab eo te nomen comparasse non suggeras: licet solutione ab alio facta nomine debitoris euanescere soleat obligatio. PP. XV. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

VI. *Idem* A. *Alexandro.*

SI inter patrem tuum, eosq;, quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio est facta, sed parte tantummodo recuperata, uniuersum se recepisse cauit, nec de superfluo eos, quos uerbis obligauit, per acceptilationem liberauit, nec donatiõs causa id factũ est: exuberantis debiti integra ei competit repetitio. PP. III. Id. Febr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

Imp.

VII. *Imp.* PHILIPPVS. A. & PHILIPP. *Cæs. Antiocho.*

Filius quantitatis, cuius petionem ratio compensationis excludit, usuram non posse reposci, manifestum est. PP. v. Kal. Aug. Peregrino & Aemyliano COSS.

VIII *Idem* A. & C. *Rufo.*

Vsuras, quæ quotānis in urbe numerandæ sunt, promittere alio loco deferri, nisi ex iusta causa, exempli ratio minime sinit. PP. v. Id. Maij. Philippo. A. & Titiano COSS.

IX. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Cassio.*

Obsignatione totius pecuniæ debitæ solenniter facta, liberationem contingere, manifestū est. sed ita demum debiti obsignatio liberationē parit, si eo loco solutio fuerit celebrata, quo debetur. PP. v. Id. Maij. Maximo. II. & Aquilino COSS.

X. *Iidem* AA. & CC. *Ambrosio.*

Successores eius, qui maior uigintiquinq; annis in solutum pro debito iure mancipia dedit, hæc reuocare non posse, constat. S. v. Id. April. Byzantij. AA. COSS.

XI. *Iidem* AA. *et* CC. *Capitolinæ.*

Cum maritum tuum à debitoribus tuis minoris uigintiquinq; annis constitutæ, ueluti ex causa tibi debiti aliquam accepisse quantitatem, nec tamen te cōsensum accommodasse significes: nullum tibi potuit præiudicium fieri, nisi factam solutionem post maiorem ætatem fateris. S. v. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XII. *Iidem.* AA. *et* CC *Eutychio.*

Inuito uel ignorante creditore qui alij soluit: non se liberat obligatione. quòd si hoc uel mandāte, uel ratum habente eo, fecerit: non minus liberationem consequitur, q̄m si eidem creditori soluisset. S. III. Id. Maij. CC. COSS.

XIII. *Iidem* AA. *et* CC. *Philotimo.*

Si obligatū ex causa mandati, non per stipulationē facta nouatione, post acceptilatione liberatus, sed tantum receptam ex eadem causa debitam quantitatē falsò scripsisti: figmento uel titatis exstingui nō potuit obligatio. S. VI. Kal. Iun. AA. COSS.

XIIII. *Iidem.* AA. *et* CC. *Cohortæ.*

Pecuniæ solutæ professio collata instrumēto maiorē rei gestæ probationem continet, q̄m si chirographū acceptæ mutuæ pecuniæ fuisset redditum. S. v. Id. Iul. AA. COSS.

XV. *Iidem* AA. *et* CC. *Quartino.*

Quod debitori tuo chirographum redditum contra uoluntatem tuam adseueras: nihil de iure tuo deminutum est. Quibuscunq; itaq; argumentis iure proditis hanc obligationē tibi probanti, cum pro huiusmodi facto liberationem minime consecutum, iudex ad solutionē iure debiti compellet. S. v. Kal. Septembr. AA. COSS.

XVI. *Iidem* AA. *et* CC. *Charidemo.*

Cum, à quo mutuam pecuniam sumpsisti, in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit.

XVII. *Iidem* AA. *et* CC. *Cassio.*

Manifesti iuris est, tam alio pro debitore soluente, q̄m rebus pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli comparatam obligationem: S. Kal. Decembr. Sirmij. AA. COSS.

XVIII. *Iidem.* AA. *et* CC. *Domitio.*

Inquisitio ueritatis tolli non potuit, quòd chirographa, quæ fecerat procurator tuus, recepta tibiq; restituta ab ipsius hærede proponas cum subscriptione procuratoris significante, quòd nihil creditoribus debeatur: cum nihil prohibeat, & creditoribus satisfactum, & non uestræ pecuniæ, sed ipsius, cui negocium gerendum mandaueras, processisse solutionem. S. Idib. Februarijs. CC. COSS.

XIX. *Iidem* AA. *et* CC. *Diogeni.*

Si factore tam mutuis dandis pecunijs, quām debitis recipiendis præposito, in hoc, quod susceperas, eiusdem dominæ per ipsum fecisti satis: instrumentum inane solutione celebrata nihil tibi nocere potest. aliter enim soluentes seruo de domini actione liberare se minime possunt. S. v. Id. Octobr. CC. COSS.

XX. *Iidem.* AA. *et* CC. *Eucrati.*

Si operas certi serui in debitū cōpensare placuit: his secundū fidē conuentionis præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor seruari debet. S. v. Kal. Nouembr. Hadrianop. CC. COSS.

XXI. *Iidem* AA. *et* CC. *Rufo.*

INtereſt multum,utrum'ne ſpe futuræ numerationis ſuſcepiſſe te,quod inſtrumento contie netur,ſcripſiſti:an accepta minore quãtitate tantum,quantum lectio probat,in ſcriptura cõ ferri placuit.Nam ſuperiore quidem caſu reſidui petitio debiti manet integra:poſteriore uero conſenſu tranſactionis finitis ſtari conuenit.S.III.Non.Decembr.CC.COSS.

XXII. Iidem AA.& CC.Grato.

INductum,id eſt cancellatum,nec'ne ſit chirographum ueſtrum,ſemel debiti ſolutionem fa ctam ei,qui exigendi poteſtatẽ habuit,probantiũ,nihil intereſt.S.V.Id.Decembr.CC.COSS.

XXIII. Iidem AA.& CC. Vacio.

SI literarum Auxenonis contemplatione,quas ad Ariſtonem de numeranda tibi pecunia de derat,te recepiſſe ſcripſiſti debitum ab Ariſtone:mandato nõ impleto(cũ petitio debiti ma net integra)nihil legitimã exactionẽ impedire poteſt.S.XV.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC.COSS.

XXIIII. Idem AA.& CC.Rufino.

CVm pro pecunia,quam acceperas,ſecundum placitum Euandro te fundum dediſſe pro fitearis:eius induſtriam uel euentum meliorem tibi,non ipſi prodeſſe, contrarium non poſtulaturus,ſi minoris diſtraxiſſet,non iuſte petis.S.VII.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC.COSS.

XXV. Iidem AA. & CC.Aureliano.

SOlutionem adſeueranti probationis onus incumbit.quo facto, chirographum condicere poteſ.S.III.Kal.Ianuar.Nicomediæ.CC.COSS.

DE ACCEPTILATIONIBVS. Tit XLIIII.

I. Imp.ANTONINVS.A.Apronio.

IAm tibi reſcripſi,poſſe apud iudicem quæri,an ſolennibus uerbis, tutoris autho ritate interueniente,ſoror tua acceptilatione debitorem ſuum liberauerit.Quare ſi in repetenda pecunia,quam exſoluit,diuerſa pars perſeueraverit:utéris defen ſionibus competentibus.PP.III.Id.Febr.Duobus & Aſpris COSS.

II. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.& CC.Claro.

SI donationis gratia nouatione facta,per acceptilationẽ præſtitiſti liberationem:omnis agen di uia perempta eſt.S.VI.Kal.Ianuar.AA.& COSS.

III. Iidem AA.& CC. Demetriæ.

PEr Aquilianam ſtipulationem pacto ſubditam,obligatione præcedente ſublata,& accepti latione,quæ fuerat inducta,perempta:ei,qui ex nulla cauſa reſtitui poteſt, omnis agendi uia præcluditur.S.V.Kal.Decembr.CC.COSS.

DE EVICTIONIBVS. Tit. XLV.

I. Impp.SEVERVS & ANTONINVS.AA. Munitio.

EMptor hæreditatis rem à poſſeſſoribus ſumptu ac periculo ſuo perſequi debet. euictio quoq; non præſtatur in ſingulis rebus,cum hæreditatem iure ueniſſe con ſtet:niſi aliud nominatim inter contrahentes conuenit.PP.VI.Kal.Mart.Seuero A.III.& Victorino COSS.

II. Iidem AA.Quartæ.

QVoniam auus tuus,cum prædia tibi donaret,de euictione eorum cauit:potes aduerſus co hæredes tuos ex cauſa ſtipulationis conſiſtere ob euictionem prædiorum, pro portione ſcilicet hæreditaria.Nudo autem pacto interueniente,minime donatorem teneri hac actione, certum eſt.PP.II.Kal.Mart.Antonino.A.II.& Geta.II.COSS.

III. Iidem AA.Aureliano.

QVi rem emit,& poſt poſſidet,cẽ diu euicta nõ eſt, auctorem ſuum propterea,quòd res ali ena uel obligata dicatur,cõueniri nõ poteſt.PP.VIII.Kal.Aug.Fauſtino & Rufino COSS.

IIII. Imp. ANTONINVS.A. Georgio.

SI prædium tibi pro ſoluto datum eſt,quod a'ijs creditoribus fuerat obligatum:cauſa pigno ris mutata non eſt.Igitur ſi hoc iure fuerit euictum:utilis actio tibi contra debitorem com petit.nam huiuſmodi contractus uicem uenditionis obtinet.PP.XI.Kal. Auguſt. Duobus & Aſpris COSS.

V. Idem.A.Patroniæ.

EX prædijs,quæ mercata es,ſi aliqua à uenditore obligata,& necdum tibi tradita ſunt:ex em pro actio

pto actione consequeris,ut ea à creditore liberent. Id etiã fiet,si aduersus uenditorẽ ex uendito actiõe preciũ petentẽ,doli exceptionẽ opposueris. PP. XV. Kal. Octob. Duobus & Aspris COSS.

VI. *Imp.* ALEXANDER. A. *Octauio.*

NOn dubitatur,& si specialiter uenditor euictionem non promiserit,re euicta ex empto cõ petere actionem. PP. VIII. Id. Mart. Alexandro. A. COS.

VII. *Idem. A. Hilariano.*

A Vctore laudato,si euicta res est:fideiussorẽ,etiamsi agi causam ignorauerit,cõueniri euictionis nomine posse,nõ ambigitur. PP. III. Non. April. Alexandro. A. COS.

VIII. *Idem. A. Clementino.*

EMptor fundi,nisi auctori aut hæredi eius denunciauerit:euicto prædio,neq; ex stipulatione,neq; ex dupla,neq; ex empto actionẽ cõtra ueditorẽ,uel fideiussores eius habet. Sed etsi iudicio emptor nõ adfuit,aut præsens per iniuriã iudicis uictus est,absente auctore uel fideiussore:regressum aduersus eum non habet. PP. VIII. Id. Decembr. Alexandro. A. COS.

IX. *Idem A. Terentio.*

SI controuersia tibi possessionis,quam bona fide te emisse allegas,ab aliquo mouetur:auctori hæredíue eius denuncia. & siquidem obtinueris:habebis,quod emisti. sin autem euictum erit:à uenditore successoreue eius consequéris,quanti tua intereſt. in quo cõtinetur etiam eorũ persecutio,quæ in rem emptã à te,ut melior fieret,erogata sunt. PP. XI. Kalend. Ianuar. Alexandro. A. COS.

X. *Idem A. Largo.*

SI fines agri uenditor demonstrauit,& legem dixit, intra eos neminem ingressurum: siquid inde euincatur:periculo fit auctoris. Quòd si finibus suis,quos demonstrauit,agrum uendidit:lis finalis ad uenditorem nõ pertinet. PP. VII. Kal. Decẽbr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

XI. *Idem A. Clementi.*

EXceptione doli recte eum submouebis,quem ab auctore tuo fideiussorem accepisti:si eius nomine cõtrouersiam refert, quasi per uxorem suam ante,q̃ tu emeres,cõparauerit: qui uenditioni adeo consensum dedit,ut se etiam pro euictione obligauit. PP. Non. Febr. Pompeiano & Peligno COSS.

XII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Philippo.*

SIue in libertatem euictus est seruus,quem mercatus es:siue cum cõparares,conuenit, ut si qua quæstio eius nomine relata esset,etsi necdum euictus esset,tu precium reciperes: præses prouinciæ,quod tibi præstandum animaduerterit,restitui iubebit. PP. VII. Id. Mart. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XIII. *Idem A. Zoilo.*

SI ob causam iudicati pignora capta sunt ex eius authoritate,cui præcipiendi ius fuit, ea q̃, de quibus complecteris,tu mercatus es:frustra ab ea,quæ condemnata est,uel quæ in eius locum successit,eorum refertur quæstio:quandoquidem etsi euictio eorum ab aliquo subsecuta fuisset,aduersus eos dari debuisse actionem,quibus precij solutio proficit,rectissime rescriptum est. PP. XVI. Kal. Iun. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XIIII. *Idem A. Scaudino.*

SIue possessio uenditoris fuit,filius eiusdem q̃ patris hæres frustra quæstionem mouet: siue non patris,sed filij eius possessio fuit,de qua iure hæreditario auctor laudari potest: controuersiam mouere non potest. PP. XIIII. Kal. Aug. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XV. *Imp.* PHILIPPVS. A. *Menandro.*

SI non iniuria iudicantis,sed iuris ratione superatus es:pignus ob euictionem acceptum solenniter persequi potes. D. Kal. *.

XVI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Alexandro & Diogeni.*

SVper empti agri quæstione disceptabit præses prouinciæ. & si portionem diuersæ partis esse cognouerit:impensas,quas ad meliorandam rem uos erogasse constiterit,habita fructuum ratione,restitui uobis iubebit. nam super precio euictæ portionis non eum,qui dominium euicerit,sed auctricem conueniri consequens est. PP. X. Kal. Iul. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XVII. *Iidem AA. Mutiano.*

SI cum quæstio tibi super eo,quem comparaueras,moueretur,auctorem tuum certum fecisti,nec citra iudicis disceptationem eum,quem emeras,tradidisti: præses prouinciæ in damnis,quæ tolerasse te meministi,medelam iuris adhibebit. PP. V. Id. Nouembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

Iidem

XVIII. Iidem.AA.et CC. Eutychio.

SI ſtatus ſuper homine tibi uenundato mota quæſtio eſt: ſolennibus, quæ iuris admittit ratio, interpoſitis: ſi ſecundum libertatem fuerit lata ſententia: poteris de euictione eius, ſi cõditionem neſciens comparaſti, ſine aliqua dubitatione auctorem uel eius fideiuſſores hæredesúe eorum conuenire. quòd ſi fuiſſe ſeruum ſententia declarauerit: intelligis ad uenditorem te reuerti non poſſe.

XIX. Iidem AA.et CC. Theodoro.

SI obligata prædia uenũdediſti, & longi temporis præſcriptione ſolita emptores ſe tueri poſſunt: euictionis periculum timere non potes. S. II. Kal. Maij. AA. COSS.

XX. Iidem AA.et CC. Solidio et alijs.

SI parentes ueſtri mancipia uenũdederunt, quæſtioq; dominij mota eſt emptoribus: adeſſe, ac defendere cauſam nõ prohibemini. Quod ſi eis etiam euicta ſunt: inſtauratio litis experſona ueſtra, ſi appellationem non interpoſuiſtis, contra ius deſideratur. Empti ſanè iudicio pro euictione ſi conueniri cœperitis, nec uobis, ut defenderetis, denunciatum probetur: intelligitis, quãtenus uoſmetipſos tueri debeatis. S. VI. Kal. Iul. AA. COSS.

XXI Iidem AA.et CC. Heliodoro.

EMpti actio longi temporis præſcriptione non ſubmouetur, licet poſt multa ſpacia rem euictam emptori fuerit cõprobatum. Si itaq; is, quem te comparaſſe commemoras, nunc in libertatem proclamet: interpellare uenditorem ſiue ſucceſſorem eius debes, ut tibi adſiſtant, cauſamq; inſtruant. quem ſi liberum eſſe, uel ſeruum non eſſe, pronunciatum, nec te conuentione remiſiſſe periculum euictionis fuerit comprobatum: præſes prouinciæ (ſi res integra eſt) quanti tua intereſt, reſtitui tibi prouidebit. S. XI. Kal. Aug. Serdicæ. AA. COSS.

XXII. Iidem. AA.et CC. Iulio.

CVm tibi liberum uenundatum ab auctore fundum proponas: ſi ex antecedente obligatione, quod debebatur, iure ſoluiſti: ſtipulationem, quam ſubiectam emptioni de indemnitate pponis, ipſius cõceptio cõmiſſam manifeſte declarat. S. VII. Kal. Septẽb. Viminatij. AA. COSS.

XXIII. Iidem AA.et CC. Euſtochiæ.

CVm ſucceſſores etiam uenditoris pro euictione teneri poſſint: ſi uelut obligata ſibi reſpublica Theſſalonicenſium pignoris inſtituat iure perſequi, quæ comparaſti: auctoris hæredibus quocunq; gradu conſtitutis adſiſtere negocio denuncia. Quod ſiue præſentibus ijs fundus, quem emiſti, fuerit euictus, ſiue abſentibus poſtea: quanti tua intereſt rem euictam non eſſe, teneri, non quantum precij nomine dediſti (ſi aliud non placuit) publice notum eſt. S. II. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XXIIII. Idem AA.et CC. Eutychio.

SI poſt perfectam uenditionem ante precium numeratũ rei uenundatæ mota fuerit quæſtio, uel mãcipia uendita proclamauerint in libertatẽ: cum in ipſo limine cõtractus immineat euictio: emptorem, ſi ſatis ei non offeratur, ad totius, uel reſidui precij ſolutionem non compelli, iuris authoritate monſtratur. Vnde cum parte precij numerata, domus, quam emiſti, tibi ue lut pignoris iure obligatæ, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi, quæ ex emptione ueniunt, præſtari prouidebit. S. VI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XXV. Iidem AA.et CC. Saturninæ.

SI tibi liberam Saturninus conditionem eius ignorans diſtraxit, ac nunc defendit eam in libertatem: hac libera pronunciata, uenditorem uel ex ſtipulatione duplæ, quantum in hanc deductum eſt, uel empti actione, quanti tua intereſt, conuenire potes. S. Idib. Febr. AA. COSS.

XXVI. Iidem AA.et CC. Neoni.

SI quis tibi ſeruum uendidit: poſtq; is rebus humanis exemptus eſt (cum euictionis periculũ finitum ſit) à te conueniri non poteſt. S. II. Kal. April. Sirmij. CC. COSS.

XXVII. Iidem AA.et CC. Theophilo.

SI fundum ſciens alienum uel obligatum comparauit Athenocles, nec quidq; de euictione conuenit: quod eo nomine dedit, contra iuris poſcit rationem. nam ſi ignorans: deſiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi refragatur. S. XV. Kal. Octobr. CC. COSS.

XXVIII. Iidem AA.et CC. Maximiano & alijs.

EMptori etiam uenditoris iura prodeſſe non ambigitur. ſi igitur uobis propter rei proprietatem mota fuerit quæſtio: tam propriſs, q; uenditoris defenſionibus uti poteritis. S. III. Non. Octobr. * Scuppis. CC. COSS.

XXIX. Iidem. AA. & CC. Rhæſo.

Si per

SI permutationis gratia prædia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: iis, quæ in eorum uicem accepit, posteaq; ad defensionem fuerit denunciatum, uel cum eorum non haberet facultatem, euictis: quanti interest, eos conueniri posse, rationis est. S. Idib. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XXX. *Iidem AA. & CC. Hastio.*

NOn ex eo, quòd duplum, qui à matre tua mancipium comparauit, euictionis nomine stipulatus est, alienæ rei scientia conuincitur: nec opinio eius ex hoc læditur, ut malæfidei emptor existimetur. aliis itaq; hoc indicijs probare debes. S. Idib. Decembr. AA. COSS.

XXXI *Iidem AA. & CC. Agathoni.*

HAeredem fideiussoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem interceſſerat pro uenditore, factum eius, cui successit, ex sua persona dominium uindicare non impedit: scilicet euictionis causa durante actione. S. XVIII. Kal. Ianuar. CC. COSS.

CREDITOREM EVICTIONEM NON DEBERE. Tit. XLVI.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Publicio.*

CVm iure creditoris propter fisci debita prædium obligatum procurator meus uenum dedit, euictio nō debetur: quia & priuatus creditor eodem iure utitur: nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit creditore. Si tamen fiscus in ius alterius creditoris successit: emptori non iusta nomine fisci mouetur controuersia: siue quia potior fuerat, quando uendebat: siue quia infirmior, qm̄ hoc utiq; præstare debet, qui pignoris iure uendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. PP. XV. Kal. Nouembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Sabinæ.*

SI à creditrice iure pignoris fundos pater tuus comparauerat: euictis prædijs, ita demum petitionem aduersus creditricem habere potes, si uel cum uendidit, de euictione rei promisit: uel etiam dolo, cum sciret, prudens'q; esset, rem sine uicio non esse, eam patri tuo, cui successisti, uenundedit. nam sicuti genus eiusmodi cōtractus insciū creditorē uinculo euictionis nō adstringit: ita eum, qui fraudem admisit, uel decepit, non excusat. PP. VII. Id. April. Sabino. II. & Venusto COSS.

DE PATRIA POTESTATE. Tit. XLVII.

I. *Imp.* ANTONINVS *&* VERVS. AA. *Titio.*

SI filium tuum in potestate tua dicis esse: prouinciæ præses æstimabit, an te audire debeat, cū diu passus sis, ut patrisfamilias rem eius agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt. PP. sine die & consule.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Maroniæ.*

EIus, quod in potestate patris agens habuisti, dominium ad patrem tuum pertinuit extra ea, quæ non adquiruntur. PP. XVI. Kal. Mart. Læto. II. & Cereali COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Artemidoro.*

SI filius tuus in potestate tua est: res adquisitas tibi alienare non potuit. quem si pietatem patri debitam non agnoscit: castigare iure patriæ potestatis non prohiberis: acriore remedio usurus, si in pari contumacia perseuerauerit, eum'q; præsidi prouinciæ oblaturus, dicturo sentētiam, quam tu quoq; dici uolueris. PP. VI. Id. Decembr. Albino & Maximo COSS.

IIII. *Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Calæ.*

COngruentius quidem uidetur intra domum inter te ac filios tuos, si quæ cōtrouersiæ oriunt, terminari. sed si ita res fuerit, ut pro iniurijs eorū ad ius experiundum & ad uindictā processeris: aditus præses prouinciæ super disceptationibus quidem pecuniarijs consuetum exerceri iubebit ordinem iuris. reuerentiam autem debitam exhibere matri filios coget & si pro uestam ad inclementiores iniurias improbitatem depræhenderit: læsam pietatem seuerius uindicabit. PP. XV. Kal. Iun. Aemyliano & Basso COSS.

V. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Donato.*

FIlia tua non solum reuerentiam, sed etiam subsidium uitæ ut exhibeat tibi, rectoris prouinciæ authoritate compelletur. PP. Kal. Martijs. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. COSS.

VI. *Iidem AA. Hermogeni.*

ABdicatio,quæ græco more ad alienandos liberos usurpabat, & ἀποκήρυξις dicebatur,Romanis legibus nō cōprobat. PP.XVII. Kal. Decēbr. Maximiano.A.II. & Ianuario COSS.

VII. Iidem AA.& CC.Duplianæ.

SI maritus tuus,licet militans,in patria potestate constitutus,filiū legitimis suscepit nuptijs: Seum in potestate aui perseueraſſe,non ambigitur.S.II.Non.April.CC. COSS.

VIII. Iidem. AA. & CC. Aemylianæ.

LIbertos exemplo ingenuorum filios suos post libertatem ex legitimis nuptijs natos in potestate habere,non est prohibitum.S.XVI.Kal.Maij.Sirmij.CC. COSS.

IX. Iidem AA.& CC.Nicænagoræ.

NEc filium negare cuiqꝫ esse liberum,senatusconsulta de partu agnoscendo,ac denuncianta pœna,item præiudiciū edicto perpetuo propositū,& remedium alimentorū apud præsidē maiori trimo petendi monstratū iure,manifeste declarat.S.V.Kal.Maij.Sirmij.CC. COSS.

X. Imp.CONSTANTINVS.A.ad Maximum.P.V.

LIbertati à maioribus tantum impensum est,ut patribus,quibus ius uitæ in liberos necisqꝫ potestas olim erat permissa,eripere libertatem non liceret. D.XV.Kal.Iun. Thessalonicæ. Seuero & Rufino COSS.

DE ADOPTIONIBVS. Tit. XLVIII.

I. Imp. GORDIANVS. A.Martiæ.

HI,qui in aliena potestate sunt,iuxta ius ciuile non nisi apud eum,apud quem plena legis actio est,adoptari possunt.PP.Kal.Iun.Gordiano.A.& Auiola COSS.

II. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Timotheo.

IMpuberem,quem ad uicem naturalis sobolis adrogare desideras,si hi,qui sanguinis necessitudine iunguntur,id ei expedire apud præsidem prouinciæ confirmauerint,filium habebis:ita,ut bonorum tuorū quarta pars,tam in postremo iudicio tuo,qꝫ si à te emancipatus fuerit,ei præbeatur:& super patrimonio eius idoneis fideiussoribus datis,seruo publico caueatur,ne sub copulandæ adoptionis obtentu in facultates eius,quæ ei diligenti prouisione seruandæ sunt,irruas. Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta,perinde ualet apud prætorem uel præsidem intimata,ac si per populum iure antiquo facta esset. PP.V.Id.Mart.Maximo.II.& Aquilino COSS.

III. Iidem AA. Martiano.

CVm eum,quem adrogaueris,libertum tuum esse profitearis,nec ullam idoneam causam precibus indideris,id est,quòd non liberos habeas:intelligis iuris authoritatem desiderio tuo refragari.PP.XVI.Kal.Iul.Maximo.II. & Aquilino COSS.

IIII. Idem. AA.& CC.Proculiano.

ADoptio non tabulis,licet per tabellionem cōficiendis,sed solenni iuris ordine apud præsidem solet copulari.PP.Kal.Septembr.Ipsis.AA.IV.&.III.AA. COSS.

V. Iidem AA.& CC.Syræ.

MVlierem quidem,quæ nec suos filios habet in potestate,adrogare nō posse,certum est. uerum,quoniā in solatiū amissorum tuorū filiorū cupis priuignum tuum uicem legitimæ sobolis obtinere:adnuimus uotis tuis secundum ea,quæ adnotauimus:& eū perinde,atqꝫ ex te progenitum,ad fidem naturalis legitimiqꝫ filij habere permittimus. PP.III.Non. Decembr.Triballis.Tyberiano & Dione COSS.

VI. Iidem AA.& CC. Meliano.

ADrogationes eorum,qui sui iuris sunt,nec in regia urbe,nec in prouinciꝫs, nisi ex rescripto principali,fieri possunt. PP. VI.Non.April.Byzantij.CC. COSS.

VII. Iidem AA.& CC.Attico.

IN adoptionem quidem alienæ ciuitatis ciui recte dato additur,non mutatur patria: ac propterea ius originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis.S.XI.Kal.Febr.Sirmij.CC. COSS.

VIII. Iidem. AA.et CC.Marino.

ADoptatum(licet ex beneficio nostro)emancipatione solenni separare à familia sua pater adoptiuus minime prohibetur.

IX. Iidem AA.et CC.Isioni.

IN adoptionē patre,in cuius est potestate,filiā dante,matris patronus adoptare non phibet. nam

nã sui iuris adrogatio fœminæ, nisi ex nostro rescripto, nunc̃ procedit. S. v. Id. Febr. CC. COSS.

X. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P. P.

CVm in adoptiuis, qui filijfamiliarum constituti, à patribus naturalibus alijs dantur, antiquæ sapiẽtiæ incidit quædam dubitatio, si oporteret talem filiũ, qui præteritus à naturali patre fuerat, habere contra eius testamentum de inofficioso actionem: quam Papinianus quidem negat, Paulus autem sine effectu derelinquit, Martianus uero distinguit, ne ex hac causa utriusc̃ patris perderet successionem, naturalis quidem uoluntate eius circumuentus, adoptiui propter egestatem, quam forte habebat: & iterum aliud uicium erat exortum (si enim post patris naturalis obitum pater adoptiuus per emancipationis modũ iura adoptionis dissoluisset: nulla spes ei remanebat, nec̃ contra patris naturalis uoluntatem, quia mortis eius tempore in aliena fuerat familia constitutus: nec contra adoptiuum patrem, quia per emancipationem familiæ eius exemptus est:) ideoc̃ talem dubitationem & tale uicium decidentes, sancimus, per adoptionem quidem ad extraneam personam factam iura naturalis patris minime dissolui, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Cum enim tanta fragilitas est adoptionis, ut possit in ipso die & filius fieri, & extraneus per emancipationem inueniri: quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata, ludibrio defraudari: cum in hoc casu & contradicendi filio ex iure ueteri detur licentia, & inuitus transire ad aliam familiam non cogatur? Omnia igitur (secundum quod iam diximus, cum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur) maneant integra iura, siue ad inofficiosi querelam, siue ad alias omnes successiones, siue ab intestato, siue ex testamento, quæ liberis deferuntur, ut & ipse possit prodesse patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si uero pater naturalis auo materno filij sui, uel si ipse fuerit emancipatus, etiam auo paterno, uel proauo simili modo paterno uel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in unam personam concurrunt & naturalia & adoptionis iura, maneat ius stabile patris adoptiui, & naturali uinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constrictum: & ad eum solum respiciat filius, cui eum & natura aggregauit, & lex per adoptionem adsignauit: & Papiniani sententia in hac specie procedat, & ad eum tantũmodo filius adoptiuus spem totã extendat, & non patris naturalis successio nem molestare concedatur, sed auita & proauita tantumodo reuerentia protegetur: eic̃ adquirat, quæ possunt adquiri & prodesse: & is ei solus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non reliquit. Nec̃ enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu inuenimus, ubi nullius circumuẽtionis suspicio potest sibi aliquam uindicare licentiam, auita & proauita affectione hæc omnia resecante: sed hæc manere integra, nisi auus & proauus emancipatũ fecerint filiũ adoptiuum. tunc enim necesse est iterum ad naturalem patrem eum reuerti: cum emancipationis interuẽtu adoptio in quacũc̃ persona facta soluitur. Sed ne articulum adoptionis & in extraneam personam factæ sine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptiuo patri, id est extraneo (si uoluerit) nihil ei testamento suo relinquere: sed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis sit, nõ legitimo uinculo adstrictũ. Cũ em̃ per omnia naturæ suæ filium aggregarimus: manifestissimum est, quod & adquisitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias peruenerint secundum leges nostras, non adoptiuo extraneo patri, sed naturali usc̃ ad modum ususfructus perueniunt: & remaneant in sacris patris naturalis, quasi imaginaria quadam & noua affectione adquisita, non pristinæ cognationis deminutione introducta. Sed siquidem remaneat in tali adoptione, nulla interueniente emãcipatione: in hoc tantũmodo ei prodesse uolumus adoptionẽ, ut non successione ab intestato patris extranei adoptiui defrudetur, sed habeat accessionem fortunæ ex patris naturalis sibi uolũtate adquisitam. nec̃ enim ex uetere iure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissoluebatur, sed accedebant iura adoptiua, certis relicts ex iure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptiuæ, is naturalis fuerat cognatus. Quis enim materna iura possit abolere, cum uidebatur & ex antiquo iure patrẽ quidem habere adoptiuum, matrem autem eam, quam natura cognoscit? Et ideo sancimus, etsi habeat huiusmodi filius integra iura naturæ: attamẽ si intestatus pater extraneus adoptiuus decesserit, habere eum sui hæredis ius ad eius tantũmodo successionem: ut non etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptiui habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam inueniatur. Sin autem per emancipationem iura adoptiua fuerint dissoluta: tunc nullus ei penitus ad adoptiuum extraneum patrem regressus, & si moriatur intestatus, relinquatur: sed maneat tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanc̃ nõ fuisset ab initio in adoptionem trãslatus. Quæ aũt de alijs adoptiuis diximus, hæc sancimus etiam de ijs, qui ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo

traneo fuerant adoptati: nulla penitus differentia inter alios adoptiuos & eos introducenda.

Quæ in filio diximus in adoptionem à patre dato, hæc & in filia, & in nepote, & nepte, & deinceps personis utriusq; sexus in sacris constitutis extendimus: si tamen tempore mortis aui sui parentes eos uel eas non antecedant. si enim patres eos antecedant, ubi nec imponitur necessitas auo aliquid nepoti uel nepti relinquere: maneant omnia iura adoptiua ei intacta. Hæc autem omnis sanctio de filio uel filia, de nepote uel nepte, & deinceps personis in sacris constitutis introducta est, ubi dubitabatur, quid statuẽdum esset, quasi duobus ei patribus positis, uno natura, & altero ex lege. Vbi autem homo sui iuris constitutus per adrogationem ex augusta liberalitate se dederit in adoptionem: tunc omnia iura patris adoptiui habeat intacta. cum enim nullum inter patres inducitur discrimen: sit suus hæres adoptiuus patri adrogatori, & familiæ eius aggregetur: & omnia, quæ ad filium adrogatum ueteres legumlatores induxerunt, intacta illibataq; in eorum personis obseruentur. D. Kal. Septembr. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

XI. *Idem A. Iuliano P. P.*

VEteres circuitus in adoptionibus, quæ per tres emãcipationes & duas manumissiones in filijs, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri solebãt, corrigentes, siue tollentes: censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine uetere obseruatione emancipationum & manumissionum hoc ipsum, interuenientibus actis, apud competentem iudicem manifestare: præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec nõ eo, qui adoptat. D. V. Kal. Nouẽb. Cõstantinop. Lampad. & Oreste. VV. CC. COSS.

DE EMANCIPATIONIBVS LIBERORVM. Tit. XLIX.

I. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Herennio.*

SI lex municipij, in quo te pater emancipauit, potestatẽ duumuiris dedit, ut etiã alienigenæ liberos suos emancipare possint: id, quod à patre factum est, suam obtinet firmitatem. PP. III. Non. Decembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

II. *Idem AA. & CC. Gennadiæ.*

IN emancipationibus liberorũ, necnon in donationibus, non tam scriptura, quã ueritas considerari solet. PP. V. Id. Mart. Tyberiano & Dione COSS.

III. *Idem AA. & CC. Eliodoro.*

NOn nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni, uel casu liberantur: nec causæ, quibus motus pater emancipauit filiũ, sed actus solennitas quæritur. PP. * AA. COSS.

IIII. *Idem AA. & CC. Colonæ.*

NEc auus neptem suam liberare potestate cogitur, nec in cuiusq; iniuriã beneficia tribuere, moris est nostri. D. Idib. Octobr.

V. *Imp. ANASTASIVS. A. Constantino P. P.*

IVbemus licere parentibus, id est, patri, auo paterno, seu proauo, cæterisq; ulterius per masculini sexus personas continua generis serie coniunctis: si liberos, quos habent in potestate propria, id est filium, uel filiam, nepotem, neptemúe ex filio, pronepotẽ seu proneptem, cæterosq; itidem per masculini sexus personas continua generis linea sibi coniunctos: per emancipationem, uel absentes & peregre degentes, uel in ijsdem locis seu regionibus uel ciuitatibus commorantes, in iudicio uero non præsentes, iuris sui constituere maluerint: supplicationibus porrectis mereri super hoc diuinum oraculũ, hocq; apud competẽtem iudicẽ, ad cuius iurisdictionem actus emancipationis pertinet, insinuare, superq; precibus à semet oblatis apud eum deponere: ut hoc subsecuto, & authoritate præcedente principali, pleniſſimum robur emancipationis sortiatur, & personæ, in quas talis liberalitas collata sit, de aliena potestate quasi à parentibus emancipatione manumissæ liberentur. si tamen ipsæ nihilominus sub gestorum rectificatione, uel apud eundem iudicem, uel apud alium quemlibet, proposito parentum suam etiam uoluntatem consonare, uel ante preces oblatas & sacros apices promulgatos, uel postea deposuerint. nisi infantes sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur. D. XI. Kal. Aug. Constantinop. Probo & Auieno Inn. COSS.

VI. *Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni P. P.*

CVm inspeximus in emancipationibus uanam obseruationem custodiri, & uenditiones inliberas personas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniuriosa rhapismata, quorum nullus rationabilis inuenitur exitus: iubemus, huiusmodi circuitu in posterum quiescen-

re, ita

te,licentiam esse ei,qui emancipare uult,uel ex lege Anastasiana hoc facere,uel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal,uel eos adire magistratus, quibus hoc facere uel legibus uel ex longa cõsuetudine permissum est:& filios suos,uel filias,nepotes,uel neptes, uel deinceps progeniem in potestate sua cõstitutam à sua manu dimittere,& legitima iura omnimodo habere,etsi non specialiter hæc sibi seruauerit:& peculium donare,uel alias res liberalitatis titulo in eos transferre & eas res,quæ adquiri indignantur,per usumfructum secundum nostræ constitutionis modum detinere,& omnia facere,uana tantummodo(secundum quod iam dictum est)obseruatione sublata. D. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE INGRATIS LIBERIS. Tit. L.

I. *Imppp.* VALENT. *&* VALENS. *&* GRATIAN. *ad Prætextatũ* P. V.

Ilios & filias cæteros'q; liberos contumaces,qui parentes uel acerbitate conuicij, uel cuiuscunq; atrocis iniuriæ dolore pulsassent,leges emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multare uoluerunt. D. XII. Kal. Septembr. Mediolani. Lupicino & Iouiano COSS.

DE POSTLIMINIO ET REDEMPTIS AB HOstibus. Tit. LI.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Quinio.*

X duobus captiuis Sarmatina nata,patris originem ita secuta uidetur, si ambo parentes in ciuitatem nostram redijssent. quanq; enim iure proprio postliminiũ habere non possit,quæ capta non est:tamen parentum restitutio reddet patri filiam. qui cum ab hostibus interfectus sit:matris duntaxat cõditionem, quæ secum apud hostes defuncto constituit hæredes,ad eam,quæ illic susceptа est,non pertinet: cũ eo tempore,quo captus est,diem suum pater obijsse existimetur. PP. sine die & consule.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Publiciano.*

AB hostibus redempti,quoad exsoluatur precium,magis in causam pignoris constituti, q̃ in seruilem conditionem uidentur esse detrusi. Et ideo si numi eo nomine expensi donatio intercedat:pristinæ conditioni eos reddi manifestum est. proinde si ab hostibus redemptam post dissolutum ueluti naturalis pignoris uinculum in matrimoniũ habere cœpisti:nihil est,quod de statu eius,seu liberorum communium, debeas pertimescere. PP. II. Id. Iun. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Varo.*

CVm cognatos tuos nondum postliminio reuersos adfirmes,sed adhuc in rebus esse humanis,& eorum bona fraudibus diuersæ partis dissipari:interpellatus rector prouinciæ, prouidebit eum sub obseruatione constituere,qui stipulante seruo publico satis idonee dederit. PP. V. Kal. Septembr. Diocletiano. III. & Maximiano COSS.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Hermogeni & alijs.*

NEc nos præterijt,hæreditatem eius,quam incognitũ erat ab hostibus interfectam ,an captam esse,à filio adiri non potuisse:quando eorum bona,qui in hostium potestatem redigũtur, eo demum tempore successionis iure adquiri possint, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur:nec super facultatibus eius,cuius incerta uita ac fortuna fuit, transigi uel iudicari potuit. Vnde posteaq; apud hostes materteram uestram fati munus implesse innotuit:tunc uobis licentia permittitur agnoscendæ per bonorum possessionem successionis. non officientibus enim,quæ perperam gesta sunt:si priorem gradum obtinetis: successionis compendium ad uos pertinet. PP. V. Kal. Iun. Ipsis. AA. IIII. & III. COSS.

V. *Iidem* AA. *&* CC. *Vrsæ.*

CVm non redemptum ab hostibus filium tuum,sed sine ullo contractu traditum à Barbaris præfecto legionis dicas:postliminij ius locum habuit,& ilico ingenuitati suæ reddi eũ præses prouinciæ iubebit. PP. XVI. Kal. Iun. Ipsis. AA. IIII. & III. COSS.

VI. *Iidem* AA. *et* CC. *Iusto.*

CVm & postliminij ius,& cõmunis utilitatis ratio exigat,ut si qui captos ab hostibus redemerint,accepto precio redemptos suæ ingenuitati restituant,proponas'q; redemptorem

noluisse oblatum precium à te, uel ab alio recipere: præses prouinciæ efficaci instantia compelet eum legibus obtemperare, & recepto eo, quod precij nomine dependitur, status securitatem non inquietare. PP. Kal. Febr. Tyberiano & Dione COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOediſſimæ mulieris nequicia permouemur. Cum igitur filiam tuam ab hostibus captam ac prostitutam ab ea, quæ eam redemerat, ob retinendæ pudiciciæ cultum ac seruandā natalium honestatem ad te confugisse proponas: præses prouinciæ, si filiæ tuæ supradictam iniuriam ab ea, quæ sciebat ingenuam esse, inflictam cognouerit: cum huiusmodi persona indigna sit precium recipere propter odium detestabilis quæstus: etiam si precium compensatum nō est: ex necessitate miserabili, custodita ingenuitate natæ tuæ aduersus flagitiosæ mulieris turpitudinem, tutam eam defensamq; præstabit. PP. III. Non. Febr. Tyberiano & Dione COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæses prouinciæ, ne ulterius in seruitutis iugo detinearis, curæ habebit. qui pro solertia sua parum ignorat filiorum tuorum statum tueri, quos postea, cū redempta es, enixam te esse significas: cum eos, qui post redemptionem nascuntur, ne pignoris quidem uinculo ob preciū, quod pro his datum non est, teneri, nullis authoribus uisum est. PP. V. Id. Febr. Tyberiano & Dione COSS.

IX. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hostibus filiū patre mortuo, medio tempore lex Cornelia reuersum: si in postestate patris tempore, quo capiebatur, fuit: suum facit hæredem. Vnde siue ex testamento ad te, siue intestatò successionem patris tui pertinere, apud præsidem prouinciæ probaueris: restitui tibi res hæreditarias iubebit: si non tantum, postq; tu reuersus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere facit. PP. V. Id. April. AA. COSS.

X. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hostibus ac postliminio reuersis status pristinus restituitur: sic seruis dominō. Vnde si hæc, cuius meministi, ancilla patris tui fuerit, nec commercio redempta est: reuersa dominum, uel eius successorem sequitur, qui per captiuitatem hāc amiserat. S. III. Kal. Maij. Hadrianop. AA. COSS.

XI. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hostibus commercio redemit Sabinus, & eum uinculum pignoris superstitem remisisse tibi probetur: non libertus effectus, sed ingenuitati, quam amiseras, restitutus, nullū filijs eius obsequium debes. S. XV. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XII. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hostibus capti, & nō commercio redempti, sed uirtute militum nostrorum liberati, illico statum, quem captiuitatis causa amiserant, recipiunt. Serui autem dominis suis restituentur. receptos enim eos, non captos iudicare debemus, & milites nostros defensores eorū decet esse, non dominos. S. V. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XIII. Iidem. AA. & CC. Quartinæ.

SI is, qui te ab hostibus captam ingenuam redemit commercio, sibi matrimonio coniunxit: dignitate nuptiarum, & uoto futuræ iustæ sobolis, uinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos, rationis est. S. V. Id. Mart. CC. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Seuerę.

IVs postliminij filiam, rebus humanis exempta matre, dum in seruitutis ipsa necessitate per captiuitatis causam fuit, euentu purgato uigore, ad eius legitimam inuitat hæreditatem: nec tibi medij temporis fortuna, quo minus res maternas successione quæsitas persequi possis, iniuriam fieri patimur. S. XVI. Kal. April. CC. COSS.

XV. Iidem AA. & CC. Macrotraulo.

IS, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio redimitur, & antecq; restituatur, pro eo data pecunia, successionis iura sibi uindicare ingenuitatis fauore potest, ut ex ea possit precium pro se datum exsoluere.

XVI. Iidem. AA. & CC. Basilidæ.

COmmercio redemptæ fœminæ filios, licet ex seruo, medio susceptos tempore, originis ingenuitatis matris iuxta ea, quæ benigne placuerunt, reddi conuenit. S. V. Kal. Septembr. Viminatij. AA. COSS.

XVII. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum precium soluitur, uel hoc

uel hoc ei qualicunq; remittitur indicio, statum pristinum recipit. Quo genere matre filiũ redimente, cum huiusmodi contractus non de mercede, sed de tristicia repudianda cogitatur: uoti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium ilico matri restituit: ita, ut & ciuium obsequio munerum propter casum præteritũ filius nõ excusetur. Proprietatis itaq; ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere, ac de precio quidq; tractare nõ conuenit. dotẽ tamẽ ab eo debitam iure concesso reddi postulas. S. III. Kal. Nouembr. *. Deuellio. CC. COSS.

XVIII. *Iidem. AA. et CC. Tryphiniano.*

AB hostibus captis ac postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa, quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ uero per usucapionem uel liberationẽ ex bonis subtracta, uel non utendo finita esse uidentur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria restituuntur. PP. XII. Kal. Decembr. CC. COSS.

XIX. *Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. ad Scucrinum ducem.*

SI quos forte necessitas captiuitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt: ad proprias terras festinare debere, recepturos iure postliminij ea, quæ in agris, uel mancipijs, seu alijs rebus ante tenuerũt, etsi à fisco nostro possideantur. nec timeat quisq; alicuius contradictionis moram: cum hoc solum requirendum sit, utrum forsitan aliquis cum Barbaris uoluntate fuerit, an coactus. D. V. Kal. Iul. Romæ. Gratiano. A. V. & Theodosio COSS.

XX. *Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P.P.*

DIuersarum hominum prouinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos Barbarica feritas captiuitatis necessitate transuexerat, inuitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quidq; in usum uestium, uel alimoniæ impensum est: humanitati sit præstitum, nec maneat uictualis sumptus repetitio: exceptis ijs, quos Barbaris uendentibus emptos esse docebitur, à quibus status sui precium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Nequando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos aut datum pro se precium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, uel opere quinquennij uicem referre beneficij, habituros incolumem (si in eam nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus propriis sub moderatiõe, quam iustissimus, quibus iure postliminij etiam ueterum responsis incolumia cuncta seruanda sunt.

Si quis itaq; huic præcepto fuerit conatus resistere actor, conductor, procuratorq;: dari se metallis cum pœna deportationis non ambiget. Sin uero possessionis dominus: rem suam fisco nouerit uindicandam, secq; deportandum. Et ut facilis executio perueniat: Christianos proximorum locorum uolumus huius rei sollicitudinem gerere. Curiales quoq; proximarum ciuitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita, ut nouerint rectores uniuersi decem libris auri à se, & tantundem à suis apparitiõibus exigendas, si præceptum nostrum neglexerint. D. III. Id. Decembr. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS LIBERIS ET SERVIS, & de ijs, qui sanguinolentos nutriendos acceperunt. Tit. LII.

I. *Imp. ALEXANDER. A. Claudio.*

SI inuito uel ignorante te, partus ancillæ uel adscripticiæ tuæ expositus sit: repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius, si non à fure uindicaueris, ita fiet, si quæ in alendo eo, uel forte ad discendum artificium iuste consumpta fuerint, restitueris. PP. III. Kal. Iun. Iuliano. II. & Crispino COSS.

II. *Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P.P.*

VNusquisq; sobolem suam nutriat. Quòd si exponẽdam putauerit: animaduersioni, quæ constituta est, subiacebit. sed nec dominis uel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodãmodo ad mortem uoluntas misericordiæ amica collegerit. nec enim dicere quis suum poterit, quem pereuntem contempsit.

III. *Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P.P.*

SAncimus, nemini licere, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus sit: eum puerum in suum dominiũ uindicare, siue nomine dominij, siue adscripticiæ, siue colonariæ cõditionis. Sed neq; his, qui eos nutriendos sustulerũt, licentiã concedi penitus cũ quadam distinctione eos tollere, & edu-

& educationem eorũ procurare, siue masculi sint, siue fœminæ: ut eos uel loco libertorũ, uel loco seruorum, uel colonorum, aut adscripticiorum habeant: sed nullo discrimine habito hi, qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi adquirant, & in posse ritatem suam, uel extraneos hæredes omnia, quæ habuerint, quomodo uoluerint, transmittãt: nulla macula seruitutis, uel adscripticiæ, aut colonariæ conditionis imbuti. nec quasi patronatus iura in rebus eorum ijs, qui eos susceperunt, prætendere cõcedimus: sed in omnem terram, quæ Romanæ ditioni supposita est, hæc obtinere. Neq; enim oportet eos, qui ab initio infantes eiecerunt, & mortis forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterum ad se reuocare conari, & seruili necessitati subiugare: neq; hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerunt, ferendi sunt, denuo suam mutantes sententiam, & in seruitutẽ eos retrahentes, licet ab initio huiusmodi cogitationem habentes ad hoc prosiluerint: ne uideant quasi mercimonio cõtracto, ita pietatis officiũ gerere. Hæc obseruantibus tam uiris clarissimis præsidibus prouinciarũ, q̃ uiris religiosissimis episcopis, necnõ officijs præsidalibus, & patribus, & defensoribus ciuitatũ, & oñi ciuili auxilio. D. XV. Kal. Octob. Chalcedone. Decio. V. C. Cos.

QVAE SIT LONGA CONSVETVDO. Tit. LIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. Apro.

PRæses prouinciæ probatis ijs, quæ in oppido frequenter in eodem controuersiarum genere seruata sunt, causa cognita statuet. nam & consuetudo præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, custodienda est: & ne quid contra consuetudinẽ fiat, ad sollicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ. PP. VI. Kal. April. Iuliano. II. & Crispino COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Proculum.

COnsuetudinis usus̃q; longæui non uilis authoritas est: uerum non usq; adeo sui ualitura momento, ut aut rationẽ uincat, aut legem. D. VII. Kal. Maij. Constantino. PP. A. V. & Licinio Cæs. COSS.

III. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexandro.

LEges quoq; ipsas antiquitus probata & seruata tenaciter consuetudo imitatur, & retinet: & quod officijs, curijs, ciuitatibus, principijs, uel collegijs præstitum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis uicem obtinere statuimus. D. VII. Id. Septembr. Martiano & Zenone COSS.

DE DONATIONIBVS. Tit. LIIII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Lucio.

EMptionum mancipiorum instrumentis donatis, & traditis, & ipsorum mancipiorum donationem & traditionem factam intelligis. & ideo potes aduersus donatorem in rem actionem exercere. PP. V. Kal. Iul. Fausto & Rufino COSS.

II. Imp. GORDIANVS. A. Leonidi.

SI nominis persecutionẽ in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit: frustra prætendit, qui debitori tuo hæres extitit, consensum fuisse debitoris necessarium: cum satis fuerit actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. II. Id. Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

III. Imp. DECIVS. A. Marcellino.

SPem futuræ actionis, plena intercedente donatoris uoluntate, posse transferri, non immerito placuit. PP. Non. Mart. Decio. A. I. & Grato COSS.

IIII. Imp. PROBVS. A. Marsiæ.

SI functiones per eũ, cui donata res nõ erat, uel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt: tibi obesse non potest. PP. V. Kal. Ianuar. Messala & Grato COSS.

V. Impp. CARINVS & NVMERIANVS. AA. Flaccinillæ.

SI donatio per epistolam facta non apparet: uerba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum tenere non ambigitur. PP. VI. Kal. Febr. Romæ. Carino. II. & Numeriano. AA. COSS.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet, donationes etiã inter absentes, maxime si ex uoluntate donantium possessionem hi, quibus res donata est, nanciscantur, ualidas esse. PP. III. Id. Febr. Maximo

ximo.II.& Aquilino COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Iulio.

CEnsualis quidem professio domino præiudicare non solet. sed si in censum uelut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti: donationem in eum trāstuliſſe uideris. PP. Idib. Iul. Ipsis AA. IIII. & III. COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses prouinciæ non donandi uoluntate filiorum tuorum nomine prædia in censum detuliſſe te manifestis probationibus cognouerit: quod fides ueri suggerit, id statuet. PP. VIII. Id. Septembr. Ipsis. AA. IIII. & III. COSS.

IX. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem, quā rebus tuis donando dixisti: siue stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu: siue non, incerti iudicio, id est præscriptis uerbis apud præsidē prouinciæ debes agere, ut hanc impleri prouideat. PP. XVI. Kal. Maij. AA. COSS.

X. Iidem. AA. & CC. Hermionæ.

NEc ignorās, nec inuitus quisq; donat. Vnde si de hoc fundo non cogitasti, cuius uelut donationi consensisse te cōtinetur instrumento: maiores ueritate rei, cū scriptura, uires obtinente: intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. V. Kal. Maij. CC. COSS.

XI. Iidem AA. & CC. Sabino.

CVm de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem uero in eum, quem in potestate habes, donationis titulo contuliſſe commemores: non est incerti iuris, in eum, qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinationem magis paternæ uoluntatis factam, cū perfectam donationem peruenisse. Delegationes autem nominum in emancipatum collatæ perfectam donationem actione efficiunt. S. II. Kal. Maij. CC. COSS.

XII. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus necdum diuisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. D. XVII. Kal. Iun. AA. COSS.

XIII. Iidem. AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam donatum tibi probetur: breuitas chartulæ donationi, si hæc recte facta probetur, nihil quidcū derogat. D. XV. Kal. Iun. Sirmij. AA. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Idæo.

SI filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ, te non consentiente, donauit: ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. S. XV. Kal. Octob. AA. COSS.

XV. Iidem AA. & CC. Seueræ.

AEris alieni, quod ex hæreditaria causa uenit, non eius, qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. Si itaq; nemini obligata prædia per donationem consecuta es: superuacuam geris sollicitudinem, ne uel hæredes donatricis, uel eius creditores te iure possint conuenire. S. XV. Kal. Decembr. AA. COSS.

XVI. Iidem. AA. & CC. Theodoro.

SEnectus ad donationē faciendam sola non est impedimento. D. V. Kal. Decēbr. AA. COSS.

XVII. Iidem. AA. & CC. Hermiæ.

SIue emancipatis filijs res donasti, siue in potestate constitutis, & sui iuris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri tibi non debes, ueluti res donatas ex pœnitentia liceat auferre. Sanè si ea, quæ in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuam tenuerunt uoluntatem: horum penes te dominium remansit: siquidem nec tempore, quo uoluisti, propter uinculum potestatis sibi quidcū quærere, nec post inuito te, de rebus tuis potuerunt. S. VI. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XVIII. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis causa furti actionem tibi remissam probetur: superuacuam geris sollicitudinē. S. V. Kal. Ianuar. AA. COSS.

XIX. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI auia uestra proprias res quacunq; ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quē preces funditis, contulit: quo minus hæc rata maneant, quòd ex origine patris uel aui uestri descendunt, nihil prodest. S. XVI. Kal. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XX. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce donatricis alio uoluntate eius subscribente, iure facta donatio non habetur irrita. S.

VII.Kal. Februar. CC. COSS.

XXI. Iidem AA.et CC. Antoniæ.

CONstante matrimonio dotem penes maritum suum constitutam,auia tua donare tibi nõ potuit.S.V.Idus Mart.CC. COSS.

XXII. Iidem AA.& CC.Diomedi.

CVm res filio emancipato ea cõditione, ut creditoribus tuis solueret, te donasse proponas: si stipulatiõe, uel in continenti habito pacto huic rei prospexisti: creditoribus quidem nõ contra eum ex placito uestro,sed aduersus te competit actio. Eum autẽ,cui prædia certa lege donasti,incerti ciuili actione ad placitorum obsequium urgeri secundum legem donationibus dictam conuenit.S.VII.Kal.April.Sirmij.CC. COSS.

XXIII. Iidem AA.& CC. Olympiadi.

SI ea,quæ donaueras,posteriore placito, qui acceperat, in donum tibi reddidit: donationis antecedentis instrumentum actis sequentibus nihil obesse potest. S. V. Kal. Octobr. Cæsaribus. COSS.

XXIIII. Iidem AA.& CC. Macario.

SI patri tuo hæres non exstitisti: ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse iura tua lædi,manifestissimi iuris est.PP.Non. Februar.Antiochiæ.Diocletiano.VIIII & Maximiano VIII. AA.COSS.

XXV. Imp. CONSTANTINVS. ad Maximum P.P.

DOnatio,siue directa sit,siue mortis causa instituta,siue conditione faciendi aut nõ faciẽdi suspensa,siue ex aliquo notato tẽpore,pmissa,siue animo dantiũ accipientiũ ue sententijs (quantũ ius finit)cognominata:sub hac fieri debet obseruatiõe,ut quas leges indulgẽt actiones, conditiones,pactionesq; cõtineat:hisq; penitus cognitis,uel recipiant,si cõplacitæ sunt:uel reijciant,si sunt molestæ. In conscribendis aũt donationibus nomẽ donatoris,ius,ac rẽ notari oportet:neq; id occulte,aut priuatim,sed aut tabula,aut quodcunq; aliud materiæ genus dabit tempus, uel ab ipso,uel ab eo,quem sors ministrauerit,perscribatur: actis etiam adnectendis, quæ apud iudicem uel magistratus conficienda sunt,ubi hoc leges expostulant.Dat.III.Non.Februar. Sabino & Rufino COSS.

XXVI. Idem A. Catulino procons. Africæ.

SI quis in emancipatum minorem prius, quàm fari possit,aut habere rei, quæ sibi donatur,affectum,fundum crediderit conferendum:omne ius compleat instrumentis ante præmissis,quod ius per eum seruum,quem idoneum esse constat,transigi placuit,ut per eum infanti adquiratur.D.XII.Kal.Maij.Serdicæ. Sabino & Rufino COSS.

XXVII. Idem. A. ad Seuerũ com. Hispaniarũ.

LAta iam pridem lege statuimus, ut donationes interueniente actorum testificatione conficiantur. quod uel maxime inter necessarias coniunctissimasq; personas conuenit custodiri: siquidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negocij opportunitate cõfingi potest,uel id,quod uere gestum est,aboleri. Cum igitur ne liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum cõfectione secernat:id,quod necessariò super donationibus apud acta conficiendis iampridem statuimus,uniuersos teneat. gesta autem confici super rebus etiã alibi collatis,ubicunq; sufficit.D.III.Non.Maij.Dalmatio & Xenophilo COSS.

XXVIII. Impp. HONOR.& THEOD. AA.Monaxio P.P.

QVisquis rem aliquam donando,uel in dotem dando,uel uendendo,usumfructũ eius retinuerit:etiam si stipulatus non fuerit,eam continuo tradidisse credatur,nec quid amplius requiratur,quo magis uideatur facta traditio:sed omnimodo idem sit in his causis usumfructũ retinere,quod tradere.D.II.Id.Mart.Honorio.A.XI & Constantio Cæs.II. COSS.

XXIX. Imp.THEOD.& VALENT.AA.Hierio P.P.

IN extraneos & sæpe ignotos donationem collatam ualere,receptum est.& si sine scripto donatum quid fuerit,adhibitis alijs idoneis documentis:hoc,quod geritur,cõprobetur. D.XI. Kal.Maij.Felice & Tauro COSS.

XXX. Imp.LEO.A.Constantino P.P.

IN hac sacratissima urbe conscriptæ donatiões ubicunq; positarum rerum apud magistratum census insinuẽtur. In alijs uero ciuitatibus,siue absens,siue præsens rector prouinciæ sit,siue eadem ciuitas habeat magistratus,siue non habeat,& defensor tantũmodo sit: donator habeat liberã facultatẽ donationes rerum suarũ ubicunq; positarũ,siue apud moderatorẽ cuiuslibet prouinciæ,siue apud magistratũ,siue apud defẽsorẽ cuiuscũq; ciuitatis,put maluerit publicare: atq; ut ipsa

ut ipsa donatio sita est in uoluntate donantis,ita ei liceat donationem suam, apud quencunq; ex memoratis uoluerit,intimare. Et hæ donationes, quæ in diuersis prouincijs & ciuitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ,obtineant inconcussam & perpetuam firmitatem. D. v.Non. Mart.Constantinop.Patricio & Ricomere COSS.

XXXI. *Imp.*ZENO.A.*Sebastiano* P.P.

IN donationibus,quæ actis insinuantur,non esse necessarium iudicamus uicinos uel alios testes adhiberi.nam superfluum est priuatum testimonium,cum publica monumenta sufficiant. Verum & illas donationes,quas gestis non est necessarium alligari, si forte per tabellionem,uel alium scribantur,& sine testium subnotatione ualere præcipimus:ita tamen,si ipse donator uel alius uoluntate eius secundum solitam obseruationem subscripsit:donatiõibus,quæ sine scriptis conficiuntur,suam firmitatem habentibus secundum constitutionem Theodosij & Valentiniani,ad Hieriũ pfectũprætorio ,pmulgatã. D.Kal.Mart. Cõstantinop.Ello.v.c.COS.

XXXII. *Imp.* ANASTASIVS.A.*Euphemio* P.P.

SEcundum diui Leonis constitutionem donationes apud uirum clarissimum magistrũ census tantummodo insinuari præcipimus:huiusmodi forma in illis instrumentis obseruanda,quæ in hac regia urbe confecta seu celebrata fuerint:nec cõcedi quencq; apud defensores, seu magistratus aliarum ciuitatum,uel in alijs quibuslibet locis præter memoratum iudicium insinuare:scientibus tam ijs,qui ad huinscemodi insinuationem peruenerint, cq; qui eam suscepe-rint,nec non tabellionibus,quicunq; testimonium suum non in competenti(ut dictum est)loco uel iudicio præbuerint,uicenarum librarum auri multa & alia grauissima indignatione se feriendos.S.Dat.prid.Kal.Maij.Paulo.v.c.COS.

XXXIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P.P.

ILlam subtilem obseruationem amputamus,per quam donationis titulo cessiones actionum accipientes,non aliter eas suis transmittere hæredibus poterãt,nisi litem ex ijs contestati essent,uel ius cõtestationis diuino rescripto meruissent.Nam sicut uenditionis titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad hæredes transmitti permittitur:simili modo & donatas ad eos transferri uolumus,licet nulla contestatio uel facta,uel petita sit.Quod & in procuratore constituendo ad mouendas easdem cessas actiones similiter obseruãdum erit: ut minime quis impediatur,procuratorem cessarum sibi per donationem actionum dare,licet nulla contestatio litis facta uel petita sit. Quæ in his tantummodo personis locum habere censemus, quæ susceptis per donationem cessionibus adhuc superesse noscuntur.nam iam mortuis huiusmodi personis,uetera iura super ijsdem cessionibus posita seruari concedimus. D.Kal.Iun. Constantinop.Iustiniano.APP.II.COS.

XXXIIII. *Idem A. Demostheni.* P.P.

SAncimus omnem donationem,siue cõmunem,siue ante nuptias factã,usq; ad trecentos solidos cumulatam,non indigere monimentis,sed communẽ formam habere:ut non usq; ad ducentorum solidorum summam teneat,sed in huiusmodi obseruatione similes sint tam cõmunes,cq; ante nuptias donationes. Si quid aũt supra legitimam definitionem fuerit donatum:hoc,quod superfluũ est,tantũmodo non ualere. reliquã uero quantitatẽ, quæ intra legis terminos constituta est,in suo robore perdurare,quasi nullo penitus alio adiecto, sed hoc pro nõ scripto uel intellecto esse credatur. Exceptis donationibus, tam imperialibus,cq; ijs,quæ in causas pijssimas procedunt:quarũ imperiales quidẽ donationes merito indignari sub obseruatione monumentorũ fieri,tã à retro principibus,cq; à nobis sanctũ est,sed habere propriã maiestatẽ. Alias uero,quæ ad pietatẽ respiciunt,usq; ad quingentorũ solidorũ summã & sine monimentis esse ualidas cẽsemus:insuper ante nuptias donatiõibus,quæ in adultas minores sui iuris cõstitutas cuiuscũq; summæ ,pcedũt,secũdũ ueterũ legũ scita,& nisi actis interueniẽtibus corroboratæ sunt,suam retinentibus firmitatẽ. Sin aũt non in auro res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles,uel immobiles,uel se mouentes:quantitatẽ earum æstimari.& siquidẽ usq; ad legitimã solidorum summã erigatur:ualidam eam & sine monimentis conseruari.sin autẽ amplioris summæ inueniatur,& minime actis cõprobata est: superfluũ tantũ uacuari. Ne aũt cõmunione inducta donatori & qui libertatẽ suscepit,aliqua oriatur cõtentio:electionẽ damus ei,qui ampliorẽ summã in re donata habuerit,reliquam æstimationis quantitatẽ offerre ei,qui minorẽ causam habuit,& totũ possidere. Sin autẽ hoc minime facere maluerit:tũc omnimodo res diuidi secundum quantitatem utriq; parti competentem:si res diuidi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in huiusmodi casibus,in quibus partitio utiliter celebrari minime potest,amplioris summæ dominus noluerit offerre æstimationẽ ; tunc licebit etiã ei,qui minoris

ſummæ habet poteſtatem, offerre precium, & totum ſibi uindicare. Si quis autem per diuerſa tempora in eandem perſonam multas faciat liberalitates, quarum ſingulæ quidem legitimã quantitatem non excedunt, in unum autẽ compoſitæ, & prædicto modo exaggeratæ, redundare uidentur, & maioris eſſe quantitatis: nõ uideatur eas oportere in unũ coadunare, & introducere modos, per quos non ualeant, & in irritum deuocentur: ſed è contrario & plures intelligãtur, & ſingulæ ſecundum ſui naturam obtineant, & monumentorum obſeruatione non indigeant. Cum enim à ueteribus ſuper hac re uariatum eſt, alijs multas, alijs unam eſſe definientibus: nobis cauſa placuit humanior, ut & multæ intelligantur, & omnes ualidæ, & ij, qui liberalitates accipiunt, ſciant ueros, non falſos ſuos eſſe donatores. Si quis autem talem recepit donationẽ, in qua ſtipulatus fuerit annuã quandã ſibi præſtari quãtitatẽ tãtæ ſummæ, quæ nõ excedat legitimum donationis modum: uariebatur, utrum eum ex particulari donatione multas feciſſe donationes exiſtimandum ſit, & eas actis non indigere: an ex totius ſtipulationis fundamento & fonte eius, ex qua annuæ donationes profluxerunt, & unam eſſe eam donationem putandum, & proculdubio monumentorum obſeruatione uallandam, quod ueteres quidem ſat abundeq; uariauerunt. Nos autem certa diuiſione concludimus, ut ſi huiuſmodi quidem fuerit donatio, ut intra uitam perſonarum ſtet uel dantis, uel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ monumentorum obſeruatione. Incertus autem fortunæ exitus hoc nobis ſuggeſſit, ut poſſibile ſit, unius anni tantummodo, uel breuioris, uel etiam amplioris temporis metas ſuperuiuere, uel donatorem, uel eum, qui donationem accepit, & ex hoc inueniri totam ſummam donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam hæredum ex utraq; parte fuerit mentio, uel adijciatur tempus uitæ uel donatoris, uel qui donationem accepit: tunc quaſi perpetuata donatione, & continuatione eius magnã & opulentioré eam efficiente, & una intelligatur, & quaſi denſioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modũ, & omnimodo acta repoſcere, & aliter minime conualeſcere. Recitata ſeptimo in nouo cõſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. III. Kal. Nouembr. Decio. V. C. COS.

XXXV. Idem A. Iuliano P.P.

SI quis argentum donauerit, certumq; pondus nominauerit, non autem aliàs uel generaliter, uel ſpecialiter expreſſerit: neceſſitatem ei imponi, omnimodo præfatum pondus argenti dare, ſiue in uaſis, quibus uoluerit, non tamen peioribus æſtimatione maſſæ: ſiue in ipſa æſtimatione, quæ pro maſſa rudi in illis locis frequentata eſt. Sin uero reditum certum ex poſſeſſionibus donauit, non tamen nomina poſſeſſionum edixerit: neceſſe habere de ſua ſubſtantia fundos tradere tantum reditum inferre ualentes, quantum in donationem poſuit: in talibus tamen agris, qui nec omnibus, quos habet in poſſeſſione, ante ponuntur, nec deteriores omnibus, ſed ſtatus mediocris inueniuntur. Similiq; modo ſi quis certum numerum ſeruorum donauerit, non tamen hic nominatim ſeruos ſcripſerit: & hic mediocris figuræ ſeruos tradere, & neq; tales, quos non habere magis, q̃ habere prodeſt: nec iterum eos, qui omnem ſeruorum familiam donatoris antecellunt, ſed & hic mediocritas expeta tur. Sin autem donator neq; argentum, neq; ſeruos habens, uel non tantum, quantum donauit, fecerit eorum donationem: æſtimationem in his celebrari pro eo, quod deeſt: ita tamen, ut argenti quidem (ſecundũ quod prædiximus) æſtimatio detur. in ſeruis autem nec amplius nec minus quindecim ſolidis quantitate pro ſingulis reddetur. in reditibus autem in quindecim annis æſtimationẽ præſtet. Sed in his omnibus, ſiquidem intra legitimam ſummam donatio fiat: nulla monumenta requiran tur. Sin autem amplioris ſummæ: tunc ad acta publica decurratur: aut in his, quæ amplioris ſunt æſtimationis, ſecundum noſtram legem, nõ totum, ſed ſolum ſuperfluũ euaneſcat. Sed & ſi quis uniuerſitatis faciat donationem, ſiue dimidiæ partis ſuæ ſubſtantiæ, ſiue tertiæ, ſiue quartæ, ſiue quantæcunq; uel etiam totius: ſi nõ de inofficioſis donationibus ratio in hoc reclamauerit: coartari donatorẽ legis noſtræ authoritate tantũ, quantum donauit, præſtare: obſeruatione & hic monumentorũ, ſecundũ quod iam ſanximus, omnimodo requirenda. Sed ſi quidẽ in omnibus ſupradictis caſibus uſusfructus fuerit à donatore retentus: & traditionẽ iure intelligi fieri. Si aũt hoc minime donator expreſſerit: ſiquidẽ ſtipulatio donationi inſerta ſit: ex eius authoritate traditionẽ cõpelli fieri. Sin uero & hoc prætermiſſum ſit, & uſumfructũ minime detinuerit: nihilominus ex lege noſtra neceſſitatẽ ei imponi, etiam tradere hoc, quod donare exiſtimauerit: ut nõ ex hoc inutilis ſit donatio, quod res nõ traditæ ſunt, nec confirmetur ex traditione donatio, ſed liberalitatẽ plenã & ſecundũ legẽ noſtram pfectiſſimã cõſtitutã neceſſarius traditiõis effectus ſequaꝫ, & neceſſitatẽ habeat donator omnimodo uel res, uel partẽ ſubſtãtiæ, quam donauerit, uel totã ſubſtantiã tradere. Cũ eñ in arbitrio cuiuſcũq; ſit hoc facere, quod

quod instituit: oportet eũ uel minime ad hoc ꝓsilire, uel cũ ad hoc uenire properauerit, nõ quibusdã excogitatis artibus suum propositũ defraudare, tantam'q; indeuotionẽ quibusdam qua si legitimis protegere uelamentis. Tanto'q; magis hæc firma esse, si pijs actibus, uel religiosis personis donatio deputata sit: monumentorũ obseruatione in his modis, secundũ quod specialiter à nobis in huiusmodi casibus prædictũ est, obseruãda: ne in præfatis causis ex quibusdã machinationibus, nõ solũ indeuotus, sed etiam impius donator intelligatur: pœnas'q; non solũ legitimas, sed etiã cæleſtes exspectet. res'q; donatas in oñibus suprascriptis casibus nõ solũ eos dum supersunt, sed etiã eorũ successores reddere cõpelli: non tantũ ijs, in quos donatio facta est, sed etiã eorum hæredibus. D. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. COSS.

XXXVI. *Idem. A. Ioanni P. P.*

SI quis pro redemptione captiuorum pecunias dederit, siue per cautionem dare promiserit, cuiuscunq; quantitatis: cognoscat se, neq; repetitionem habere, neq; exactionẽ cautionis posse declinare ut pote gestis (sicut in donationibus) non subsecutis super insinuatione eiusdẽ quantitatis: eo uidelicet qui pecunias accepit, uel prima uice, uel post cautionem, necessitatem habẽte pijssimam administrationem adimplere: nulla ei molestia uel inquietudine inferenda, uel ab eo, qui pecunias præbuit, uel ab alijs ex legum authoritate permissis hoc requirere, sed tantummodo sacramentum præstare, quod reuera omnem quantitatem sine dolo uel aliqua deminutione ad redemptionem dederit captiuorum. Simili etiam modo à gestorum absoluimus ordinatione donationes rerum mobilium uel seſe mouentium, quas uir gloriosissimus magister milĩtum fortissimis præstat militibus, tam ex sua substantia, quàm ex spolijs hostium, siue in ipsa bellorum occupatione, siue in quibuscunq; locis degere noscuntur. Eandem liberalitatem nostræ legis indulgemus etiam ijs, quorum incendio, uel ruina domus corruptæ sunt, quibusdã forte p ecunias cuiuscunq; quantitatis præbentibus, uel cautionem conficientibus: ut &ipsi nec repetitionẽ timeant, uerumetiam exactionem pecuniarum cõfessioni insertarum face re possint, licet gesta non fuerint subsecuta: nulla eis licentia danda, pecunias ad alias causas, nisi ad refectionem domorum, erogare. Quòd si aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars eius in ædificijs expensa sit: hoc domini domus sacramento dirimetur. Cæteris etiam donationibus, quæ gestis interuenientibus minime sunt insinuatæ, sine aliqua distinctione quingentos usq; ad solidos ualituris. hoc etenim tantummodo ad augẽdas huiusmodi donationes addendum esse ex præsenti lege decernimus: anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua usq; ad trecentos solidos factæ donationes & sine insinuatione firmitatem obtinere sunt iussæ. Dat. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

XXXVII. *Idem A. Ioanni P. P.*

VErba superflua, quæ in donationibus poni solebant, id est sestertius numi unius assiũ quatuor, penitus esse reijcienda censemus. quid enim uerbis opus est, quæ rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaq; nullo modo eorum uerborum mentionem, uel in imperialibus donationibus, uel in alijs omnibus de cætero fieri. sed & si quisq; per uerbositatem aliquid tale inscripserit, siue remiserit: nulla differentia sit.

DE DONATIONIBVS, QVAE SVB MODO, VEL SVB conditione, uel ex certo tempore conficiũtur. Tit. LV.

I. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Gamicæ.*

SI doceas (ut adfirmas) nepti tuæ ea lege à te esse donatũ, ut certa tibi alimẽta præberet: uindicationẽ etiam in hoc casu utilem, eo quòd legi illa obtẽperare noluerit, impetrare potes. Nam nõ solũ cõdictio tibi in hoc casu iure procedit, uerũ uindicationẽ quoq; diui principes in hoc casu dandã esse censuerunt. PP. VI. Kal. Decembr. Tusco & Basso COSS.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Zenoni.*

SI prædiorum tuorum proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit, ad te rediret: donatio ualet: cum etiam ad tempus certum, uel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quæ ei imposita est, conseruanda. PP. V. Id. Mart. Maximo II. & Aquilino COSS.

III. *Iidem AA. et CC. Marcellæ.*

QVoties donatio ita conficitur, ut post tempus id, quod donatum est, alij restituatur: ueteris iuris authoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis

compendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non impleta, ei, qui liberalitatis author fuit, uel hæredibus eius condictitiæ actionis persecutionẽ competere. Sed cum post ea benigni iuris interpretatione diui principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris uoluntatem competere admiserint: actio, quæ sorori tuæ, si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. PP. XI. Kal. Octobr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. et CC.

PErfecta donatio conditiones postea non capit. Quare si pater tuus donatione facta quasdã post aliquantum tempus perfecisse conditiones uidetur: officere hoc nepotibus eius fratris tui filijs minime posse, non dubium est. D. Kal. Octobr. Tyberiano & Dione COSS.

V. Iidem AA. et CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ suæ in potestate patris constitutæ sub hac cõditione, si fuerit intra biennii emãcipata, donauerit: licet hoc matris uoluntate sui iuris effecta nõ tenuit: tamẽ prius mari to defuncto, sui iuris quocunq; modo effecta, ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, uel uindicare potest. S. Idib. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

DE REVOCANDIS DONATIONIBVS. Tit. LVI.

I. Imp. PHILIPPVS. A. Cosmino.

ET si perfectis donationibus in possessionem inductus libertus quolibet tempore ea, quæ sibi donata sunt, pleno iure ut dominus possederit: tamen si ingratus sit, omnis donatio mutata patronorum uoluntate reuocanda est. Quod obseruabitur & circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata sunt. nam qui obsequijs suis liberalitatem patronorum prouocauerunt: nõ sunt digni, quõ eam retineant, cũ cœperint obsequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium inclinare deberet, cẽq; ad insolentiam erigere. Hoc tamen ius stabit intra ipsos tantũ, qui liberalitatem dederint. cæterum neq; filij eorum, neq; successores ad hoc beneficium pertinebunt. neq; enim fas est ullo modo inquietari donationes, quas is, qui donauerat, in diem uitæ suæ non retractauit. D. XV. Kal. Iul. Aemyliano & Aquilino COSS.

II. Imp. PROBVS. A. Felici.

SI apud prouinciæ præsidem auiam filiæ tuæ quasi pœnitentia ductam subtracta instrumenta donationum igni exussisse constiterit: uereri te non oportet, ne id, quod iure uires accepe rat, ex postfacto possit in dubium reuocari. PP. Non. Majs. Probo. A. & Paulino COSS.

III. Impp. CARINVS & NVMERIANVS. AA. Ianuario & Felicio.

POssessionem, quam in uos emancipatos mater contulit, per donationem ex pœnitentia sola alienare non potuit. PP. II. Id. Ianuar. Carino. II. & Numeriano. AA. COSS.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Proculæ.

CVm confitearis te in fraudem alterius donasse: professionem inhonestam continere intel ligis. Itaq; si donationem perfecisti: eam reuocare nõ potes ex memorata allegatione sub obtentu pœnitentiæ. PP. Kal. April. Heracliæ. AA. COSS.

V. Iidem AA. et CC. Epagatho.

SI donationem rite fecisti: hanc authoritate rescripti nostri rescindi non oportet. S. V. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

VI. Iidem. AA. & CC. Herenniæ.

VElles nec ne filio tuo prædia, itemq; mãcipia donare: fuit initio tibi liberum. desine itaq; postulare, ut donatio, quam perfeceras, reuocetur prætextu mariti ac liberorum absentiæ: cum huius firmitas ipsorum præsentia nõ indigeat. S. V. Kal. Octobr. Viminatij. CC. COSS.

VII. Impp. CONSTANTINVS. & CONSTANT. AA. ad Philippum.

HIs solis matribus, quæ non in secundi matrimonij fœdus nupserint, sed unius tantũ matrimonij sunt, reuocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quidquid igitur is, qui à matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet: eo die, quo controuersiæ qualecunq; principium iussu iudicantis datur, matri cogatur reddere. cæterum quæ ante adhuc matre pacifica iure perfecta sunt, & ante incohatum cœptumq; iurgium uendita, donata, in dotem data, cæteriscq; causis legitime alienata: minime reuocamus. Actionem uero matris ita personalem esse uolumus, ut uindicationis tantum habeat effectum, nec in hæredem detur, nec tribuatur hæredi. De cæteris autem quæ portentosæ uilitatis abiectæq; pudicitiæ sunt: satis etiam tacite cautum putamus. Quus

est

est enim,qui ijs aliquid arbitretur tribuendum esse:cum etiam illis,quæ iure secundas tantum contraxerunt nuptias,nihil ex his priuilegijs tributum esse uelimus.

VIII. *Idem A.ad Orphitum P.P.*

SI unq; libertis patronus filios non habens bona omnia uel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus,& postea susceperit liberos:totum,quidquid largitus fuerit, reuertatur,in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. D.V. Kal.April. Arbitrione & Lolliano COSS.

IX. *Impp.*THEOD.*&* VALENTIN.AA.*ad Senatum.*

DOnationes circa filium uel filiam,uel nepotem neptemúe, pronepotem proneptemúe emancipatos celebratas,pater,seu auus,uel proauus reuocare non poterit: nisi edoctis manifestissimis causis,quibus eam personam,in quam collata donatio est,contra ipsam uenire pietatem,& ex causis,quæ legibus continentur,fuisse constabit ingratam. D.V.Id. Nouēbr. Rauennæ.Theodosio.XIII.& Valentiniano.III.AA. COSS.

X. *Imp.* IVSTINIANVS.A. *Iuliano* P.P.

GEneraliter sancimus,omnes donationes lege confectas firmas illibatasq; manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur:ita,ut iniurias atroces in eum effundat,uel manus impias inferat,uel iacturæ molem ex iniurijs suis inferat,quæ non leuē sentiam substantiæ donatoris imponat,uel uitæ periculum aliquod ei intulerit,uel quasdam conuentiones siue in scriptis donationi impositas,siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere uoluerit. Ex his etenim tantummodo causis, si fuerint in iudicium dilucidis argumētis cognitionaliter adprobatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus:ne sit cuiquam licentia,& alienas res capere,& fragilitatem ridere donatoris,& iterum ipsum donatorem suasq; res perdere,& præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici.Hoc tamen usq; ad primas personas tantummodo stare censemus : nulla licentia concedenda donatoris successoribus huiusmodi querimoniarum primordium instituere. etenim si ipse,qui hoc passus est,tacuit:silentium eius maneat semper, & non à posteritate eius suscitari concedatur,uel aduersus ipsum,qui ingratus esse dicitur,uel aduersus eius successionē. D.XV. Kal.April.Lampadio & Oreste.VV.CC. COSS.

DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS. Tit. LVII.

I. *Imp.*ALEXANDER.A. *Daphnæ.*

SI donatione contineatur,ut altero defuncto,ad alterum portio eorum,quæ donabantur, pertineret:existente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio cōpetit. PP.IIII. Kal.Octobr.Maximo.II.& Aeliano COSS.

II. *Imp.*GORDIANVS.A. *Zoilo.*

INtestata mortua quondam nuru tua, neptis tua, quæ ex ea filio tuo quæsita est,quandoq; potest ad eius uenire successionem. Nec tamen ea post mortem filij tui, ex quo quæsierat filiam,alij nuptum se collocando,dotem dans,prohibebitur, quam uelit, conditionem eidem doti dicere.Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens,in casum mortis suæ eam dotem eundem fratrem suum stipulari passa est:cum diui Seueri constitutione etiā in mortis causa donationibus, si de cætero patrimonio,quantū Falcidia iubet,hæres non habet,prouisum sit:is,qui nurus tuæ hæres exstiterit, eius constitutionis beneficium non prohibebitur postulare.PP.X.Kal.Febr.Gordiano.A.& Auiola COSS.

III. *Impp.* DIOCLET.*&* MAXIMIAN.AA.*&* CC. *Hæredi.*

NEc fratris sui mortis causa recte factam donationem sorori rescindere licet.S.III.Kal. Ianuar.Sirmij.AA. COSS.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Iuliano* P.P.

CVm de mortis causa donatiōe dubitabatur,& alij qnidem inter ultimas uoluntates eam posuerunt,& legatis aggregandam esse censuerūt,alij autem inter donationes,quæ inter uiuos consistunt,eam posuerunt:dubietate eorum explosa,sancimus,omnes mortis causa donationes, siue iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, siue longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt:actis minime indigere,neq; exspectare publicarum personarum præsentiam, &ea,quæ super huiusmodi monumentis solent adhiberi.sed ita res procedat,ut si quinq; testibus præsentibus,uel in scriptis,uel sine literarū suppositiōe aliquis uoluerit mortis causa donationem facere:& sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate uallata,& nullam

in ea

in ea calumniã accipiat. neq; propter hoc, quod gesta ei nõ accesserũt, ineffícax esse atq; inutilis uideatur: & omnes effectus sortiatur, quos ultimæ habẽt liberalitates, nec ex quacunq; parte ab similis esse intelligatur. D. Kal. Septembr. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. COSS.

DE INFIRMANDIS POENIS CAELIBATVS, ET ORBITATIS, & de decimarijs sublatis. Tit. LVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. *ad Populum.*

QVi iure uetere cælibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atq; ita uiuant, ac si numero maritorum matrimonij fœdere fulcirẽtur: sitq; omnibus æqua conditio capessendi, quod quisq; mereatur. nec uero quisq; orbus habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas existimamus, earumq; ceruicibus imposita iuris imperia, uelut quædam iuga, soluimus promiscue omnibus. D. Kal. April. Romæ. Constantino. A. II. & Constantio COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Isidoro* P. V.

INter uiros & uxoreis rationem cessare ex lege Papia decimarum: & cũjus non interueniant liberi, ex suis quoq; eos solidum capere testamentis (nisi lex alia imminuerit) derelicta decernimus. tantum igitur posthæc maritus uel uxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstitis amor exegerit. Dat. PP. Non. Septembr. Varana COS.

DE IVRE LIBERORVM. Tit LIX.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Isidoro* P. V.

NEmo post hæc à nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege omnibus concedimus. D. PP. Non. Septembr. Varana COS.

II. Imp. IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

ILlam iniuriam, quæ cõtra matrem defuncti uel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iusticiæ ratione amputamus: & legitima iura, quæ ex Tertulliano senatusconsulto ei præstantur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua, uel libertina quatuor minime pepererit. D. Kal. Iun. Constantinop. Ipso. A. II. COS.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER NONVS.

QVI ACCVSARE NON POSSVNT. Tit. I.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Syluano.*

PRius est, ut criminibus, quæ tibi ut grauiora ab aduersario tuo obijciuntur, cædis atq; uulnerum respondeas: & tunc ex euentu causæ iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti. PP. V. Id. Mart. Tertullo & Clemente COSS.

II. *Iidem* AA. *Ingenuo.*

SI cautiones, quibus Secundinus solutam Ingenuo pecuniam probare se dicit, tutores uel curatores tui suspectas ut falsas habent: proprio nomine, cum non liceat alieno, non prohibentur in crimine falsi subscribere. nec enim facile uel tutores uel curatores, qui officio & periculo res pupillorum uel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi euidens eorum calumnia iudicanti apparebit. PP. XII. Kal. Octobr. Antonino. A. & Geta COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. *Rufo.*

QVi crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina processerit, & fideiussor de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin uero post satisdationem præsentes non fuerint: edicto admonendi sunt, ut ueniant ad causam ingerendam. & si non adfuerint: non solum extra ordinem puniendi sunt, sed etiam sumptus, quos in eam rem, & circa ipsum iter ad litem uocati fecerunt, dependere cogentur. PP. Non. Februa-

bruarijs. Alexandro. A. COS.

IIII. Idem A. Dionysio.

VXor tua, si cõsobrini sui necem uindicandam existimat, adeat præsidem prouinciæ. PP. XVI. Kal. Iul. Alexandro. A. COS.

V. Idem. A. Marcellinæ.

SEnatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. Cum igitur filij tutores & curatores habent: ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus aduersarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. Kal. Octob. Alexandro. A. COS.

VI. Idem A. Probo.

ACcusationem, à qua discedere te professus es, repetere non debes. PP. V. Non. Maij. Iuliano. II. & Crispino COSS.

VII. Idem A. Felici.

SIea, quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa perferendæ accusatiõis tempora cõpetens iudex præstet, intra quæ si agere supersederit, renunciasse causæ intelligitur. PP. XV. Kal. Septembr. Agricola & Clemente COSS.

VIII. Imp. GORDIANVS. A. Caio militi.

NOn prohibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar obtineat, intendere, si suas suorumq; iniurias exsequantur. ideoq; consobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. XVII. Kal. August. Pio & Pontiano COSS.

IX. Idem A. Seueriæ.

NOn ignorat competens iudex eam, quæ ultionem & mortem filij sui persequi allegat, nõ temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probauerit. PP. Non. Martijs. Gordiano. A. & Auiola COSS.

X. Idem. A. Buzatrahio.

SI crimen ad tuã tuorũq; iniuriã pertinens exsequeris: solennibus te inscriptionibus adstringe, ut præsidẽ prouinciæ habere iudicẽ possis. PP. Kal. Aug. Gordiano. A. & Auiola COSS.

XI. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPP. Cæs. Saturnino & alijs.

DAta opera partis aduersæ res uestras incendio exarsas esse adseuerantes: crimen legis Corneliæ de sicarijs exsequi potestis. PP. XIII. Kal. Iul. Peregrino & Aemyliano COSS.

XII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Corinthiæ.

DE crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare nõ permittitur, nisi certis ex causis, id est si suam suorumq; persequatur iniuriam secundum antiquitus statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus præses prouinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire nõ prohibeatur. S. V. Kal. Maij. AA. COSS.

XIII. Iidem. AA. & CC. ad Asclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leue frater contra fratrem instituit: non solum audiendus non est, sed etiam exilij pœna plectendus. D. X. Kal. Febr. CC. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Aeliæ.

PRopter insidias, quas tuæ uitæ paratas contendis, accusatiõem apud præsidem prouinciæ contra filium tuum (si pietas & ratio naturalis animi tui intentionem non reuocat) constituere potes. S. XVI. Kal. Mart. CC. COSS.

XV. Iidem AA. & CC. Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum periculo calumniæ, si tibi existimatio integra est, minime prohiberis. S. III. Kal. Mart. CC. COSS.

XVI. Iidem AA. & CC. Callutico.

CVm rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis præscripta, nisi suas suorumq; iniurias quis persequatur. S. XII. Kal. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XVII. Pars sententiæ eorundẽ AA. & CC. D. V. Id. Ianuar. Diocletiano & Maximiano. AA. COSS.

INiquũ & longe esse à beatitudine seculi nostri credidimus, ut Thaumasius accusandi eius habeat facultatem, in cuius domo eum (licet ingenuũ) à prima tamẽ ætate fuisse cõstabat. Quare ex nomine Thaumasij mentio super cõflictu criminali Symmacho cõquiescat. si quam sanè ciuilem petitionẽ idem Thaumasius sibi cõpetere confidit: iudicio præsidali poterit experiri.

XVIII. Iidem. AA. & CC. Iuliano.

SI sororem tuam leuiorum commissorum ream facis: accusationem non prohiberis exercere in iudicio præsidali, quo temerarie cõmissa congrua ultione plectantur. D. III. Kal. Mart. Diocletiano. IX. & Maximiano. VIII. AA. COSS.

XIX. Imppp. VALENT. VALENS. & GRAT. AAA. Lauditio præs. Sardiniæ.

NEganda est accusatis, qui nõ suas suorum'q; iniurias exsequuntur, licentia criminandi in pari uel minori, priusq; se crimine, quo præmuntur, exuerint secundum scita ueterum iuris conditorum: ita tamen, ut & ipsi inscriptiones contra eos, etiam pendente accusatione, deponere possint. D. II. Id. Mart. Clarimont. Gratiano. A. III. & Equitio. COSS.

XX. Impp. AR. CAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis ex familiaribus uel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunq; criminis delator atq; accusator emerserit, eius existimationẽ caput atq; fortunas petiturus, cuius familiaritati uel dominio inhæserit: ante exhibitionẽ testiũ anteq; examinationẽ iudicij in ipsa expositione criminũ atq; accusationis exordio ultore gladio feriatur. uocem enim funestã intercidi oportet potius, q; audiri. maiestatis aũt crimẽ excipimus. S. V. Id. Nouẽb. Cõstantinop. Cæsario & Attico COSS.

XXI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Conss. præt. & trib. Plcb. Senatui. S. D.

SI liberti accusatores manumissorum hæredumue esse præsumpserint: eodem, quo serui, supplicio tenebuntur: luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. D. VII. Id. Aug. Asclepiodoto & Mariniano COSS.

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS. Tit. II.

I. Imp. ALEXANDER. A. Martiano.

EOs, qui terminos effoderunt, extraordinaria animaduersiõe coẽrceri debere: præses prouinciæ non ignorabit. PP. III. Kal. Aug. Alexandro. A. COS.

II. Idem A. Syro.

SI cuidam crimini obnoxius seruus postulatur: dominus eum defendere potest, & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum. post probationes aũt criminis nõ ipse dominus, sed seruus pro suo delicto cõdemnationẽ sustineat. ideo seruũ suũ domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. PP. XI. Kal. Decembr. Alexandro. A. COS.

III. Idem A. Stephanidi.

REos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. PP. IIII. Non. Nouembr. Maximo. II. & Aeliano COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Archelao.

SI accusatoribus absentibus, & nõ per contumaciã adesse iudicio cessantibus, ex una postulatione aditus præses, puinciæ nõ causa cognita sententiã dixit, qua eũ, de quo quærimoniã deluistis, liberandũ existimauit: criminatione etiã nũc perseuerante, quæ cõtumacia uel cessatiõe accusatorũ nõ interueniente auferri nõ potuit, causa intentati criminis apud eundẽ uel successorem eius more iudiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

V. Idem A. Paulino.

NOn ideo minus crimine seu atrociũ iniuriarum iudicio tenetur is, qui in iustam accusationem incidit, quia dicat alium se huius facti mandatorem habuisse. nanq; hoc casu præter principalem reum mandatorem quoq; ex sua persona conueniri posse, ignotum nõ est. PP. III. Id. Septembr. Gordiano. A. II. & Pompeiano COSS.

VI. Idem A. Auidiano.

ABsentem capitali crimine accusari non posse: sed requiredum tantummodo adnotari solere, si desit, uetus ius est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunq; ullum crimen denunciatum esset, per iniuriam à præside prouinciæ in metallum damnatum dicas: quo magis in præsenti te agente, ut adseueras, iam nunc fides ueri possit illuminari: præfectum prætorio adire cura, qui quod nouo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iusticia reformabit. PP. IIII. Non. April. Ariano & Pappo COSS.

VII. Idem A. Proculo.

EA quidem, quæ per officiũ præsidibus denunciant'r, & citra solennia accusationũ posse perpendi, incognitũ nõ est. Verum si falsis nec'ne notorijs insimulatus, id est accusatus sit: perpenso iudicio dispici debet. PP. VIII. Id. Ianuar. Peregrino & Aemyliano COSS.

Exemplũ

VIII. *Exemplum sacrarum literarũ* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre uoluerit: non ad stationarios decurrat, sed præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerẽs, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

IX. *Iidem* AA. *Honorato.*

QVi de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductũ: de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super utroq; crimine audientiam accommodabit. nec enim licebit ei separatim de uno crimine sententiam proferre, priusq; plenissima examinatio super altero quoq; crimine fiet. PP. Kal. Septemb. Basso & Quintiano COSS.

X. *Iidem* AA. & CC. *Vrsæ.*

QVi explicandi negocij spem, cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est, pollicetur: non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, & qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam adspirat. PP. III. Kal. Nouembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XI. *Iidem* AA. & CC. *liberis Crispinæ charissimæ nobis.*

SI quis homicidij crimen existimat persequendum: secundum iuris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidij postulauerit reum, neq; probauerit, ideoq; reus absolutus est, præuaricationis arguere. id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum iurisq; forma præscriptum est. uel si id non putauerit agendum: ad sequens crimen, id est parricidium latronumue descendere eum coges, atq; id exsequi iudicio tuo: cum siquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. D. VIII. Id. April. Annibaliano & Asclepiodoto COSS.

XII. *Iidem* AA. & CC. *Aurelio.*

FActum sponte se præcipitantis innocenti criminis periculum adferre non potest. S. XIIII. Kal. Iun. Sirmij. AA. COSS.

XIII. *Imppp.* VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. *Mariniano uic. Hispaniæ.*

SI quis seruos crediderit accusandos: non prius ad corporum tormenta ueniatur, & se uinculo subscriptionis adstrinxerit. D. VI. Kal. Ianuar. Patauij. Merobaude. II. & Saturnino COSS.

XIIII. *Iidem.* AA. *et* ARCAD. A. *Cynegio* P. P.

SInguli uniuersiq; iudices cognoscant, in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragijs decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere, sed rei ueritatem requirere. D. prid. Kal. Maij. Constantinop. Arcadio. A. & Bautone COSS.

XV. *Iidem* AAA. *Tatiano* P. P.

TVnc conuenit potentiores uiros adesse iudicijs, cum eorum præsentiam in criminibus publicis per inscriptionẽ causa deposcat: licet in pecuniarijs causis per procuratores litem sustineant. D. XII. Kal. Mart. Mediolani. Valentiniano. A. IIII. & Neoterio COSS.

XVI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Pasiphilo.*

IN causis criminalibus dignum est, ut inscriptiones præponantur, quæ magnitudinem uidelicet criminis, tempusq; designent, ut alterutram partem digna legum terrere possit authoritas. quod si statutum forte fuerit contemptum: hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinq; librarum auri condemnatione ferientur. D. VIII. Id. Ianuar. Olybrio & Probino COSS.

XVII. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Conss. præt. trib. pleb.* S. D.

ACcusationis ordinem iamdudum legibus institutum seruari iubemus, ut quicunq; in discrimen capitis arcessitur: non statim reus, qui accusari potuit, existimetur, ne subiectam innocentiam feriamus: sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet, uinculum inscriptionis accipiat, custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis existimatione) patiatur, nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poscat similitudo supplicij. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quæstione confessus, ueniam sperans propter flagicia adiuncti, uel per communionem criminis consortium personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum forte sariandus, aut eripi se posse confidens, aut studio, aut priuilegio nominati: cum ueteris iuris authoritas de se confessos nec interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super aliena conscientia scrutetur. D. VIII. Id. Aug. Rauennæ. Asclepiodoto & Mariniano COSS.

DE EXHIBENDIS ET TRANSMITTENDIS REIS. Tit. III.

I. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *Valentiniano consulari Piceni.*

SI miles in prouincia repertus crimen publicũ cõmiserit: rector eum prouinciæ sub custodia cõstituat, atq; ita uel causæ meritũ, uel personæ qualitatẽ ad magistrum militum referat. D. XII. Kal. Febr. Mediolani. Valẽtiniano & Valente AA. COSS.

II. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio* P.P.

NVllus in carcerem prius, q̃ conuincat̃, omnino uinciatur. Ex longinquo si quis est acciendus: nõ prius insimulanti, id est accusatori cõmodetur adsensus, q̃ solenni lege se uinxerit. Ei uero, qui reducendus erit ad disponẽdas res suas cõponendosq; mœstos penates: spacium corã loci iudice, aut etiam magistratibus sufficientiũ dierum, nõ minus tamen triginta, tribuatur: nulla remanente apud eum, qui ad exhibendũ missus est, copia nundinandi. Qui postea, q̃ ad iudicem uenerit, adhibita aduocatione, ius debebit explorare quæsitum: ac tam diu pari cum accusatore fortuna retineri, donec reppererit cognitio celebrata discrimen. D. V. Kal. Iun. Constantinop. Gratiano. V. & Theodosio. AA. COSS.

III. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Drepanio proconsuli Africæ.*

NEminẽ in iudicio exhibendum esse præcipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronunciauerit. D. PP. Non. Febr. Mediolani. Valentiniano. A. III. & Neoterio COSS.

DE CVSTODIA REORVM. Tit. IIII.

I. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *ad Florentium rationalem.*

IN quacunq; causa reo exhibito, siue accusator existat, siue eũ publicæ sollicitudinis cura produxerit: statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur, innocens absoluatur. Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorũ præsentia necessaria uideatur: id quidẽ debet q̃ celerrime procurari. Interea uero exhibitũ non per ferreas manicas & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas (si criminis qualitas etiã acerbitatẽ catenarũ postulauerit) ut & cruciatio desit, & permaneat sub fidacustodia. Nec uero sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce uegetari ac subleuari: & ubi nox geminauerit custodiã, in uestibulis carcerũ & salubribus locis recipiat̃, atq; reuertente iterũ die ad primũ solis ortum ilico ad publicũ lumen reduci, ne pœnis carcerũ perimatur: quod innocentibus miserũ, noxijs nõ satis seuerũ esse dinoscitur. Illud etiam obseruabitur, ut neq; ijs, qui statorum funguntur officio, neq; ministris eorũ liceat crudelitatẽ suam accusatoribus uendere, & innocenteis intra carcerum septa læto dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantũ, sed etiam periculi metus iudici imminebit, si aliquẽ ultra debitũ tempus inedia aut quocunq; modo aliquis statorũ exhauserit, & nõ statim eum, penes quẽ officiũ custodiæ est, atq; eius ministros capitali pœnæ subiecerit. D. II. Kal. Iul. Serdicæ. Constantio. A. VI. & Constante Cæs. COSS.

II. *Iidem* AA. *et* CC. *ad Eusgrium* P.P.

SI quis in ea culpa uel crimine fuerit deprehensus, quò dignus clausstris carceris & custodiæ squalore uideatur: auditus apud acta, cum de admisso cõstiterit, pœnam carceris sustineat, atq; ita postmodum eductus apud acta audiatur. ita enim quasi sub publico testimonio cõmoratio admissi criminis fiet: ut iudicibus immodice sæuientibus freni quædam temperies adhibita uideatur. D. Non. Febr. Heracliæ. Constantio. A. VII. & Constante Cæs. II. COSS.

III. *Idem* A. *Acindyno* P.P.

QVoniam unum carceris conclaue permisto sexu crimino sos includit: hac lege sancimus, ut etiam si qualitas pœnæ permistione iniungenda est: sexu tamen dispares diuersa claustrorum tutamina habere iubeantur. D. Non. April. Acindyno & Proculo COSS.

IIII. *Imppp.* VALENT. VALENS & GRAT. AAA. *ad Probum* P.P.

AD cõmentariensem receptarum personarum custodia obseruatioq; pertineat: nec putet hominem abiectum atq; uilem obijciendũ esse iudici, si reus modo aliquo elapsus fuerit. nam ipsum uolumus eiusmodi pœna consumi, qua obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. Si uero cõmentariensis necessitate aliqua ab officio egerit: adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura, & eadem statuimus legis seueritate constringi. D. III. Kal. Iul. Constantinop. Gratiano A. II. & Probo COSS.

V. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Eutropio* P.P. De ijs,

DE his, quos tenet carcer incluſos, id aperta definitione ſancimus: ut aut conuictum uelox pœna ſubducat, aut liberandum cuſtodia diuturna non maceret. Iubemus autem, ut intra triceſimum diem ſemper cõmentarienſis ingerat numerum perſonarum, uarietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatemq; uinctorum. Quod ſi hæc prætermiſerit: officium quidẽ uiginti libras auri ærario noſtro iubemus inferre. iudicẽ uero deſidem, ac reſupina cerui-ce tantum titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem libris auri multandum eſſe cenſemus. D. IIII. Kal. Ianuar. Conſtantinop. Gratiano. V. & Theodoſio. AA. COSS.

DE PRIVATIS CARCERIBVS INHIBENDIS. Tit. V.

I. *Imp.* ZENO. A. *Baſilio* P.P.

IVbemus, nemini penitus licere per Alexandrinam ſplendidiſſimam ciuitatem, uel Aegyptiacam diœceſim aut quibuſlibet imperij noſtri prouincijs, uel in agris ſuis, aut ubicunq; domi priuati carceris exercere cuſtodiam: uiro ſpectabili pro tẽpore præfecto auguſtali, & clariſſimis omnium prouinciarum rectoribus daturis operam, ſemperq; futuris in ſpeculis, ut ſæpe dicta nefandiſſimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam poſt hanc ſaluberrimam conſtitutionem, & uir ſpectabilis pro tempore Auguſtalis, & quicunq; prouinciæ moderator, maieſtatis crimen procul dubio incurſurus eſt, qui cognito huiuſmodi ſcelere, læſam non uindicauerit maieſtatem: primatibus inſuper officiorum eiuſdem criminis laqueis conſtringendis, qui ſimul atq; nouerint memoratum interdictum facinus in quocunq; loco committi, proprios iudices de opprimendo nefandiſſimo ſcelere non protinus curauerint inſtruendos. Nam illud perſpicuum eſt: eos, qui hoc criminum genus commiſerint, pro ueterum etiam legum & conſtitutionum tenore, tanq; ipſius maieſtatis uiolatores, ultimo ſubiugandos eſſe ſupplicio. D. Kal. Iul. Conſtantinop. Longino. V.C. COS.

SI REVS VEL ACCVSATOR MORTVVS FVERIT. Tit. VI.

* Græca Conſtitutio. *

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Eutychiano.*

SI Marcellus, qui crimine falſi poſtulabatur, uita functus eſt, ac per hoc crimen in perſona eius ſit exſtinctum: accuſatio tamẽ non eſt abolita: cum tam uxorem eius, q̃ te eodem crimine poſtulatos proponas. PP. VII. Kal. Octobr. Læto. II. & Cereali COSS.

II. *Idem A. Proculo.*

SI is, quem homicidij ſeu cuiuſuis criminis poſtulaſti reum, uita functus eſt: fruſtra ob pœnã deſertæ accuſationis conueneris: cum morte eius crimen cum pœna ſit exſtinctum, ac per hoc tibi adempta eſt neceſſitas accuſationis. PP. IIII. Kal. Octobr. Romæ. Sabino & Anulino COSS.

III. *Imp.* ALEXANDER. A. *Veronitiano.*

SI (ut proponis) cauſa pecuniaria ad emolumentum tuum ſpectat: licet Annianus, cui falſi crimen auctor tuus intendebat, uita functus ſit: non prohiberis, ſi quis aduerſus te inſtrumẽto, quod in dubium uocatur, uti cœperit, accuſationem inſtituere. Quãuis enim in perſona principalis rei morte ſubducti iam ſubſiſtere nõ poſſit: tamẽ ſi quis illo uti uoluerit, intelligit ſe pericu lo criminis eſſe ſubiectum. PP. VI. Kal. Ianuar. Albino & Aemyliano COSS.

IIII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Ruſo.*

DEfunctis reis publicorum criminum, ſiue ipſi per ſe ea commiſerunt, ſiue alijs mandauerunt, pendente accuſatione: præterq; ſi ſibi mortem conſciuerint, bona ſucceſſoribus eorum nõ denegari, notiſſimi iuris eſt. PP. VII. Kal. Nouembr. Pio & Pontiano COSS.

V. *Idem. A. Iuliano.*

SI quis cũ capitali pœna, uel deportatione damnatus eſſet, appellatione interpoſita, & in ſuſpenſo conſtituta, fati diẽ functus eſt: crimen morte finitũ eſt. idem obſeruat̃, & ſi accuſator pendente appellationis tempore ultimũ diẽ obiiſſet. Sin autem relegationis pœnam ſuſtinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione uſus eſt: & poſt mortem eius nihilominus appellationis ratio examinatur: cum deſideratur, utrum ualeat, nec ne, particularis publicatio. PP. VI. Kal. Auguſt. Gordiano. A. & Auiola COSS.

SI QVIS IMPERATORI MALEDIXERIT. Tit. VII.

I. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. *Rufino* P.P.

SI quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantiq; maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit: eum pœnæ nolumus subiugari, neq; durum aliquid, nec asperum sustinere: quoniam si id ex leuitate processit, contemnendũ est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus ad nostram scientiam referatur: ut ex personis hominũ dicta pensemus, & utrũ prætermittanti, an exquiri debeant, censeamus. D. VI. Id. August. Constantinop. Theodosio A. III. & Habundantio COSS.

AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS. Tit. VIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Paulino*.

ETiam ex alijs causis maiestatis crimina cessant meo seculo: nedum etiam admittam te, paratum accusare iudicem propterea crimine maiestatis, quòd contra cõstitutionẽ meam dicis, pnunciasse. PP. III. Id. April. Maximo II. & Iuliano COSS.

II. *Idem. A. Faustiniano.*

ALienam sectæ meæ sollicitudinem concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres, & si seruo tuo iratum esse non perseueres, quod semper te facturum inconsulte iuraueras. PP. III. Non. Febr. Iuliano. II. & Crispino COSS.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. *ad Maximum.* P. V.

SI quis alicui maiestatis crimen intenderit: cum in huiusmodi re conuictus, minime quisq; priuilegio dignitatis alicuius à strictiore inquisitione defendatur: sciat se quoq; tormentis eo subdendum (si alijs manifestis indicijs accusationem suam non potuerit cõprobare) cum eo, qui huius esse temeritatis depræhenditur. Illum quoq; tormentis subdi oportet, cuius consilio atq; instinctu ad accusationẽ accessisse uidebitur, ut ab omnibus cõmissi conscijs instituta uindicta possit reportari. PP. Kal. Ianuar. Volusiano & Anniano COSS.

IIII. Imp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. *ad Olybrium* P. V.

NVllus omnino, cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ, uel generis, aut dignitatis uti defensione prohibeatur: excepta tãtum maiestatis, causa, in qua sola omnibus æqua cõditio est. D. VIII. Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore COSS.

V. Imppp. ARCAD. HONOR. AA. *Eutychiano.*

QVisquis cum militibus, uel priuatis, uel barbaris etiam scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentũ, uel dederit, de nece etiam uirorũ illustrium, qui consilijs & consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) uel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim scueritate uolũtatem sceleris, qua effectum, puniri iura uoluerunt) ipse quidem, utpote maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis. Filij uero eius, quibus uitam imperiali specialiter lenite cõcedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis exempla metuent) à materna, uel auita, omniũ etiã proximorũ hæreditare ac succedere habeant alieni, testamẽtis extraneorũ nihil capiant, sint ppetuo egẽtes & pauperes, infamia eos paterna semp comitet, ad nullos unq; honores, nulla sacramẽta perueniãt. sint postremo tales, ut his ppetua egestate sordentibus, sit & mors solatiũ, & uita suppliciũ. Denicq; iubemus etiã eos notabiles esse sine uenia, qui p talibus unq; apud nos interuenire tentauerint. Ad filias sanè eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tãtum ex bonis matris, siue testatò, siue intestatò defecerit, uolumus peruenire: ut habeãt mediocrem potius filiæ alimoniam, q; integrum emolumentum, ac nomen hæredis. mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras confidimus. Emancipatio, quæ à prædictis, siue in filios (post legem duntaxat latam) siue in filias fuerit collata, non ualeat. dotes, donationes, quarũlibet postremorum alienationes, quas ex eodem tempore qualibet fraude uel iure factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momenti. Vxores sanè prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à uiris titulo donationis acceperunt, filijs debeant reseruare: tempore, quo ususfructus absumitur, omnia

omnia fiſco noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant, quæ iuxta legem dedebãtur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantummodo, non etiam filijs deputata. Id, quod de prædictis eorumq; filijs cauimus, etiam de ſatellitibus conſcijs ac miniſtris filijſq; eorum ſimili ſeueritate cenſemus. Sanè ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio ueræ laudis accenſus, initam prodiderit factionem: præmio & honore donabitur. Ipſe uero, qui uſus fuerit factione, ſi uera (tamen incognita adhuc) conſiliorũ arcana patefecerit: abſolutione tantũ ac uenia dignus habebitur. D. II. Non. Septembr. Ancyræ. Cæſario & Attico COSS.

* Conſtitutio græca. *

VI PAVLVS. *lib. ſingulari de publicis iudicijs.*

MEminiſſe oportebit, ſi quid contra maieſtatem imperatoris commiſſum dicatur: etiam poſt mortem rei id crimen inſtaurari ſolere, poſteaq; Diuus Marcus Drunciani utpote ſenatoris, qui Caſſiani furoris ſocius fuerat, bona poſt mortem fiſco uindicari iuſſit: & noſtro tẽpore multis hæredibus ablata ſunt. In hoc item crimine, quod ad læſam maieſtatem imperatoris pertinet, etiam in caput domini ſerui torquentur.

VII. MARTIANVS. *lib. I. de publ. iudic. tit. ad L. Iul. maieſtatis.*

POſt diui Marci conſtitutionem hoc iure uti cœpimus, ut etiam poſt mortem nocentium hoc crimen incohari poſſit: ut conuicto mortuo, memoria eius damnetur, & bona eius ſucceſſori eius eripiantur. nam ex quo ſceleratiſſimum quis conſilium cœpit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Sic & diuus Seuerus & Antoninus conſtituerunt, ex quo quis tale crimine contraxit, neq; alienare, neq; manumittere eum poſſe, nec ei ſoluere iure debitorem. magnus etiam Antoninus reſcripſit, in hac cauſa in caput domini ſerui torquentur. Etſi deceſſerit quis: propter incertam perſonam ſucceſſoris bona obſeruãtur, ſi in cauſa maieſtatis fuiſſe mortuus arguatur: ut Seuerus & Antoninus literis ad Rationales miſſis reſcripſerunt.

* Græca conſtitutio. *

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS & de ſtupro. Tit. IX.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Caſſiæ.*

PVblico iudicio non habere mulieres adulterij accuſationem, quamuis de matrimonio ſuo uiolato queri uelint, lex Iulia declarat, quæ cum maſculis iure mariti accuſandi facultatẽ detuliſſet, non idem fœminis priuilegium detulit. PP. XIII. Kal. Auguſt. Laterano & Rufino COSS.

II. *Iidem* AA. *Cyro.*

CRimen lenocinij contrahunt, qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerint, non qui ſuſpectã adulterã habuerũt. PP. Kal. Iul. Anulino & Frontone COSS.

III. *Imp.* ANTONINVS. A. *Iuliano*

NOn ſolum uerba legis Iuliæ de adulterijs coërcẽdis, ſed etiam ſententia, per quæſtionem quoq; ſeruorum ſiue ancillarum crimen admiſſum probare uolentis, ad earum tantum perſonarum ſeruos ei rei exhibendos pertinet, de quibus ſpecialiter deprehendit, id eſt mulieris, & patris eius, non naturalis, ſed iuſti duntaxat, quos intra ſexageſimum diem ex ſolutione matrimonij numerandum manumitti uel diſtrahi prohibet: & quorum dominis caueri præcipit, ſi defuncti fuerint in quæſtione, uel facti deteriores, ſecuta abſolutione. PP. XV. Kal. Auguſt. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A. *Iuliano pconſ. Narboneñ. prouinciæ*

GRacchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehenſum interfecit, ſi eius conditionis fuit, ut per legem Iuliam impune occidi potuerit: quod legitime factum eſt, nullam pœnam meretur. Idemq; filijs eius, qui patri paruerunt, præſtandum eſt. ſed ſi legis authoritate ceſſante incõſulto dolore adulterum interemit: quamuis homicidium perpetratũ ſit: tamen quia & nox, & dolor iuſtus factum eius releuat, in exilium dari poteſt. PP. ſine die & cõſule.

V. *Idem A. Vadanti.*

ADulter poſt quinquennium, quàm commiſſum adulterium dicitur, quod continuum numeratur, accuſari nõ poteſt, easq; præſcriptiones legibus reo datas auferri nõ oportet. PP. Idib. Iun. Maximo II. & Aeliano COSS.

Idem.

VI. Idem A. Sebaſtiano.

IVre mariti adulterij accuſare uolenti, ſexaginta dies utiles cõputantur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quẽ reus uel rea poſtulari poteſt. Et cũ præterierint dies iſti utiles, ma ritus quoq; iure extranei agere poteſt. & ſiquidem confidit accuſationi: calumniæ notam time re non debet. Nam ad probationem ſceleris diui parentes mei quæſtionem de mancipijs eodẽ modo haberi permiſerũt, quaſi iure mariti ageret. PP. II. Id. Aug. Maximo II. & Aeliano COSS.

VII. Idem A. Proculo.

CAſtitati temporum meorum conuenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in pœnis legiti mis perſeuerare. qui autem adulterij damnatam, ſi quocunq; modo pœnam capitalẽ eua ſerit, ſciens duxit uxorem, uel reduxit: eadem lege ex cauſa lenocinij punietur. PP. VII. Kal. Fe bruar. Iuliano. II. & Criſpino COSS.

VIII. Idem A. Heruclano.

PRopter uiolatam uirginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cœpit, accuſator iuſtus non eſt. & ideo iure mariti crimẽ exercere non poteſt: niſi puella uiolata ſponſa eius fuerat. Sed ſi ipſa iniurias ſuas ſubſiſtentibus curatoribus, per quos etiã negocia eius gerenda ſunt, perſe quatur: præſes prouinciæ pro debita tanto delicto (ſi probetur) ſeueritate examinabit. PP. XII. Kal. Iun. Maximo II. & Aeliano COSS.

IX. Idem A. Domno.

REus adulterij duos ſimul marem & fœminam ex eadem cauſa fieri, lex Iulia de pudicicia uetat: ſed ordine peragi utroſq; licet. PP. Idib. Iun. Iuliano II. & Criſpino COSS.

X. Idem A. Demetriano.

DE crimine adulterij paciſci non licet: & par delictum eſt accuſatoris præuaricatoris, & refu gientis ueritatis inquiſitionem. qui autem precium pro comperto ſtupro accipit: pœ na legis Iuliæ de adulterijs tenetur. PP. V. Non. Maij. Fuſco & Dextro COSS.

XI. Idem A. Naruano.

CRimen adulterij maritum, retenta in matrimonio uxore, inferre non poſſe, nemini dubi cum eſt. PP. Kal. Septembr. Alexandro. II. & Marcello COSS.

XII. Imp. GORDIANVS. A. Aquilæ.

SI dum in tuo matrimonio uxor tua eſſet, ſe adulterio polluit: in ea prouincia, in qua id factũ eſt adulterium, more ſolito perſequi debes. nec enim ab ea, quæ iam nupta eſt, & adulteriũ paſſa, exordium accuſationis ſumi poteſt: ſi denunciatio criminis nuptias non præceſſit. PP. Non. Decembr. Gordiano A. & Auiola COSS.

XIII. Idem. A. Baſſo.

ET ſi crimine adulterij damnatus reſtitutus non eſſet, ut proponis: ſi tamen ſoror tua, cum qua adulterium cõmiſſum dicebatur, non eſt accuſata: nec pœnæ, nec infamiæ ſubijci po tuit: & multo magis cum & accuſatorem uita eſſe defunctum proponas. PP. Kal. Iun. Sabino II. & Venuſto COSS.

XIIII. Idem. A. Syluano.

ADulteram, ſi poſtea, quàm crimen contra eam incohatũ eſt, prouinciã exceſſit: etiã abſen tẽ inter reos recipi poſſe, explorati iuris eſt. PP. Non. Mart. Attico & Prætextato COSS.

XV. Idem A. Hilarino militi.

SI quondam uxor tua, anteq; crimine adulterij accuſaretur, prouinciam exceſſit: neq; abſens accuſari poteſt, neq; in eam prouinciam, in qua ſtipendium facis, trãſmitti iure depoſcitur. Sanè cum per occupationes militares licuerit, accuſare eam ſolenniter poteris. nec enim tem pus, quo muneribus militaribus occuparis, uindictam tibi, quam maritali dolore percuſſus re poſcis, debet auferre. PP. IIII. Id. Mart. Attico & Prætextato COSS.

XVI. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Arceſilao.

ABolitionem adulterij criminis poſtulans, præſidem, in cuius officio accuſatio fuerit ſtatu ta, adire debes. Cæterum erras tu marite, exiſtimans etiam ſi ſimpliciter & ſine abolitiõe deſtitiſſes, ſenatusconſulto in perſona tua futurum locum non fuiſſe. diuerſum enim diui prin cipes ſæpe ſanxerunt. Quin hoc amplius ſcias, nullam fuiſſe ulterius poteſtatem ſtatuendæ huiuſmodi accuſationis: quia & decreto patrum, & lege Petronia ei, qui iure uiri delatum adul terium nõ peregit, nunc; poſtea hoc crimen deferre permittitur. PP. XV. Kal. Iun. Maximo & Glabrione COSS.

XVII. Idem AA. Victorino.

SIne metu legis Iuliæ de adulterijs coërcendis reuocare in matrimoniũ potes uxorem, cum nihil

nihil amplius, & libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, ut uana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim cõmittit in pœnã, quã lex certo capite denunciat, qui uel publice adulterio damnatã habet, uel adulteram sciens, ut ignorantiã simulare possit, retinet uxorem. PP. VI. Kal. Augusti. Ipsis. AA. IIII. & III. COSS.

XVIII. *Iidem AA. & VALERIAN. C. Theodoræ.*

EVm, qui duas simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia. in ea nanq; re non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. Verumtamen ei, qui te ficto cælibatu, cũ aliam matrem familias in prouincia reliquisset, sollicitauit ad nuptias: crimen etiam stupri, à quo tu remota es, quòd uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Certe res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonij simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à rectore prouinciæ. nã ea quidem, quæ se tibi ut sponsæ daturũ promisit, quomodo repetere cum effectu potes quasi sponsa? Accepta Idib. Marjs. Antiochiæ. Tusco & Basso COSS.

XIX. *Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. ad Pompeianum.*

QVamuis indubitati iuris sit, quoties adulterij crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere: tamen quoniã ex literis tuis cognouimus Materiam Propositi Viatoris uxorem, habitis quæstionibus, cum Iuliano quondã adulterium commisisse, detectam sub ipsa prolatione sententiæ Viatoris ipsius præsentiam postulasse: non putauimus, confecto pene iudicio, facinore etiam agitata quæstione conuicto, Propositum ab excubijs limitis reuocandum. D. S. Non. Decembr. AA. & COSS.

XX. *Iidem AA. & CC. Didimo.*

FOediss imam earum nequiciam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quæ per uim stupro compræhensæ sunt, irrepræhensa uoluntate leges ulciscuntur. quinetiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum alijs interdici, merito placuit. PP. III. Non. Octobr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

XXI. *Iidem AA. & CC. Silano.*

OB commissa adulteria atq; accusandas uxores certa temporum, quæ utiliter computari solent, præscripta sunt. Si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditũ tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam sollicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis. ad quam cum uacare cœperis: properare debebis, ne effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas. PP. XIIII. Kal. Nouembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XXII. *Iidem AA. & CC. Dionysio.*

SI eius, à quo nunc adulterij rea postularis, contra iuris formam cõtubernio hæsisti: innumeris te authoritatibus tueri potes.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Oblimosi.*

SI ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim uænalem formã exhibuit, ac prostitutam meretricio more uulgo se præbuit: adulterij crimẽ in ea cessat. PP. XII. Kal. Nouembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XXIIII. *Iidem AA. et CC. Proculo.*

SErui ob uiolatum contubernium adulterij crimine accusare nõ possunt. Is autem, qui post dissociatum matrimonium uxorem licito iure duxit, obq; intentatæ accusationis ac potentis patrocinij metum ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit: ad recipiendum id, ulciscendam q; turpis lucri cupiditatem adire præsidem potest, qui examinatis partium allegationibus & inquisita fide ueri, siquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognouerit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris placitis instruetur. Sin uero constiterit corrupti matrimonij uelut mercedem ad captandam impunitatem solutam esse: eum, qui etiam aduersus senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri iubebit. PP. Kal. Nouembr. Ipsis. IIII. & III. AA. COSS.

XXV. *Iidem AA. & CC. Sossiano.*

ET si libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas te compræhendisse, & non liberas stuprasse detectum sit: ex huiusmodi sententia grauatam potius opinionem tuam, & infamia afflictam esse, manifestum est. PP. V. Id. Mart. Tyberiano & Dione COSS.

XXVI. *Iidem AA. & CC. Crispino.*

QVoniam Alexandrum, qui in crimen uocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo

nomine,quod accuſator uxorem poſt deprehenſum adulterium penes ſe habuiſſe uideatur, & de ſtatu ſuo agere nunc uelle perſpeximus:ita ordo quæſtionis dirimendus uidetur,ut in pri mis quidem de ſtatu Alexandri quæratur:ita,ut ſi eum liberum eſſe adhibita audientia depræ henderis,præſcriptionis ei obijciendæ facias poteſtatem.Siuero eundem ſeruum eſſe cogno ueris:remotis præſcriptionis impedimentis in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac ſi eum detectum in eo flagitio eſſe perſpexeris,pœnam decernere,quam in adulterij crimen legum ſanctio ſtatuit. D.v.Kal.Septembr.AA.COSS.

XXVII. *Iidem.AA.& CC. Phœbo.*

COmmiſſum adulterium cum eo,cui ſe poſtea nuptijs ſociauit, uelamento matrimonij non exſtinguitur.PP.XVIII.Kal.Ianuar.CC.COSS.

XXVIII. *Iidem AA.& CC.Concordio proconſ.Numidiæ.*

ITa nobis pudor cordi eſt,ut remoueamus priſci iuris ambages,& conſtituamus in adulterij quæſtione(abolitis de medio cæteris præſcriptionibus,præter quinquennij temporis & leni cinij,quod marito obijcitur,exceptionem)illam etiam,quæ poſt ſolutum prius matrimoni um competit,fidem criminis noſci.indignum eſt enim,ut ultionem pudoris præſtigia uerſuti iuris excludant.PP.Kal.Iun.Tuſco & Anulino COSS.

XXIX. *Imp.CONSTANTINVS.A.Afriano.*

QVæ adulterium commiſit,utrum domina cauponæ,an miniſtra fuerit, requiri debebit, & ita obſequio famulata ſeruili(ut plerunq;)ipſa intemperantiæ uina præbuerit:ut ſi do mina tabernæ fuerit, non ſit à uinculis iuris excepta. Si uero potantibus miniſterium præ buit: pro utilitate eius, quæ in reatum deducitur, accuſatione excluſa, liberi, qui accuſan tur, abſcedant: cum ab ijs fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ iuris nexibus deti nentur, & matrisfamiliæ nomen obtinent. hæ autem immunes ab iudiciaria ſeueritate & ſtupri & adulterij præſtentur, quas utilitas uitæ dignas legum obſeruatione non credidit. Sub ſcripta. Dat.III.Non.Febr.Heracliæ.Conſtantino.A.VI.& Conſtantino Cæſ.COSS.

XXX. *Idem A.ad Eusgrium.*

QVamuis adulterij crimen inter publica referatur,quorum delatio in commune omnibus ſine aliqua legis interpretatione conceditur:tamen ne uolentibus temere liceat fœdare connubia,proximis neceſſarijſq; perſonis ſolummodo placet deferri copiam accuſandi,hoc eſt patri,fratri,necnon patruo,& auunculo,quos uerus dolor ad accuſationem impellit.ſed & his perſonis legem imponimus,ut crimen abolitione(ſi uoluerint) compeſcant. In primis maritum genitalis tori uindicem eſſe oportet,cui quidem & ex ſuſpicione ream coniugem fa cere licet,uel(ſi eam tantum ſuſpicatur)penes ſe detinere non prohibetur:nec inſcriptionis uin culo contineri,cum iure mariti accuſaret,ueteres retro principes annuerunt. Extraneos autem procul arceri ab accuſatione cenſemus.nam & ſi omne genus accuſationis neceſſitas inſcriptio nis adſtringat:nonnulli tamen proterue id faciunt,& falſis contumelijs matrimonia deformät. Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.PP.VII.Kal.Maij.Conſtantino.A.VII.& Conſtantino Cæſ.IIII.COSS.

XXXI. *Imp.CONSTANTIVS & CONSTANS.AA.ad populum.*

CVm uir nubit,in fœmina uiros paritura quid cupiatur,ubi ſexus perdidit locũ:ubi ſcelus eſt id,quod non proficit ſcire?ubi uenus mutatur in alteram formam?ubi amor quæri tur,nec uidetur?Iubemus inſurgere leges,armari iura gladio ultore,ut exquiſitis pœnis ſubdan tur infames,qui ſunt,uel qui futuri ſunt rei.PP.Romæ.XIII.Kal.Ianuar.Conſtantio.III.& Con ſtante.II.AA.COSS.

XXXII. *Imppp.GRAT.VALENT.THEOD.& ARCAD.AAAA.Cynegio.P.P*

IN adulterij quæſtione ab omni familia non ſolum mariti,ſed etiam uxoris(quæ tamẽ tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admiſſum) ſine cunctꝫ defenſione quæren dum eſt. D.IIII.Id.Decembr.Conſtantinop.Arcadio.A.& Bautone COSS.

XXXIII. *Imppp.THEOD.ARCAD.& HONOR.AAA.Rufino P.P.*

ADulterij accuſatione propoſita, præſcriptiones ciuiles, quibus aut dos reperi fin gitur, aut ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere atque perſtrepere exa mini conſueuerunt, iuſſimus ſequeſtrari, nec earum obice aliquid negocio tarditatis ad ferri: ſed accuſatione fundata, hoc eſt, cum conſtiterit quo iure, id eſt maritiũe, an ex tranei, quoũe tempore accuſatio fuerit intromiſſa: diſcutiatur crimen, facti qualitas pu blicetur: cum & iurgia, quæ magnitudine ſuperantur, & ciuilis actio criminali iure poſt ponatur. Idem tamen, cum competere cœperit, habitura momenti: dummodo non obſit

obſit examini. D. Idib. Decembr. Conſtantinop. Arcadio. A. II. & Rufino COSS.

XXXIIII. *Iidem* AAA. *Rufino* P.P.

QVi adulterij fuerint accuſati & obtentu proximitatis intentata depulerint, per cõmemorationem neceſſitudinis fidem crimini derogando, dum exiſtimatur nec debere credi, quod allegatur, uel nõ potuiſſe cõmitti: hi ſi poſtmodum in nuptias ſuas conſortium'q; conuenerint: facinus illud, in quo fuerint accuſati, manifeſta fide atq; indicijs euidentibus publicabunt. Vnde ſi qui eiuſmodi reperti fuerint: iuſſimus in eoſdem ſeueriſſime uindicari, & ueluti conuictum confeſſum'q; facinus puniri. D. II. Non. Decembr. Conſtantinop. Theodoſio. A. III & Habundantio COSS.

XXXV. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Palladio* P.P.

SI mulier repudij oblatione ſine ulla legitima cauſa â ſe dati diſceſſerit: ne uiduitatem ſtupri procacitate commaculet, accuſationẽ repudiato marito iure deferimus. D. XII. Kal. Mart. Euſtachio & Agricola COSS.

XXXVI. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Ioanni* P.P.

LIbertates ſeruorum, qui ad dominium pertinent uxoris, uel mariti, uel parentum eorum, repudio miſſo, propter ſuſpicionẽ criminis adulterij legum conditores intra duorũ menſium ſpacium poſt miſſionem repudij numerandũ ſuſpendi definiunt propter tormentorũ quæſtionem (ſi opus exegerit) eis imponendã. Sin uero uxor matrimonio ſub præfato modo diſſoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore, quouſq; ſeruos eos propter memoratã cauſam permanere deceat, adijciunt. Nobis uero neceſſarium eſſe uidetur, certum tempus etiã in hoc caſu ſtatuere propter dotis quæſtionem, utrum in lucro marito cedat, uel hæredibus mulieris reſtituatur. Sancimus itaq; duos etiam menſes poſt mortem mulieris ſeruari: ut intra eos antedicti ſerui permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterij per eos præſtare. Tranſacto uero memorato tempore, licentiam habere hæredem mulieris, libertatem eis imponere: niſi per culpã eius maritus, phibitus fuerit cauſam adulterij, ipſe uidelicet imminẽs, exercere. D. V. Kal. Nouẽb. Cõſtantinop. poſt cõſulatũ Lampad. & Oreſt. VV. CC. anno ſecundo.

SI QVIS EAM, CVIVS TVTOR FVERIT, CORruperit. Tit. X.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Baſſum uicar. Italiæ.*

STutor pupillam quõdam ſuam uiolata caſtitate ſtuprauerit: deportationi ſubiugetur, atq; uniuerſæ eius facultates fiſci iuribus uindicentur: cuius eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt. D. II. Non. April. Conſtantino. A. VII. & Conſtantio Cæſ. COSS.

DE MVLIERIBVS, QVAE SE PROPRIIS SERVIS iunxerunt. Tit. XI.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Populum.*

SIqua cum ſeruo ſuo occulte rem habere detegitur: capitali ſententiæ ſubiugetur, tradendo ignibus uerberone. ſit'q; omnibus facultas crimen publicũ arguendi, ſit officio copia nunciandi, ſit etiam ſeruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. filij etiam, quos ex hac coniunctione habuerit, exuti oñibus dignitatis inſignibus, in nuda maneant libertate, neq; per ſe, neq; per interpoſitam perſonam quolibet titulo uoluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Succeſſio autẽ mulieris ab inteſtato uel filijs, ſi erunt legitimi, uel proximis cognatis'q; deferatur, uel ei, quem ratio iuris admittit. Id autem, quod ille, qui condemnatus eſt, & quod ex eo ſuſcepti filij quolibet caſu in ſua uideantur habuiſſe ſubſtantia, mulieris dominio ſociatum â memoratis ſucceſſoribus uindicetur. D. III. Kal. Ianuar. Serdicæ. Conſtantino. A. VII. & Conſtantio Cæſ. COSS.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA SEV priuata. Tit. XII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Pelitiæ.*

OBdebitum uiri uel ciuile munus res uxoris qui pignori capiunt, uim contrahere uidentur. D. Kal. Iulijs. Romæ. Antonino. A. II. & Geta. II. COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Vero.

TVtoris tui lege Iulia de ui priuata damnati, si tertia pars bonorum fisco uindicata est: tute læ actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modo si nulla præscriptio locum habeat. nam successio pro oneribus portionis suæ respõdet. PP. XV. Kal. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Bianori.

SI confidis sponsam filij tui raptam esse, uel filium tuum inclusum: instituere solenni more legis Iuliæ de ui accusationem apud præsidem prouinciæ non prohiberis. PP. VIII. Kal. Maij. Veron. AA. COSS.

IIII. Iidem. AA. & CC. Liberatio.

SI criminis accusationem propter res à seruo raptas intendendam putaueris: non contra dominũ, sed contra eum, quem facinus cõmisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniã à Fiscinulo etiam te uerberibus afflictum adseueras: si hominibus coactis hoc fecerit: de hoc etiam, si legis Iuliæ de ui priuata reum deferendum putaueris, apud præsidem age, non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res uindicari debeat. S. XVII. Kal. Iul. Firm. AA. COSS.

V. Iidem AA. & CC. Oploni.

IN possessionem fundi, licet creditor, per uim ingrediatur: Iuliæ legis uis priuatæ reus deferri potest. S. VI. Id. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Catulinum proconsul. Africæ.

QVoniam multa facinora sub uno uiolentiæ nomine continentur, cum alijs uim inferre certantibus, alijs cum indignatione resistentibus uerba cædesq; crebro deteguntur admissæ: placuit, si forte quis uel ex parte possidentis, uel eius, qui possessionem temerare tentauerit, interemptus sit: in eum supplicium exerceri, qui uim facere tentauerit, & alterutri parti causam malorũ præbuerit: & non iam relegatione aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat: nec interposita prouocatione sententiam, quæ in eum fuerit dicta, suspendat. D. XV. Kal. Maij. Aquileiæ. Gallicano & Basso COSS.

VII. Idem. A. ad Bassum P. V.

SI quis ad se fundum, uel quodcunq; aliud adserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: aut ciuiliter super possidendo agat, aut impleta solennitate iuris crimen uiolentiæ opponat: non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quòd si omissa interpellatione uim possidenti intulerit: ante omnia uiolentiæ causam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem uenerit possidentem: ut ei, quem cõstiterit expulsum, amissæ possessionis iura reparentur: eadẽq; protinus restituta, si criminalis quæstio agitetur, uiolentus pœnæ non immerito destinatus, in totius litis terminum differatur: ut agitato negocio principali, si contra eum fuerit iudicarum, in insulam deportet̃, bonis omnibus abrogatis. D. II. Non. Octobr. Romæ. Constantino. V. & Licinio COSS.

VIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Albinum P. P.

SEruos, qui fecisse uiolentiam confessionibus testium aut proprijs docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu atq; exhortatione dominorum uiolentiam admiserint: palam est, secundum legem Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci atq; originis propriæ dignitate non uti. Seruos uero, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo post sententiam dedi. Viles autem infamesq; personæ & ij, qui bis aut sæpius uiolentiã perpetrasse conuincentur, constitutionum diuualium pœna teneantur. Iudicem uero nosse oportet, quòd graui infamia sit notandus, si uiolentiæ crimen apud sese probatum distulerit, omiserit, uel impunitati donauerit, aut mollio rem, q̃ præstituimus, pœnam protulerit. D. VI. Non. Mart. Valentiniano. A. IIII. & Neoterio COSS.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Aurelio P. P.

CRimen non dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptam scientem delictum seruare. D. III. Non. Mart. Honorio. X. & Theodosio. V. AA. COSS.

X. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Nicostrato P. P.

OMnibus per ciuitates & agros habendi Bucellarios, uel Isauros, armatosq; seruos licentiam uolumus esse præclusam. Quòd si quis præter hæc, quæ nostra mansuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia, seu Bucellarios, aut Isauros in suis prædijs, aut iuxta se habere tenta-

tentauerit: post exactam centum librarum auri condemnationem, uindictam in eos seueriſſimam proferri ſancimus. Viri quoq; clariſſimi prouinciarum rectores in ſpeculis eſſe debebunt, ne quis audeat ſtatuta noſtræ manſuetudinis in aliquo uiolare: ſcientes, quod ex diſſimulatione dignitatis & adminiſtrationis cingulo priuabuntur, & poſt centum librarum auri multam ſalutis uitæq; ſuæ periculum ſuſtinebunt: primatibus uidelicet apparitionis ſuæ perſonis præter amiſſionem fortunarum ſuarum capitali quoq; ſupplicio ferendis. D. V. Kal. Septembr. Anthemio. A. II. COS.

DE RAPTV VIRGINVM, SEV VIDVARVM, NECnon ſanctimonialium. Tit. XIII.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Hermogeni magiſtro officiorum.*

RAptores uirginum honeſtarum uel ingenuarum, ſiue iam deſponſatæ fuerint, ſiue non, uel quarumlibet uiduarum fœminarum, licet libertinæ uel ſeruæ alienæ ſint, peſſima criminum peccantes, capitis ſupplicio plectendos decernimus: & maxime ſi deo fuerint uirgines uel uiduæ dedicatæ, quod non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis dei irreuerentiam committitur: maxime cum uirginitas uel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit. & merito mortis damnantur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint uacui. Ne igitur ſine uindicta talis creſcat inſania: ſancimus per hanc generalem conſtitutionem, ut hi, qui huiuſmodi crimen commiſerint, & qui eis auxilium inuaſionis tempore præbuerint, ubi inuenti fuerint in ipſa rapina, & adhuc flagrante crimine compræhenſi, & à parentibus uirginum ingenuarum, uel uiduarum, uel quarumlibet fœminarum, aut earum conſanguineis, aut à tutoribus, uel curatoribus, uel patronis, uel dominis conuicti interficiantur. Quæ multomagis contra eos obtinere ſancimus, qui nuptas mulieres auſi fuerint rapere: quia duplici crimine tenentur, tam adulterij, q̃ rapinæ, & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus connumerauimus etiam eum, qui ſaltem ſponſam ſuam per uim rapere auſus fuerit. Sin autem poſt commiſſum tam deteſtabile crimen aut potentatu raptor ſe defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidem regia urbe tam uiri excelſi præfecti prætorio, q̃ uir glorioſiſſimus præfectus urbi: in prouincijs autem tam uiri eminentiſſimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, q̃ magiſtri militum per diuerſas noſtri orbis regiones, necnon uir ſpectabilis præfectus Aegypti, uel comitis orientis, & uicarij, & procõſules, & nihilomnus omnes uiri ſpectabiles duces, & uiri clariſſimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuſlibet ordinis iudices, qui in illis locis inuenti fuerint: ſimile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant, ut eos poſſint compræhendere, & compræhenſos in tali crimine poſt legitimas & iuri cognitas probationes ſine fori præſcriptione duriſſimis pœnis afficiant, & mortis condemnent ſupplicio. Quibus & ſi appellare uoluerint, nullam damus licentiam ſecundum antiquæ Conſtantinianæ legis definitionem. Et ſiquidem ancillæ uel libertinæ ſint, quæ rapinam paſſæ ſunt: raptores tantummodo ſupradicta pœna plectentur, ſubſtantijs eorum nullam deminutionem paſſuris.

Sin autem in ingenuam perſonam, tale facinus perpetretur: etiam omnes res mobiles, ſeu immobiles, & ſe mouentes, tam raptorum, q̃ etiam eorum, qui eis auxilium præbuerunt, ad dominium raptarum mulierum liberarum tranſferantur, prouidentia iudicum, & cura parentum earum, uel maritorum, tutorum, ſeu curatorum. Et ſiue non nuptæ mulieres alij cuilibet præter raptorem legitime coniungentur: in dotem mulierum liberarum eaſdem res, uel quantas ex ijs uoluerint, procedere. ſiue maritum nolentes accipere, in ſua pudicicia remanere uoluerint: pleno dominio eis ſancimus applicari: nemine iudice uel alia quacunq; perſona hæc audente contemnere. Nec ſit facultas raptæ uirgini, uel uiduæ, uel cuilibet mulieri raptorem ſuum ſibi maritum expoſcere: ſed cui parentes, excepto raptore, eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloq; tempore datur à noſtra ſerenitate licentia eis conſentire, qui hoſtili more in noſtra republica matrimonium ſtudent ſibi coniungere. Oportet etenim, ut quicunq; uxorem ducere uoluerit, ſiue ingenuam, ſiue libertinam: ſecundum noſtras leges & antiquam conſuetudinem parentes uel alios, quos decet, petat, ut cum eorum uoluntate fiat legitimum coniugium. Pœnas autem, quas prædiximus, id eſt mortis & bonorum amiſſionem non tantum aduerſus raptores, ſed etiam contra eos, qui hos comitati in ipſa inuaſione & rapina fuerint, cõſtituimus. Cæteros aũt oẽs, q conſcij & miniſtri huiuſmodi criminis reperti & cõuicti fuerint, uel qui eos ſuſceperint, uel quãcũq; opẽ

eis intulerint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſunt, cuiuſcunq; conditionis, uel gradus, uel dignitatis: pœnæ tantummodo capitali ſubijcimus, ut huic pœnæ omnes ſubiaceant, ſiue uolentibus, ſiue nolentibus uirginibus, ſiue alijs mulieribus tale facinus fuerit ppetratũ. Si eñ ipſi raptores metu uel atrocitate pœnæ ſe ab huiuſmodi facinore temperauerint: nulli mulieri, ſiue uolenti, ſiue nolenti, peccandi locus relinquetur: quia hoc ipſum uelle mulieris ab inſidijs nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Niſi etenim eam ſollicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit: non facit eam uelle in tantum dedecus ſeſe prodere: parentibus, quorum maxime uindicta intererat, ſi patientiam præbuerint, ac dolorem remiſerint, deportatione plectẽdis.

Et ſiquis inter hæc miniſteria ſeruilis conditionis fuerit cõpræhenſus: citra ſexus diſcretionem eum concremari iubemus: cum hoc etiam Conſtantiniana lege recte fuerit proſpectum: omnibus legis Iuliæ capitulis, quæ de raptu uirginum, uel uiduarum, ſiue ſanctimonialium, ſiue antiquis legum libris, ſiue in ſacris conſtitutionibus poſita ſunt, de cætero abolitis: ut hæc tantummodo lex in hoc capite pro oñibus ſufficiat, quam de ſanctimonialibus, & uirginibus, & uiduis locum habere ſancimus. D. XV. Kal. Decembr. Conſtantinop. D N. Iuſtiniano. A. PP. II. COS.

DE EMENDATIONE SERVORVM. Tit. XIIII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Baſſum.*

SI uirgis aut loris dominus ſeruum afflixerit, aut cuſtodiæ cauſa in uincula conjecerit: dierum diſtinctione ſiue interpretatione depulſa, nullum criminis metum ſeruo mortuo ſuſtineat. Nec uero immoderate ſuo iure utatur: ſed tunc reus homicidij ſit, ſi uoluntate eum ictu fuſtis, aut lapidis occiderit, uel certe telo uſus læuale uulnus inflixerit, aut ſuſpendi laqueo præceperit, uel iuſſione terra præcipitãdum eſſe mandauerit, aut ueneni uirus infuderit, uel dilaniauerit pœnis publicis corpus ferarũ unguibus latera perſecando, uel exurendo oblatis ignibus membra, aut tabeſcentes artus atro ſanguine permiſta ſanie defluentes, propè in ipſis adegerit cruciatibus uitam relinquere ſæuicia immanium barbarorum. D. V. Id. Mart. Romæ. Conſtantino A. & Licinio COSS.

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM. Tit. XV.

I. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Senatum.*

IN corrigendis minoribus pro qualitate delicti ſenioribus propinquis tribuimus poteſtatem, ut quos ad uitæ decora domeſticæ laudis exempla non prouocant, ſaltem correctionis medicina compellat. Neq; tamen nos in puniẽdis minorum uicijs poteſtatẽ in immẽſum extẽdi uolumus, ſed iure patrio authoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduerſione compeſcat. quòd ſi atrocitatis factius domeſticæ emendationis excedit: placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. D. Idib. April. Valentiniano & Valente AA. COSS.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS. Tit. XVI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Herculiano. & alijs militibus.*

FRater ueſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. qui ſi probauerit, nõ occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe: remiſſa homicidij pœna, ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet. crimen enim contrahitur, & ſi uoluntas nocendi intercedat. cæterũ ea, quæ ex improuiſo caſu potius, quàm fraude accidunt: fato plerunq;, non noxæ imputantur. PP, II. Kal. Febr. Læto II. & Cereali COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Quintiano.*

IS, qui aggreſſorem, uel quemcunq; alium in dubio uitæ diſcrimine cõſtitutus occiderit: nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. III. Non. April. Ariano & Pappo COSS.

III. *Idem.* A. *Quintiano.*

SI quis percuſſorẽ ad ſe uenientem gladio repulerit: non ut homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo pecaſſe uidetur.

IIII. *Imp.* GALLIENVS. A. *Monatio.* Si utal

SI (ut allegas) latrocinantem peremisti: dubium non est, eum, qui inferendæ cædis uoluntate præcesserat, iure cæsum uideri. PP. XIII. Kal. Febr. Valerio & Lucillo COSS.

V. *Exemplum sacr. litter.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Agatho.*

EVm, qui adseuerat homicidiũ se nõ uoluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita uideatur: si hoc ita est, neq; super hoc ambigi poterit: oñi metu ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum est, uolumus liberari. D. VII. Kal. Decembr. Sirmij. Ipsis AA. IIII. & III. COSS.

VI. *Iidem AA. et CC. ad Agotium.*

SI quis te reum Corneliæ legis de sicarijs fecerit: innocẽtia purgari crimen, non adulta ætate defendi conuenit S. VI. Kal. Nouembr. Romæ. CC. COSS.

VII. *Iidem AA. & CC. Philisco.*

IS, qui cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, uel cuius dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicarijs pœna coërcetur. S. VII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

VIII. *Imp.* VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. *ad Probum.*

SI quis necandi infantis piaculum aggressus aggressaue sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. VII. Id. Febr. Romæ. Gratiano A. II. & Probo COSS.

IX. *Impppp.* GRAT. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAAA. *Cynegio* P. P.

SI forte mulier marito mortis parasse insidias, uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniatur, uel forte maritus eo modo infectetur uxorem: in eadem quæstione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit) si ne cuiusq; defensione quærendum est. D. III. Kal. Decembr. Arcadio A. & Bautone COSS.

DE HIS, QVI PARENTES VEL LIBEROS occiderunt. Tit. XVII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Verinũ uicariũ Africæ.*

SI quis parentis, aut filij, aut omnino affectionis eius, qui nuncupatione paricidij continetur, fata properauerit, siue clam, siue palàm id fuerit enisus: pœna paricidij punietur, neq; gladio, neq; ignibus, neq; ulli alij solenni pœnæ subiugetur, sed insutus culleo cum cane & gallo gallinacio & uipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium cõtubernijs misceatur: & ut regionis qualitas tulerit, uel in uicinum mare, uel in amnem proijciatur: ut omni elementorum usu uiuus carere incipiat, & ei cælum superstiti, terra mortuo auferatur. D. XVII. Kal. Decembr. Licinio V. & Crispo COSS. Accept. prid. Id. Mart. Carthagine. Constantino. A. V. & Licinio Cæs. COSS.

DE MALEFICIS, ET MATHEMATICIS, ET cæteris similibus. Tit. XVIII.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. *Titio.*

PLus est hominẽ exstinguere ueneno, quàm occidere gladio. PP. sine die & cõsule.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Tyberio.*

ARtem geometriæ discere atq; exercere publice interest. ars aũt mathematica damnabilis interdicta est. S. XIII. Kal. Septembr. Sirmij. CC. COSS.

III. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Maximum.*

NVllus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorũ, qui huic ritui adsolẽt ministrare, limẽ alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominis amicicia (quamuis uetus) repellatur: concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum euocauerit suasionibus, uel præmijs. accusatorẽ autẽ huius criminis non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kal. Febr. Romæ. Constantino A. V. & Licinio Cæs. COSS.

IIII. *Iidem AA. & CC. ad Bassum* P. P.

EOrum est scientia punienda, & seueriſſimis merito legibus uindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexis se detegent. Nullis uero criminatiõibus implicãda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocẽter adhibita suffragia, ne maturis uindemijs metuerẽtur imbres, aut uentis grandinisq; lapidatione quaterentur, quibus non cuiuscunq; salus aut æstimatio læderetur

deretur,sed quorum proficit actus,ne diuina munera & labores hominum sternerentur. D.X. Kal.Iun.Aquileiæ,Crispo & Constant. COSS.

V. Impp.CONSTANTIVS.A.& IVLIANVS Cæs.ad Populum.

NEmo aruspicem consulat,aut mathematicum,nemo ariolum,augurum & uatum prauа confessio conticescat.Chaldæi,ac magi,& cæteri,quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat,nec ad hanc partem aliquid moliantur.sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas.etenim suppliciũ capitis feret,gladio ultore ꝓstratus,quicũq; nostris iussis obsequiũ denegauerit.D.VIII.Kal.Febr.Mediolani.Constantio.A.VIII.& Iuliano Cæs. COSS.

VI. Idem A.& C.ad Populum.

MVlti magicis artibus usi elementa turbare,uitas insontium labefactare non dubitant:& manes accitos audent uentilare, ut quisq; suos conficiat malis artibus inimicos, hos (quoniam naturæ peregrini sunt)feralis pestis absumat.D.II. Non. Decembr. Constantio.A. IX.& Iuliano.II.COSS.

VII. Iidem A.& C.ad Taurum P.P.

ET si excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum, præter illa uidelicet crimina,quæ legibus demonstrantur(& si homines magi,in quacũq; sint parte terrarum,humani generis inimici credendi sunt) tamen quoniam qui in comitatu nostro sunt,ipsam pulsant propè modũ maiestatem:si quis magus,uel magicis cantaminibus affuetus,qui maleficus uulgi consuetudine nuncupatur,aut aruspex, aut ariolus, aut certe augur,uel etiam mathematicus,aut enarrãdis somnijs occultans artem aliquam diuinandi,aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo uel Cæsaris deprehensus fuerit: præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat.Si conuictus ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando:sit eculeo deditus,unguliscq; sulcantibus latera perferat pœnas proprio facinore dignas.D.VII.Kal.Iul.Arimini.Titiano & Cereali COSS.

VIII. Imppp. VALENTIN.& VALENS.AA.ad Modestum P.P.

CVlpa similis est,tam prohibita discere,cꝫ docere.D.II.Id.Decembr.Constantinop. Valentiniano & Valente.AA.COSS.

IX. Imppp.VALENT.THEOD.& ARCAD.AAA.Albino P.P.

QVicunq; maleficiorum labe pollutum audierit,deprehenderit, occupauerit: ilico ad publicum protrahat,& iudiciorum oculis communis hostem salutis ostẽdat.quòd si quisq; ex agitatoribus,id est aurigis,seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum uenire tentauerit,aut clandestinis suppliciis etiam manifestum eum maleficæ artis oppresserit:ultimum supplicium non euadat,geminæ suspitionis obnoxius,quod aut publicum reum,ne faucinoris socios publicaret,seueritati legum & debitæ subtraxerit quæstioni:aut proprium fortassis inimicum sub huiusmodi uindictæ nomine consilio atrociore confecerit.D.XV.Kal.Decembr.Romæ.Timasio & Promoto COSS.

DE SEPVLCHRO VIOLATO. Tit. XIX.

I. Imp.GORDIANVS.A.Zenoni.

RES religioni destinatas,quinimò religionis effectas,scientes qui cõtigerint,& emere,& distrahere non dubitauerint:tametsi iure uenditio non subsistat:tæsæ tamen religionis in crimen inciderunt.PP.III.Kal.Mart.Sabino.II.& Venusto COSS.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.ad Tatianum P.V.

SI seruus in demoliendis sepulchris fuerit adprehensus:si id sine domini scientia faciat:metallis adijcietur.si uero domini authoritate ,uel iussione:relegatione plectetur.etsi forte detractum aliquod de sepulchris ad domum eius uillam cꝫ prouectum reperietur:uilla,siue domus,aut ædificium,quodcunq; erit,fisci iuribus uindicetur. D. VII Id. Iul. Acindyno & Proculo COSS.

III. Idem A.ad Limenium P.P.

SI quis sepulchrum uiolaturus attigerit:locorum iudices,si hoc uindicare neglexerint,nõ minus,cꝫ uiginti librarum auri in sepulchrorum uiolatores statuta pœna multentur,ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. D.V.Kal. April.Limenio & Catulino COSS.

IIII. Idem A.ad Populum.

QVi sepulchra uiolant,domos(ut ita dixerim) defunctorum :geminum uidentur facinus perpetrare.nam & sepultos spoliant destruendo,& uiuos polluunt fabricando. Si quis igi

tur de

tur de sepulchro abstulerit saxa, uel marmora, uel columnas, aliamue quancunq; materiam fabricandi gratia: siue id fecerit uenditurus, decem pondo auri cogatur fisco inferre: siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunq; alius accusauerit, uel officio nunciauerit, quæ pœna priscæ seueritati accedit. nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra uiolantibus uidetur impositum. huic autem pœnæ subiacebunt & qui corpora sepulta aut reliquias contrectauerint. D. Idib. Nouembr. Mediolani. Constantio. VIII. & Iuliano Cæs. COSS.

V. Imp. IVLIANVS. A. ad Populum.

PErgit audacia ad busta diem functorũ, & aggeres consecratos: cum & lapides hinc mouere, & terram euertere, & cespitem uellere, proximum sacrilegio maiores semper habuerint. sed & ornamenta quædam triclinijs atq; porticibus auferri de sepulchris. quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegij cohibentes. D. II. Id. Febr. Iuliano. A. IIII. & Sallustio COSS.

VI. Imp. IVSTINVS. A. Theodoro.

CVm sit iniustum, & nostris alienum temporibus, iniuriam fieri reliquijs defunctorum ab ijs, qui debitorem sibi esse mortuum dicendo, debitumq; exigendo, sepulturam eius impediunt: ne in posterum eadem iniuria procederet: cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint, uel exigendo, quod debitum esse dicitur, uel confessiones aliquas, aut fideiussores, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. redditis uero pignoribus uel pecunijs, quæ solutæ sunt, uel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innouatione in pristinum statum reducendis, principale negocium ex integro disceptari. eum uero, qui in huiusmodi comprehensus fuerit flagitio: quinquaginta libras auri dependere, uel si minus idoneus ad eam persoluendam sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. D. Kal. Decembr. Constantinop. Olybrio. V. C. COS.

AD LEGEM FAVIAM DE PLAGIARIIS. Tit. XX.

I. Imp. ANTONINVS. A. Placido.

PAter tuus aduersus eum, à quo sollicitatam ancillam, plagio quoq; facto exportatam queritur, apud suum iudicem ciuiliter in rem actione instituta consistat. Si in causa tenuerit: etiam legis Fauiæ crimen persequi poterit. Quòd si per uiolentiam mancipium abreptum est: accusationem eius nõ prohibetur intendere. PP. XII. Kal. April. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

II. Idem. A. Aurelio.

SI ab Aeliano seruum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum, moxq; eo suadente fugæ datum probare potes: legis Fauiæ crimen per te, uel actionem ad eam rem propositam, id est serui corrupti, per procuratorem tuum persequi potes. PP. VII. Kal. August. Antonino. A. IIII. & Balbino COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Cornelio.

VT legis Fauiæ pœna debeatur, in crimen subscriptio, & accusatio, & sententia necessaria est. PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano. II. & Crispino COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Paulinæ.

NOn ualet procuratoris sententia, si uicem præsidis non tueatur, qui legi Fauiæ locum esse pronunciauit: cum eius legis disceptatio ad præsidis prouinciæ pertineat notionem. PP. III. Non. Decembr. Gordiano. A. & Auiola COSS.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. Cæs. Iulianæ.

SI fratrem tuũ aduersarius tuus supprimit: legis eum Fauiæ, adito præside prouinciæ, reum debes postulare. PP. Non. Maij. Aemyliano & Basso COSS.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Martianæ.

IN fuga seruum constitutum neq; uendere, neq; donare licet. Vnde intelligis, te in legem incidisse, quæ super huiusmodi delictis certam pœnam fisco inferendam statuit: exceptis cohæredibus & socijs, quibus in diuisione communium rerum licitationem de fugitiuo seruo inuicem facere permissum est. Ita uero liceat fugitiuum uendere, & tunc uenditio ualeat, quando ab emptore quæsitus fuerit deprehensus. PP. III. Id. Mart. AA. COSS.

VII. Iidem AA. Maximo P. V.

QVoniam ſeruos à plagiarijs alienari ex urbe ſignificas, atq; ita interdum ingenuos homines eorum ſcelere abſportari ſolere perſcribis: eorum te delictorum licētiæ maiore ſeueritate occurrendum eſſe decernimus. Ac propterea ſi quem in huiuſmodi facinore deprehenderis: capite eum plecti non dubitabis, ut pœnæ genere deterreri cæteri poſſint, quo minus iſtiuſmodi audacia ſeruos uel liberos a b urbe diſtrahere atq; alienare audeant. D. VI. Id. Decembr. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. COSS.

VIII. *Iidem. AA. & CC. Conſidio.*

PRæſes prouinciæ diſcreto prius iure dominij intelligat, audiendum ſit plagij crimē, nec'nenam ſi proprietatis tuæ mancipium eſſe conſtiterit: exſpiraſſe criminis intentionē, emerſa dominij luce, manifeſtabit. ſi uero ſeruum alienum eſſe conſtiterit: poſt diſceptatam proprietatis quæſtionem, & criminis cauſam audiet. PP. VIII. Kal. Septembr. Ipſis. AA. IIII. & III. COSS.

IX. *Iidem AA. & CC. Eugenio.*

EVm, qui mancipium alienum cælat, Fauiæ legis crimine teneri, nō eſt incerti iuris. S. Idib. Maijs. Heracliæ. AA. COSS.

X. *Iidem AA. & CC. Dizæ.*

COmparantem ab eo, qui abduxit plagio mancipia, ſi delicti ſocius non probetur, nullo crimine teneri conuenit. S. Non. Nouembr. * Lucione. AA. COSS.

XI. *Iidem. AA. & CC. Marpiatæ.*

ABducti plagio facta uenditio ſtatum non mutat. liberæ enim perſonæ ſollicitatione crimē committitur, non conditioni præiudicatur. S. Id. Nouembr. Lucionæ. AA. COSS.

XII. *Iidem AA. & CC. Mutiano.*

SI quis ſeruum fugitiuum ſciens cum rebus furtiuis ſuſceperit: cum horum nomine furti actione teneatur: hæc tibi rector prouinciæ cū ſolita pœna reſtitui efficiet. ſed & ſi criminis plagij accuſationē inſtitueris: tibi audientiā præbere nō dubitabit. S. Kal. April. Singiduni. CC. COSS.

XIII. *Iidem AA. & CC. Seuerino.*

PLagij criminis accuſatio publici ſit iudicij. S. V. Kal. Decembr. CC. COSS.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Caliſtheni.*

PLagij criminis accuſatio ceſſat, ſi ſuos ſeruos uel liberos adſeuerent, qui ſuppreſſiſſe dicuntur: non commiſſi uelandi cauſa, ſed ad hanc opinionem iuſta ducti ratione. S. prid. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. COSS.

XV. *Iidem AA. & CC. Pomponio.*

LIberum, ſciens uenditionem eius, inuitum uenundando, plagij criminis pœna tenetur. D. XIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

XVI. *Imp. CONSTANTINVS. A. ad Celſum uicarium Africæ.*

PLagiarij, qui uiuentium filiorum miſerandas infligunt parentibus orbitates, metalli pœna cum cæteris ante cognitis ſupplicijs teneantur. Si quis tamen eiuſmodi reus fuerit oblatus, poſt ea cq; ſuper crimine claruerit: ſeruus quidem, uel libertate donatus beſtijs ſubijciatur, ingenuus autem gladio conſumatur. D. Kal. Aug. Conſtantino. A. IIII. & Licinio COSS.

AD LEGEM VISCELLIAM. Tit. XXI.

I. *Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Baccho.*

IEx Viſcellia libertinæ conditionis homines perſequitur, ſi ea, quæ ingenuorum ſunt, circa honores & dignitates auſi fuerint attentare, uel decurionatum arripere: niſi iure aureorum anulorum impetrato à principe ſuſtineantur. tunc enim quoad uiuunt, imaginem, non ſtatum ingenuitatis obtinent, & ſine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus ſe dicit ingenuum: tam de operis ciuiliter poterit, cq; legis Viſcelliæ crimine perurgeri. In curiam autem ſe immiſcens, damno quidem cum infamia afficitur. Muneribus uero perſonalibus in patria patroni, quæ congruunt huiuſmodi hominibus, ſingulos pro uiribus attributos eſſe, non dubiū eſt. PP. II. Id. Februar. Antiochiæ. CC. COSS.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS. Tit. XXII.

I. *Imp. ANTONINVS. A. Seuerino.* Si par-

SI partus subiecti crimen diuersæ parti obijcitis: causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri nõ debuit, sicut iam pridẽ mihi & diuo Seuero patri meo placuit. neq; enim ueriſimile est, eam, quæ arguitur, non ex fide causam suam defensurã, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. Duobus & Aſpris COSS.

II. Imp. ALEXANDER. A. Valerio.

SAtis aperte diuorum parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ solutionis gratia à debitore falsi crimen obijcitur, nihilominus salua executione criminis debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. III. Non. Maij. Maximo. II. & Aeliano COSS.

III. Idem. A. Cassio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem eius, id est nouercam tuam, subrepto uero testamento, falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares, legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impediéris accusationem contra eam, impletis solennibus, instituere. PP. XI. Kal. Ianuar. Albino & Maximo COSS.

IIII. Idem A. Maximo.

MAiorem seueritatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus utuntur, digna pœna coërceãtur. sed qui deceptus est per alium: si suam innocentiam probat, & eum, à quo accepit, exhibet: se liberat. PP. IIII. Kal. Ianuar. Albino & Maximo COSS.

V. Idem A. Petronio.

FAlsi quidem crimen, uel aliud capitale mouere uos matri uestræ, secta mea nõ patitur. Sed ea res pecuniarium compendium non aufert. si enim de fide scripturæ, unde mater uestra fideicommissum sibi uindicat, dubitatio est: inquiri fides ueritatis etiam sine metu criminis potest. PP. III. Kal. Septembr. Agricola & Clemente COSS.

VI. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. C. Culpio.

QVi falsas tabulas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudiciũ adspirare nõ potest. PP. XV. Kal. April. Philippo. A. & Titiano COSS.

VII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Heliodoro.

IPse significas, cum primo aduersarij instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. facta igitur transactione, difficile est, ut is, qui prouinciam regit, uelut falsum, cui semel adquieuisti, tibi accusare permittat. PP. III. Kal. Iul. Tusco & Basso COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Marino.

SI falsos codicillos ab ijs, contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideó accusationem euadere possunt, quòd se illis negent uti. nam illis prodest instrumenti usu abstinere, qui nõ ipsi machinatores falsi esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. qui autem compositis per scelus codicillis in seueritatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones eius recusando, crimen euitare. PP. III. Kal. Iul. Aemyliano & Basso COSS.

IX. Impp. CARINVS & NVMERIANVS. AA. Mesio.

SI docueris apud præsidem prouinciæ ab intestato te hæredem eius exstitisse, qui codicillos scripserat: ordinarium est, ut in hæreditatis possessione constitutus, fideicommissa præbeas, quæ iure relicta sunt: nisi consilium est codicillos falsos arguere. Quòd si criminaliter cœptum interuentu indulgentiæ sopitum est: habes tamen residuam indagationem, & potest de fide scripturæ ciuiliter quæri. PP. III. Kal. April. Carino. II. & Numeriano. AA. COSS.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Legitimo.

CVm suppositi partus crimen patrui tui uxori moueas: apud rectorem prouinciæ instituta accusatione id proba. PP. XI. Kal. Octobr. Diocletiano. A. II. & Aristobulo COSS.

XI. Iidem AA. Isidoro.

SIlis pecuniaria apud pedaneos iudices remissa est: etiam de fide instrumenti ciuiliter apud eos iuxta responsum uiri prudentissimi Pauli requiretur. PP. X. Kal. Iul. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. COSS.

XII. Iidem AA. & CC. Primo.

QVerela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi uiginti annorum exceptione, sicut cætera quoq; ferè crimina. S. VI. Id. Ianuar. Viminatij. CC. COSS.

XIII. Iidem AA. & CC. Marco.

QVi uelut præsentem scripsisse res recepisse suas, cum absens esset, conscripsit: non ignoranti quidq; aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. VI. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

XIIII. Iidem AA. & CC. Gentianæ.

EVm, qui cælauit, uel amouit testamentum, committere crimen falsi publice notum est. S.

III. Kal. Iannar. Sirmij. AA. COSS.

XV. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI creditor colludēs cum debitore suo, tibi prædium uenundedit: falsum cōmisit, & tibi nihil officit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. XIII. Kal. Febr. CC. COSS.

XVI. Iidem AA. & CC. Fortunato.

DE fide testamenti duplex uia litigandi tributa est. quamuis itaq; per procuratorem accusationem p'sequi nō potes: disceptatione tamē priuata de eiusdem fide queri non prohiberis: cū reus ita conuentus non tantum ab alio iuste, sed & ab eo, qui ciuiliter egit, solenniter accusari possit. S. VIII. Id. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XVII. Iidem AA. & CC. Menelao.

SIcut falsi testamenti uel codicillorum scriptura temporis interuallo firmari nō potest: ita uera, quæ iure subtitit, non euanescit. Si itaq; de fide delicti uel per accusationem uel per priuatum iudicium quereris: rector prouinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, iubebit, si prius cæteris indicijs fuerit cōmotus. S. III. Id. Febr. Sirmij. CC. COSS.

XVIII. Iidem AA. & CC. Maximo.

EX initio falsi commissi iusta possessio non paratur. Vnde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. III. Non. Mart. CC. COSS.

XIX. Iidem. AA. & CC. Cosmiæ.

ET si ad te negocium pertinuit: etiam atq; etiam tecum deliberare debueras, ne improbam instituteres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere contendens. at cum mulieribus in aliena causa falsi non sit concessum accusare: tu autem hæc eadem prædia te prius alij donasse proponas: fieri tibi facultatem accusandi, contra iuris postulas formam. S. VIII. Id. Mart. CC. COSS.

XX. Iidem. AA. & CC. Rufino.

NEc exemplum precum editionis aliter per errorem scriptum, cum non nisi dolo falsum committētes crimini subiugentur, cognitionem dati iudicis moratur. Subscrip. XI. Kal. Nouembr. Doroſtoli. CC. COSS.

XXI. Imp. CONSTANTINVS. A. Hilariano Correctori Lucaniæ & Brutiorū.

SI quis decurio testamentum, uel codicillos, aut aliquam deficientis scripserit uoluntatē, uel cōscribendis publicis priuatisq; instrumentis præbuerit officiū: si falsi quæstio moueatur: decurionatus honore sepositio, quæstioni (si ita popoſcerit causa) subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit. quantum enim ad municipales pertinet necessitates: decurio permanet. quantum ad rem gestam & ueritatem reserandam: uti decurionatus honore non poterit. nec uero is, qui ante fuit tabellio, ad eludendam quæstionē, super ijs, quæ ante conscripsit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ ueritas, si res popoſcerit, per ipsum debet probari authorem. D. III. Kal. Febr. Sabino & Rufino COSS.

XXII. Idem A. ad Maximum P. V.

VBi falsi examen inciderit: tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarū collatione, alijsq; uestigijs ueritatis. nec accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter utranq; personam iudex medius, nec ulla interlocutione diiudicet, quæ sentiat: sed tanq; ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem, postrema sententia, quid sibi liqueat, prodituras. Vltimum autē finē strepitus criminalis cōpendioso spacio limitamus, quem litigantem fas non sit excedere, cuius exordiū nascetur auspicio contestatæ actionis apud iudicem cōpetentem: capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo cōmissi, uel deportatiōe ei, qui falsum cōmiserit, immittente. PP. VII. Kal. April. in foro Traiani. Constantino A. VI. & Constantino Cæs. COSS.

XXIII. Imppp. VALENS. GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Maximū P. P.

DAmus licentiam litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi utrum de falso criminaliter statuat, qui dubitet de instrumēti fide, experiri, an ciuiliter. Quōd si expetēs uindictā falsi crimē intenderit: tūc quæstione ciuili per sententiā terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamēti, chirographa, attestationesq; necnō & rationes priuatas uel publicas, pacta, & epistolas, uel ultimas uolūtates, donatiōes, uēditionesúe, uel si quid prolatū aliud instituere conabitur: habeat accusandi facultatē. ciuilis aūt inquisitionis inter utrasq; partes cōfligentiū lenior examinatio procedat: cum iudex, qui præerit quæstioni, intentiones actoris falsas & cōficta crimina reorum ex legibus pœnis competentibus possit ulcisci. PP. XVI. Kal. Maij. Romæ. Valente V. & Valentiniano AA. COSS.

Imp.

XXIIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo P. V.

PRæbemus licentiam, ut siue ciuiliter, siue criminaliter (ut actor elegerit) super prolatis codicillis uel alijs instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumẽti ei primitus, qui scripturam obtulerit: deinde ei, qui instructa instãtia falsum arguere paratus sit. D. X. Kal. Febr. Timasio & Promoto COSS.

DE HIS, QVI SIBI ADSCRIBVNT IN TEstamento. Tit. XXIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Vallatio.

QVanquam interpretentur iuris periti, ut cõtra legem Corneliam uideatur se scribere hæredem filius emancipatus patre dictante: tamen si cum testamentum nõ esset scriptum, iustus successor futurus est accepta bonorum possessione, filius patri: perinde habebitur, atq; si sua manu pater tuus te hæredem scripsisset, functus dulci officio. PP. Non. Septembr. Duobus & Aspris COSS.

II. Idem. A. Atticio.

SI testator codicillis, quos scripsisti, legatũ quoq; seu fideicõmissum reliqsse tibi sua manu adscripsit: non uideris in pœnas senatusconsulti incidisse. Quòd si testamentum dictasse codicillis significauit: legato quidem uel fideicõmisso abstinere debebis. pœna uero falsi tibi principali beneficio remittetur. PP. Idib. Decembr. Antonino A. IIII. & Balbino COSS.

III. Imp. ALEXANDER. A. Martiali.

SEnatusconsulto & edicto diui Claudij prohibitum est eos, qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamuis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est, cuius ueniam deprecantibus ob ignorantiam, & profitentibus à relicto discedere, amplissimus ordo uel diui principes ueniam dederunt. PP. XVII. Kal. April. Maximo II. & Aeliano. COSS.

IIII. Idem A. Crescenti.

QVæ in testamento uxoris maritus sua manu legata sibi adscripserit: pro non scriptis habentur, & legis Corneliæ pœna (si uenia impetrata non est) locum habet. PP. III. Non. Februarij Fusco II. & Dextro COSS.

V. Idem. A. Gallieno militi.

QVod adhibitus ad testamentum commilitonis scribendum, iussu eius seruum tibi adscripsisti: pro non scripto habet̃. & ideo id legatum petere non potes. sed secutus tenorem indulgentiæ meæ, pœnã legis Corneliæ tibi remitto, in quam credo te magis errore, quàm malicia incidisse. PP. XVII. Kal. Iul. Fusco II. & Dextro COSS.

VI. Imppp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Ausidio.

SI libertatem tibi manu tua imperante domino adscripsisti: cum proponas dominum non subscripsisse, & suis literis tuam libertatem expressim agnouisse: ad impetrandam libertatem senatusconsulti authoritas tibi obest. pœna tamen tibi falsi remittetur: quoniam non potueras contra domini uoluntatem uenire. PP. VI. Id. Decembr. Ipsis IIII. & III. AA. COSS.

DE FALSA MONETA. Tit. XXIIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Ianuariũ.

QVoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent: cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere, huiusmodi homines inquirendi, ut inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormenta ilico prodituri, ac sic dignis supplicijs addicendi. Accusatoribus etiam eorũ immunitatem permittimus: cuius modus, quoniam dispar est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam susceptam de custodia exire fecerit: capite puniatur. Appellandi etiam priuato licentia denegetur. Si uero miles aut promotus in gradum huiusmodi crimen incurrerit: super eius nomime & gradu ad competentes iudices referatur. Domus uero uel fundus, in quo hæc sunt perpetrata, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria uel neglegentia punienda est, & si ignoret, fisco uindicetur: nisi dominus ante ignorans, ut primum repererit scelus, prodiderit perpetratum. tunc enim possessio uel domus ipsius proscriptionis iniuriæ minime subiacebit. Sin uero longissime à domo uel possessione abfuerit:

nullum ſuſtineat detrimẽtum: actore uidelicet fundi, uel ſeruis, uel incolis, uel colonis, qui hoc miniſterium præbuerunt, cũ eo, qui fecit, ſupplicio capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos ſpeciali dignos indulgentia credidimus: ut uiduæ nec in proximo conſtitutæ domo ſua uel poſſeſſione careant, ſi nulla apud ipſas tam grauis conſcientiæ noxa reſideat. Impuberes uero, etiam ſi conſcij fuerint, nullum ſuſtineant detrimentum: quia ætas eorũ, quid uideat, ignorat. Tutores autem eorum, ſi in proximo ſint (quoniam ignorare eos, quid in rebus pupilli geritur, non oportet) hæc pœna exſpectabit: ut de rebus eorum, ſi idonei fuerint, tantum fiſco inferant, quantum à pupillo fuerat inferendum. D. XV. Kal. Decembr. Conſtantinop. Criſpo III. & Conſtantino. III. Cæſs. COSS.

II. *Idem A. ad Tertullianum* P.P.

SI quis numum falſa effuſione formauerit: uniuerſas eius facultates fiſco noſtro præcipimus addici. in monetis etenim tantummodo noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari uolumus. cuius obnoxij maieſtatis crimen committunt: & præmio accuſatoribus propoſito, quicunq; ſolidorum adulter poterit reperiri, uel à quocunq; publicatus: ilico omni dilatiõe ſubmota, flammarum accenſionibus mancipetur. D. II. Non. Iul. Mediolani. Conſtantino. A. VII. & Conſtantino Cæſ. IIII. COSS.

III. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Rufino* P.P.

SI quis ſuper cudendo ære, uel reſcripto aliquo, uel etiam adnotatione noſtra ſibi arripuerit facultatẽ: non ſolũ fructũ propriæ petitionis amittat, uerumetiã pœnã, quã meretur, excipiat.

DE MVTATIONE NOMINIS. Tit. XXV.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Iuliano.*

SIcut initio nominis, cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio priuatis libera eſt: ita horum mutatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaq; nomen, uel cognomen, uel prænomen ſine aliqua fraude licito iure, ſi liberes, ſecundum ea, quæ ſæpe ſtatuta ſunt, minime prohiberis, nullo ex hoc præiudicio futuro. S. XV. Kal. Ianuar. AA. & COSS.

AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV. Tit. XXVI.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Pompeiano.*

NVllus omnino principatum, uel numeratum, ſeu commentarienſis gradum, uel cætera officia repetere audeat: cum publicæ diſciplinæ ſemel geſta ſufficiant. At ſi quiſpiam promotorũ denuo ad munus etiam per ſacras literas irrepſerit, quod ante docebitur geſſiſſe: caſſatis, quæ hoc modo ſunt impetrata, ad ſolutionem debiti primitus urgeatur: & qui contra fecerint, pœnã deportationis ad inſtar legis Iuliæ ambitus excipiant. D. II. Kal. Iul. Mediolani. Stilicone & Aureliano COSS.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM. Tit. XXVII.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Matroniano duci & præſidi Iſauriæ.*

VT unius pœna metus poſſit eſſe multorum: ducem, qui male egit, ad prouinciam, quam nudauerat, cum cuſtodia competenti ire præcipimus: ut non ſolum quod eius, non dicam domeſticus, ſed manipularius & miniſter accepit, uerum & quod ipſe à prouincialibus noſtris rapuit, aut ſuſtulit, in quadruplum exſoluat inuitus. D. II. Id. Iun. Conſtantinop. Antonio & Syagrio COSS.

II. *Iidem* AAA. *Florentio* P.P.

SCiant iudices, ſuper admiſſis proprijs, aut à ſe, uel ab hæredibus ſuis, pœnam eſſe repetendã. D. Kal. Septembr. Antonio & Syagrio COSS.

III. *Iidem* AAA. *Marcellino.*

OMnes cognitores & iudices à pecunijs atq; patrimonijs manus abſtineant, neq; alienũ iurgium putent ſuam prædam. Etenim priuatarum quoq; litium cognitor idemq; mercator ſtatutã legibus cogetur ſubire iacturam. D. II. Non. April. Merobaude. II. & Saturnino COSS.

IIII. *Iidem* AA. & ARCAD. A.

IVbemus & hortamur, ut ſi quis forte honoratorum, decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorum, à cuiuſlibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concuſſus: ſi quis ſcit uænalem fuiſſe de iure ſententiam: ſi quis pœnam uel præcio remiſſam, uel uicio cupiditatis ingeſtam:

ftam:si quis postremo quacunq; de causa improbum iudicem potuerit adprobare:is uel administrante eo,uel post administrationem depositam in publicum prodeat,crimen deferat,delatum adprobet:& cum probauerit,& uictoriam reportaturus,& gloriam. D.x. Kal. Iul. Constantinop. Honorio.N.P.& Euodio COSS.

V. Imppp.VALENT.THEOD.& ARCAD. AAA.*Seuerino com. rer. priuat.*

VNusquisq; procurator,præpositus gynecio,tabularius,susceptor,colonus,uel quicunq; se à comite domorum meminerit esse concussum:cum ipse,cui pecuniam numerauit, administratione decesserit:intra anni spaciũ ad iudicium spectabilitatis tuæ, quidquid dederit, repetiturus occurrat:ut prosit pensionibus,quidquid ille reddiderit.Si uero ex tempore depositæ administrationis præstituti temporis curricula transfluxerunt:nulla uox aduocatióis emergat,sed ipsos procuratores,præpositos,colonos,tabularios,susceptores obnoxios ad solutionem uolumus artari. D.II. Non. Iul. Mediolani. Valentiniano.A.IIII.& Neoterio COSS.

VI. Impp.THEOD.& VALENT.AA.*Florentio* P.P.

SAncimus,eiusmodi uiros ad prouincias regendas accedere,qui ad honoris insignia nõ ambitione,uel precio,sed probatæ uitæ & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri. ita sanè,ut quibus hi honores per sedis tuæ,uel per nostram fuerint electionem commissi:iurati inter gesta depromant,se pro administrationibus sortiendis neq; dedisse quidpiam,neq; daturos unq; postmodum fore,siue per se,siue per interpositam in fraudem legis sacramentiq; personam, aut donationis, uenditionisúe titulo, aut alio uelamento cuiuscunq; contractus. Et ob hoc,exceptis salarijs,nihil penitus tam in administratione positos,q; post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis,quam gratuitò meruerint, accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo iureiurando arbitramur immemorem, ut saluti propriæ ullum commodum anteponat:tamen ut ad salutis timorẽ etiá necessitas pericli subiungatur:si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere,non modo aduersus accipientem,sed etiam aduersus dantem accusandi cunctis tanq; crimen publicum concedimus facultatem:quadrupli pœna eo,qui conuictus fuit,modis omnibus feriendo. D.VI.Kal. Decembr. Constantinop.Theodosio.A.XVII.& Festo COSS.

DE CRIMINE PECVLATVS. Tit. XXVIII.

I. Impp. HONOR.& THEOD.AA.*Rufino* P.P.

IVdices,qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt,lege Iulia peculatus obnoxij sunt,& capitali animaduersione eos subdi iubemus: ijs quoq; nihilominus,qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt,uel qui subtractas ab ijs scientes susceperunt,eadem pœna percellendis.D.V.Non.Mart.Constantinop.Honorio.X.& Theodosio.VI. AA. COSS.

DE CRIMINE SACRILEGII. Tit. XXIX.

I. Imppp.GRAT.VALENT.& THEOD.AAA.*Eutropio* P.P.

QVi diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo omittunt,aut negligendo uiolant,& offendunt,& sacrilegium cõmittunt.D.III.Kal.Mart.Thessalonicæ.Gratiano.A. V.& Theodosio.AA. COSS.

II. Idem AAA.*ad Symmachum* P.V.

DIsputari de principali iudicio non oportet. sacrilegij enim instar est dubitare,an dignus sit,quem elegerit imperator. D.V.Kal.Ianuar. Mediolani. Richomere & Clearcho COSS.

III. Idem AAA.& ARCADIVS.A. *Eutropio* P.P.

NE quis sine sacrilegij crimine desiderandum intelligat gerendæ ac suscipiendæ administrationis officium intra eam prouinciam,in qua prouincialis & ciuis habeatur, nisi hoc cupiam ultronea liberalitate per diuinos affatus imperator indulgeat.D.XVI.Kal.August.Arcadio.A.& Bautone COSS.

DE SEDITIOSIS, ET IIS, QVI PLEBEM AVDENT contra rempublicam colligere. Tit. XXX.

I. Imppp.GRAT.VALENT.& THEOD.AAA. *Florentio* P.V.

Si quis

SI quis contra euidentissimam iussionem susciperе plebem, & aduersus publicam disciplinam defendere fortasse tentauerit: multã grauissimã sustinebit. D. XIIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Ricomere & Clearcho COSS.

II. Imp. LEO. A. Erythrio P.P.

IN nullis locis aut ciuitatibus tumultuosis clamoribus cuiusq; interpellatio cõtumelioſa procedat, nec ad solam cuiusq; inuidiam petulãtia uerba iactentur: scituris ijs, qui huiusmodi uoces emiserint, mouerintq; tumultus, se quidem fructum ex ijs, quæ postulant, nullatenus habituros: subdendis autem pœnis ijs, quas de seditionum & tumultus authoribus uetustissima decreta sanxerunt. D. II. Non. Mart. Constantinop. Leone. A. VI. COS.

QVANDO CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRAEIVDICET, & an utraq; ab eodem exerceri possit. Tit. XXXI.

I. Imp. VALENS, GRAT. & VALENTIN. AAA. Antonio P.P.

APleriscq; prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari & ciuilis & criminalis competit actio, utraq; licere experiri: siue prius criminalis, siue ciuilis actio moueatur: nec si ciuiliter fuerit actum, criminalem posse consumi, & similiter ê contrario. Sic deniq; & per uim possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto VNDE VI fuerit usus: non prohibetur tamen etiã lege Iulia de ui publico iudicio instituere accusationem. Et ex suppresso testamẽto, cum ex interdicto DE TABVLIS EXHIBENDIS fuerit actum: nihilominus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimẽ inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum: tam de operis ciuiliter, q̃ etiam lege Viscellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio & legis Fauiæ constitutum. Et plurima alia sunt, quæ numerari non possunt: ut cum altera prius actio intentata sit, per alteram, quæ supererit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur etiam falsi crimen, de quo ciuiliter iam actum est, criminaliter esse repetendũ. D. II. Kal. Ianuar. Valente. V. & Valentiniano AA. COSS.

DE CRIMINE EXPILATAE HAEREDITATIS. Tit. XXXII.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Euphratæ.

EXpilatæ quidem hæreditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus inspectis claues traditas cohæredi profitearis. sed cum de his exhibẽdis apud iudicem quæreretur, rationem cõpensationis induci non oportuit. exhibitis enim, quæ desiderantur, suis iudicibus directa quæstio derelinquẽda est. PP. XII. Kal. Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. COSS.

II. Imp. ANTONINVS. A. Primo.

EXpilatæ hæreditatis crimen aduersus uitricum adito præside prouinciæ persequi non prohiberis. PP. VII. Kal. Mart. Læto. II. & Cereali COSS.

III. Idem A. Helenæ.

SI aui tui hæreditatem adijsti: expilatæ hæreditatis crimine aduersus nouercam quondam tuam experiri non prohiberis. PP. III. Non. Ianuar. Sabino & Anulino COSS.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Bassо.

ADuersus uxorem, quæ socia rei humanæ atq; diuinæ domus suscipitur, mariti diem sufuncti successores expilatæ hæreditatis crimen intendere non possunt. ideo res, quas pereandem abesse quereris, competẽti in rem actione, uel si dolo malo fecerit, quo minus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. fructus autem rerum, quas mala fide tenuit, licet expilatæ hæreditatis non teneatur crimine, suos non facit: sed exstantes quidem uindicari, consumptos uero condici posse, proculdubio est. PP. VI. Kal. Mart. Attico & Prætextato COSS.

V. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPP. Cæs. Simplicio.

OBtentu expilatæ hæreditatis emolumentum legatorum, maxime suspensa cognitione, legatarijs ijsdemq; libertis defuncti auferri non oportet. PP. XV. Kal. Februar. Philippo A. & Titiano COSS.

VI. Idem A. & C. Basiliæ.

EXpilatæ hæreditatis crimen loco deficientis actionis intendi consueuisse, non est iuris ambigui. PP. X. Kal. Mart. Aemyliano & Aquilino COSS.

DE VI BONORVM RAPTORVM. Tit. XXXIII.

Imp.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Valerio.*

VI bonorum raptorũ actionẽ, quæ cum pœna ſua retrahit ablata, potius ad mobilia mouentia q̃, q̃ ad fundos per iniuriam occupatos ſpectare, explorati iuris eſt. PP. Kal. Martijs. Attico & Prætextato COSS.

II. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Longino.*

SI res mobiles, quarum in te fuerat dominium perfecta donatione tranſlatum, uiolenter hæres donatricis arripuit: ui bonorum raptorũ actionem intra annum quidem, quo experiundi poteſtas fuerit, in quadruplum: poſt annum in ſimplum intendere non uetaris. PP. VII. Maij. Seculari & Donato COSS.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Euelpiſto.*

RES obligatas ſibi creditorẽ ui rapientem non rem licitam facere, ſed crimen committere conuenit: eum q̃ etiam ui bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum, poſt ſimpli actione conueniri poſſe non ambigitur. S. VII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. COSS.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Attalo.*

DE his, quæ ſeruum alienum neſciente domino ui rapuiſſe dicis: infra annum in quadruplum ui bonorum raptorum, & poſt in ſimplum dominus eius noxali actione apud competentem iudicem conueniri poteſt. S. II. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

V. *Iidem* AA. & CC. *Domnæ.*

SIue negociorum geſtorum contra nouercam tuam, ſiue actione ui bonorum raptorũ, quæ in quadruplum intra annum utilem, ac poſt in ſimplum conſtituta eſt, putaueris agendũ: notione præſidali poteris experiri. S. VI. Non. Iul. Philippopol. AA. COSS.

DE CRIMINE STELLIONATVS. Tit. XXXIIII.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Alexandro.*

IMprobum quidem & criminoſum fateris, eaſdem res pluribus pignoraſſe, diſſimulando in poſteriorem obligationem, quòd eædẽ alijs pignori tenerentur. Verum ſecuritati tuæ conſules, ſi oblato omnibus debito criminis inſtituendi cauſam peremeris. PP. V.. Id. Febr. Pompeiano & Peligno COSS.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Valenti.*

SI pater tuus in te donationem contulit, & cum emancipatus eſſes, traditionibus dominium corporum in te traſtulit, poſtea q̃ creditorem ſortitus, quaſdam earum rerum ſine uoluntate tua uelut proprias ſuas obſtrinxit: ius tuum non læſit: nec tamen iniuria ſtellionatus crimine petetur: cum ſciens alienam rem, te non conſentiente, uelut propriam ſuo nexuit creditori. PP. II. Kal. Ianuar. Gordiano. A. & Auiola COSS.

III. *Idem.* A. *Hadriano.*

STellionatus accuſatio inter crimina publica non habetur. PP. Idib. April. Attico & Prætextato COSS.

IIII. *Imp.* PHILIPPVS. A. *Euprepio.*

IGnorantia creditoris, cui res pridem apud alios obligatæ pignoris ſiue hypothecæ iure obligantur, nõ ſine periculo capi conſueuit. etenim eiuſmodi fraudes ad extraordinariam criminis exſecutionem ſpectare, ac ſtellionatus commiſſum ſeueriſſime eſſe uindicandum, ſæpe reſcriptum eſt. Proinde ſiue ignorantiam tuam debitor circumuenire tentauerit, ſeu obligatione rite perfecta, participato fraudis conſilio, per ſubiectam quaſi anteriorem perſonam diſpendium tuum ad occultũ compendiũ ſuũ trahere pertẽtat: adire ſuũ iudicem potes, congruentẽ iuri ac debitæ religioni ſententiam relaturũ. PP. VI. Id. Maij. Peregrino & Aemyliano COSS.

DE INIVRIIS. Tit. XXXV.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Syro.*

NEc ſeruis quidẽ alienis licet facere iniuriã. PP. XI. Kal. Decẽbr. Alexãdro. A. COS.

II. *Idem.* A. *Clauo.*

INiuriarum actio tibi duplici ex cauſa competit: cum & maritus in uxoris pudore, & pater in exiſtimatione filiarum propriam iniuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maias. Agricola & Clemente COSS.

III. *Imp.* GORDIANVS. A. *Donato.*

SI non es nunciator: uereri non debes, ne ea propter, quòd iniuriæ faciendæ gratia quidam

te ueluti delatorem esse dixerunt, opinio tua maculata sit. quinimò aduersus eos, qui minuẽdæ opinionis tuæ causa aliquid confeciſſe cõperientur, more ſolito iniuriarum iudicio experiri po tes. PP. II. Id. Iul. Gordiano A. & Auiola COSS.

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. Cæſ. Vindio.

ATrocem ſine dubio iniuriam eſſe factam manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cum eſſes in ſacerdotio, & dignitatis habitum, & ornamenta præferres. & ideo uindictam potes eo nomine exſequi. PP. II. *. Aemiliano & Baſſo COSS.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Victorino.

SI non conuicij conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probari poteſt: fides ueri à calumnia te defendit. Si autem in rixa inconſulto calore prolapſus, homicidij conuicium obiecisti, & ex eo die annus exceſſit: cum iniuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit, ob iniuriæ admiſſum conueniri non potes. PP. VI. Id. Iul. Ipſis AA. IIII. & III. COSS.

V. Iidem AA. & CC. Flauiano.

CVm nec patronos iniuriam facere libertis iuris æquitas permittat, ꝓponasq; patronæ hæredes eum, qui libertatẽ à defuncta acceperat, iniurijs afficere: curabit præſes prouinciæ cõtumeliam hæredum cõpeſcere. PP. Idib. Iulijs Ipſis IIII. & III. COSS.

VI. Iidem AA. & CC. Potentiano.

INiuriarum cauſa non publici iudicij, ſed priuati continet querelam. S. Idib. Februarijs. Sirmij. AA. COSS.

VII. Iidem AA. & CC. Martiano.

DOminum pro atroci iniuria, quam ſeruus eius paſſus eſt, edicti perpetui actione propoſita, qua damni etiam haberi rationem uerbis euidenter exprimitur, agere poſſe conuenit. S. XV. Kal. Nouembr. AA. & COSS.

VIII. Iidem AA. & CC. Nonnæ.

QVi liberos infamandi gratia dixerunt ſeruos, iniuriarũ conueniri poſſe non ambigitur. S. VI. Kal. Decembr. Nicomediæ. AA. COSS

IX. Iidem AA. & CC. Paulo.

SI quidem auiam tuam ancillam infamandi cauſa reipublicæ ciuitatis Comanenſium dixit Zenodorus, ac receſſit: iniuriarum actione ſtatim conueniri poteſt. Nam ſi perſeueret in cauſa, facultatem habens agendi: ſuper hac deferri querelam, ac tunc demum, ſi non eſſe ſeruua fuerit pronunciata, poſtulari conuenit. S. XV. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. COSS.

X. Imp. ZENO. A. Alexandro Viro Illuſtri.

SI quando iniuriarum actio, quam inter priuata delicta ueteres iuris authores connumerant, à quibuslibet illuſtribus uiris, militantibus, ſeu ſine cingulo conſtitutis, uel uxoribus eorũ, uel liberis maſculini ſexus, uel filiabus (ſuperſtitibus uidelicet patribus aut maritis illuſtribus) uel ſi aduerſus aliquam huiuſmodi perſonam criminaliter forte mouetur: ipſos quidem, qui ſuper iuiuria queruntur, inſcribere, aliaq; omnia, quæ in huiuſmodi cauſis de more procedunt, ſolẽniter obſeruare decernimus. Licere autem illuſtri accuſatori uel reo, uel uxori, uel liberis maſculini ſexus, ſeu filiæ itidem illuſtris ſuperſtitis cauſam iniuriarum in quocunq; iudicio competenti per procuratorem criminaliter ſuſcipere, uel mouere: ſententiam iudice contra eum, qui procuratorem dederit (& ſi ipſe non adeſſet iudicio, ſed cauſam per procuratorem diceret) legibus prolaturo. Ita tamen, ut nullus alius idem ſibi audeat uindicare, uel à noſtro numine poſtulare: ſed in cæteris mos iudiciorũ, qui hactenus obtinuit, in poſterum ſeruetur intactus. D. V. Non. Nouembr. Conſtantinop. Illo V. C. COS.

DE FAMOSIS LIBELLIS. Tit. XXXVI.

I. Impp. VALENTINIANI & VALENTIS. AA. Edictum.

SI quis famoſum libellum, ſiue domi, ſiue in publico, uel quocunq; loco ignarus reppererit: aut corrumpat prius, quàm alter inueniat, aut nulli cõfiteatur inuentum. Sin uero non ſtatim eaſdem chartulas uel corruperit, uel igne conſumpſerit, ſed uim earum manifeſtauerit: ſciat ſe quaſi authorem huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum. Sanè ſi quis deuotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit: nomẽ ſuum profiteatur, & ea, quæ per famoſum libellum perſequenda putauit, ore proprio edicat: ita, ut abſq; ulla trepidatione accedat, ſciens, quòd ſi adſertionibus ſuis ueri fidem furit opitulata, laudem maximam ac præmium à noſtra clementia conſequatur. Sin uero mi-

uero minime hæc uera ostenderit: capitali pœna plectetur. huiusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat. PP. XVI. Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano & Valente. AA. COSS.

DE ABIGAEIS. Tit. XXXVII.

I. Impp. HONOR. & ARCAD. AA. *Pasiphilo.*

Bacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine obseruatione proponitur. D. VI. Kal. Ianuar. Olybrio & Promoto COSS.

DE NILI AGGERIBVS NON RVMPENDIS. Tit. XXXVIII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio.*

Si quis posthac per Aegyptum intra duodecimũ cubitum fluminis nili ualla fluentis de proprijs ac uetustis usibus præter fas præterq; morem antiquitatis usurpauerit: flammis eo loco consummatur, in quo uetustatis reuerentiam, & propè modum ipsius imperij appetierit securitatem: conscijs & consortibus eius deportatione constringendis: ita, ut nunq; supplicandi eis, uel recipiẽdi ciuitatẽ, uel dignitatem uel substantiam licentia tribuatur. D. X. Kal. Octobr. Constantinop. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

DE IIS, QVI LATRONES, VEL ALIIS CRIMINIBVS reos occultauerint. Tit. XXXIX.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. *Simplicio.*

Hos, qui secum alieni criminis reos occultando, eum eamũe sociauerunt, par ipsos & reos pœna exspectet: & latrones quisquis sciens susceperit, uel offerre iudicibus superfederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personæ & iudicis æstimatione plectetur. D. III. Kal. Mart. Romæ. Merobaude. II. & Saturnino COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Palladio* P. P.

Si qui latrones, seu alijs criminibus obnoxij in possessione degunt seu latitant: dominus possessionis (si presto est) aut procuratores (si dominus abest) seu primates possessiõis ultro eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint, conueniantur à ciuili officio, ut tradant prouinciali iudicio eos, qui requiruntur, sub examine iudicis arguendos, & pœnas post documenta congruas subituros. Sin uero exhibere eos domini, uel procuratores, aut primates possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos adito rectore prouinciæ omnia ciuilia dirigantur auxilia. Sin autem propter multitudinem forte eorum, qui in prædio sunt, ciuile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces exsecutoribus obiecerint manus, uel aliàs parẽre distulerint: tunc iudex prouinciæ memor periculi sui à uiro deuoto tribuno seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet, ut per militarem manum correpti accusati, sine damno atq; læsione cuiuslibet legibus offerantur, & conuicti pœnas subeant competentes: non ignaro iudice, quòd si aduersus innocentes ob aliam causam præter latronum uel aliorum nocentium inuestigationem militare auxilium postulauerit, aut dispendijs affici prouinciales concesserit: commotione seueriſſima, prout tua celsitudo iudicauerit, ferietur. Tribuni etiã seu primates numerorum, qui in locis sunt, admoniti per literas iudicis, si adminiculũ militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna prouincialibus inflicta fuerint: & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio uirorum illustrium magistrorum militum ferientur. Domini etiam prædiorum, seu procuratores, uel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes ultro non obtulerint nocentes, uel admoniti eos exhibere distulerint. nam dominus quidem possessionum dominio priuabitur. procurator uero seu primates perpetuo exilio subiacebunt. Ipsi quoq; procuratori, uel domino, seu primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmauerint, & id prouinciali iudicio palàm fecerint: militare auxilium rector prouinciæ à tribuno uel primatibus numeri faciat dari, si ciuilia sufficere non posse perspexerit. Sin uero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam, quæ in calumniatores exercenda est, subire cogentur. exemplo enim graue est, sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. D. XII. Ianuar. Constantinop.

Mariniano & Asclepiodoto COSS.

DE REQVIRENDIS REIS. Tit. XL.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Rustico.

CVm absenti reo grauia crimina intentantur: sententia festinari non solet, sed adnotari, ut requiratur: non utiq; ad pœnam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si potuerit. Postq; uero requirēdus factus intra annum redierit: si se crimine purgauerit: res arbitrio iudicis signatas recipiat. sin uero intra id tempus reuersus post inscriptionem suam fuerit defunctus: & si necdum se purgauerit: ad hæredes proprios res transmittat. D. *. Tusco & Basso COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Ianuarium.

QVicunq; ex eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni spacium noluerit adesse iudicio: res eius fisco uindicentur. & si postea repertus fuerit deprehensus: seueriori sententiæ subiugetur. Sed & si argumentis euidentibus & probatione dilucida innocentiam suam purgauerit: nihilominus facultates eius penes fiscum remaneant. D. Idib. Ianuar. Constantino A. & Constantino Cæs. COSS.

III. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P.P.

IN pecuniarijs causis edictum contra latētem propositum existimationem eius non lædit. criminalis uero programmatis tenor hanc tantam ferat de iure censuram, ut inter reos adnotari non tantum patrimoniū debeat transferre, sed & famæ existimationem lædere. D. VII. Kal. Iul. Rauennæ. Eustachio & Agricola COSS.

DE QVAESTIONIBVS. Tit. XLI.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Antianæ.

QVæstionem de seruis contra dominos haberi non oportet: exceptis adulterij criminibus, item fraudati census accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. In cæteris autem, quanq; ea, quæ seruus contra dominū dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant: tamen si alijs quoq; probationibus fides ueritatis inuestigetur, præscriptionis inuidia euanescit. In pecuniarijs uero causis ex inopia probationum seruos contra dominos interrogari posse, manifestum est. PP. Kal. Ianuar. Fusco II. & Dextro COSS.

II. Idem. AA. & CC. Catullo.

INsolitum est & graue exemplo audiri seruos aduersus tutores, uel matrem dominorum suorum, nisi tutelæ agatur. PP. III. Id. Septembr. Chilone & Libone COSS.

III. Imp. ANTONINVS. A. cū cognitionaliter audisset, dixit.

PRimum serui alieni interrogabunt̄, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut uidean̄ accedere ad uerisimilia causæ crimina. ipsa ꝺq; mulier torquebit̄. neq; eā ægre feret, si torqueat̄, quæ uenenis suis uiscera hōis exstinxit. PP. VII. Kal. April. Sabino & Anulino COSS.

IIII. Pars ex rescripto Imp. ANTONINI. A.

SIcuti conuictis cōfessisq; ad societatē scelerū uocātibus eos, à quibus adprehēsi custoditiue sunt, facile credi nō oportet: ita si euidētibus ratiōibus post cōmissum cōmuniter facinus ad euitandam de se sententiam id feciſſe fuerint probati: publicæ uindictæ non sunt subtrahendi. PP. V. Kal. April. Sabino & Anulino COSS.

V. Imp. ALEXANDER. A. Respecto.

NEc si mors testatoris uindicanda est, quæstioni indiscrete subijciuntur hi, qui libertatē supremo iudicio acceperint. PP. VI. Id. Mart. Iuliano II. & Crispino COSS.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Herodiano.

PRidem placuit, domestica seruorum seu libertorum propriorum uel paternorum interrogatiōe in causis ad dominos uel patronos pertinentibus abstinendum esse: ut neq; pro ijs, neq; aduersus eos in capitalibus uel pecuniarijs quæstiōibus ueritatis uim obtinere possit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. PP. VII. Id. Maij. Sabino & Venusto COSS.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Vrbanæ.

SEruos, qui proprij indubitate iuris tui probabuntur, ad interrogationē nec offerente te produci sineremus: tantum abest, ut et inuita te contra dominam uocem rumpere cogantur. PP. Kal. Nouembr. Maximo II. & Aquilino COSS.

Idem.

VIII. Iidem. AA. ad Sallustium præsidem.

MIlites neq; tormentis, neq; plebeiorum pœnis in causis criminum subiugari cõcedimus, etiam si nõ emeritis stipendijs suis uideant esse dimissi: exceptis scilicet ijs, qui ignominiose sunt soluti quod & in filijs militũ & ueteranorũ seruabitur. Oportet aũt iudices nec in ijs criminibus, quæ publicorũ iudiciorũ sunt, ad inuestigationẽ ueritatis à tormẽtis initiũ sumere, sed argumentis primũ ueri similibus probabilibusq; uti. etsi his ueluti certis indicijs ducti inuestigãdæ ueritatis gratia ad tormenta putauerint esse ueniendũ: tunc id demũ facere debebunt, si personarum cõditio patietur. hac etenim ratione etiam uniuersi prouinciales nostri fructum ingenitæ nobis beneuiolentiæ consequentur. PP. sine die & consule.

IX. Iidem AA. et CC. ad Carisimũ præsidem Syriæ.

SVper statu ingenuitatis per omnia interrogationum & quæstionũ uestigia decurrẽdum est: ne alienæ forte sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari: uel propria ac debita per cõpositam quæstionem, quibus cõpetit, successio denegetur. D. VI. Id. Maij. Emissa Ipsis. IV. & III. AA. COSS.

X. Iidem AA. & CC. Ptolemæo.

CVm testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam ueritatem seruos hæreditarios (etsi libertas eis ab eo, qui se hæredẽ esse affirmat, præstita est) etiã per torméta interrogari, constitutionibus principũ est permissum. PP. VI. Kal. Septembr. Ipsis IV. & III. AA. COSS.

XI. Iidem AA. & CC. Boetho.

DIuo Marco placuit, eminentissimorũ quidem, necnon etiã perfectissimorũ uirorum usq; ad pronepotem liberos plebeiorum pœnis uel quæstionibus nõ subijci: si tamẽ propioris gradus liberos, per quos id priuilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla uiolati pudoris macula adspergit. In decurionibus autem & filijs eorum hoc obseruari, uir prudẽtissimus Domitius Vlpianus in publicarum disputationũ libris ad perennem scientiæ memoriã refert. PP. V. Kal. Decembr. Ipsis IV. & III. AA. COSS.

XII. Iidem. AA. & CC. Aspro.

QVoties de dominio mancipiorum tractatur, si alijs probationibus ueritas illuminari non possit: de se ipsa esse cum tormentis interrogãda, iuris authores probãt. PP. III. Id. Maij. Sirmij. Tyberiano & Dione COSS.

XIII. Iidem AA. & CC. Philippæ.

HOc, quod placet, si de hæreditate quæratur, hæreditarios seruos interrogari: tibi opitulari nõ potest. ibi enim, dum de dominio incertum est, ad quem ex hæreditate pertineat, merito per interrogationem hæreditarij serui ad ueritatis indaginem peruenitur. Tu aũt adseuerãdo seruum cõmunem esse: non dubitas ad eum portionem pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæstionẽ ab eo haberi nõ permittit: cũ nec cõmunis seruus aduersus dñm cõmunẽ, qui nõ sociũ occidisse dicat, interrogari possit. S. III. Kal. Maij. Heracliæ. AA. COSS.

XIIII. Iidem. AA. & CC. Constantio.

SErtos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro ijs, quorũ antea fuerunt, interrogari posse constat. S. VIII. Id. April. CC. COSS.

XV. Iidem. AA. & CC. Maximo.

INterrogari seruos de facto suo, non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (ueluti quãdo per eum depositi, uel cõmodati nomine, uel in alijs causis legibus cognitis res alijs permissæ sunt) posse, non ambigitur. S. V. Id. April. CC. COSS.

XVI. Imppp. VALENT. VALENS. & GRAT. AAA. ad Antoninum P. P. Gallianorũ.

DEcuriones, siue ob alienum, siue ob suum debitum, exsortes omnino earum uolumus esse pœnarum, quas fidiculæ & tormenta constituũt. Quod quidem capitalis iudicij erit, si in cõtumeliam ordinis exitium q; tentetur. Maiestatis tantũmodo reos, & quæ nefanda dictu sunt, cõscios aut molientes ex ordine municipali maneat tam cruenta cõditio. D. Kal. Octobr. Treueri. Valentiniano & Valente AA. COSS.

XVII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Mesalæ.

NIhil sibi deflectens à iusticia indignatio cognitorum, nihil uænalis exigentium terror in eas, quæ aut innocẽtia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere psonas ad inferendas iniurias corporales. habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimonijs commendata deuotio. Idem q; si munia decurionatus quis deposuit. nam & ipse propter pristinam dignitatem quæstionem non patitur. D. XV. Kal. Septembr. Theodosio & Rumoridio COSS.

XVIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Demoſtheni P.P.

DE tormentis hæreditariorum ſeruorum ſancimus, nullo diſcrimine ſecundum anterio-
res leges & conſtitutiones interpoſito, ſiue de iure hæreditatis aliqua moueatur inter
hæredes quæſtio, ſiue de corporibus tantum hæreditarijs, ſiue de utroq; eorum: ſeruos de cor-
poribus tantum hæreditarijs interrogari, & licere eos ſeruos tantummodo, qui res gerendas de
tinent: ſiue in ſeruitute relicti ſunt, ſiue libertatem adipiſci per ultimam teſtatoris uoluntatem
præcepti ſunt: in quæſtionem rerum hæreditariarum deduci, & ex his ea, quæ occultata ſunt, re-
uelari: prius tamen ſacramento ſuper his à nobis ſtatuto præſtando. D. XV. Kal. Octobr. Chal-
cedone. Decio. V. C. COS.

DE ABOLITIONIBVS. Tit. XLII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Paternæ.

PRæſes prouinciæ, ſi perſpexerit abolitionē ad omnia crimina, que mota ſunt, per
tinētem à ſe impetratam: ne ſemel finita inſtaurentur, interceſſione authoritatis
ſuæ proſpiciet. Supplicatione uero porrecta nutui principali, præfata abolitione
ſopitum crimen ab eadem perſona renouari poteſt. PP. XV. Kal. Decembr. Dio
cletiano III. & Maximiano. AA. COSS.

II. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Ianuarium P.V.

ABolitio præſentibus partibus cauſa cognita non à principe, ſed à competenti iudice po-
ſtulari debet: id eſt, ſi per errorem, ſeu temeritatem, ſeu calorem ad accuſationem pro-
ſiluerit. Hæc enim accuſator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem,
uel pecunijs à reo corruptus, ad poſtulandam abolitionem uenit: redemptæ miſerationis uox
minime admittatur, ſed aduerſus nocentem reum inquiſitione facta, pœna competens ingera-
tur. Hi autem, qui ſuas ſuorum'q; iniurias defendunt, & qui cognatos ſuos in accuſationem de-
duxerunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. D. XVI. Kal. Decembr. Serdicæ,
Conſtantino. A. V. & Licinio COSS.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Probum.

FAllaciter incuſantibus accuſationis abolitio non dabitur. ſin autem ſyncera mente accuſa
tionem inſtituerit, & reus aliquid iniuriæ inſcriptiōibus illatæ tolerauerit, id eſt, ſi uel carce
res ſuſtinuerit, uel tormenta, uel uerbera, uel catenas: abolitio nō petetur: niſi forte ille, qui hæc
paſſus eſt, ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodauit. Quando autem reus
nihil tale paſſus eſt: poſtq; fuerit officij cuſtodiæ traditus, intra dies triginta accuſatori petenti,
etiam inuito reo, dari permittitur. poſt hoc tempus, niſi reus conſentiat, cenſemus non eſſe tri-
buendam. Quòd ſi ingenuorum, licet plebeiorum, qui conſcij & participes criminum non
erant, teſtimonij gratia corpora fuerint lacerata uerberibus, tormentis'q; uexata: abolitionem
etiam duarum partium conſenſu petitam iubemus uigore iudicis denegari, & crimen propoſi
tum, cuius examen tormentis iam cœperat, agitari. Sin autem teſtibus tormenta minime
ſunt illata: etiam ſic abolitio non dabitur in illis criminibus (ut in uiolata maieſtate, aut patria
oppugnata, uel prodita, aut peculatus admiſſo, aut ſacramentis deſertis, omnia'q;, quæ iure ue
tere continentur) in quibus iudex non minus accuſatorem ad docenda, quæ detulit, q̄ reum ad
purganda, quæ negat, debet urgere. D. II. Id. Octob. Treueri. Valētiniano N. P. & Victore COSS.

DE GENERALI ABOLITIONE. Tit. XLIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. Rutiliano conſulari Ciliciæ.

QVi potentatus & uis aliorum'q; criminum reum fecit, ſi poſt abolitionem ex for-
ma ſolita reorum factam, & poſt edicta propoſita intra diem ſtatutum repetere ſu
perſederit: perſequi crimina uolens, non eſt audiendus. PP. VIII. Kal. Maij. Læto
II. & Cereali COSS.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Paulino.

CVm eo tempore, quo indulgentia noſtra crimina exſtinxit, accuſatio à te inſtituta non
fuerit: publicæ abolitionis præſcriptio ceſſat. PP. VI. Id. Februar. Maximo. II. & Aqui-
lino COSS.

III. Imppp. VALENTIN, VALENS & GRAT. AAA. ad Senatum.

INdulgentia (patres conſcripti) quos liberat, notat: nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ
gratiam facit. D. XII. Kal. Iun. Treueri. Gratiano. A. II. & Probo COSS.

Vt in-

VT INTRA CERTVM TEMPVS CRIMINALIS quæstio terminetur. Tit. XLIIII.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Desiderio Vic. Asiæ.*

QVisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem cœptam persequi supersederit, uel (quod est contumacius) ultimo die adesse neglexerit: quarta bonorum omnium parte multatus, aculeos consultissimæ legis incurrat, scilicet manente infamia, quam ueteres iusserãt sanctiones. D. IIII. Id. Iul. Treueri. Arcadio. A. & Bautone COSS.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Cæcilio* P. P.

NOuerint iudices cuilibet culmini honoriúe præsidentes, necessarijs utriq; parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus, intra certum tempus criminales causas limitandas. quo emenso, subeat accusator, qui destitit, pœnam legibus cõstitutam. etsi persona uilior fuerit, cui damnum famæ non sit iniuria: pœnam patiatur exilij: ni si forte intra statutas temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Iudicum autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis à reo uel accusatore dilatio postuletur: urgeant talium causarum notionem non exspectatis moris. D. XII. Kal. Februar. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. COSS.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. *Mennæ* P. P.

CRiminales causas omnimodo intra duos annos à contestatione litis connumerandos finiri censemus, nec ulla alia occasione ad ampliora produci tempora. sed post biennij excessum, minime ulterius lite durante, accusatum absolui. Scientibus iudicibus eorum'q; officijs, quòd si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem uel examinationem distulerint: pœna uicenarum librarum auri ferientur.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILLIANVM. Tit. XLV.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Amato.*

IAdemum in senatusconsultum incidisse uidetur, qui crimen publici iudicij detulit, & causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, eo'q;, qui accusatur, sub custodia officij facto, non impetrata abolitione, ab exsecutione criminis destitit.

II. Imp. GORDIANVS. A. *Apio.*

SI pro eo, qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, is'q; destitit, & commissa stipulatio est: non ultra quantitatem, quam spopondisti, obligatus es: eo, qui destitit, infamia nihilominus notando, & extra ordinem secundum iudicialem motum puniendo.

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Syllano.*

QVamuis eum ordinẽ scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur: non obseruantibus tamen aduersarijs pactorũ fidem, instaurare accusationem minime potes, à qua ipse destitisti.

IIII. *Iidem* AA. *Patrophilo.*

SI is, de quo supplicas, contra parentes uestros desertam (ut dicis) accusationem cœperit persequi: præscriptio illi in iudicio præsidis destitutæ rei poterit opponi.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Matronæ.*

SI fœmina suam suorum'q; iniuriam exsequatur: cum ipsa pacto cõtra uetitum destitisse profiteatur: in senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse, certi iuris est.

VI. *Iidem* AA. *Lucilio.*

IN exsecutionibus criminũ obtinuisse uidetur, illos destitisse, qui animũ accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur alijs ex causis, uel simplicitatis ratione, nec dum te ad finem uindictæ peruenisse, preces tuæ testentur: poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam, uindictam reportare.

DE CALVMNIATORIBVS. Tit. XLVI.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Sabino.*

Calumnia

CAlumnia eo tempore coërceri solet, quo de causa præsente accusatore iudicatur. Et ideo postq̃ de causa iudicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

II. Idem A. Apolloniæ.

MAter inter eas personas est, quæ sine calumniæ timore necem filij sui uindicare possunt. idq̃ beneficium senatusconsulti & in alijs publicis iudicijs seruatum est. Sed & extraneus hæres, qui suspitionẽ, quam de morte sua habuisse defunctus cauit, exsequitur, hoc nomine à calumnia excusatus est: cum inter uoluntariam accusationem & officij necessitatem hæredis multum intersit.

III. Idem. A. Aemylio.

QVi non probasse crimen, quod intendit, pronunciatur: si calumniæ non damnetur: detrimentum existimationis non patitur. non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest iustam habuisse ueniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

IIII. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA. Aradio.

CAlumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Cæsio.

QVi calumniatores pronunciantur, in publicorum duntaxat iudiciorum quæstionibus, non etiam in liberalibus causis, quæ priuatas disceptationes continent, periclitari solét.

VI. Idem AA. Domitio.

DOminis seruorum per accusatoris calumniam tortorum, aduersus eum pœna dupli lege Iulia prouidetur.

VII. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Valerium.

NOn prius quenq̃ synceritas tua ad tuæ sedis examen iubebit adduci, q̃ solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adserere: cum iuxta formam iuris antiqui ei, qui cœperit arguere, aut uindicta proposita sit, si uera detulerit: aut supplicium, si fefellerit.

VIII. Idem AA. & ARCAD. A. Menandro uicario Asiæ.

NOstris & parentum nostrorum constitutionibus compræhensum est: eos, qui accusationem alienis nominibus præsumpsissent, delatorum numero esse ducendos. atq̃ ideo calumnioßissimum caput & personam iudicio irritæ delationis infamiæ suppliciũ sequatur. quò posthac singuli uniuersiq̃ cognoscant non licere in eo, quod non possit ostendi, iudicum animos commoueri. D. VII. Id. Maij. Arcadio. A. & Bautone COSS.

IX. Idem AAA. Floro.

FAllaciter incusantibus, maxime post exhibitionẽ accusati, nullius iuris color, ueluti deriuata excusatione, proficiat: non publica abolitio, non priuata talibus proficiat subueniatq̃ personis, non specialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducat.

X. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cos. præt. trib. pl. Senatui S. D.

QVisquis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calúniantes ad uindictam poscat similitudo supplicij.

DE POENIS. Tit. XLVII.

I. Imp. TIT. AELIVS ANTONINVS. A. Lucio.

ETiam in opus perpetuum damnati, non dissimilis conditionis sunt abijs, qui deportantur in insulam.

II. Imp. ANTONINVS. A. Valerio.

PRocurator meus, qui uice præsidis non fungebatur, exilij tibi pœnam nó potuit irrogare: ac propterea frustra uerẽris sententiam, quæ nulla iuris ratione subnixa est.

III. Idem A. Senatui.

DEcurionem in opus publicum dari non oportere, manifestum est.

IIII. Idem A. Marinæ.

SI ante conceptus est puer, de quo libellum dedisti, q̃ mater eius in metallũ cõdemnaretur: natus conditionis eius est, cuius ante condemnationem mater eius fuit.

V. Idem A. Senatui.

HOnor ueteranis etiam in eo habitus est, ut liberi eorum usq̃ ad primum duntaxat gradũ pœna metalli uel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur. Idem

VI. *Idem A. Alphio.*

INcredibile eſt,quod allegas, liberum hominem, ut uinculis perpetuis contineretur, eſſe damnatum. hoc enim uix in ſola ſeruili conditione procedere poteſt.

VII. *Imp.* ALEXANDER. *A. Iſidoro.*

IMpunitas delicti propter ætatem non datur:ſi modo in ea quis ſit, in quam crimen,quod intenditur,cadere poteſt.

VIII. *Idem A. Victori.*

DEportatorum in inſulam ab eo,cui id faciendi ius erat,bona fiſco uindicantur. relegatorum autem non,niſi ſententia ſpecialiter adempta fuerint.

IX. *Idem A. Demetrio.*

SI matrem tuam decurionis filiam fuiſſe probatum fuerit:apparebit eam non oportuiſſe in miniſterium metallicorum,nec in opus metalli dari.

X. *Idem A. Catullo.*

SEruus ſub pœna uinculorum ſine temporis præfinitiõe domino reddi iuſſus ſententia præſidis prouinciæ,perpetuò uinctus eſſe debet.

XI. *Imp.* GORDIANVS. *A. Titiano.*

METalli ſuppliciũ tam ad perſonas liberas,& etiã ad ſeruiles pertinet conditiones.

XII. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *in conſiſtorio dixerunt.*

DEcurionum filij nõ debẽt beſtijs ſubijci. Cumq; à populo exclamatum eſſet,iterum dixerunt. Vanæ uoces populi non ſunt audiendæ.nec enim uocibus eorũ credi oportet,quando aut obnoxium crimine abſolui,aut innocentem condemnari deſiderant.

XIII. *Idem* AA. *Vrſino.*

SErui ex ſententia damnato,ſi quoquo modo ex ſententia proprietatis ius amputatum nõ ſit,domino ſuo eum obſequi par eſt.

XIIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Viario.*

SI operis publici temporalis pœnæ ſententia præfinitus nondum exceſſit dies:hunc exſpectari conuenit:cum non remitti pœnam facile,publice interſit, ne ad maleficia temere quiſq; proſiliat.

XV. *Iidem* AA. *&* CC. *Agatho.*

POenam ſua dictam ſententia præſidi prouinciæ reuocare non licet.

XVI. *Imp.* CONSTANTINVS. *A. ad Catulinum proconſulem Africæ.*

QVi ſententiam laturus eſt,temperamentum hoc teneat,ut non prius capitalem in quempiam promat ſeueram q; ſententiam,& in adulterij,uel homicidij, uel maleficij crimen aut ſua confeſſione,aut certe omnium,qui tormentis uel interrogationibus fuerint dediti,in unum conſpirantes,concordantes q; rei finem conuictus ſit:& ſic in obiecto flagitio deprehenſus,ut uix etiam ipſe ea,quæ commiſerit,negare ſufficiat. Dat. IIII. Non. Nouembr. Treueris. Accepta. XV. Kal. Maij. Adrumeti. Voluſiano & Anniano COSS.

XVII. *Idem A. Euthymelo.*

SI quis in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus: minime in eius facie ſcribat:cũ & in manibus & in ſuris poſſit pœna damnationis una ſubſcriptiõe cõprehẽdi,quò facies,quæ ad ſimilitudinẽ pulchritudinis eſt cæleſtis figurata,minime maculet.

XVIII. *Imp.* CONSTANTIVS. *A. Theodoro præſidi Arabiæ.*

CVm reis manifeſta probatione conuictis ſpacium temporis ante ſententiam datur:facultas ſupplicandi uel quibuſdam malignis artibus tam præſidum, & officialium pœnas euitandi criminoſiſſimis patet:cum in homicidij crimine,& in alijs detectis grauioribus cauſis,ultio differenda non ſit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatem legem oportet ſeruari, & in ſceleroſos & noxios proferri iuris ſententiam.

XIX. *Impp.* GRAT. *&* VALENT. AA. *Olybrio* P. P.

NEquis pro coërcitiõe delicti uel piſtoribus,uel cuicunq; alteri corpori(cum alterius ſit corporis)addicatur:ſed unuſquiſq; pro crimine, in quo fuerit deprehenſus, motum congruæ ſeueritatis excipiat.

XX. *Imppp.* GRAT. VALENT. *&* THEOD. AAA. *Flauiano* P. P. *Illyrici.*

SI uindicari in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu iuſſerimus:nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam,aut excipere ſententiã:ſed per dies triginta ſu per ſtatu eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. reos ſanè excipiat uinciat q; cuſtodia,& excubijs ſolertibus uigilanter obſeruet. D. XI. Kal. Septembr. Veronæ. Antonio & Syagrio COSS.

XXI. Iidem Augusti.

NE diu apparitorum praua admodum uænalisq; perfidia impune in publica commoda de sæuiret: censuimus et in absentes eos pro competenti ultione debere consurgi.

XXII. Iidem. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P.P.

SAncimus ibi esse pœnam, ubi & noxia est. propinquos, notos, familiares procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas non facit. nec enim adfinitas uel amicicia nefariũ crimen admittunt. peccata igitur suos teneant authores, nec ulterius progrediatur metus, quã reperiatur delictum. Hoc singulis quibuscunq; iudicibus intimetur. D. VIII. Kal. August. Constantinop. Eutropio & Theodoro. VV. CC. COSS.

XXXIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Antoniũ P.P.

OMnes, quos damnationis conditio diuersis exilijs destinatos metas temporis præstituti in carceris impleſſe custodia depræhẽderit, solutos pœna uinculisq; laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias ullas exilij. sit satis immensorum cruciatuum fel mel luisse supplicia: ne hi, qui diu priuati sunt auræ cõmunis hausto & lucis aspectu, nõ intra bre ue spaciũ catenarũ ponderibus prægrauati, etiã exilij pœnã sustinere iterum cõpellantur.

XXIIII. Iidem AA. Maximo P.P.

REctores prouinciarum conueniri præcipimus, ut hi, qui pro suo crimine pœnã exilij sub certo temporis spacio subire decreti sunt: exacto præfinito temporis spacio, nec clausttris carceralibus, nec in locis, quibus exules uersati sunt, teneantur.

XXV. Iidem AA. Maximo P.P.

HIs, qui conficiendi naues incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt, capitale supplicium proponi decernimus

NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIbus liceat confiscare. Tit. XLVIII.

XXVI. Impp. THEOD. A. & VALENT. Cæs. ad Hieriũ P.P.

NVlli iudiciũ liceat, exceptis ijs, qui in summa administratiõis sunt positi potestate, proscriptionis tempestate totius substantiæ aliquẽ percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referat. D. X. Kal. Febr. Const. Theod. A. XI. & Valent. Cæs. COSS.

DE BONIS PROSCRIPTORVM SEVdamnatorum. Tit. XLIX.

I. Imp. ANTONINVS. A. Marco.

SEruorum capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri, notum est: sed quod seruũ dominus habuisse probauerit, recipiet, preciumq; rerum, si quæ ab eo distractæ sunt. Ipsius quoq; præsentiæ potestas ei dabitur, quo ad rationes per eum administratæ reddantur ac disponantur. sed meminisse dominum oportebit instare, ut id uelocius fiat, ut pœnæ suæ reddi possit.

II. Imp. ALEXANDER. A. Frontoni.

DEportati nec earum quidem rerum, quas post pœnam irrogatam habuerint, hæredem habere possunt, sed & hæ publicabuntur.

III. Idem A. Iuliano.

SI filius tuus, cum esset in potestate, in insulam deportari meruit: peculium eius, nec quod in castris adquisiuit, uel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Callimorpho.

IN metallum damnatus pœnæ seruus efficitur, & ideo eiusmodi sententiam passi bona uindicantur rationibus fisci. Quare siquid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis: ad ius fisci potius, quàm ad ipsius dominium pertinet.

V. Imp. PHILIPPVS. A. Arriano.

SI (ut proponis) bona eius, qui tutelam tuam administrauit, sententiam passi ad fiscum sunt deuoluta: procuratorẽ nostrũ adire cura, qui si quid iure posci animaduerterit, nõ negabit.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Gaudentio.

DEbonis matris deportatæ filijs nihil deberi, iuris absolutissimi est.

VII. Imppp. VALENTIN, VALENS & GRAT. AAA. ad Probũ P.P.

SI quis intra prouinciam pro qualitate delicti stylum proscriptionis incurrerit: per ordinarij officij

officij sollicitudinem bonorum eius indago diligentissime celebretur, ne quid rei priuatæ commodis per gratiam atq; colludium furto subducatur. & plena descriptio compræhendat, quod spacium, & quod ruris sit ingenium, quid aut incultum sit aut colatur, quid in uineis, oliuetis, aratorijs, pascuis, syluis fuerit inuētum. quæ etiā gratia, & quæ amœnitas sit locorū, quis in ædificijs ac possessionibus sit ornatus. quotúe mancipia in prædijs occupatis, uel urbana, uel rustica, uel quarum artium generibus imbuta teneantur. & quot sint censuarij, uel coloni, quot boū iuga exercitijs terram atq; uomeribus instruentium, quot pecorum & armentorum greges, & in qua diuersitate numerati sint. quantum auri, & argenti, uestium ac monilium, uel in specie, uel in pondere, & in quibus speciebus, quidúe in apothecis sit repertū. Tunc demum omnia ea, quæ uelle nos spicis, inquisitiõe cõstricta, Rationalis rei priuatæ tradant officio, aut Palatinis super hac causa missis nostro nectēda patrimonio. Mox uero ad nos sub literis publici iudicis sigillatim de omnibus nominatim q; referatur, proculdubio neglegētia multanda. Nam si quid post factam â prædicto officio inuestigationem rationalis rei priuatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis inuenerit: officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex propriis facultatibus inferatur.

VIII. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. *&* THEOD. AA. *Eutropio* P.P.

Si deportatus suos & emancipatos filios habuerit: pars, quæ ex bonis eius liberis cõcessa est, ad eos tantū, qui in potestate erant, transferatur: si emancipati ea, quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum & donationis elegerint: omnia ea, quæ fiscus liberis damnati concedit, æquæ diuisionis partibus fortiant. Quæ regula etiā in dote filiæ uel neptis ex filio deportati conferenda, custodiēda erit.

IX. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Cæsario* P.P.

Si quis post hac stylū (quod absit) proscriptiõis exceperit: uxor eius res proprias ex quocunq; titulo sibi quæsitas ueluti manu iniecta mox uindicet, aut certe â quoquo occupatas statim recipiat. Dos etiam, non quæ aliquoties inaniter dotaliū instrumentorū tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiam, quæ ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, uel durante matrimonio largitione uiri ad eā ante proscriptionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant. Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse claruerit: integrum ijsdem citra inquietudinem reseruetur. Quod uero nec uxor, nec emancipati liberi potuerint uindicare: captū à publicis personis ita ad nos referri specialiter censemus, ut illud quoq; addatur, utrum si los habeat, qui damnatus est: simul q; adijciatur, utrum ijdem apud se ex causa donationis aliquid uindicauerint. Sed in ijs, qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiocinijs proscribunt, & condemnantur: placuit, si quid proprium uxor habuerit, uel à marito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac uicij in iudicium deducta est: si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est, antec; crimen oriatur: intemeratum apud accipientium iura persistere, nec quidc; fisco in qualibet causa teneatur obnoxium: nisi quod in dominio proprio, cum obligari cœpit, habuerit: uel quod agens tam suo, c; uxoris suæ, uel filiorum, uel cuiuscũq; præterea nomine comparauit. Exceptis duntaxat Cæsarianis uel Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata à nobis purgata q; ratiocinia fuerint: ut quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant. D. III. Non. August. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. COSS.

X. *Impp.* THEOD. *&* VALENT. *Hierio* P.P.

Quando quis quolibet crimine damnatus, capitalem pœnā deportationemue sustineat: si quidē sine liberis mortuus sit: bona eius ad fiscū perueniant. Sin uero filij, uel filiæ, uel nepotes ex defunctis filijs relicti erunt: dimidia parte ærario uindicata, alia eis reseruetur. Idem est, etsi postumos dereliquerit. Decurioni uero, qui hoc incurrerit, si liberos nō habeat, succedat curia, bona q; uniuersa detineat, aut ipsa per se, aut sua ordinatura periculo munera subiturum. Sin autem erit soboles curiali: etsi ea necdum procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia uel filiæ fuerint: pars dimidia ad eas deuoluatur facultatum, altera dimidia ad curiam. Sin aũt mares curiales fuerint intermisti: dimidia pars eis curiæ nomīe deferat: & alia, quā in cõmune oñibus tribuit indulgētia principalis, pro uirili diuidat portiõe. Excepta sola maiestatis q̄sti one, quā si quis sacrilego animo sumpserit, iuste pœnam ad suos etiā posteros transmittet.

DE BONIS EORVM, QVI MORTEM SIBI consciuerunt. Tit. L.

I. Imp. ANTONINVS. A. Aquiliæ.

EOrum demum bona fisco uindicantur, qui conscientia delati admissiq; criminis metu q; futuræ sententiæ manus sibi intulerunt. Eapropter fratrem uel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio uitæ, aut furore, uel insania, aut aliquo casu suspendio uitam finisse constiterit: bona eorum, tam ex testamento, q; ab intestato, ad successores pertinebunt.

II. Imp. ALEXANDER. A. Rustico.

EOrum, qui in reatu diem suum functi sunt, si non perduellionis causam sustinuerunt, nec ob metum criminis morte sibi consciuerunt: bona ad successores transmittuntur.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITVTIS. Tit. LI.

I.

CVm salutatus esset ab Gentiano & Aduēto & Opilio Macrino præfectis prætorio clarissimis uiris, item amicis, & principalibus officiorum, & utriusq; ordinis uiris, & processisset: oblatus est ei Iulianus Licinianus ab Opilio Vlpiano tunc legato in insulam deportatus. tunc Antonius Augustus dixit. Restituo te in integrum prouinciæ tuæ. & adiecit. Vt autem scias, quid sit in integrū restituere: restituo te honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris.

II. Idem A. Quieto.

CVm patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, eius q; bona meritò à fisco occupata sint: non ideo, quòd ex indulgentia mea pœna tantummodo metalli liberatus esset, etiam bonorum restitutionem impetrauit: nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

III. Imp. ALEXANDER. A. Stratonico.

SI debitor pœnam sententiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: cuius postea ciuitati Romanæ restitutus, non totam substantiam, sed aliquid ex indulgentia principis, ut haberet, impetrauit: æris tamen alieni ex præcedenti tempore pœna liberatus est. Si uero partem bonorum accepit: pro rata portione eius tenetur. Quòd si ob pecuniam debitam fisco bona eius occupata sunt: manst unà cum suis fideiussoribus proprijs creditoribus obligatus.

IIII. Idem A. Valentinæ.

TVtor filiorum tuorum, quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus, quanq; locupletior sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur: si non gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperauit.

V. Idem A. Iuliano.

SI ademptis bonis in insulam deportatus es: cuius ex indulgentia communi redijsti: actiones tamen, quascunq; habuisti, remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra hæredes tutorum actiones tibi præstentur.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Fabiano P.P.

IN insulam deportato filio, hac q; ratione uinculo paternæ potestatis exempto, si postea ex indulgentia diui Alexandri (ut proponis) reditus in patrium solum, præcedens q; dignitas restituta sit: potestas tamen patria repetita non uidetur.

VII. Imp. PHILIPPVS. A. Cassio.

GEneralis indulgentia nostra reditum exulibus seu deportatis tribuit: non etiam locatiæ pridē adempta concessit, neq; integrā atq; illibatam existimationem reseruauit.

VIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Seleucio.

FRustra adhuc seruum esse tui iuris existimas, qui in metallum damnatus, pœna eius postea liberatus est. per huiusmodi enim indulgentiæ occasionem integrari dominium prius non placuit. uerum idcirco tamen impune tibi eum præses prouinciæ iniuriosum esse non patietur. Quòd si quid rerum tuarum tenet: procurator uobis iudex erit. fisci enim cœpit esse mancipium.

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Restituto.

SI pater uester in insulam deportatus generali indulgentia restitutus est, nec ut liberos in potestatem reciperet, specialiter impetrauit: in dubium non uenit, hæreditatis commodū peruos ei adquiri, quos sententia contra eum prolata patressamiliarū effecit, nequaq; potuisse.

Cum

X. Iidem. AA. & CC. Demetrio.

CVm indulgentia nostra interueniente sis reuersus ad lares tuos: frustra uereris, ne ex adnotatione præsidis, quæ iam abolita est, calumniam patiaris.

XI. Iidem AA. & CC. Philippo.

CAsus eius, qui fundi mouerat quæstionem, & ex benignitate nostra facta in eum cum bonis restitutio, statum pristinum causæ non mutauit.

XII. Iidem AA. & CC. Tryphoni P.P.

SI deportationis sententiæ ueniã indulgentia nostra cõsecuta suã recepit substantiã: se protegere sceleris pœna contra creditores, quo minus iure debitũ soluat, improbe conatur.

XIII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Maximum P.V.

IN quæstione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Vlpiani atq; Pauli notis, Papiniani placet ualere sententiam: ut in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt: ita tamen, ut gesta per filium, cuius consilium legitima ætas firmauerat, rata sint: eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat (quod est maxime absurdum) eodẽ tempore nec in patris, nec in sua quenq; fuisse potestate. Minores enim ætate iure quidq; agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est: necesse est, ut ab officio suo recedat regresso eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla prauitate corruptum liberis præbere oportet, ut eorũ bona tueatur & augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atq; effundendi patrimonij licentiam abutetur: ut furioso, ac demenți, item prodigo, libidinum omniumq; uiciorum seruo, non est eorum pecunia committenda. quin ab administratione fugiat, neq; tutor esse desinat, omniaq; minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia uero deportationis nullo patrem præiudicio deminuat. quem si cõperta integritas, ut naturæ, ita officio liberis restituerit: ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius ad imitationem publici iuris prouisa custodia est. Quæ nisi patribus bonis detur: luctuosior erit filijs reditus, q; discessus. Ideoq; tantum ad restitutionem indulgentia ualeat, quantum ad correctionem sententia ualuit: utq; deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filij emancipationem à patribus officijs petant: ut libertatem, non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. D. XVII. Kal. Octobr. Sirmij. Crispo. II. & Constantino Cæss. COSS.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER DECIMVS.

DE IVRE FISCI. Tit. I.

I. Imp. ALEXANDER. A. Attico & Seuero.

IPrius, quàm fisci rationibus pater uester obligaretur, perfectam prædiorũ donationẽ fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur.

II. Imp. GORDIANVS. A. Serenio.

INstar rei iudicatæ obtinere minime potest computatio à tabularijs facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata.

III. Iidem. AA. Atticæ.

SI minore præcio, quàm res est, aperta fraude emptoris uel gratia, quæ obligata sunt fisco, uenierunt: aditus procurator meus debitam quantitatem inferenti restitui ea prædia iubebit.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Nicæi.

CErta forma super metœcis data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem translati sunt. nam prædia eorum, quæ ante, q; demigrarent, habuerunt, si ab eis distracta non sunt: fisci rationibus uindicari, iam pridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto augusta maiestas decreuerit. Vt igitur à principibus salubriter statutum est: ita saluis his, quæ utiliter placuerunt, parentibus hæredes eos existere non oportere, nulla legis sanctione statutum est.

V. Exemplum sacr. liter. eorundem. AA. ad Flaccum.

PRohibitum est cuiuscunq; bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi prius, q̃ à nobis forma fuerit data. Et ut omni prouisionis genere occursum sit Cæsarianis: sancimus licere uniuersis, quorum interest, obijcere manus his, qui ad capienda bona alicuius uenerint, qui succubuerit legibus: ut etiamsi officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, à facienda iniuria arceantur. Tunc enim is, cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus uolẽtibus ea capere, debet adquiescere: cũ literis nostris cognouerit, nõ exarbitrio suo Cæsarianos ad capiẽdas easdẽ uenisse facultates, sed iusticiæ uigorẽ id fieri statuisse.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A. ad prouinciales.

IVstas etiam, & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus cõcremari ob hoc solum, quod suis temporibus prolatæ non sunt: ut iam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere præcipimus.

VII. Idem A. ad Volusianum P.V.

DEfensionis facultas danda est, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: cũ facultates eorũdem, adhuc controuersia pendente, inquietari describiq; fas non sit. Vbi ergo controuersia exstiterit, fisco alicuius patrimonium uindicante: apud eum omnibus facultatibus constitutis, cognitio uentiletur: ut cum rei exitus debere eas uindicari probauerit, tum demum res persequi liceat, & super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales seruos inuestiganda est: ut si quid subtractũ fuerit, exigatur extrinsecus & aliud tantum multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. Sanè in huiuscemodi quæstione si Cæsariani nomen inciderit: ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere, si qui dem consuetudo fraudum, quibus prædicti omnia temerare consueuerunt, exceptionem eorundem meruerit.

VIII. Imp. VALENT. & VALENS. AA. ad Clearchum uicarium Africæ.

QVi contractibus scelestis ac fisco perniciosis interuersorum maculosis se fraudibus implicuerint, quadrupli redhibitione teneantur.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Patricio com. rer. priuat.

SVper creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dominicæ dispositionem tuæ sublimitatis firmam esse præcipimus: ita, ut omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæq; antiqua consuetudine commendantur, in pabulis, uel sumptu familiæ ministrando intemerata permaneant: super Irenarcha & Optione omni antiqua consuetudine obseruanda.

X. Iidem AA. Palladio P.P. Orientis.

EOrum patrimonia mortuorum, qui uitæ suæ tempore diuersis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaq; competere, uel ab eo alienari censemus: nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse conuictos.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBVS. Tit. II.

I. Imp. GORDIANVS. A. Saturnino & alijs.

NOn iniusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate, eos priore loco cõueniri, qui reliqua cõtraxerũt: mox ad uos pueniri, qui ab his quædã mercati estis.

II. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. Cæs. Erophilo.

FIsco quidem contra te manet actio, cuius argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauerit. Aequum tamen est, ut prius de bonis eius, qui exactor fuit, si soluendo est, & conueniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat. tunc si seruari hic modus nõ possit: reposcatur à te.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Ianuario & alijs.

QVoniam Augerio ac filio eius ad exigenda reliqua consortes uos atq; consocios esse dictis, eisq; certorum duntaxat nominum exactionem mandatam, nec inter eum & cæteros, qui exactores fuerant nominati, confusæ exactionis mutuum periculum constitutum, sed separato muneris obsequio discretam sollicitudinis rationem fuisse adseueratis: à iure non discrepat, ut prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postq; eos, si solidum debitum exsolutum non sit, nominatores conueniri. Rationalis igitur noster iuris ordinẽ sequeẽ, excussisq; exactorũ facultatibus, necnõ etiã nominatorum: si fiscus in uniuersi debiti quantitate securitatem indemnitatis consecutus nõ fuerit: etiam uos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Impp.

IIII. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. *ad Archelaũ com. orientis.*

HI, qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxij sunt, omissa frustratione teneantur: ut quòd suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsoluere: seruatis, cum compleue rint, allegationibus propriis, si quas aduersus quoscunq; ex suis contractibus debitores competere sibi ex iure crediderint: ita, ut aduersus eos, quos sibi obnoxios adseuerant, legibus & iudicijs experiundum esse cognoscant.

V. Iidem AAA. *Fortunatiano com. rer. priuat.*

INter chartulas confiscati breuis quidam adseueratur inuentus, qui nomina cõtinebat debitorum, seu contractuum: cum tamen neq; testibus credita pecunia probaretur, neq; cautionibus ea, quæ breui inserta sunt, ostenderentur. iniquũ esse perspeximus, ut sub propria adnotationis manu unusquisq; faciat debitorem. Occasionis igitur huiusmodi calumniam præsenti uolumus iussione cohiberi: ut breuis uanitate reiecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur. quod & in alijs similibus causis obseruandum esse censemus. D. prid. Non. Iul. Hierapol. Gratiano. A. IIII. & Merobaude COSS.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET IVRE HASTAE fiscalis, & de addictionibus. Tit. III.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Curtiæ.*

QVod in libellum cõtulisti, procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega. cui si probaueris, non auctore procuratore, uel eo, cui uendendi fuit facultas, neq; habitis hastis, neq; omni ordine peracto, uenditas res esse, & id, quod ex causa iudicati debes, exsolueris: rescissa uenditione mala fide facta, easdẽ res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse, uel peruenire debere constiterit.

II. Imp. GORDIANVS. A. *Heracleoni.*

DVplex ratio desiderium tuum iuuat: & quod prætermissa hastarum solennitate, possessiones tuas ex officio distractas suggeris: & quod precij uilitate ob exiguum debitum gratiosam emptionem in fraudem tuam contra{c}q; utilitatem rationum mearum aduersarium cõmentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci cõsulturus, {c}q; tuæ securitati operam daturus.

III. Idem A. *Crispo.*

ET si instrumenta emptionis non exstent: quibuscunq; tamen probationibus uxor tua ostẽderit, ad se eam domum pertinere, quam à fisco eius nomine dicis comparatã, precium{c}q; ab ea exsolutum, & in eam dominium translatum: frustra fiscum ex persona matris eius referre quæstionem procurator meus non sinet.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Marcellinæ.*

SI tempora, quæ in fiscalibus actionibus uel hastis statuta sunt, patiuntur: cum etiam augmẽtum te facturam esse profitearis: adi rationalem nostrum, ut iustam uberioris precij oblationem admittat.

V. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENTIN. AAA. *ad Clearchum* P. P.

QVæcunq; pro reliquis prodigorum in annonario titulo cæteris{c}q; fiscalibus debitis in quibuscunq; corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore uendantur: ut perpetuò penes eos sint iure dominij, quibus res huiuscemodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit. & si quidem un{c}q;, ut à fisco facta uenditio possit infringi, authoritate rescripti fuerit impetratum: nullus obtemperet: cum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnẽ intercipiatur ætatem.

VI. Iidem AAA. *ad Feliçm.*

SI quis proscribente ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerit facultates: pro earum rerum tantum precio obnoxij sint, quas eos patuerit, decursis hastis, & proscriptione habita, comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conuentionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam.

DE VENDITIONE RERVM FISCALIVM CVM priuatis communium. Tit. IIII.

I. Imp. ALEXANDER. A. *Euplco.*

Forma

FOrma est,quoties ad fiscum uel minima portio rei pertinet,ut uniuersa à procuratoribus meis distrahantur. sed precium partis tantũ in fiscum redigatur, reliquũ dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum,de quibus libellum dedisti,apud suum iudicem conueni,usurum defensionibus,si quæ sibi cõpetunt.

* Pars epistolæ. *

NE FISCVS REM, QVAM VENDIDIT, EVINCAT. Tit. V.

I. Imp. ALEXANDER.A. *ad Herminm.*

GRauissimum uerecundia mea duxit, ut cuius rei precium ,cum bona fide esset addicta,semel fiscus acceperit,eius controuersiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadem statione,sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere,æquũ est:cum etiam in his uenditionibus,emptore non inquietato,officia inter se possint experiri.

II. Impp.HONOR.& THEOD.AA.*Palladio* P.P.

REtractare fiscum,quod semel uendidit,æquitatis honestatisq; ratio non patitur.

DE HIS, QVI EX PVBLICIS RATIONIBVS MVTVAM pecuniam acceperunt. Tit. VI.

I. Imppp. VALENT.VALENS.& GRAT.AAA.*ad Probum* P.P.

SI quis ab actoribus,tabularijs,arcarijs,officijsq; rationum fœnebrem pecuniam sumpserit:detectus in eodem,ad quadrupli pœnam ex hac authoritate teneatur.

II. Imppp.GRAT.VALENT.&THEOD.AAA.*Palladio* P.P.

SCiant omnes,,accipiendi mutuo ex sacris lagitionibus auri non patere cuiq; facultatem. Quòd si quis aurum ex nostro ærario,priuatis commodis profuturum,occulte,aut cautionis aut sponsionis fide ut debitor redditurus,sine nostra authoritate acceperit:ablatis bonis omnibus,perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam,qui ex meritis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiq; commodauerit,aut dederit,capitali sententiæ subiugetur.

POENIS FISCALIBVS CREDITORES PRAEFERRI. Tit. VII.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Marcello.*

REm suam persequentibus pœnæ exactio postponitur.Sicut itaq; in sortis quantitate fisci persecutio potior est:ita in triplo,quod pœnæ nomine adiectum est,propria forma seruanda est.

DE FISCALIBVS VSVRIS. Tit. VIII.

I. Imp. ANTONINVS. A. *Antigono.*

IVs summæ,quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es,usuræ non exigentur.nec enim multam tibi procurator meus irrogauit ultra, q̃ placitum est,sed pœnam te iussit inferre.

II. Imp. ALEXANDER. A. *Victorino.*

SI sub pignore creditum fuit:etiam fiscum,qui successit in locum debitoris,usuras præstare oportet,si eas dependi saltem pacto placuit.

III. Imp. IVSTINIANVS.A.*Mennæ* P.P.

FIscũ etiam nostrum parére sanctioni nostri numinis iubemus,per quam usq; ad dimidiam centesimæ usuras stipulari creditoribus,exceptis certis personis,permisimus:ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minime exigat,siue principaliter ei promiserunt,siue à prioribus suis creditoribus actiões ad eũ quocunq; modo deuolutæ sunt.

DE SENTENTIIS CONTRA FISCVM LATIS retractandis. Tit. IX.

I. Imp. ALEXANDER.A. *Acutiano.*

Causas

Causas, in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse: & post id tempus, si præuaricatio arguatur, uel manifesta fraus probetur, notū est.

DE BONIS VACANTIBVS, ET DE INcorporatione. Tit. X.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *ad Eucharium.*

Sire debet grauitas tua, intestatorum res, qui sine legitimo hærede decesserint, fisci nostri rationibus uindicandas: nec ciuitates audiendas, quæ sibi earum uindicandarum ius ueluti ex permissu uindicare nituntur. & deinceps, quæcunq; intestatorum bona ciuitatibus obtentu priuilegiorum suorum occupata esse compereris, ad officium nostrum eadem reuocare non dubites.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Albinum* P. V. *Romæ.*

Si quando adnotationes nostræ cōtineant, possessionem siue domum, quam donauerimus, integro statu donatam: hoc uerbo ea uis continebitur, quam ante conscribebamus, cum adiacentibus, & mancipijs, & pecoribus, & fructibus, & omni iure suo: ut ea, quæ ad instructū possessionis uel domus pertinent, tradenda sint.

III. *Imppp.* GRAT. VALENT. *&* THEOD. AAA. *ad Florianū Præf. Augustalē.*

Si quando aut alicuius publicatione, aut ratione iuris aliquid rei nostræ addendum est: rite atq; solēniter per comitem rerum priuatarum, deinde per rationales in singulis quibuscūq; prouincijs commorantes incorporatio impleatur, & diligens stylus sigillatim omnia scribat. tituli uero, quorum adiectione prædia nostris sunt consecranda substantijs, non nisi publica testificatione proponantur: grauissimis statim subdendis supplicijs, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione tentauerint.

IIII. *Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Palladio* P. P.

Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea, uel iuris titulo, legitimum reliquerit intestatus hæredem.

V. *Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *Hermostrato com. rer. priuat.*

Si uacantia, uel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur: certi palatini electi, & iureiurando obstricti mittantur, ut eorum instantia præses prouinciæ, præsente fisci patrono, diligenter inquirat, cuius uacans cadensq; fuerit patrimonium, quantumq;, uel quale uideatur: ut cum data reclamandi copia, nullum id iure possidere uel uindicare, locumq; ærario factum esse tam ipsius relatione, q̄ publicorum monumentorum fide constiterit: rerum nobis noticia intimetur, ut iussu nostro uacantia uel aliæ res nomine occupentur ærarij. Quæ forma etiam in parte bonorum, uel in una alteraue re, seu actione una, uel etiam pluribus seruetur. nā si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum: missi quidem exsecutores nō euitabunt indignationem, præses autem facultatum parte dimidia multabitur, fisci uero patronus detrimentum, quod pro uicio eius fisco ingeritur, resarcire urgebitur.

DE DELATORIBVS. Tit. XI.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Haterio.*

Si ei, qui capere potest, tacitum fideicommissum relictum est: cessat delatio. his enim prohibetur tacite relinqui, qui palā relictum capere non possunt.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Nicontio.*

Monente officij sollicitudine, quinimò iussu, pcuratoris, ut causam ab alio delatam conuenienti diligentia instrueres: non ipsum uoluntarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifeste declarat. Ea propter ne quid in persona tua, quod est sectæ temporū meorum alienum, attentetur: præses prouinciæ uir clarissimus ad sollicitudinem suam reuocabit.

III. *Idem* A. *Chlœlio.*

Nulla macula uel crimine delatoris adspergitur is, qui cum ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur, nō se, sed alium eius rei possessorē esse mōstrauerit.

IIII. *Imp.* PHILIPPVS. A. *Candido.*

Exuaria statutorum diuersitate ad id decursum est, ut hi, qui reipublicæ causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur: cum omnibus notissimum sit, eos solos exsecrabi-

les nunciatores esse, qui fisco deferunt.

V. Imp. CONSTANTINVS. A. ad prouinciales.

OMnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes, pœnis afficere. apertissimi enim iuris est, ut quod ex cuiusq; patrimonio ceciderit in cassum, & legibus & recto iuris ordine, fisci aduocatis agentibus, uindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant: damus omnibus licentiam, qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicum implorare ferro districtam. D. X. Kal. April. Constantinop. Constantio & Albino COSS.

VI. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Panhellenio consulari Lybiæ.

SEruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seueriss. sententiæ subiugari, etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis. D. VII. Kal. Nouembr. Constantinop. Antonio & Syagrio COSS.

DE PETITIONIBVS BONORVM SVBLATIS. Tit. XII.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

QVisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit, & punitus, bonaq; eius (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadē sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere. qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet: reus uiolatæ legis habeatur. Sed quoniā plerunq; ita in nonnullis causis inuerecunda petentiū inhiatione constringimur, ut etiā non concedenda tribuamus: ne rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atq; poscente, concedi cuiq; uoluerimus: huiusmodi tantum ualeat liberalitas. D. XVI. Kal. Decemb. Thessalonicæ. Gratiano. V. & Theodosio. AA. COSS.

II. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

OMne semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes: nulli deinceps uolumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus quispiam quæpiamue, ac nullis ex numero propinquorum existentibus, uel uxore, uel marito, fati munus impleuerit, cuiuscunq; sit conditionis, aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæue, cuiuscunq; fortunæ aut sectæ sit, si fisco nostro locus pateat, adspirare: cum ne illis quidem, quorum actu atq; officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris aduersari. Sed uir illustris quidem, cuiuscunq; temporis quæstor, si oblatæ petitioni subscripserit, uel etiam responsum dederit: uirq; illustris comes rerum priuatarum, si uel instrui permiserit, uel petitionem, si qua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis sustinebit, cæterisq; fiet uindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales uero, qui excipienda huiusmodi rescripta, uel implenda curauerint: & palatinos, qui instruxerint, uel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles & ad ius publicū pertinentes ab omni petitione muniendas esse censemus: scilicet, nec pragmatica iussione, uel sacra adnotatione, uel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (si qua contra hāc sanctionem nostram fuerint impetrata) quippiam roboris habere ualituris.

DE HIS, QVI SE DEFERVNT. Tit. XIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. Maximo.

SI cuius tacite fidei commissa fuerit hæreditas, statim officio grauitatis tuæ nunciet, & gesta prodat, & continuo quod actum fuerit renunciet: & post hanc fidem, tertiam ab omnibus defuncti bonis percipiat portionē. Quòd si ab uxore defuncti istud ad officium deuotiōis tuæ fuerit reuelatum: ipsa etiam persona, quam defunctus esse uoluit hæredem (si gesta apparuerint) tali præmio manciperur, ut ex omni patrimonio medium consequatur, & cum fisco nostro celebret diuisionem. idem etiam habitura priuilegium, ut prior eligat optionem. & tunc occultator ille gestorum fisci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, ac fisco uindicato, in insulam deportetur.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS SOCIVS SI ne hærede decesserit. Tit. XIIII.

Imp.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Mygdonium.

IVbemus, ut si quis forte ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum sit, nullo hærede relicto decesserit: ad consortem potius solatium, & ad personam alium pars decedentis perueniat. D. XII. Kal. April. Antiochiæ. Constantino. A. IIII. & Licinio. IIII. COSS.

DE THESAVRIS. Tit. XV.

I. Imp. LEO. A. Erythrio P. P.

NEmo in posterum super requirendo in suo uel alieno loco thesauro, uel super inuento ab alio uel à se, effusis precibus pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis unicuiq; dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odiosa, thesaurum (id est condita ab ignotis dominis tempore uetustiore mobilia) quærere, & inuento uti, liberam tribuimus facultatem: ne ulterius dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur: cum superfluũ sit, hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est, & postulanda imperatoriæ maiestatis uideatur præuenire liberalitas. In alienis uero terrulis nemo audeat inuitis, imò nõ uolentibus, uel ignorantibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari. Quòd si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurũ scrutatus inuenerit: totum hoc locorum domino reddere compellatur, & uelut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quòd si forte uel arando, uel aliàs terram colendo, uel quocunq; casu, nõ studio perscrutandi in alienis locis thesaurum inuenerit: id, quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum domino partiatur. ita enim eueniet, ut unusquisq; suis fruatur, & non inhiet alienis.

DE ANNONIS ET TRIBVTIS. Tit. XVI.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Alieno.

AEs quidem alienum pro portione, ex qua quisq; defuncto hæres exstiterit, præstari oportet. annonas aũt is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Herennio.

INdictiones non personis, sed rebus indici solent. & ideo ne ultra modum earundem possessionum, quas possides, conueniaris: præses prouinciæ prospiciet.

III. Imp. CONSTANTINVS. A. Albino.

OMnes pensitare debebunt, quæ manus nostræ delegationibus adscribunt. nihil amplius exigendi uel remittendi potestatẽ esse. nam si quis uicarius, aut rector prouinciæ aliquid iam cuiq; crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propris dare facultatibus cõpelletur.

IIII. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Taurum P. P.

OMnes omnino ad oblationem functionum publicarum oportet urgeri. lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria, nec uocari, quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt.

V. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Probum P. P.

PRo locis, ac proximitate possessionum, annonam ad limites transuehi præcipimus.

VI. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Arintheo.

INfraudem annonariæ rei ac deuotionis publicæ elicitũ damnabili subreptiõe rescriptum, manifestum est iure non posse uires sortiri. circa omnes igitur par atq; æqualis illationis forma teneat.

VII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

NEmo possessorum ad instruendas mansiones uel conferendas species longius delegetur: sed omnes, itineris ac necessitatis habita ratione, delegentur.

VIII. Impp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Probino P. P.

MEditerraneæ ciuitates ante à maritimis, & maritimæ à mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendij translatio, & deuotionis illatio. hoc non solum in præsenti, uerum etiam in posterũ prohibemus ea lege, ut se ultimo nouerint supplicio puniendos, qui ista commiserint.

IX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario.

OBsistere commodis publicis & statutis necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum.

Vnde ut quisq; de prædijs emolumentum consequitur: si non is euoluto anni spacio, intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum: ad ipsos, qui sunt domini prædij, exactionem uolumus pertinere.

X. Idem AA. Eutychiano P. P.

IVdices, quos circa profligenda ærarij nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit: omnia, quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere cõpellantur.

XI. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Isidoro P. P. Illyrici.

ID ab unaquaq; prouincia censuimus expetendum, quod ab ijsdem nuper esse promissum, tua sublimitas indicauit. nullus uero de cætero ad possessiones eorum (quod maxime formidant) inspector accedat. Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. sed hi, qui protestati sunt, nihil à se ultra tertiam partem posse cõferri: illud exsoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur: sacrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia excepta: ita tamẽ, ut aperte sciat, propriæ tantummodo capitationis modũ beneficio nostri numinis subleuãdum, nec extraneorum grauamine tributorum rempublicã ecclesiastici nominis abusione lædendam.

DE INDICTIONIBVS. Tit. XVII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

OMnes omnino, quocunq; titulo possidentes, quòd delegatio super indictione nitebitur amplexa, uelut canones cogantur inferre: & ut nequa sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, ut id potius canonis uocabulo postuletur. Nulla igitur domus uel sacri patrimonij, uel emphyteutici iuris, uel hominũ priuatorũ (etiam si priuilegium aliquod habere doceatur) ab hac necessitate seiuncta sit, quæ iam non extraordinarium (ut hactenus) sed nobis sancientibus canonicum nomen accepit.

II. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Eudoxio.

PArticulari delegationum noticia ante indictionis exordium singulis transmissa prouincijs, collationis modum à possessoribus multo ante prospectum deuotionis solitæ, non subditis calumnijs tua sublimitas faciat imputari: ut & prouincialibus subeundi dispendij necessitas auferatur, & officijs inferendi damna licentia denegetur.

DE SVPERINDICTO. Tit. XVIII.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad proconss. VV. CC. et oẽs rectores.

NIhil superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisq; prouincialis exsoluat, neq; ullius omnino indictionis titulus etiam solennis immineat: nisi eam nostro confirmatam iudicio, & imperialibus nixam præceptis, sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. D. XVIII. Kal. Iul. Mediolani. Antonio. & Syagrio COSS.

DE EXACTORIBVS TRIBVTORVM. Tit XIX.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

DVcenarij, & centenarij, siue sexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum, quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet.

II. Idem A.

NEmo carcerem, plumbatarumq; uerbera aut pondera, aliaq; ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorũ solutionibus, uel à peruersis, uel ab iratis iudicibus expauescat. carcer pœnaliũ, carcer hominũ noxiorum est & officialium, & cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores esse debebunt, qui cõtra hanc legẽ admiserint. Securi iuxta præsidẽ transeant solutores. uel certe, si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciã abutat: contineatur aperta, & libera, & in usu hominũ instituta custodia militari. Si quis in obdurata nequitia permanebit: ad res eius, omnẽq; substantiã exactor accedat, solutiõis obsequio cũ substantiæ proprietate suscepto. qua facultate præbita exactori, oẽs fore credimus proniores ad soluenda ea, quæ ad nostri usus exercitus pro cõmuni salute poscunt.

III. Imp. CONSTANTIVS. A.

QVoties quis & priuati debitor inuenitur & fisci, & abreptus ab uno officio tenetur: ad uniuersi

uersi debiti solutionem, qui eum abstulit, coërceatur: ac totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundem auellendum subtrahendumq; crediderit.

IIII. *Idem Augustus.*

ACtores cæteriq; rei priuatæ nostræ ad solutionem specierum solennium debiti uigoris authoritate cogantur, ne prouinciales rei priuatæ nostræ fatiget immanitas.

V. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

APparitores, quicunq; in collationem auri præcepti fuerint officij sui adhibere seruitiũ, titulorum debitum & collationum summas relationis suæ fide & adnotatione perscribant: sitq; ex tali instructione officium conscium, quid exactum, quidue prælatum esse uideatur: ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat.

VI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA.

IN fiscalibus debitis, hoc est annonarijs, cæterisq; titulis, qui ad arcã eminentissimæ pertinẽt præfecturæ: necnõ in ijs debitis, quæ rationale usurpat officiũ: rectores prouinciarũ constringantur, & ad eos necessitas maneat exigendi, à quibus exspectatur authoritas.

VII. *Iidem* AA.

MIssi optiones cum delegatorijs, iudicibus, eorumq; officijs insistant, ut intra anni metas id, quod debetur, accipiant. nihil his sit cum possessore commune, cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaq;, qui prouinciales passi fuerint optionibus delegari, eiusdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos uoluerint delegare militibus: & curiales temporale manebit exilium, si eos, quos solenniter exigere consueuerunt, optionibus putauerint esse credẽdos: cum iudicem oporteat inquirere debitores, tabularios fideliter præuidere nomina debitorum, & apparitores siue curiales consuetudine seruata regionum conuictis debitoribus imminere, ut perceptis congruis emolumentis, optiones impleto anno ad proprios numeros ualeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint: iudices & officia absq; ulla mora de proprio cogantur exsoluere militibus, quod debetur, ipsis aduersus ipsos obnoxios repetitione seruata. Quòd si ad nos aliqua de retentis ab optionibus querela peruenerit: in duplum ab his protinus exigetur: ut partem debitam miles, reliquam fiscus accipiat. iudicibus quoq; eorumq; officijs eatenus subueniemus, ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis authoritatem suam exerceant. ac si impudenter solutio differatur: actores procuratoresq;, eorumq; prædia persequantur, de eorum quoq; nominibus ad nostram scientiam relaturi.

VIII. *Impp.* THEODOS. & VALENTIN. AA.

SI diuina domus, aut quælibet alia, cuiuscunq; dignitatis atq; fortunæ, re uera fundos extra Smetrocomia, nõ patrocinij gratia, sed emptionis iure, uel quolibet alio titulo legitimo possederit, & non impositas reipublicæ functiones agnouerit, quemadmodum prior dominus dependebat: omnibus modis possessiones eorum publico uindicentur, & curiæ eiusdem ciuitatis, sub qua iuncti sunt, adsignentur, ut publicis cõmoditatibus circa tributarias functiones undiq; nostra prouisione uideatur esse consultum.

DE SVPEREXACTORIBVS. Tit. XX.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA.

QVidquid ultra debitum fuerit elicitum à curialibus, uel cohortalibus, uel alijs exactoribus, in duplum eruatur: quod prouincialibus restitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus: capitali periculo cupiditas eius amouenda atq; prohibenda est, si in ijsdem sceleribus perseueret.

DE CAPIENDIS ET DISTRAHENDIS PIGNORIBVS tributorum causa. Tit. XXI.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Afros.*

REs eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. D. XV. Kal. Iun. Serdicæ, Constantino Cæs. V. & Maximo COSS.

II. *Idem Augustus.*

SAtis sit debitorem annonarum ad soluendi necessitatem captione pignorum conueniri.

DE APOCHIS PVBLICIS, ET DE DESCRIPTIONIBVS curialium,& de distributionibus ciuilibus. Tit. XXII.

I. Impp.HONOR.& THEOD.AA.Anthemio P.P.

AD inferiorum curialium releuandas fortunas, & impressionem potentium itidem curialium cohibendam placuit,ut descriptiones(si quæ per singulos ordines cogentibus diuersis negocijs agitentur)nõ sumant ante principium,cꝫ apud acta prouinciarum rectoribus intimentur,& ex eorũ fuerint receptæ sententijs. Sed & aurum,quod ex huiusmodi contributiõe redigitur,ita debet susceptori aut rario consignari,ut securitatibus nomẽ inferentis,dies,consul,mensis,causa,& summa cõpræhendantur:quò & descriptionis æquitas illustretur,& descriptio documentis euidentibus fulciatur.hoc etiã obseruando,ut quadrimestribus quoqꝫ breuibus,qui ad excellentiæ tuæ officium solenniter diriguntur,celebratæ descriptionis dispositio societur: ut omnes uestræ potestatis scientiam formidantes, nihil ad releuationem locupletũ atqꝫ inopum perniciem audeant tentare.Quod & tunc optimum est custodiri,cum lucratiuæ facultates ex bonis curialium curiæ obuenerint,ut & inopes & locupletes fructu prouisionis simili potiantur.quam dispositionem si quis iudicum,numerariorum,uel curialium mutilandam esse crediderit:interminationi,quam uestra sedes statuerit, subiacebit.

II. Impp.THEOD.& VALENT.AA.

SEmel securitatem de refusione munerum emissam ab alio iudice nõ liceat refricari. & ideo spectabilitas tua,saluberrimæ ac iustissimæ præceptionis formam secuta,prohibebit inposterum eos ad discussionem transacti muneris constringi,quos claruit accepta securitatis prosperitate lætari.

III. Imp.MARTIAN. A.Constantino P.P.

QVicunqꝫ de prouincialibus & collatoribus, decurso posthac quãtolibet annorũ numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis exposcitur:si trium cohærentiũ sibi annorum apochas securitatesꝫ protulerit:superiorum temporum apochas non cogatur ostendere,neqꝫ de præterito ad illationem functiõis tributariæ coartetur:nisi forte aut curialis,aut quicunqꝫ apparitor,uel optio,uel actuarius,uel quilibet publici debiti exactor,siue compulsor,possessorum uel collatorum habuerit cautionem,aut id,quod reposcit,deberi sibi manifesta gestorum adsertione patefecerit.

IIII. Imp. IVSTINIANVS. A.

SEcuritatibus,quæ publicarum functionum gratia,siue in solidum,siue ex parte solutæ esse conscribuntur:nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus.

DE CANONE LARGITIONALIVM TITVLORVM. Tit. XXIII.

I. Imppp.GRAT.VALENT.& THEOD.AAA.

OMnem summam auri,uel argenti,& reliquarum specierum,quæ sacris largitionibus ex more penduntur,statim ut exactio fuerit celebrata,ad thesaurarios uniuscuiusqꝫ prouinciæ,uel ad proximos referri sub obsignatiõe tabularij cæterorũqꝫ, quos sollicitos esse debere præcedentia iussa decreuerunt,& thesaurorum præpositis consignari præcipimus,ut exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur.

II. Impp. HONOR.& THEOD. AA.

NEqꝫ sacrarum uel priuatarũ largitionum palatina officia, ex quacunqꝫ causa, uel ex quocunqꝫ titulo fiscalis debiti,cum ad prouinciam mittuntur,possessores per se audeant convenire:siue id ex præterito reliquum trahatur,seu præsentis temporis tributa solui conueniat: sed rectores prouinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumꝫ officijs incumbant. Quõd si rector prouinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quærens, uel qualibet alia ratione palatinis ijsdem propria authoritate publicæ exactionis permiserit curã: tam ipse,cꝫ officium eius uicena auri pondo fisco dependant.

III. Imp.LEO.A.

PRæcepit nostra serenitas,neqꝫ ueloci cursui,neqꝫ alij præter inueteratã consuetudinẽ gramini subiacere chartularios,qui de cohortalibus officijs unuscuiusqꝫ prouinciæ largitionales titu-

les titulos retractare constituuntur: cum & idem ampliſſima præfectura diſpoſuiſſe perhibeat, ut his neceſſitatibus liberati, fideliter largitionales titulos ualeāt retractare. Quòd ſi aliquo tem pore noſtra iuſſio temerario auſu ex aliqua fuerit parte uiolata: tam rector prouinciæ ꝙ̄ appa ritio eius triginta librarū auri condēnatione plectentur. Inſuper uirum ſpectabilem comitem orientis, eiuſq; officium licentiam habere, conatus nefarios inhibendi, tam moderatorum, ꝙ̄ cohortalis officij, cum de ea re admoniti fuerint à palatinis: & eandem pœnam formidanti bus, ſi non omnibus modis pietatis noſtræ decreta congruum mereantur effectum. Illud eti am generali forma ſancimus, ut in omnibus prouincijs tam nominatio ſpecialium ſuſceptorū largitionalium titulorum, ꝙ̄ defenſio tractatorum, non tantum per uiros clariſſimos modera tores prouinciarum, ſed etiam per uiros ſpectabiles proconſules, & præfectum Auguſtalem, ac laudabiles uicarios, unà cum eorum officijs, admonentibus ſemper, necnon imminentibus pa latinis, procuretur: prouidentibus, ut poſt nominationem etiam ſpecialium ſuſceptorum largi tionalium titulorum, nulla minuendæ exactionis ad ſacrum pertinentis ærarium, aut tranſfe rendi ad arcarios aut quoſlibet alios extraneos titulos, rectoribus prouinciarum, aut eorū offi cijs, uel etiam curialibus licentia permittatur: quadrimeſtribus breuibus per idoneum tractato rem eorundem titulorum, ſuper commendandis ratiocinijs publicis, periculo rectorum pro uinciarum, ad ſacratiſſimam urbem tranſmittendis. nam quacūq; ex parte, quàm iuſſit noſtra tranquillitas, ſi minus fuerit procuratum: pœna ſuperius deſignata, tam ipſi iudices, ꝙ̄ eorū offi cia ſe nouerint eſſe plectenda.

IIII. *Idem Auguſtus.*

PRæcipimus, ut ſi forte delegatio, quæ ab ampliſſima præfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quomodo ex actio eorum debet procedere: nihilominus competentem exactionem eorum à uiris ſpectabi libus tam proconſulibus, ꝙ̄ uicarijs, & uiro ſpectabili comite Orientis, & præfecto Auguſtali, necnon rectoribus prouinciarum, eorumq; officijs, & curialibus procurari: uicenarum librarū auri condemnationem præ oculis habentibus, ſi quid minus exactum, uel illatum fuerit ſacro ærario, quàm priſca & inueterata conſuetudo ſacris largitionibus inferri conſtituit.

NE OPERAE A' COLLATORIBVS EXIGANTVR. Tit. XXIIII.

I. *Imppp.* VALENS. GRAT. & VALENTIN. AAA.

OPerarum præbitionem, quæ illicite à prouincialibus hactenus expetita eſt, ſyncē ritas tua ceſſare præcipiat.

DE IMMVNITATE NEMINI CONCEDENDA. Tit. XXV.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

HIs noſtræ ſerenitatis edictis ciuitatum tabularijs erit flamma ſupplicium, ſi cuiuſ piam fraude, ambitu, potentia iniuſtam profitentur immunitatem: ac nō ſecun dum præcedentem definitionem omnes omnino, abolita ſpecialium immunita tum gratia, neceſſitas tributariæ functionis, firmata cēſitorum peræquatorumq; peræquatione, conſtrinxerit.

II. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA.

PEr Bithyniam cæteraſq; prouincias poſſeſſores, in reparatione publici aggeris, & cæteris hu iuſmodi muneribus pro iugorū numero uel capitū, quæ poſſidere noſcunt, dare cogant.

DE CONDITIS IN PVBLICIS HORREIS. Tit. XXVI.

I. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA.

OMnia, quæ in horreis habentur, expendi uolumus: ita, ut non prius ad frumentū extendat expenſa, quod ſub præfectura tuæ urbis horreis infertur, ꝙ̄ uetera cōdi ta fuerint erogata. & ſi forte uetuſtate ſpecies ita corrupta eſt, ut per ſemet eroga ri ſine querela nō poſſit: eidem ex noua portione miſceatur, cuius adiectione cor ruptio uelata, damnum fiſco non faciat. Ad iſtud autem negocium arbitratu ac iudicio tuo nobis prudens, fidelis, optime ſibi conſcius pro integritate mentis apponatur cu ſtos ac menſor, qui uel frumenta modio metiatur, uel iuſtis æſtimationibus colligat, quanta habe-

habeantur in condito.

II. Idem. AA. & GRAT. A.

CVm ad quamlibet urbem mansionēue accesseris: protinus horrea te inspicere uolumus, ut deuotissimis militibus depuratæ & incorruptæ species præbeantur. nam si per incuriā officij grauitatis tuæ sartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuijs infecta perierint: ad damnum tuum referantur.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

NVlli posthac horreaticas species contingendi copia præbeatur. si uero quisq; temerator horreorum exstiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat usurpare: hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportatiōis pœnæ subiectus, totius substantiæ cogat subire iacturā.

VT NEMINI LICEAT IN EMPTIONE SPECIERVM SE excusare, & de munere sitoniæ. Tit. XXVII.

I Imp. ANASTASIVS. A.

QVoties urgente necessitate comparationes frumenti, uel ordei, aliarumq; specierū quibuslibet prouincijs indicuntur: nulli penitus possidentiū sese sub cuiuscūq; priuilegij occasiōe excusandi tribui facultatem censemus: omnicq;, cuicunq; possidentiū, quocunq; modo, quocunq; tempore, per sacros apices, uel etiā pragmaticam sanctionem, aut iudicialem forte dispositionem huiusmodi excusatio data est, uel postea data fuerit, licentia minime uncq; contra tenorem nostræ legis saluberrimæ uallitura. Adeo nanq; huiusmodi onera cunctis, pro qua singulis portione contigerit, uolumus irrogari, ut ab ijsdem comparationibus nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ coniugis domum patiemur subtrahi.

DE COLLATIONE DONATORVM, VEL RELEVATORVM, aut translatorum, seu adæratorum. Tit, XXVIII.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

DIspositionem amplissimæ recordationis Antiochi, qui certam quantitatem ante se releuatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui decernimus. id enim, quoniam in canonem cecidit, & anniuersariæ debet pensitationi persolui, nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum. indulgentiam uero memoratæ descriptionis & in anteactum & in posterum tempus, non solum in releuatis, uerum etiam in donatis, adæratis, translatisq;, seu quodcūq; aliud nomen nouæ descriptionis excogitatum est, uolumus obseruari. nullamq; super his uncq; exactionis molestiam formidari, quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quidq; innouationis aut oneris adijciendum esse censemus. nullicq; licere deinceps contra diualia statuta releuare suas possessiones. nouerit tamen amplissimæ tuæ sedis officium, quòd si aliquando nobis suggestio huic nostræ sanctioni contraria porrigatur, uel si sacris mandatis (si qua forte contra suggestionem his pijs dispositionibus aduersa manauerint) obsequatur, & in aliquos tanq; debitores ex huiusmodi titulo crediderit exponendos: ducentarum librarum auri se sciat condemnatione multandum esse.

DE COLLATIONE AERIS. Tit. XXIX.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

AEris precia, quæ à prouincialibus postulantur, ita exigi uolumus, ut pro uiginti libris æris unus auri solidus à possessore reddatur.

DE DISCVSSORIBVS. Tit. XXX.

I. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA.

QVoties in disceptatione constiterit, iniquam discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit adprobare discussor: ipse in eodem titulo, & in eodem modo ad soluendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorē.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P. Neca

NEcasu amissa securitate publica, quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, ut quando securitates à discussoribus seu apparitoribus expositæ ratiocinijs publicis continentur, rursus per iniuriã nõ petantur. D. v. Kal. Decẽb. Mediolani. Stilicone & Aureliano COSS.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

PEr singulas prouincias, uel ciuitates, honoratis usq; ad comitiuam cõsistorianam, necnon etiam militantibus, & suis obsequijs non adhærentibus aduocatis, quin etiam fori prouincialis, mandari discussionis iugorum sollicitudinem decernimus.

DE DECVRIONIBVS, ET FILIIS EORVM, ET QVI DE-curiones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberent. Tit. XXXI.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

SI cum te pater decurionem esse uoluisset, & illo in rebus hnmanis agente, honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam hæredes eius reipublicæ. nam in hac parte uice fideiussoris pater accipitur: sed nõ ante, nisi tuis propríjs rebus excussis.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

OBseruare oportebit magistratus, ut decurionibus solenniter in curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant: eamq; statim in noticiam eius, qui fuerit nominatus, per officialem publicum perferri curent: habituro appellandi, si uoluerit, atq; agendi facultatem apud præsidem causam suam iure consueto. quem si constiterit nominari minime debuisse: sumptum litis eidem à nominatore restitui oportebit.

III. Iidem. AA. & CC.

CVm decurionatus honorem sponte susceperis: ab albo eximi, licet annosum te esse dicas, non potes.

IIII. Iidem AA. & CC.

CVm adoptiuum filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici, nulla dubitatio sit: pro atrocibus iniurijs eum, quem ad uicem naturalis pignoris tibi adscribebas, à præside puinciæ illicitis corporis cruciatibus affici nõ oportuit, hocq; congruenti pœna coërcebit.

V. Iidem. AA. & CC.

FIlios in potestate patris positos ad munera seu honores non posse deuocari, falsò tibi persuasum est. Sanè si ad nominationem filij consensum non accommodaueris: ob administrationem ipsius minime conueniri poteris.

VI. Iidem AA. & CC.

EXpertes literarum decurionis munera peragere non prohibent iura.

VII. Iidem AA. & CC.

LIcet indiuisa bona fratres habent: nihilominus tamen singuli suo nomine ciuilibus tenentur muneribus.

VIII. Iidem AA. & CC.

INfamia, quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum casus quæsitum tibi admit honorem.

IX. Iidem AA. & CC.

IN albo decurionum describendo patrem non habenti filios anteferri constitit.

X. Iidem AA. & CC.

SI ultra septuagesimum ætatis annum patrem tuum esse præses prouinciæ perspexerit: eum personalium munerum uacatione perfrui prouidebit.

XI. Iidem AA. & CC.

VXorem pro marito decurione conueniri non posse, proculdubio est.

XII. Iidem AA. & CC.

NEc infames immunitatem habere, cum hæc priuilegij, non notæ sit, conuenit.

XIII. Iidem AA. & CC.

A' Muneribus decurionatus nec sententia præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ ualetudo præstat excusationem.

XIIII. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Eusgrium.

NEmo iudex aliquem suo arbitrio de curia liberet. nam si quis fuerit huiusmodi infortunio deprauatus, ut debeat subleuari: de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spacio ciuilium munerum ei uacatio porrigatur. PP. Idib. Mart. Con-

ſtantino.A.III.& Licinio.III.COSS.

XV. Idem Auguſtus.

VNiuerſos decuriones uolumus à tabellionum officijs temperare.

XVI. Idem Auguſtus.

SI quis decurio uel propriæ rei cauſa uel reipublicæ cogatur noſtrum adire comitatū: is non ante diſcedat, & inſinuato iudici deſiderio proficiſcendi licentiā conſequatur. quòd ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc fecerit iuſſionem: indignationem competentem ſortiatur.

XVII. Idem Auguſtus.

QVi derelicta curia militauerit, reuocetur ad curiam.

XVIII. Idem Auguſtus.

SI ad magiſtratū nominati aufugerint, requirantur: & ſi pertinaci eos animo latere patuerit, his ipſorum bona permittantur, qui præſenti tempore in locum eorū ad duumuiratus munera uocabuntur: ita, ut ſi poſtea reperti fuerint, biennio integro onera duumuiratus cogantur agnoſcere. omnes enim, qui obſequia publicorum munerum tentauerint declinare, ſimili conditioni teneri oportet.

XIX. Idem Auguſtus.

VAcuatis reſcriptis, per quæ munerū ciuilium nonnullis eſt uacatio præſtita, omnes ciuilibus neceſſitatibus aggregētur: ita, ut nec conſenſu ciuium uel curiæ præſtita cuiquam immunitas ualeat, ſed omnes ad munerum ſocietatem conueniantur.

XX. Imp.CONSTANTIVS.Auguſtus.

CYrenenſium magiſtratus deſertores ad eam grauitas tua faciat neceſſitatem conditionis urgeri, ut quaſcunq; pro his expenſas ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repræſentare cogantur.

XXI. Idem Auguſtus.

CVriales omnium ciuitatum nullam pro re priuata noſtra debent inquietudinem ſuſtinere, nec huiuſmodi oneribus uelut extraordinarijs occupari: quoniam ſatis eſt, ſi ciuitatū munera per eos congrue compleantur.

XXII. Imp.IVLIANVS.Auguſtus.

EOs indulſerūt ueteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adſcribi, quos patris conditio nullius uindicaret iuri ciuitatis.

XXIII. Idem Auguſtus.

PRouidendū eſt eorum nouitati decurionum, qui nuper nomen curijs addiderunt, ne præteritis debitis ſuſceptorū onerent: ſed conuentis ꝓpter hæc debita his, qui ea p̄cedentibus delegatiōibus cōtraxerūt, nullā eos moleſtiā pro ſarcina nominatiōis alienæ ſuſtinere patiaris.

XXIIII. Idem A.Leontio conſulari Paleſtinæ.

SI quis decurio pater ſit duodecim liberorum: honeſtiſſima munerū quiete donetur. D.Kal. Mart.Antiochiæ.Iuliano.A.IIII.& Salluſtio COSS.

XXV. Impp.VALENT.& VALENS.AA.

CVriales ultra terminos propriæ ciuitatis non iubeantur à moderatoribus prouinciarum exhibere ſui præſentiam, niſi publica neceſſitas exegerit.

XXVI. Iidem AA.

QVidam ignauiæ ſectatores, deſertis ciuitatum muneribus, captant ſolitudines ac ſecreta, & ſub ſpecie religionis cum cœtibus monazónton congregantur. hos igitur atq; in huiuſmodi deprehenſos erui latebris, conſulta præceptione mandamus, atq; ad munia patriarum ſubeunda reuocari, aut pro tenore noſtræ ſanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos cenſuimus uindicandas, qui publicarum eſſent ſubituri munera functionum.

XXVII. Iidem AA.

PRiuilegio militiæ paternæ ſe nō uindicet, quē aſſuetus curiæ nexus adſtringit. quòd ſi militari auo & patre decurione naſcetur: paternæ erit ſuccedaneus functionis.

XXVIII. Iidem AA.& GRAT.A.

NVllus, qualibet prærogatiua fultus, à debitis muneribus habeatur immunis.

XXIX. Iidem AAA.

NAti ex inquilinarum noſtræ domus matrimonio & patre decurione, non patrum ſuorū, uerum matrum conditionem ſequantur.

XXX. Iidem AAA.

PRocuratores reipublicæ actionibus publicis debere uti, non uenit in dubium. Iidem

XXXI. *Iidem Augustꝰ.*

EX omnibus domibus producti,qui origine sunt curiales,ad subeundam publicorum muneꝝ functionem protrahantur:quippe cum occultatoribus talium,præter iacturam existimationis,etiam rerum discrimen incumbat,si ulterius progressi,utilitatem publicam priuatis custodijs & patrocinijs postponant.

XXXII. *Impp.* GRATIAN.& VALENTIN.AA.

FAbricenses ordinibus restituantur,qui originem curialem & propria munera declinauerint ciuitatis.reliqui ne leui quidem inquietudine pulsentur.

XXXIII. *Iidem AA.&* THEODOS.A.

OMnes iudices prouinciarumq; rectores à consuetudine temerariæ usurpationis abstineant,sciantq; neminem omnino principalium aut decurionum sub qualibet culpæ aut erroris offensa cruciatibus esse subdẽdum. Quòd si quis forte iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit,quòd audeat principalem aut decurionem & suæ curiæ (si sic dici oportet) senatorem tormentis subdere:uiginti librarum auri illatione multatus,& præterea infamia inustus,ne speciali quidem rescripto notam eruere mereatur.& officium quinquaginta librarũ auri multam fisco nostro cogatur inferre:quoniam ut pertinaciæ iudicis sui resistat,liberam eidem contradicendi permittimus facultatem.

XXXIIII. *Iidem AAA.*

SI quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam:totius dignitatis exceptione depulsa,grauissima pœna plectatur.ille uero,qui immemor libertatis & generis,infamissimam suscipiens uilitatem,existimationẽ suam seruili obsecundatione damnauerit:tradatur exilio.

XXXV. *Iidem AAA.*

IN filijs decurionum retinendis priorum præceptorum decreta sublimitas tua custodiat. Eos quoq;,qui aduocationis obtentu curialia onera declinãt,agere uniuersa compellat, quæ & si necessitas non exigit,tamen patria non remittit. Quin ipsos etiam filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt,simili modo obnoxios esse decernat.

XXXVI. *Iidem AAA.*

EXemplo senatorij ordinis patris originem unusquisq; sequatur:nec ualeant specialiter delata rescripta,si quis se,matris origine defensa,à maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit:neq; ulla pro more prouinciæ referri sinatur exceptio.

XXXVII. *Iidem AAA.*

QVotiescunq; se ex rescriptis aliquid impetrasse contendunt hi,quos obnoxios curiæ aut origo fecerit,uel latum inter partes iudicium designauerit:nullam prorsus spem curiam declinandi ex colore sacræ iussionis accipiant.

XXXVIII. *Iidem AAA.*

NEquis officialium pœnæ specie atq; æstimatione curiæ dedatur:nisi si quis forte curiam defugiens,ob hoc cœperit militare,ne ingenitis fungatur officijs. Omnes itaq; omnino iudices tuæ cẽsuræ subditos admonebis,ne quis eorum existimet curiæ loco supplicij quenquã deputandum:cum utiq; unumquenq; criminosum,non dignitas debeat,sed pœna comitari.

XXXIX. *Iidem AAA.*

CVriales,qui se priuilegio domus nostræ defendi posse crediderint,ad curiam retrahantur, & propris functionibus mancipentur,& publica damna sarciant.

XL. *Imppp.* THEODOS.VALENTIN.& ARCAD.AAA.

QVilibet principalium,uel decurionũ,si uel decoctor pecuniæ publicæ,uel fraudulentus in adscriptionibus illicitis,uel immoderatus in exactione fuerit inuentus:iuxta pristinã consuetudinẽ nõ solum à uobis,quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, uerum & à iudicibus ordinarijs plumbatarum ictibus subijciatur.

XLI. *Iidem AAA.*

DEcurio fortunam,quam nascendo meruit,suffragijs atq; ambitione non mutet:& si uacare per senectutem potuerit,propter ordinationem,quæ per plurimos cito definiri solet, curiam non relinquat.

XLII. *Imppp.*THEOD.ARCAD.& HONOR.AAA.

MIlitaribus uiris nihil sit commune cum curijs,nihilq; sibi licitũ sciãt,quod suæ nõ subiectum est potestati.nullum iniuria,nullum uerbere,nullum graui pulsatione tribunus, duxúe aut comes curialem principalemúe contingat.Si quis posthac temerario & inconsidera-

to ausu ullum ex principalibus uiris usurpata attrectauerit iniuria: sciat se decem libris auri esse multandum.

XLIII. Iidem. AAA.

OMnes, qui curiali obstricti sanguine, diuersis se officiorum priuilegijs & actuũ præiudicijs aggregauerunt, reddendos munijs esse non ambiges: sed nec rescripta, aut adnotatiões ad munerum fugam prodesse permittimus.

XLIIII. Iidem. AAA.

NVllus solius materni sanguinis uinculis illigetur: quia mulieris infirmitas nunc̃ huiusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis.

XLV. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

NOminationum forma uacillare non debet, si omnes, qui albo curiæ detinentur, adesse nõ possunt: ne paucorum absentia, siue necessaria, siue fortuita, debilitet, quod à maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum: cum duæ partes ordinis in urbe positæ totius curiæ instar exhibeant.

XLVI. Iidem. AA.

AD subeunda patriæ munera dignissimi meritis & facultatibus curiales eligantur: neue tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non possint.

XLVII. Iidem. AA.

CVriales, qui honorariam adepti sunt comitiuam dignitatem, formidare debent eos, quorum moderationi sunt cõmissi: nec se existimare ideo meruisse dignitatem, ut iudicũ præcepta despiciant. Quòd si in eadem culpa perseuerẽt: quinq; librarum auri multæ obnoxij subiugentur, honore quoq;, quem prodiderint, spoliandi.

XLVIII. Iidem AA.

IN successione curialium decernimus, ut etiam si patres decesserint, teneatur adgnatio.

XLIX. Iidem AA.

OMnes, qui quolibet loco curiæ iuri debentur, cuiuscunq; superstitionis sint, ad implenda munera teneantur.

L. Iidem AA.

OMnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuò curijs perseuerent: & qui ex his ad prouinciarum regimen atq; administrationem qualibet fraude atq; ambitione peruenerint, sciant se non solum in sua curia remansuros, sed etiam cunctis rursus ab exordio muneribus seruituros.

LI. Iidem AA. & THEODOS. A.

QVamuis prouisum fuerat congruæ emendationis occursu, quemadmodum curiales, militiæ nomine & honore suspenso, officijs redderentur: tamen quia hoc callido consilio reperierunt, ut ciuitatis prouinciæ suæ finibus, tanc̃ his eorũ tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterẽt commeatus: ne diutius in perniciem curiarũ latitandi species perseueret, & solatia eos impunitatis exsequantur: horum cupiditatibus obuiamus, ut ex eorum bonis, qui se uel persecutioni, uel munijs ciuitatum, interdictæ dudum ambitiõe militiæ, uel qualibet fraude subtrahere conati fuerint: curijs, quas deseruerãt, consulat. Itaq; si uocati edictis intra anni metas(hi tamen, qui manifestis curiæ nexibus illigantur) latere potius, quàm redire maluerint: sciant post emensum annum, interpellatis prouinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis curijs, quas destituerunt, esse consulendum. neq; enim de immaturo præiudicio temporis possunt breuitatem causari.

LII. Iidem AAA.

QVis tam inueniri iniquus arbiter rerũ potest, qui in urbibus magnifico statu præditis, ac quotiua curialium numerositate locupletibus, ad iterationem quempiam transacti oneris compellat: ut cum alij necdum penè initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio & repetitæ sæpe functiones adficiant?

LIII. Iidem. AAA.

DVumuirum impune non liceat extollere potestatem fascium, extra metas territorij propriæ ciuitatis.

LIIII. Iidem. AAA.

GEnerali lege sancimus, ut si quis suum decurionem curiæ uindicare maluerit: si præsidis desit copia, in eundem manus iniectione concessa, sciat ad examen cognitoris resultantem esse deducendum: ita, ut moderator prouinciæ (si quæstio fortasse fiducia defensionis ulla generatur

tatur)nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognouerit, atq; conuictum cum pœna restituerit debitis muneribus,uel liberum ab inquietudine pronunciauerit:decem librarũ auri multam cogatur exsoluere. eius etiã officiũ pari damni irrogatione teneatur.

LV. Impp.THEODOS.& VALENTIN.AA.

SI quis decurio,aut subiectus curiæ ausus fuerit ullam affectare militiam:nulla præscriptione temporis muniatur,sed ad conditionem propriam retrahatur:nec ipse,uel eius liberi post talem ipsius statum procreati,quod patriæ debetur,ualeant declinare.

LVI. Idem. AA. Isidoro præf. Augustali.

ALexandrinis principalibus,& si aduocatione fungãtur, nihilominus onus peregrinatiõis incumbat:nec publica cura,nisi in sua tantum ciuitate,cõmittatur:& primus curiæ, cum muneribus uniuersis expletis ad summum peruenerit gradum,comitiuæ primi ordinis fruatur post biennium dignitate præstita:in curialibus tamen permaneat.

LVII. Idem AA.

QVinq; summates primi ordinis Alexandrini corporalibus iniurijs immunes esse censemus, ut uoce libera commoditates patriæ defendant: cum possint, si quid egerint criminose, pecuniarijs coërceri dispendijs. æstimabuntur autem præsente curia uiri spectabilis Augustalis iudicio.

LVIII. Idem AA.

EVm,qui triginta annis in Alexãdrina ciuitate ciuilibus inhæserit muneribus,corporalibus iniurijs, non pecuniarijs excusari conuenit:habita consideratione uidelicet meritorum,ut hoc bene cogniti priuilegium consequantur,nec eo passim fruantur indigni.

LIX. Idem AA.

SI quos spontaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones:iubemus, non exspectandum esse consensum pro tempore uiri spectabilis Augustalis,qui fit plerunq; uænalis: sed utriusq; partis sufficere uoluntatem, ut incipiat functio,quam nullus incusat:tunc ad memoratum iudicem tam nominati,quàm etiam creationis consona relatione currente.quam si suscipere uel confirmare distulerit:sciat se uigintiquinq; librarum auri condemnatione plectendum.

LX. Idem. AA.

NVllus, qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quancunq; personam curiales impleat functiones: sed ipse per se debitum patriæ munus exsoluat, et si spectabili dignitate decoratus sit:nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. hi uero, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt,per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non uetentur.

LXI. Imp.LEO. Augustus.

NEq; Dorotheum uirum illustrem & totam eius substãtiam,neq; Irenæum uirum spectabilem tribunum & notarium,& si ante paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere & conditione sustinere decreuimus. Liberos quoq; eorum, uel qui iam sunt, uel futuri, eorumq; posteros, quotiescunq; continuata temporum, & successionum perpetuitate nascentur,à conditione curiali & functione esse liberos: lege diuæ memoriæ Iuliani,quæ de materno curialium Antiochenæ ciuitatis genere promulgata est, nihil in persona uiri illustris Dorothei,uel uiri spectabilis Irenæi, uel aduersus facultates eorum, uel aduersus liberos eorundem, uel qui iam nati sunt, uel postmodum quoquo tempore nascentur, uel aduersus substantias eorum roboris uel iuris habitura.circa aliàs sanè uniuersas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ ciuitatis tantummodo curiam pertinẽtes,eandẽ legem præcipimus obtinere propriam firmitatem.

LXII. Idem. A.

SI ille,qui ex filia decurionis Antiochenæ splẽdidissimæ ciuitatis & patre,qui nullius alterius ciuitatis muniꝰ debeatur,procreatus est,sub examine prouincialis iudicis uel sponte confessus,uel certe conuictus,quòd ex filia sit curialis progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit:nullam sibi superesse facultatem negandæ uel euitandæ conditionis existimet, & curialem nõ adspernari fortunã aui materni sui pertentet,nec dubitet se muneribus curialibus subiacere. Quòd si quem curia,de qua præsens sanctio loquitur,natum ex filia curialis minime secundum præstitutam ordinationem sibi sociandum curauerit: prolem eius pulsare nullo modo penitus poterit.nec enim patimur conuentionem eiusmodi prætermisso filio,quem curialis filia ediderat,à nepote,uel pronepote,uel ulterius incipere.

LXIII. Idem Augustus.

DOcticij uiri clarissimi iubemus fortunã super curiali cõditiõe nullo modo esse inquietandam,nec facultatibus eius:sed eo,qui huiusmodi conamen inierit,sacrilegij pœnam luiturο.omnes,qui post peractam illustrem administrationẽ,uel adhuc in ea posito patre suo gignuntur,à curialium intentione defendantur unà cum paternis sine dubio substantijs,quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

LXIIII. Imp.ZENO.A.

NEminem ex his,qui obnoxij curiæ constituti,ab initio felicissimi nostræ pietatis Imperij comitũ priuatarũ rerum nostræ uel pijssimæ augustæ partis,seu comitis sacrarũ largitionum,uel comitis domesticorum,quæstoris,uel magistri officiorum ad actum administrationis gerendum prouecti sunt,uel in posterum prouehentur,ob hoc curialium munerum laqueos uolumus euitare:sed obligatos cum liberis suis quandocunq; progenitis,& facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ cõmoditatibus inseruire:nisi forte alijs priuilegijs suis, per hoc legibus cognitis muniantur. nam alia uniuersa legitima,uel ex constitutionibus data priuilegia,integra uolumus illibataq; seruari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere uideantur:dignitatum titulis potiantur,& per substitutos suarum periculo facultatũ curialibus muneribus respondentes,habeant integra illibataq; priuilegia dignitatis. Eos uero,qui uel præfatas dignitates ante initium nostri Imperij consecuti sunt,cum facultatibus suis,& post eam dignitatem progenitis filijs à curialibus nexibus uel honore decreuimus liberari. Hos autem,qui quocunq; tempore patricij,uel consules,aut consulares facti sunt,aut in posterum fuerint,aut magistri militũ,uel præfecti prætorio oriẽtis,uel Illyrici,uel urbis administrationẽ in actu positi quãdocunq; gessere,aut postea gesserint:omni modo cũ facultatibus suis & post eam dignitatẽ progenitis filijs à curiarum nexibus uel honore decernimus liberari.

LXV. Imp.ANASTASIVS.A.

DIuæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem,quæ de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est,in hac parte tantummodo duximus corrigendam,qua cauetur eos etiam,qui ante eandem constitutionẽ (ab initio tamen eiusdem diuæ recordationis Zenonis imperij) comitũ priuatarum rerum nostræ uel pijssimæ augustæ partis,seu comitis sacrarum largitionum,uel comitis domesticorum,quæstoris,aut magistri officiorum,ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc euitare:sed obligatos cũ liberis suis quandocũq; progenitis & facultatibus suis,post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire:nisi forte alijs priuilegijs super hoc legibus cognitis muniantur.his etenim,qui memoratas administrationes uel unam ex his peregerunt,necnon liberis,& rebus eorum beneficiũ, quod ante per illustrem administrationem peractam eis adquisitum est,intactum illibatumq; iubemus seruari,ut relaxatione conditionis & munerum curialium per anteriores principales dispositiones sibi concessa,tam ipsi,cẽq; liberi eorum post huiusmodi administrationem adeptã procreati,unà cum propris substantijs potiantur:& si contigerit eos post diuæ memoriæ Zenonis constitutionem,siue per se,siue per substitutos suos,curiæ competentia munera subijsse. Eadem uidelicet constitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die,quo promulgata est,suas uires obtinente:cum conueniat leges futuris regulas imponere,nõ præteritis calumnias excitare.

LXVI. Imp. IVSTINIANVS.A.

CVrialibus consortijs consulentes,censemus,ut nemo sibi blandiatur,& non certis modis sese liberum esse existimet,sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere conditionis:omnibus anterioribus modis,quos non cõpræhendit præsens sanctio,ex præsenti die antiquandis. Si quis igitur uel summum patriciatus honorem fuerit consecutus,siue infulis consulatus honorarij aut ordinarij fuerit ampliatus,ut uel consul,uel consularis efficiatur,seu præfectorum prætorio infulas susceperit gubernandas,uel urbicariam(in ipso tamen actu)meruerit præfecturam,necnon magistri militum officium gerendum susceperit:is gaudeat se huiusmodi conditionis esse exsortem & liberũ cum suis facultatibus,suaq; posteritate,quã postcẽq; meruit dignitatem,uel actũ gessit,ediderit:anterioribus filijs in cõditione pristina remãsuris. Sed & tã platuræ quæstoris,cẽq; uiri eloquẽtissimi fisci patroni,tã præfecturæ, quæ oriẽtalibus & Illyricianis præsidet sedibus,cẽq; urbicariæ,cũ ad fisci patronatũ peruenerint, nexibus curiæ liberantur,unà cum substantijs,& liberis suis,quos uel ante habuerint,uel postcẽq; ad eundem gradum prouecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt:& uiri spectabiles proximi sacri scrinij nostræ memoriæ

moriæ,& sacrarum epistolarum,necnon sacri scrinij libellorum, sacrarumq; cognitionum & dispositionum,cũ substãtijs suis & liberis,quos post emerita stipendia susceperint. hoc etiã nos corroborantes intuitu laborũ,quos multo,longo,prolixoq; tempore pertulerunt,intactũ illibatumq; cõseruamus:ut hi omnes fortuna curiali liberẽtur cũ sua substãtia suaq; sobole secundũ ea,quæ prædiximus,ex æuo tamẽ sequẽte.nam progenitos antea nullius futuri fisci patroni liberos cõcedimus liberãdos,ut ne quod summis apicibus dignitatũ nõ est cõcessum,hoc alij sibi audeãt uindicare:sed progeniti filij ante,q; ad fisci patronatũ peruenerint,in conditiõe pristina remaneãt. Alijs aũt modis,q; his, quos singulatim enumerauimus, siue legibus antiquis cõpræhensi sunt(qualis erat is, quẽ ex tribus maribus concessum ante fuerat patri maximo senatui sociare)siue compræhensi anterioribus scitis non fuerant,liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo:sed siue pragmatica sanctio super hoc processit, siue sententia eminentissimæ præfecturæ,siue alius modus(quicunq; excogitatus est) omnia ea penitus uacuari, & pro infectis haberi, & curialia corpora suis reddi ciuitatibus, & substantias eorum subiacere, nulla excusatione eis penitus competente.

SI SERVVS AVT LIBERTVS AD DECVRIONATVM adspirauerit. Tit. XXXII.

I. *Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC.

SI libertus uel ius aureorum anulorum adeptus non est,uel natalibus suis non est restitutus:præses prouinciæ non tantum curiæ participare non permittet,sed iuxta legis seueritatem congruenti pœna ulciscetur.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

PRæses prouinciæ si eum,qui ædilitate fungitur, seruum tuum esse cognouerit:si quidem nõ ignarum conditionis suæ ad ædilitatem adspirasse prospexerit:ob uiolatã seruili macula curiæ dignitatem,congruenti pœna afficiet.Si uero cum opinione publica mater eius pro libera haberetur,ex decurione procreatus,ad capessendum honorem errore lapsus processit:dominio tuo eum subiugabit.

DE PRAEDIIS DECVRIONVM SINE DECRETO non alienandis. Tit. XXXIII.

I. *Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA.

SI quis decurionum uel rustica prædia,uel urbana uenditor necessitate coactus addicit:interpellet iudicem competentem,omnesq; causas sigillatim,quibus strangulatur,exponat:& ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probauerit. Infirma enim uenditio erit,si hæc fuerit forma neglecta.ita enim fiet,ut nec immoderatus uenditor,nec emptor (cuiuscunq; sit conditionis)inueniatur iniustus. Deniq; nihil erit postmodum,quo uenditor uel circumuentum se insidijs, uel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum,& de necessitate distrahentis,& de uoluntate patuerit comparantis. Quôd si quis contra uetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas cuiuslibet loci,quem tamen ei decurio distrahebat,comparator exstiterit:sciat se precio,quod dedit,esse priuatum: & locũ, quem comparauit,cum fructibus esse restituendum.

II. *Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA.

NEc uẽditio rei hæreditariæ curiæ adquisitæ,aut debitoris hæreditarij,qui soluerit,liberatio aliter admittẽda est:nisi apud acta totius,uel maioris partis ordinis intercedẽte decreto,ineũdi cõtractus,uel dissoluendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id, quod ex ea redigitur,ad prædiorum iubemus comparationem expendi.quorum reditus omnes(sicut dictum est)eiusdem curiæ publicis muneribus,quæ solatio egere constiterit, iustissime seruabuntur:ex consensu omnium,maxime ditiorum,uel idonea fideiussione oblata, cõductoribus eligendis.

III. *Imp.* ZENO. A.

CVriales uendere quidem res immobiles,uel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti:donationes uero,uel permutationes, uel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones, quæ super hoc à retro principibus latæ sunt,in plurimis suis partibus de precio non redhibendo locutæ sunt:ut ex hoc apertissime detur intelligi,solũ emptionis decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum.cum tamen uenditio intercedente (ut dictum est) decreto agitur, nullum eos, uel qui

ab his

ab his comparant,dispendium cuiuscunq; personæ,uel causæ,uel theatralis liberalitatis nomine(quod frequenter fieri dicitur)sustinere decernimus:nec ex tabella decretum recitari,sed curialium uel maioris partis curiæ relatione currente,sine ulla malignitate referentium, uel damno contrahentium,ad confirmandam emptionem competentis iudicis proferri sententiã.

QVANDO, ET QVIBVS QVARTA PARS DEBETVR ex bonis decurionum,& de modo distributionis eorum. Tit. XXXIIII.

I. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA.

SI decurionum consortio sit alienus,qui curiali successit:competentis eidem iuris (siue ex asse,siue ex parte hæres sit,bonorumúe possessor)partem quartam iure optimo à curia peti decernimus.

II. *Idem* AA. *Apollonio* P.P.

MEminimus nuper emissa lege diuali,portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium,quæ ex qualibet nouissima uoluntate,uel ab intestato etiã, ad quemcunq;(præterq; si ad filios curiales deferantur)curialiũ deputasse corporibus.sed multi tanq; corrumpendi totius patrimonij occasione captata,uniuscuiusq; rei sibi particulam uindicando,adeo totas dilacerant facultates,ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt,sua quoq; iura præcipitent. Quorũ nimiam licentiã prouida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua authoritate res mortui copiam denegamus. Hæres aũt, ad quem ab intestato uel ex postrema uoluntate directis uel fideicommissarijs uerbis decurrit hæreditas,omne patrimonium,quod relictum est,in partes quatuor diuidi procuret: ut rebus totis in sortium casum deductis,uel curiæ quadrantis,uel hæredi aut fideicommissario per uniuersitatem dodrantis electio ex sortis felicitate contingat.ita scilicet & præfati successores & curia promiscui rerum dominij liberabuntur incommodo.Naturale quippe uicium est negligi, quod communiter possidetur:ut q; se habere nihil,qui non totum habeat,arbitretur:deniq; suam quoq; partem corrumpi patiatur,dum inuidet alienæ. Sed ubi quarta pars bonorũ mortui curiæ debet offerri:immobiles quidem res,quæ nec latere facile possunt,nec cuiq;(si diuulgentur)officiunt,sub aspectu etiam curialium æstimari diuidiq; concedimus. mobiles autem res,uel se mouentes,uel instrumenta,uel si quid aliud in huiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgariq; non patimur:sed iuratis successoribus,cum apud se diligenter æstimauerint,quæ quantiq; sint precij facultates,credi oportere decernimus.quid enim tam durũ,tamq; inhumanum est,q; publicatione pompaq; rerum familiarium,& paupertatis detegi uilitatẽ,& inuidiæ exponere diuitias? In exigendis uero debitis,si preciũ,quod pro quarta parte actionũ curiæ competit,successores præstare noluerint:cautionibus iurata fide prolatis in mediũ,unusquisq; à debitoribus conuenientem sibi exigat portionem.eq; diuerso æs alienum,si cui defunctus fuerat obligatus,tam ijdem successores,q; curia pro sua sorte restituere cõpellantur. Quòd si sæpedicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum: tunc uero ad similitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago præbebitur:scilicet ut uniuersis mortui facultatibus in aperto propositis,uel æstimatio rerum,uel diuisio sub præsentia curialium celebretur. In omnibus autem casibus,ubi quarta pars curiæ competit,transactiones interpositas firmas illibatasq; manere decernimus. Ad filiorum uero curialium, uel nepotum,ac pronepotum scilicet decurionum similitudinem,ad quos integras opes peruenire censuimus:filiam,quinetiam neptem,proneptemúe principali eiusdem ciuitatis, unde pater, auus,uel proauus oritur,nuptam:rerum uel ab intestato,uel ex dispositione ultimæ uoluntatis quæsitarum,integrum nullaq; parte minutum dominium habere sancimus. Quòd si post parentum obitum inueniantur innuptæ,uel uiduæ:impuberibus quidem ,post transactam puber tatem:in alijs uero,quæ pubertatem excesserint,uel etiam in uiduis,post mortem parentis triennium duntaxat uolumus exspectari:ut interim quarta portio suspensa, aut apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem ciuitatis fuerit collocata,perpetuo iure permaneat:uel si intra id tempus alienum ab eadem curia sortiatur maritum,penitusúe nupta nõ fuerit,memorata pars totius substantiæ curiæ cũ triennij tam urbanorũ,q; rusticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur:ità tamẽ,ut & optionis cõditio in offerẽdis rebus quartæ partis uel dodrantis, & mẽti,tam de quantitate,q; de æstimatione rerũ mobiliũ,deq; actionibus inferendis, uel excipiendis(sicut in extraneis personis dictũ est) ratio cõseruet. Sed & si mater mortui,uel auia tẽpore,quo filius neposúe moritur, in coniugio eiusdem ciuitatis curialis inuenta fuerit: ne ipsas quidẽ

quidem patimur quartæ portionis subire iacturã. Extraneũ quin etiam hæredem propinquitatis quidem iure discretum, tamen curiæ eiusdem ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus. D. VII. Id. Mart. Constantinop. Dioscoro & Eudoxio COSS.

III. *Imp.* IVSTINIANVS. A.

SI quis curialibus muneribus obnoxius, uno forte uel pluribus filijs uel filiabus derelictis, filio quidem uel filijs suæ substantiæ partem minimam dereliquit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficiosi querela potest) alijs autem suam substantiam dereliquit, ut ex hac patrimonij distributione apud filium quidem uel filios curiales minima pars substantiæ remaneat, totũ autem curiale munus masculis immineat, siue filij sint, siue nepotes, uel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxij: sancimus huiusmodi iniquitatem resecari, & non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere, siue unus est filius, siue plures, nulla deminutione ex permistione sororum eius facienda: ut non solum corporibus, sed etiam substantijs laborantes, possint curiale habere consortiũ. Ad hoc sancimus, si quis curialis filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarum una curiali eiusdem nupserit ciuitatis, alijs filiabus, quæ ad huiusmodi uota non migrauerint, uel extraneis in reliquam partem hæredibus derelictis: non uideri curiæ ex sententia legis Theodosianæ ad Apollonium scriptæ satisfieri, sed omnino quartam partem patrimonij curia consequatur, siue uni filiæ, quæ curialibus nuptijs copulata sit, deputanda, siue ex alijs hæredibus colligenda: filia proculdubio, quæ curiali nupserit, immuni ab huiusmodi quartæ datione seruanda: cum per maritum eius, quantũ ad ipsius personam, curiæ sit satisfactum. Et hoc obseruari non solum, si ultimo elogio condito testator curialis decesserit, sed etiã si intestatò suũ diem obierit. sed & si quid minus quarta parte fuerit uel minime derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, uel filiæ, quæ nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris curialis uel deputari, uel adimpleri: nullo obstaculo curiæ opponendo, si secundum prædictam legem filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali moriẽti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacũq; uel dignitate uel occasiõe fuerint absoluti. in hoc etenim Theodosianæ legi apertissime uolumus esse derogatũ. Et generaliter definimus, ex omni causa, neq; masculos liberos, neq; filias copulatas matrimonio curialis minus quarta parentis substantiæ habere: uel non extantibus filijs uel filiabus, sed alijs hæredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium.

DE IMPONENDA LVCRATIVIS DESCRIPTIONE. Tit. XXXV.

I. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *ad Apollonium* P. P.

DEscriptionis onere siliquarum quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus tantum, non humanis, uel animalium censibus, neq; mobilibus rebus iubemus indici, & si curiales non sint, maiores ac posteros liberamus. ut si pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, uel filiæ, nepti, proneptiũe (nec interest nuptæ sint curialibus, nec ne) in postrema uolũtate, uel inter uiuos etiam donatione quidq; de suis opibus largiatur: memoratæ descriptionis cesset indictio. Eq; diuerso ut si posteri ad maiores prædicta sibi consanguinitate deuinctos præfatis titulis suas conferant facultates: nullius accessione grauaminis huiusmodi liberalitas oneretur. in tam enim necessarijs sibi coniunctisq; persoris sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. cuius authoritatem iuris pariter ualere sancimus, etsi ab intestato succedant præfati sibi generis ordine sociati. ex his enim successionibus maxime debiti potius solutio, q; muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferũt. Cæteri uero, licet quadam inter se cognatione iungantur, nunq; tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur: nisi forte is, cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, uacuum tamen ea functione, quod datum est, consequatur. nam cum personæ conditio non mutetur, ne rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas uero res eas tantum uolumus appellari, & prædictæ descriptionis grauamen excipere: quæ hæreditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donatione, uel cuiuslibet postremæ uoluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter uiuos etiam donatio simplici liberalitate confecta lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. Si uero uel socer futurus filij, uel nepotis, uel pronepotis sponsæ adfinitatis coeundæ causa donauerit, uel parens etiã filiam, uel neptẽ, uel proneptẽ curiali seu extraneo nubentem dotauerit: licet casu mortis, uel diuortij euentu, res eius, cui data est, uertatur ad lucrũ: nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est

matrimonium,cum tot tantisq; ſuis difficultatibus opprimat̃,aduenticijs etiã cumulare pon-
deribus. Res uero,quæ memoratis cauſis lucratiuæ ſemel nomẽ exordium q; ſortita eſt:licet
ab eo,qui ſuſceperat,ad alterũ emptionis uel cuiuſcũq; contractus iure migrauerit:cũ prædicto
deſcriptionis grauamine proculdubio tranſferet̃,ut uel ſciẽs ſibi imputet,qui accepit onerata:
uel ſi ignorauerit,quod intereſt,conſequatur. Contra q; ſi cuiuſlibet cõtractus exordio lucra
tiuæ nomẽ euaſerit:& ſi poſtea lucri titulo in dominiũ alicuius ceciderit:ſarcinã memoratæ de-
ſcriptionis effugiet.nulla enim in huiuſcemodi cauſis confuſionis intercedit occaſio,ſi ad pri-
mordiũ tituli poſterior quoq; formẽ euentus:niſi forte res decurionis,quæ ad eum cuiuſlibet
mercimonij iure peruenerit,ad alterũ fuerit poſtrema eius uoluntate,uel ab inteſtato, uel inter
uiuos donatiõe tranſlata.tũc em̃,quia ſemel in pſonã cecidit,principali ueterũ titulorũ nequaq;
ratiõe perſpecta:cõditionẽ & onus merebit̃ lucratiuæ.D.VII.Id.Mart.Conſtantinop.Dioſcoro
& Eudoxio.VV.CC. COSS.

DE PRAEBENDO SALARIO. Tit. XXXVI.

I. Imp. ALEXANDER.A.

NVlli ſalarium tribuatur ex iuribus reipublicæ,niſi ei,qui iubentibus nobis ſpecia-
liter fuerit conſecutus.

SI CVRIALIS RELICTA CIVITATE RVS habitare maluerit. Tit. XXXVII.

I. Imp.CONSTANTINVS.A.

CVriales omnes iubemus interminatione moneri,ne ciuitates fugiant, aut deſe-
rant,rus habitandi cauſa:fundũ,quẽ ciuitati prætulerint,ſcientes fiſco eſſe ſocian
dũ,eoq; rure ſe carituros,cuius cauſa impios ſe patriã uitando demonſtrauerint.

DE MVNICIPIBVS ET ORIGINARIIS. Tit. XXXVIII.

I. Imp. ALEXANDER.A.

CVm te Biblium origine,incolam autẽ apud Berytios eſſe proponis:merito apud
utraſq; ciuitates muneribus fungi compelleris.

II. Imp. GORDIANVS.A.

SI(ut proponis)ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatẽ
iuſtam fuerit cõſecuta,quæ originẽ ex prouincia Aquitania ducebat:tu quoq;
eius cõditiõis eius q; ciuitatis ius obtines,unde quæ te manumiſit,fuit.eorũ em̃ cõditionẽ ſequi
ex cauſa fideicõmiſſi manumiſſos pridẽ placuit, q libertatẽ præſtiterint,nõ qui rogauerint.

III. Imp. PHILIPPVS.A.

FIlios apud originẽ patris,nõ in materna ciuitate,& ſi ibi nati ſunt(ſi modo non domicilijs
retineantur)ad honores ſeu munera poſſe compelli,explorati iuris eſt.

IIII. Impp.DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.

ORigine propria neminem poſſe uoluntate ſua eximi,manifeſtum eſt.

V Imp. CONSTANTINVS.A.

SI quis cum ex maiore,uel ex minore ciuitate originem ducit,eandem euitare ſtudeat,& ad
alienam ſe ciuitatem incolatus occaſione contulerit,& ſuper hoc uel preces dare tentaue-
rit,uel qualibet fraude niti,ut originem propriæ ciuitatis eludat:duarum ciuitatum decuriona
tus onera ſuſtineat,in una uoluntate,in altera originis gratia.

DE INCOLIS, ET VBI QVIS DOMICILIVM HABERE uidetur,& de his,qui ſtudiorũ cauſa in alia ciuitate degunt. Tit. XXXIX.

I. Imp.ANTONINVS.A.

NOn tibi obeſt,ſi cum incola eſſes,aliquod munus ſuſcepiſti: modo ſi ante, q̃ ad
alios honores uocareris,domicilium tranſtuliſti.

II. Imp. ALEXANDER.A.

NEc ipſi ſtudiorũ cauſa aliq̃ loco morant̃,domiciliũ ibi habere credunt̃,niſi decẽ annis
trãſactis eo loco ſedes ſibi cõſtituerint ſecũdũ epiſtolã diui Hadriani:nec pater, q ppter ſi
liũ ſtudentẽ frequẽtius ad eũ cõmeat.Sed ſi alijs rationibus domiciliũ in ſplẽdidiſſima ciuitate
Laodicenorũ habere ꝓbatus fueris:mendaciũ,quo minus muneribus fungaris,nõ proderit.

Imp.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

ESt uerum eos, qui in territorio alicuius ciuitatis commorantur, uelut incolas ad subeunda munera uel ad capiendos honores non adstringi.

IIII. Idem AA. & CC.

CVm neq; originales, neq; incolas uos esse memoratis: ob solam domum uel possessionẽ (licet de substantia decurionis adquisita sit) ea causa publici iuris authoritas muneribus subiugari uos non sinet.

V. Idem. AA. & CC. Marcellino.

PRiuilegio speciali ciuitatis non interueniente, tamen originis ratione, ac domicilij uoluntate, ad munera ciuilia quenq; uocari, certissimum est.

VI. Idem. AA. & CC.

SI in patria uxoris tuæ, uel qualibet alia domicilium defixisti: incolatus iure te ultro eiusdem ciuitatis muneribus obligasti.

VII. Idem AA. & CC.

CIues quidem origo, manumissio, allectio, uel adoptio: incolas uero (sicut & diuus Hadrianus edicto suo manifestissime declarauit) domicilium facit. Et in eo loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem rerumq; ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus nõ sit discessurus, si nihil auocet: unde cum profectus est, peregrinari uidetur. quòd si rediit, peregrinari iam desitit.

VIII. Imp. CONSTANTINVS. A.

SEnatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere uidentur.

IX. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

MVlieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus. sin autem minoris ordinis uirum postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequantur conditionem, & domicilium mutamus.

DE HONORIBVS ET MVNERIBVS NON CONTINVandis inter patrem & filium, & de interuallis. Tit. XL.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA.

SIcut & honores & munera, cum pater & filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet: ita uacationum concessa tempora non alijs prodesse possunt, cq; his, qui ad eosdem, uel alios honores, eademq; uel alia munera de nouo uocantur. Pro infante uero filio, quẽ decurionem esse uoluisti, quanq; fidem tuã quæ mandari possunt, uoluntatem dedisse uidearis.

II. Imp. GORDIANVS. A.

AB honoribus ad honores eosdem quinquennij datur uacatio: triennij uero ad alios. legatione autem perfunctis biennij uacatio concessa est.

III. Idem Augustus.

INterualla temporum, quæ in unius persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minime prodesse, frequenter constitutum est. Sanè his missis, qui necdum functi muneribus ad hoc idonei constituti uocari debent, uos si ad obsequium ciuilium munerum reperit paruisse: ne interim interpellemini, præses prouinciæ prouidebit.

DE MVNERIBVS PATRIMONIORVM. Tit. XLI.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SIuilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

II. Idem Augustus.

MVnera, quæ patrimonijs publicæ utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt.

III. Imp. ALEXANDER. A.

QVi immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent. in quibus causis & hospites recipiendi sunt.

IIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

NOn uidetur abhorrere à ratione sententia, qua præses prouinciæ equos curiales alere, nõ

personarum, sed patrimonij esse decreuit. & tamen si iniqua esset, omisso à te appellationis auxilio, necessariò permanet.

V. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIAN. AAA.

NEc tempore ætatis, nec numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

PRofessio & desiderium tuum inter se discrepant. nam cum philosophũ te esse proponas: uinceris auaricia, & rapacitate: & onera, quæ patrimonio tuo iniunguntur, solus recusare conaris. quod frustra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

VII. Iidem AA. & CC.

ETiã minores ætate patrimoniorũ muneribus subiugari solẽt. Vnde intelligis te frustra plenam immunitatem desiderare, cum munera, quæ impensas exigunt, subire te necesse sit.

VIII. Imp. CONSTANTINVS. A.

NEc protostasiæ, uel sacerdotiæ, uel decaprotiæ munera corporalia sunt, sed tantum patrimonij esse, non ambigitur.

IX. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

PAtrimoniorum munera mulieres etiam sustinere debent.

X. Iidem AA. & GRAT. A.

QVantum ad extraordinarias indictiones pertinet, præsidibus significamus, ut omnes possessores, cæterosq; sciant conueniri debere: quandoquidem ea patrimonij munera esse constet, meritoq; ab omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequijs publicis pareatur.

QVEMADMODVM CIVILIA MVNERA INDICUNTUR. Tit. XLII.

I. Imp. ALEXANDER. A.

CVm te curatorem ad cogendas angarias creatum, appellationem interposuisse proponas: præses prouinciæ, si alterius curiæ te esse animaduerterit, ad alienum corporis munera uocari non sinet: quia eius patriæ oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

MAioribus honoribus functos ad minores deuocari non oportere, rationis est.

III. Iidem Augusti.

CVm te omnibus muneribus functum esse adseueres: ad eadem munera, si aliorum ciuium copia est, qui obsequijs ciuilibus fungi possunt, præses prouinciæ deuocari te nõ pmittet.

IIII. Iidem AA. & CC.

VLtra modum sumptuum te muneribus ciuilibus grauari, leuatis alijs, præses prouinciæ non patietur: sed æqualitatem, tam iuris, q̃ censuræ memor, circa ordinem custodiet.

DE HIS, QVI SPONTE PVBLICA MVNERA subeunt. Tit. XLIII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

VEterani, qui cum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt: redire ad excusationẽ, quã reliquerunt, non possunt: nisi certa lege & pacto seruandæ immunitatis, uel partem eius honoris agnouerint.

II. Imp. ALEXANDER. A.

QVi publici muneris uacationem habet, si aliquem honorem, excepto decurionatu, sponte susceperit: ob id, quod patriæ suæ utilitatibus cesserit, uel gloriæ cupiditate paulisper ius publicum relaxauerit: competens priuilegium non amittit.

III. Imp. LEO. Augustus.

QVi conditioni non obnoxius curiali, quemlibet honorem uel munus uoluntate propria in quacunq; gesserit ciuitate: nullum præiudicium circa fortunam suam statumq; sustineat: sed tam ipse, q̃ liberi eius, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni huiusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen, ut si aliqua functio uolentibus eis fuerit iniuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere: quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse constiterit, soluentes, sine ulla molestia uel conditionis suæ formidine discer-

discedant. Si quis uero ex his omnia decurionum munera, uel functiones, uel honores, nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: eum pro sua liberalitate patrem ciuitatis, in qua uoluntarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri constituique hac lege decernimus.

IIII. Imp. IVSTINIANVS. A.

EOs, qui curiali fortuna liberi constituti, postea se curiæ cuiuscunq; ciuitatis obtulerint: cõfidere uolumus, quòd posteritas eorum non solum iam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda, huiusmodi fortuna libera remanebit: siue specialiter sub hac lege curiæ se obtulerint, ut ab his descendentes tali fortuna liberi permaneant, siue nullam huiusmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quòd nati uel concepti post talem deditionem paternam conditionẽ sequi debeant. hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiusmodi opitulationem constituere properauimus. ita tamen, ut nec occasione quartæ portionis bonorum huiusmodi decurionis quicunq; successores eius aliquam inquietudinem patiantur, utpote libera eius substantia omni curiali grauamine conseruanda. & si quid defunctus uel ex administratione curialium munerum, uel ex quarta portione ad eandem curiam semel uel sæpius deuoluta, uel ex alia quacunq; causa eidem curiæ debuisse probetur: hoc idem successores curialibus reddere minime dubitent: illis scilicet, quæ super naturalibus filijs, quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, uel postea dederit, ut legitimos tam ex testamento, quàm ab intestato successores habeat, non solum ueteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt: præsenti lege excipiendis, ut non ipsi tantum filij naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam, uel maribus liberis minime subsistentibus, quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur.

DE HIS, QVI A' PRINCIPE VACATIONEM acceperunt. Tit. XLIIII.

I. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

NVllus uacationem temporalẽ curialis accipiet: nisi id forte ueris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit.

DE VACATIONE PVBLICI MVNERIS. Tit. XLV.

I. Imp. GORDIANVS. A.

MVneris publici uacationẽ ea continere, quæ non lege, non senatusconsultis, non constitutionibus principum iniunguntur, merito responsum est. ad quam formam iuris pertinet, si cœperis ad munera extraodinaria à magistratibus deuocari. appellatione enim interposita poteris apud præsidem iuris rationibus protegi.

DE DECRETIS DECVRIONVM SVPER IMMVNITATE quibusdam concedenda. Tit. XLVI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

EXceptis, qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest.

II. Idem. AA. & CC.

ORdinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur.

DE EXCVSATIONIBVS MVNERVM. Tit. XLVII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

ETiam hi, qui nostra procurasse monstrantur, muneribus ciuilibus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent.

II. Pars actorum DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

INductis Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus Antiochiensium adstantibus, dixit Imperator Diocletianus. Certis dignitatibus data à nobis indulgentia est munerum ciuilium & personalium, ideſt his, qui aut ex protectoribus sunt, aut ex præpositis. hi ergo ad munera personalia aut ciuilia non uocabuntur.

III. Idem AA. & CC.

TVtelæ ſollicitudo à muneribus ciuilibus non excuſat,utpote cum nec tres ſimul iniunctæ diuerſarum domuum huiuſmodi beneficium præſtent.

IIII. Iidem AA. & CC.

HYdraulæ munerũ ciuilium immunitatẽ ſibi iure conceſſam adprobare minime poſſunt.

V. Iidem AA. & CC.

PRocuratores abſentium reipublicæ cauſa munerum ciuilium uacationem non habent.

VI. Iidem AA. & CC. Caio.

VEnatoribus immunitas ob hanc profeſſionem ſolam nullo iure conceſſa probari poteſt.

VII. Imp. CONSTANTINVS. A.

NEgociantes,ueſtiarios,linteones,purpurarios,& parthiarios,qui deuotioni noſtræ deſeruiunt,uiſum eſt ſecundum ueterem conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe.

VIII. Idem Auguſtus.

PLacet nullum omnino iudicem de cætero prouincialibus inferendum aliquid indicere: ut ea tamen ſedulo cunctorum ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti forma complectitur,uel noſtra clementia decreuit inferenda,uel delegatione ſolenniter ſanciente,uel epiſtolis præcedentibus.Sed ſi quid urgere forſitan cœperit:referri ad celſitudinem tuam ſtatuimus,& authore te fieri,& eo perſoluto referri ad ſcientiam noſtram,ut nobis iubentibus roboretur. Si quis autem uſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere:obnoxius quadrupli repetitione teneatur.quæ ſeueritas iuſſionis ordinariorum iudicum officiorumq; terrorem debebit excutere:ut ſi eorum uel gratioſa conniuentia, uel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis:eos quoq; damni ſimplicis pœna caſtiget.

IX. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

ILlud conuenit præcaueri,ne quis hanc,quæ perſonalis eſt functio,precio putet eſſe taxandã.

X. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

PRiuatæ rei noſtræ priuilegijs permanentibus,nihil extra ordinẽ prædia iure perpetuo conſignata ſuſtineant,neq; adiectis ſæpius,ac præter primum delegationis canonem poſtulantis adficiantẽ impendijs:quandoquidẽ neq; aurario canoni ſub priuilegijs æſtimato aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionũ diuerſitate decutiẽ:& pari cũ cæteris æſtimari ſorte nõ cõueuenit, quos præter annonarias functiones æſtimata perpetuò penſitatiõis prærogatiua nexuit.

XI. Iidem Auguſti.

EOs,qui cum honore comitum nomine magiſtrorũ memoriæ præfuere,uel epiſtolis,uel libellis, item eos,qui ibidem peragendis ſignandisq; reſponſis noſtræ manſuetudini obſecundant:omnium ciuilium munerum fieri iubemus exſortes. Igitur qui ex eo gradu palatio noſtro abſceſſerint:adeſſe ſibi competentia priuilegia glorientur. qui uero ſuperioribus dignitatibus creuerint:nihilominus eius loci priuilegia præſtò ſibi fuiſſe lætentur.

XII. Iidem Auguſti.

MAximarum culmina dignitatũ, conſiſtoriani quoq; comites, notarij etiam noſtri,& cubicularij omnes,atq; excubicularij ab omnibus ſordidis muneribus uindicentur. cæteros autem palatina uel militari intra palatium prærogatiua munitos,ita demum priuilegium ſimile contineat,ſi prioribus ſtatutis ſe ad huiuſmodi exceptionem docuerint pertinere: ut nõ ſingulis indulta perſonis,ſed in commune dignitati uel corpori huiuſmodi beneficia deberentur fuiſſe conceſſa.circa rhetores atq; grammaticos eruditionis utriuſq; uetuſto more durante.

Sordidorum uero munerum talis exceptio ſit,ut patrimonijs dignitatum ſuperius digeſtarũ nec conficiendi pollinis cura mandetur:aut panis excoctio,aut obſequium piſtrini,nec parandorum huiuſmodi iuris,aut parangariarum præbitio mandetur:exceptis his,quibus extremo Rheticus limes includitur, uel expeditionis Illyricæ pro neceſſitate uel tempore utilitas adiuuatur. operarum quoq; artificũ diuerſorum, excoquendæ etiam calcis obſequia nulla de talibus adiumento poſcantur.materiam lignorum atq; tabulata exceptorum uirorũ patrimonia non præbeant.carbones quoq;,niſi cum quem moneta ſolenniter uel fabricatio ſecundum ueterem morem poſcit armorum,ab huiuſmodi iuris præbitione deſiſtant. publicis uel ſacris ædibus conſtruendis atq; reparandis capitalis atq; temonis neceſſitas nulla mandetur. legaris atq; allectis ſumptus poſſeſſio huiuſmodi priuilegijs munita non conferat.hoc tamen his patrimonijs profuturæ dignitatem proprio uidentur nomine poſſidere.eos etiam,qui ſimili honore functi ſunt,generali prærogatiua à præbitione ſordidorum munerum uindicamus.

XIII. Iidem Auguſti.

SOrdidorum munerum excuſatio delata perſonis ad hæredem ſucceſſorumúe tranſire non poteſt,

poteſt. neq; enim poteſt eſſe perpetuum, quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis, atq; militiæ indulſiſſe nos conſtat.

XIIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

EAm legem, quam de extraordinarijs ſordidisq; muneribus expreſſis uocabulis functionum, & inſignibus dignitatum ſine ulla ambage præſcripſimus: ita circa eos, in quos noſtra munera redundarunt, eſſe præcipimus ſeruandam, ut ijſdem beneficijs, non q̃diu militauerint, ſed q̃diu uixerint, perfruantur.

XV. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

EVidenter atq; abſolute iubemus, ne fundi ad patrimonium noſtrum pertinentes, ſeu conductionis titulo, ſeu perpetuario iure teneãtur, aliquid præter ordinẽ ſuperindicti uel precij nomine, uel de ſordidis quibuſcunq; muneribus agnoſcant. Nam & hoc à diuis principibus impetratum eſt, & à noſtra ſerenitate reparatum. Quiſquis igitur iudicum cõtra fecerit: quinq; pondo auri de facultatibus ſuis, & de officijs ſuis totidem, & de curialibus, qui exſequi male iuſſa feſtinant, nouerit eruenda.

XVI. Iidem Auguſti.

AB illuſtribus pſonis ſordida munera & extraordinariæ neceſſitatis damna remouemus.

DE QVIBVS MVNERIBVS VEL PRAESTATIONIBVS nemini liceat ſe excuſare. Tit. XLVIII.

I. Imp. AVRELIANVS. A.

COmparationi tranſuectioniq; ſpecierum uniuerſi ſine ullo priuilegio coartentur ad neceſſitates Illyricianas. nam in his duntaxat titulis nullũ ſub quopiam ceſſare priuilegij uelamento cenſemus: ſed ſub hac conditione, cum tempus exegerit, huiuſmodi collationi ſuccumbant, ut non tantum requiratur idoneus, uerum à ſummis ſarcina uſq; ad infimos decurrat. uniuerſi pro portione ſuæ poſſeſſionis iugationisq; ad hæc munia coartentur, &

II. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Taurum P.P.

CVm ad feliciſſimam expeditionem numinis noſtri omnium prouincialium per loca, quà iter arripimus, debeant nobis ſolida miniſteria exhiberi: neminẽ penitus ab angarijs, uel parangarijs, uel plauſtris, uel quolibet munere excuſari præcipimus: ſed omnes, ſiue ad diuinã noſtram domum, ſiue ad uenerabilis auguſtæ, uel ad ſacroſanctas eccleſias, uel quaſlibet illuſtres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione, ſacroſue oraculo excuſatos, indictionibus magnificæ tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire decernimus.

III. Imp. LEO. Auguſtus.

HAc prouidentiſſima lege ſtatuimus, omni excuſatione ceſſante, nullaq; perſonali dignitate penitus excepta, in quibuſcunq; locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ commiſſis opus exegerit murorum conſtructionem, ſeu comparationem frumenti, aliarumq; ſpecierum ſine ullo impedimento, prout commodum atq; neceſſarium magnitudo tua proſpexerit, fieri.

QVI AETATE VEL PROFESSIONE SE EXCVſant. Tit. XLIX.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

VM uos adfirmetis liberalibus ſtudijs operam dare, maxime circa iuris profeſſionem, conſiſtendo in ciuitate Berytiorum prouinciæ Phœnicæ, prouidendo utilitati publicæ, & ſpei noſtræ: decernimus, ut ſinguli uſq; ad uiceſimum quintum annum ætatis ſuæ ſtudijs non auocentur.

II. Iidem AA. & CC.

CVm filios tuos patria poteſtate liberatos, adhuc minores legitima ætate eſſe dicas: merito poſtulas, ut liberalibus ſtudijs nõ auocentur. Et ideo muneribus perſonalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adſtringentur, ſi ciuium inopia non eſt.

III. Iidem AA. & CC.

MAnifeſti iuris eſt, maiores quinquagintaquinq; annis inuitos ad munera perſonalia uocari non poſſe. cum itaq; ſeptuagenario maiorem te eſſe profitearis: ſi à nominatione facta appellationis auxiliũ interpoſuiſti: tueri te notione præſidis puinciæ potes cõceſſo iure.

Qui

QVI MORBO SE EXCVSANT. Tit. L.

I. Imp. GORDIANVS. A.



I ea cæcitate pater tuus oppressus est, ut utriusq; oculi aciem prorsus amiserit: leuamentum personalium munerum sentiet.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

CVm articulari morbo debilitatum te esse dicas: iuxta iuris publici authoritatem à personalibus muneribus uacationem habebis.

III. Idem AA. & CC.

POdagræ quidem ualetudo nec ad personalium munerum excusationem prodest. uerum cum ita te ualetudine pedum afflictum dicas, ut rebus propriis intercessionē cōmodare nō possis: rector prouinciæ, si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia munera te uocari non patietur.

IIII. Idem AA. & CC.

CAsus corporis patris munerum personalium filio iure non præstat excusationem.

DE HIS, QVI NVMERO LIBERORVM, VEL PAVPERtate excusationem meruerunt. Tit. LI.

I. Imp. ANTONINVS. A.



VMerus liberorum ab oneribus non excusat.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. Cæs.

FIlium ab hostibus captum, ac necdum reuersum, ad excusationem munerū personalium patri proficere non posse, magis placuit.

III. Idem. Aug. & Cæs.

NEpotes in locum parentum succedentes uice eorum prodesse consueuerunt. ideoq; si quinq; numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur: à muneribus personalibus is, quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

CVm facultates tuas oñes in filium tuū contulisse te, nec quidq; habere proponas: respectu eius patrimoñij, quod tuum esse desijt, muneribus ciuilibus non adstringeris.

V. Idem AA. & CC.


DE personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur, exemplo marium quinq; superstitum numero liberorū eas excusari, diui parentes nostri cōstituerunt.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A.

EOs, qui cuiuscunq; sexus liberos quinq; habent, impetrata semel uacatione potiri conuenit: ita, ut si in hoc numero ætatis legitimæ filius inueniatur, obeūdis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus, qui filios uel filias quinq; habuerint, promissa legibus immunitate seruanda. Quòd si quis propter censum tenuiorem uacationem meruerit, atq; hoc prohauerit: beneficio potiatur, nec propter rerum angustias ad personalia uocetur obsequia.

DE PROFESSORIBVS ET MEDICIS. Tit. LII.

I. Imp. ANTONINVS. A.



VM te medicum legionis secundæ Adiutricis esse dicas: munera ciuilia, q̄diu rei publicæ causa abfueris, suscipere non cogeris. Cum autem abesse desieris: post finitam eo iure uacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate uteris.

II. Imp. GORDIANVS. A.

GRammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, si non se utiles studentibus præbeāt, denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est.

III. Imp. PHILIPPVS. A.

POëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

ORatione diui Pij liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

V. Idem AA. & CC.

NEc intra numerum præstitutum ordine inuitos medicos immunitatem habere, sæpe cōstitutū

stitutum est: cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A.

MEdicos, & maxime archiatros, uel ex archiatris, grammaticos, & professores alios litera rum, & doctores legum unà cum uxoribus & filijs, necnon & rebus, quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functiõe & ab omnibus muneribus ciuilibus uel publicis immunes esse præcipimus: & neq; in prouincijs hospites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, uel exhiberi, uel iniuriam pati: uel si quis eos uexauerit, pœna arbitrio iudicis plectetur. mercedes autem eorũ & salaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus studijs & memoratis artibus multos instituant.

VII. Imp. IVLIANVS. A.

MAgistros studiorum doctoresq; excellere oportet moribus primum, deinde facundia. sed quia singulis ciuitatibus adesse ipsi non possunt: iubeo, quisquis docere uult, non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus, decretum curialiũ meretur, optimorum consensu conspirante.

VIII. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

REddatur unusquisq; patriæ suæ, qui habitum philosophiæ indebite & insolenter usurpare cognoscitur: exceptis his, qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusione secerni. turpe enim est, ut patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ uim se ferre profitetur.

IX. Iidem AA. & GRAT. A.

ARchiatri scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honeste obsequi tenuioribus malunt, & turpiter seruire diuitibus. quos tantum ea patimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequijs, non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt.

X. Iidem Augusti.

SI quis in Archiatri defuncti locum promotionis meritis aggregandus est: non ante eorum particeps fiat, & primis, qui in ordine reperientur, septem uel amplius iudicantibus idoneus adprobetur. Ita tamen, ut quicunq; fuerit admissus, non in priorum numerum ac statum ueniat, sed eum ordinem consequatur, qui in cæteris ad priora subiectis ultimus poterit inueniri.

XI. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

GRammaticos, oratores, atq; philosophiæ præceptores, necnon etiã medicos, præter hæc, quæ retro latarum sanctionum authoritate consecuti sunt priuilegia immunitatesq; frui hac prærogatiua præcipimus, ut uniuersi, qui in sacro palatio inter Archiatros militarunt, cum comitiuam primi ordinis uel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint: nulla municipali, nulla curialium conuentione uexentur, seu in empta administratione, seu accepta, testimonialem meruerint missionem: sint ab omni functione omnibusq; muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicunq; positæ militem seu iudicem suscipiant hospitandum. quæ omnia in filijs etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri. hæc autem & professoribus memoratis eorumq; liberis deferenda mandamus.

DE ATHLETIS. Tit. LIII.

I. Imp. ALEXANDER. A.

ATheltis ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoq; non minus tribus certaminis sacri, in quibus uel semel Romæ, seu in antiqua Græcia, merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis, probentur: ciuilium munerum tribui solet uacatio.

DE HIS, QVI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAmento soluti sunt. Tit. LIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

IGnominiæ causa sacramento liberati, honoribus abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excludendi non sunt.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

CVm ob prouectæ ætatis senium sis dimissus: honestam missionem consecutum te esse, ambigi non potest. habebis itaq; à ciuilibus muneribus, necnon etiam honoribus uacationem: non tamen priuilegia ea, quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te ius permittit: quando nõ perfecto statuto militiæ tempore,

pore, nec omnibus stipendijs decursis, sacramento solutum te esse, etiam ipse confitearis.

III. Idem AA. & CC.

VEteranis ita demum onerum & munerum personalium uacatio iure conceditur, si post uicesimum annum militiæ, quam in legione uel uexillatione militauerunt, honestā uel causariam missionem cōsecuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte militasse commemoras: intelligis superuacuò uacationem tibi uelle flagitare.

QVIBVS MVNERIBVS EXCVSANTVR HI, QVI POST impletā militiā uel aduocationē per prouincias suis cōmodis uacātes cōmorant, & de priuilegijs eorū, & de cōductoribus uectigaliū fisci. Tit. LV.

* Constitutio Græca. *

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

NOn alios â muneribus & honoribus uacationem habere, & qui mancipatum suo nomine uectigal â fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegijs esse munitos, haud dubij iuris est.

DE LIBERTINIS. Tit. LVI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

COnditio libertinitatis de muneribus ciuilibus tribuere non potest excusationem, ne in ea quidem ciuitate, ubi domicilium libertinus habet.

DE INFAMIBVS. Tit. LVII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

INfames personæ, licet nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt: curialium tamen, uel ciuilium munerum uacationem non habent, sed solennibus indictionibus ob tutelā publicā eos satisfacere necesse est.

DE REIS POSTVLATIS. Tit. LVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A.

REos criminis postulatos nouos honores appetere non debere, antequā purgarē innocentiam suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est.

DE HIS, QVI IN EXILIVM DATI, VEL AB ordine moti sunt. Tit. LIX.

I. Imp. MARCVS ANTONINVS. Diogeni.

QVibus posthac ordini suo, uel aduocationibus ad tempus interdicetur, post impletum temporis spacium non prorogabitur infamia.

II. Imp. GORDIANVS. A.

AD tempus exsulare decurio iussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad nouos uero honores nō admittitur, nisi tanto tempore abstinuerit, quanto per fugam abfuit.

DE FILIISFAMILIARVM, ET QVEMADMODVM pro his pater teneatur. Tit. LX.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA.

PAtrem emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri, dubij iuris non est. tunc enim cōsentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. consentire autem etiam is uidetur, qui non testificatur dissentire nominationi.

II. Imp. ANTONINVS. A.

CVm appellasse te dicas, ostēdis causam ad te pertinere. potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire oneri ei delato.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Si hi

SIhi,qui cum patre ad protoſtaſiæ munus uocati ſunt,etiam nunc in patria poteſtate conſtituti ſunt:ab huiuſmodi neceſſitatibus liberentur:cum ex eadem familia hoc modo duos ad iſta obſequia deſtinari,periniquum uideatur. Sanè eos,quos emancipatos eſſe,atq; ex familia exiſſe manifeſtum eſt,ſine cunctatione retinere debebis.

IIII. *Iidem AA. & CC.*

SIne periculo tuo magiſtratus filium tuum curatorem conſtituit,nec appellandi tibi neceſſitas incumbebat. ſanè nominator,qui filium in poteſtate poſitum non conſentiente patre ad munus deuocauit:ſi tamen ex uoluntate tua antea filius decurio factus non erat:detrimento muneris obligabitur.

DE PERICVLO SVCCESSORVM PARENTIS. Tit. LXI.

I. *Imp.* ALEXANDER. A.

SI de proprio ſuo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit,ideoq; etiam ſacerdotem te creari impetrauit:onus erogationis commune omnium hæredum eius eſſe,præſes prouinciæ non ignorabit.

DE MVLIERIBVS, IN QVO LOCO MVNERA SEXVI congruentia uel honores agnoſcant. Tit. LXII.

I. *Imp.* PHILIPPVS. A.

PAm,quæ aliunde oriunda,alibi nupta eſt:ſi non in urbe Roma maritus eius conſiſtat:non apud originem ſuam,ſed apud incolatum mariti ad honores ſeu munera,quæ perſonis cohærent,quorumq; is ſexus capax eſſe poteſt,compelli poſſe,ſæpe reſcriptum eſt. Patrimonij uero munera neceſſe eſt mulieres in his locis, in quibus poſſident,ſuſtinere.

DE LEGATIONIBVS. Tit. LXIII.

I. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA.

PAter trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

II. *Iidem AA. &* VALERIANVS *Cæſ.*

CVm uos proprio nomine ſumptus ob defenſionem publicam ſuſceperitis: id,quod ad proprias erogationes collega ueſter acceperat,non uobis reddere hæredes eius oportet,ſed ſi in ea cauſa eſt,ut reſtitui omnino oporteat,reipublicæ debent potius inferre. Sanè ſi honorarijs aduocatorum erat ea quantitas deſtinata:reſtitui illud uobis,qui hæc præſtaturi eſtis,non iniuria poſtulatis. eum autem collegam ueſtrum,quē à defenſiõe patriæ deſtitiſſe dicitis,apud puinciæ præſidẽ deſertæ legationis arguere poteſtis.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

TRanſmarina legatione apud nos perfunctos conſtitutũ eſt biennij uacationẽ munerũ ciuiũ lium & honorũ habere,nõ eos,qui de proximo obſequiũ reipublicæ uideantᷤ exhibuiſſe.

IIII. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

VNiuerſi omnino ex comitibus,uel ex præſidibus,qui ſuffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribusq; teneantur adſtricti,ne commoda publica cum umbrati li ſuffragiorum pactione lacerentur. eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis uerſati ſunt.

V. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. * P.P. *Illyrici.*

SI quod extraordinarium conſilium poſtulatur,cum uel ad nos eſt mittenda legatio, uel noſtræ ſedi aliquid intimandum:id,quod inter omnes communi conſilio tractatuq; conuenerit,minime in examen cognitoris ordinarij referatur. prouincialium enim deſideria,quibus neceſſaria ſæpe fortuitis caſibus remedia depoſcuntur,uobis agnoſcere atq; explorare permittimus:ut ſint examinis tui,quæ ex his auxilio tuo protinus implenda ſint,& quæ clementiæ noſtræ auribus intimanda uideantur. In loco autem publico de communi utilitate prouincialiũ ſententia proferatᷤ:atq; id,quod maioris partis probauerit aſſenſus,ſolennis firmet authoritas.

VI. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA.

QVoties ab Alexandrina ciuitate legatio deſtinatur:uniuerſos curiales præcipimus, qui intra urbem conſiſtunt,ſi non ægritudine uel alia excuſabili neceſſitate impediuntur,in locum curiæ conuenire,& decreta ſua propria ſubſcriptione firmata uiro ſpectabili præfecto au-

gustali insinuare: ut eius relatione comitati, tuis uirtutibus suas petitiones intiment, & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur.

DE EXCVSATIONIBVS ARTIFICVM. Tit. LXIIII.

I. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

ARtifices artium breui subdito compræhensarum per singulas ciuitates morantes ab uniuersis muneribus uacare præcipimus: si quidem in discendis artibus ociũ est accommodandum, quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Et est noticia ista. Architecti, medici, pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, seu arcarij, clauicarij, quadrigarij, uel quadratarij, quos græco uocabulo τεκτας appellant, structores, id est ædificatores, sculptores, signarij, musiuarij, deauratores, albini, quos Græci κονιάτας appellãt, argẽtarij, barbaricarij, diatretarij, ærarij, fusores, lignarij, fabricarij, bracarij, perticarij, atq; libratores, figuli, qui græce dicuntur κεραμεῖς, aurifices, uitriarij, plumbarij, specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, sculptores, dealbatores, clusores, trigarij, tignarij, brattearij, id est τεχναλογοὶ.

II. Idem Augusti.

MAthematicos, geometras, & architectos, qui diuisiones partiũ omnium incisionesq; seruant, mensurisq; & institutis opera fabricationibus stringunt: & eos, qui aquarũ ductus & inuentos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atq; discendi nostro sermone cõpellimus. itaq; immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiũt.

DE POTIORIBVS AD MVNERA NOMInandis. Tit. LXV.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SI ipse uocatus ad munera ciuilia, potiorem alium nominandum putaueris: age causam tuam.

SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FActa sit. Tit. LXVI.

I. Imp. ALEXANDER. A.

SI propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es: hanc tibi nominationem non nocere, præsidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis interfit, nõ ex inimicitia creationes fieri debere, sed examinatione uera & commodo rei publicæ.

DE SVMPTVVM RECVPERATIONE. Tit. LXVII.

I. Imp. GORDIANVS. A.

MVneribus ciuilibus non fungeris, quæ personis mandantur, si quinq; filios incolumes habes. at si contra id priuilegium ad munus fatigandi tui causa quidam te deuocauerint, tuq; appellatione interposita securitatem reportaueris: à nominatoribus sumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

SI POST CREATIONEM QVIS DECESserit. Tit. LXVIII.

I. Imp. ALEXANDER. A.

SI ante diem subeũdi honoris atq; muneris pater tuus defunctus est: conueniri eo nomine hæredes eius nõ oportere, præses prouinciæ minime ambiget.

TABVLARIIS, SCRIBIS, LOGOGRAPHIS, & censualibus. Tit. LXIX.

* al's. De tabularijs holographis, et scribis cẽsualibus.

I. Imp. ALEXANDER. A. Nullus

NVlli omnino ex tabularijs, uel scribis, uel logographis, eorumq; filijs in quocunq; officio militent: sed ex omnibus officijs, necnon etiam si intra nostrum palatium militant, nec dum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officijs municipalibus reddantur.

II. Imp. GORDIANVS. A.

QVicunq; decurionum sponte se censuali ministerio mancipauerit: conditionem habeat, quam ipse elegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quæstiõis subeundæ inuenerit.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hadriano P.P.

GEnerali lege sancimus, ut siue solidis prouincijs, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabularij: liberi homines ordinentur, neq; ulli deinceps ad hoc officiũ patescat aditus, qui sit obnoxius seruituti. Sed & si quis dominorũ seruum suũ siue colonum suũ chartas publicas agere permiserit (consensum enim non ignorantiã uolumus obligari) ipsum quidẽ, in quantũ interfuerit publicæ utilitatis pro ratiocinijs, quæ seruo siue colono agẽte tractata sunt, obnoxiũ detineri: seruum autẽ competentibus affectũ uerberibus fisco addici. dominorũ enim interfuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur. D. VIII. Kal. April. Mediolani. Vincentio & Fabricio COSS.

IIII. Impp. THEODOS. & VALENT. AA.

BOethos, logistas, medogrammateos, logographos, diastoleas, quæ uocabula publicis dicũtur subiacere necessitatibus, siue quolibet alio nomine nuncupentur: nõ honore aut alicuius priuilegij colore subnixos, pro defensione legum inexorabilium suam fortunã subire compelli, quatenus nec publicis quidq; noceat aut minuatur utilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos uel patris uel maiorum obligatio uel sua constringit.

DE SVSCEPTORIBVS, PRAEPOSITIS, ET ARCARIJS. Tit. LXX.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SVsceptores publicos absq; omni mora aurũ censemus suscipere, ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si soluere uolens à suscipiente fuerit contemptus: testibus adhibitis contestationem debebit proponere, ut hoc probato, & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus, cum emolumentis sci rationibus per uigorem officij præsidis inferre cogatur. Quòd autem susceptores iudice, cuius interest, negligente uiolauerint: ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur.

II. Imp. ALEXANDER. A.

IVxta inueteratas leges nominatores susceptorum, & eorum, qui ad præposituram horreorum & pagorum creantur, obnoxij teneantur, si minus idonei sunt, qui ab eisdem fuerint nominati: nec quidquàm ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercetur.

III. Idem Augustus.

SVsceptores noui non modo præsentis anni debita, uerum etiam species, quas ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt adcrescentes, suscipiant.

IIII. Idem Augustus.

QVotiescunq; certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur: in * septuaginta duos solidos libra feratur accepta.

V. Idem Augustus.

FRumenta, quæ de horreis inferuntur, pro illationis modo ilico apocharum cautionibus adnotentur, non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta constitui.

VI. Imp. GORDIANVS. A.

DIu minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed statim, quodcunq; à prouinciali fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur.

VII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P.P.

EXactores uel susceptores in celeberrimo cœtu curiæ, consensu & iudicio omnium subacto rum testificatione firmentur: prouinciarumq; rectoribus eorum nomina, qui ad publicũ munus officij editi atq; obligati fuerint, innotescãt: & animaduertãt, quicũq; nominauerint, ad

* in uetust. cod. in rasã membranam hæc ita reposita sunt, ut ærtũ sit alterã & fortasse genuinã lectionẽ sublatã, & legendũ duo dequinquagita, aut ærte quinquagita.

discrimen suum uniuersa, quæ illi gesserint, redundare. D. VI. Kal. Nouembr. Constantinop. Honorio. N. P. & Euodio COSS.

VIII. Idem AAA. ad Paulinum præfectum Augustalem.

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi se prius uinculo sollicitudinis superioris absoluerit. Nã neq; eos, qui placuerint, grauare iusticiæ est: neq; eos, qui displicuerint, tenere prudentis est. Integro igitur singuli anno transcurso cogãtur expo nere, quibus titulis susceptа dispersерint: ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentẽ queat redintegrare iacturam. Non perpetui autem exactores teneantur in continuanda uexan dorum prouincialium potestate uelut concussionum dominatione, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur: nisi aut consuetudo ciuitatis, aut authoritas ordinis eos per bi ennium esse compellat. D. prid. Kal. Decembr. Constantinop. Honorio. N. P. & Euodio COSS.

IX. Idem Augusti.

MOdios æneos uel lapideos cum sextarijs atq; ponderibus per mansiones singulasq; ciui tates iussimus collocari: ut unusquisq; tributarius, sub oculis cõstitutis rerum omnium modis, sciat, quid debeat susceptoribus dare: ita, ut si quis susceptorum conditorum modiorũ sextariorum uel ponderum normam putauerit excedendam, pœnam se sciat competentẽ esse subiturum: & submotis, quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, fru menti quinquagesimas, ordei quadragesimas, uini & lardi uicesimas susceptoribus dari præci pimus. * Humanitatis autẽ necessitate in Armenia commoti, susceptoribus longinquitatis cau sa frumenti & ordei quadragesimas, uini & lardi quintasdecimas dari præcipimus.

X. Idem Augusti.

SVsceptores præsentibus defensoribus, & modum iugationis possessorum, & species singu las, uel eorum numerum quantitatemq; describant.

XI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

SEcuritates semel publicatas, & gestis lectis, uini susceptoribus imputari: & receptam merce dis discussionem uolumus in apertum quæsita ratione deduci, & omnes publicas securita tes, quæ gestis tenentur, à susceptoribus acceptò ferri.

XII. Idem Augusti.

SI aliquid à susceptore uel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel interuersione conuictus, id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, & si re scriptum nostrum elicitum clãdestina supplicatione intulerit.

XIII. Idem Augusti.

DVos tabularios seu numerarios, & susceptores totidem per uniuersas prouincias oporte re constitui, clementia nostra præcepit. scire autem uolumus prætorianam amplissimã præfecturam, & eos, qui aurum largitionale susceperint, nihil cum arcæ ratiocinijs habere com mune: iudices autem prouinciarum quinq; libris auri multandos, & primates officiorum capi tali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum.

XIIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

HVmilioribus officijs aut extraordinarijs oneribus occupari curiales nõ patimur, ne publi ca uacillet utilitas. Susceptorem itaq; uestium æquius est ab officio proconsulari, uel ab his, qui in eodem meruerunt, solenniter procurari. Horum nãq; interest huiusmodi explorare rationem, & quærere qualitatẽ eorũ, quorũ ad constituendum commodior cura est. Neq; enim æquum est, ut ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. hanc igi tur ab ordinibus iniuriam submouemus: exceptis his, qui curialium in officio memorato aut militasse aut militare fuerint deprehensi.

XV. Idem Augusti.

AVrum siue argentum, quodcunq; à possessore confertur, arcarius uel susceptor accipiat: ita, ut prouinciæ moderator eiusq; officium ad crimen suum nouerint pertinere, si pos sessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium: & quidquid ex pro uincijs ad nostrum dirigetur ærarium, id ad illustres uiros ærarij nostri comites relatione deferatur.

DE PONDERATORIBVS ET AVRI ILLA tione. Tit. LXXI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. Aurũ

AVrum, quod infertur à collatoribus, si quis uel solidos uoluerit, uel materiam adpendere: æqua lance & libramentis paribus suscipiatur.

II. Imp. IVSTINIANVS. A.

QVoties de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio: placet, quem sermo græcus appellat zygostaten, per singulas ciuitates constitutum pro sua fide atq; industria, ut neq; fallat, neq; fallatur, contentionem dirimere.

DE AVRI PVBLICI PERSECVTORIBVS. Tit. LXXII.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

AVri persecutores partim nulla præmissa (ut adsolet) persecutoria aurum præsumunt persequi, partim diutius retentant, quod statim fuerat adsignandũ. Ideoq; censemus, ne quis absq; præcepto uiri illustris comitis sacrarum largitionum, uel coquendum aurum sumat, uel capiat deinceps retinendum.

DE HIS, QVAE EX PVBLICA COLLATIONE illata sunt, non usurpandis. Tit. LXXIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NVllus iudicum id, quod à republica ex collatione susceperit, mutui interuentione opposita uel inuadat, uel conetur inuadere.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

NVllus penitus ex eo, quod refertur in cõditis, uel in arca continetur, ad quẽlibet titulum usurpet: nisi forte præsumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

SCiant iudices, nihil sibi ex priuatæ rei canone, uel ex eo, quod ex ijsdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi malint grauissima seueritate suam licentiã coërceri.

DE AVRO CORONARIO. Tit. LXXIIII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

DE collationem auri coronarij placuit neminem absq; cõsuetudine esse cogendũ.

DE IRENARCHIS. Tit. LXXV.

I. Imp. ANTONINVS. A.

IRenarchæ, qui ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à decurionibus iudicio præsidum prouinciarum idonei nominentur.

DE ARGENTI PRECIO, QVOD THESAVris infertur. Tit. LXXVI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

VBemus, ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita, ut pro singulis libris argenti, quinos solidos inferat.

Codicis

CODICIS DOMINI IV-
STINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER VNDECIMVS.

DE NAVICVLARIIS SEV NAVCLERIS PVBLICIS SPE-cies transportantibus, & de tollenda lustralis auri collatione. Tit. I.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NVllam uim oportet naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi: sed uenientes ac remeantes omni securitate potiri: decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentauerint.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

COmperimus naucleros susceptas species in negociationis emolumenta cõuertere. Ideoq; decernimus, ut intra annum, quas susceperint, species inferant, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant: ut intra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sunt.

III. Idem Augusti.

AB his, qui in naucleros prædas egerunt, uolumus eorum commodis satisfieri. & ideo ne crescat in posterum eorum audacia: sancimus, ut quicunq; in rapinis fuerit deprehensus, pœna quadrupli teneatur.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

CVm nauarchorum cœtus circa prouincias orientis inopia nauiũ titubaret, & inuestigandæ classis obtẽtu insularum secessus conspiraret, & nauigandi opportunitate transacta iudiciorum indignatio sine transactionis exspectaretur effectu: merito celsitudo tua præfecto augustali & insularum præside conuentis, Alexandrinæ & Carpatiæ classis summates & nonnullos alios naucleros eius professionis adduxit, ut onus frumentarij cõmeatus, quod per orientales nauarchos & Alexandrinæ ciuitatis conditis consueuerat ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum ad eadem augustissimæ urbis horrea comportarent: solatijs pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo, quod uocatur græce ἀλεσιτοὺς γηόσια, necnon etiam alijs, quæ cognitionis librauit examen.

V. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

QVi fiscales species suscepit deportandas, si recta nauigatione contempta, litora deuia secutus, eas auertendo distraxerit: capitali pœna plectetur.

VI. Idem Augusti.

IVdices, qui in partibus diœceseos suæ onusta nauigia, cum prosperior flatus inuitat, sub prætextu hyemis immorari permiserint: unà cum municipibus & corporatis eiusdem loci fortunatum propriarum feriantur dispendijs. naucleri præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit reuelatum.

* Constitutio græca. *

DE PRAEDIIS ET OMNIBVS REBVS NAVICV-lariorum. Tit. II.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

DOmum etiam mansuetudinis nostræ in his, quæ nauicularío nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem.

II. Idem AA. & GRATIAN. A.

IN his, quæ nauicularij uendunt (quoniam intercipere contractum emendi uendicq; fas prohibet) emptor nauicularij functionem pro modo portionis cõparatæ iubeat. res enim oneri addicta est, nõ personæ mercatoris. Neq; nauicularium iubemus fieri eum, qui aliquid comparauit: sed eam partem, quæ empta est, pro suo modo ac ratiõe esse munificam. nec enim totum patrimonium ad functionem nauicularíam occupandum erit, quod habuerit, qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio, quæ ab initio nauicularij fuit, ad pensio-

pensionem huiusmodi functionis sola tenenda est: residuo patrimonio, quod ab hoc uinculo liberum est, ocioso & immuni seruando. Domus uero, quarum cultu decus urbiũ potius, q̃ fructus adquiritur, ubi à nauicularijs ueneunt: pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum pecunia mutuaretur. Vbi uero spaciũ loci & exiguitas nullam habuit pensionem, aut exstructio, cuius est ardua difficilisq̃ emolitio, aut decus sumptuosum, aut (ut est plerunq̃) liberale institutum: qui habitationem suam urbis ornamento adiecerit, nolumus munificentiam, quæ postea addita est, improba licitatione æstimationis accipere: sed uetusta potius loci species & pensio cogitetur, q̃ cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

HI, qui fundos nauiculariæ functioni adscriptos à nauicularijs acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quæ antiquitus habebatur adscripta, nauicularium functionem suscipere cogantur: neq̃ eas conditiones sibi existiment profuturas, quas uenditor minus idoneus in se recepit imponentis arbitrio. hac tamen pactione seruata, ut si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcripti prædij teneantur obnoxij: sitq̃ hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur.

DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS. Tit. III.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

MVlti naues suas diuersorum nominibus & titulis tuentur. cui fraudi obuiãtes præcipimus, ut si quis ad euitationem publicæ necessitatis titulum crediderit apponendum: sciat nauem esse fisco sociandam. nam ut priuatos quoq̃ non prohibemus habere nauigia: ita fraudi locum esse nõ sinimus: cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conueniat utilitatibus publicis obedire, & subuectionem sine dignitatis priuilegio celebrare.

II. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

IVbemus nullam nauem ultra duorum milium modiorum capacem ante felicem embolã, uel publicarum specierum transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ publicis utilitatibus excusari posse subtractam: nec si cæleste contra proferatur oraculum (siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio) prouidentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quòd etiam in omnibus causis cupimus obseruari, ut generaliter, si quid eiusmodi contra ius uel utilitatem publicam in quolibet negocio proferatur, non ualeat. quidquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum: id nauigij, quod excusatur, publicatione corrigimus.

NE QVID ONERI PVBLICO IMPONATVR. Tit. IIII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

ONeri publico sarcinam priuatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumẽti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. hoc enim facto atq̃ commisso non in dispendium solum atq̃ naufragij damnum tenebitur obligatus, uerumetiam publicæ coërcitionis experietur uigorem.

DE NAVFRAGIIS. Tit. V.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI quando naufragio nauis expulsa fuerit ad litus, uel si quando aliquam terram attigerit: ad dominos pertineat, fiscus meus se se non interponat. quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

SI quis nauicularius naufragiũ se sustinuisse affirmet: pũnciæ iudicẽ eius uidelicet, in qua res agit, adire festinet, ac probet apud eũ testibus euentũ, relatioq̃ etiã ad sublimissimam referat̃ præfecturam: ita, ut intra anni spacium ueritate reuelata, competẽs dispositio procedat. Quòd si per negligentiam præfinitum anni spacium fortasse claudatur, [illegible] peruacuas serasq̃ interpellationes emenso anno placuit non admitti.

III. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVoties obruta uel submersa fluctibus naui examen adhibetur competentis iudicis: duorũ

uel trium nautarum quæstione habita, cæteri ab huiusmodi nexu liberentur. quid est enim, quòd nõ abunde intra præfinitum numerum solers quæsitor inueniat. circa magistros nauium, quibus est scientia plenior, immoretur. qui si fatali sorte defuerint: in alios inquisitio transferatur. Sanè si uniuersos uiolentia tempestatis obruerit: ne ueritas lateat, à liberis nautarũ siue magistrorum intra iudicia constitutis, super eorum quæratur interitu, quos nauicularius naufragio perijsse contendit. Susceptionis autem necessitas ex Kalendis Aprilis in diem Kalendarum Octobris mansura seruabitur.

IIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

PRo his, quæ semel à collatoribus illata naufragijs perierũt, uolumus nobis aliquã cũ possessoribus (siue senatores, siue priuati sint) esse cõmunionẽ, uel aliqd piculi ad eos redũdare.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

DE submersis nauibus decernimus, ut leuato uelo istæ causæ cognoscantur. & si quisq; de talibus negocijs aliquid accepisse detegitur: iudex, apud quem constiterit, his conqueren tibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarũ multandi, remouendi, proscribẽdiq; habeat potestatem. Si uero causarum talium cognitores libelli datione, uel plenaria inrerpellatione commoniti, intra biennium has causas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapsum: præiudicium noceat eatẽnus cognitori, ut nauiculario propter uicium iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre, residuam uero officium eius exsoluat.

VI. Iidem Augusti.

SVper naufragiorũ, quæ cõtigerint, casib9 usitato more habita quæstiõe, si quis calculus modiatiõis dicatur tempestate maris deperijsse: sub tuæ sedis auditiõe nequaq; ferat acceptus, sed hæc dispendij iactura in omne naucleterorũ cõciliũ pro rata scilicet cõtingẽtis muneris deferat.

DE METALLARIIS, ET METALLIS, ET PROcuratoribus metallorum. Tit. VI.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

PErpensa deliberatione duximus sanciendum, ut quicunq; in metallorum exercitium uellet affluere, is labore proprio & sibi & reipublicæ commoda comparet. Itaq; si qui sponte cõduxerint, eos laudabilitas tua octonos scrupulos in baluca, quæ græce χρύσαμμος appellatur, cogat exsoluere. quidquid autem amplius colligere potuerint: fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex largitionibus nostris precia susciplant.

II. Iidem AA. & GRATIAN. A.

OB metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim uncias balucæ pro singulis libris constat inferri.

III. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

CVncti, qui per priuatorum loca saxorum uenam laboriosis effusionibus persequuntur: decimas fisco, decimas etiã dño repræsentẽt, certo modo ꝓprijs suis desiderijs uindicando.

IIII. Iidem Augusti.

CVm procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam, mediterraneam Misiam, seu Dardaniam, soliti ex curialibus ordinari, per quos solennis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint: ad implendum munus retrahantur, & nulli de inceps licentia laxetur, prius indebitas expetere dignitates, quàm subeundam procurationem fideli solertiq; exactione compleuerint.

V. Impp. VALENT. & THEOD. AA.

PEr annos singulos septem per hominem scrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis, non solum in Pontica diœcesi, uerum etiam in Asiana.

VI. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. Paterno.

QVosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognouimus, ut defossis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. Qua de re si quando huiusmodi mora sub ædificijs latere dicantur: perquirendi eadem copia denegetur. D. VII. Kal. April. Constantinop. Theodos. A. III. & Habundantio COSS.

VII. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

METallarij siue metallariæ, qui quæũe ea regione deserta, ex qua uidentur oriundi uel oriũdæ, ad externa migrauerint: indubitanter sine ulla tẽporis præscriptione ad propriæ originis

ginis stirpem laremq; unà cum sua sobole reuocentur, etiam si quos domus nostræ & secreta retineant. Sciant autem nullum exinde præiudicium fisco esse generandum, etiam si quis ex his, quem metallicum esse constiterit, priuatis censibus suum nomen indiderit.

DE MVRILEGVLIS, ET GYNAECIARIIS, ET PROCVratoribus gynæcij, & de monetarijs, & bastagarijs. Tit. VII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

MOnetarios in sua semper conditione durare oportet, nec dignitatis cuiuscunq; priuilegio ab huiusmodi conditione liberari.

II. *Idem Augustus.*

BAphei & gynæciarij, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynæcij confectæ corrumpuntur in baphijs, & admista temeratione uim adducunt inquinatæ alluuionis: suffragijs abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: uel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.

III. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA.

INgenuæ mulieres, quæ se gynæciarijs sociauerunt, si cõuentæ denunciatione solenni, splendorẽ generis contuberniorũ uilitati præferre noluerint: suorũ maritorũ cõditione teneantur.

IIII. *Iidem AA.* & GRAT. A.

QVod ad præsens remediũ pertinet, quintum animal bastagarijs pro reportatiõe præbeatur.

V. *Iidem Augusti.*

QVi aliquem ex familijs gynæcij in latebris habere comperti sunt, quinq; librarum auri damno subiugentur.

VI. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVi textrini nostri mancipia occultatione cælauerit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur.

VII. *Iidem Augusti.*

EDicimus, ne qua mulier splẽdidioris gradus monetarij adhærens consortio, decus natiuæ libertatis amittat. Quòd si qua ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis abduxerit: ea uel legitima admonita conuentione discedat: uel si complexui monetarij putauerit inhærendum, non ambigat se sibi & liberis præiudicaturam, & eius conditioni esse nectendã. Si qua uero originaria seu colonaria possessiõis alienæ ignaro domino, seu sciente, monetario associabitur: hi conuenti, mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent, uel de cætero sciant repetendi facultatem silentij sui conniuentia perdidisse. Sed ut monetario nullam extraneam necti uolumus: ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari.

VIII. *Iidem Augusti.*

AEternam fiximus legem, ne unq; bastagarijs militiam suam deserere liceat, uel aliam, antecq; eam impleuerint, subrepticia impetratione tentare.

IX. *Iidem Augusti.*

SI quis nauiculam functioni muricis & legendis conchylijs deputatam ausus fuerit usurpare: duarum librarum auri illatione teneatur.

X. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA.

LOtas in posterum sericoblattæ & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus, uiginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam cuiuscunq; officij, si statuta cælestia à quopiam passi fuerint temerari.

XI. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA.

MVrileguli, qui relicto atq; despecto propriæ conditionis officio, uetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis muniſse dicuntur: ad propriæ artis & originis uinculа reuocentur. ab illis autem, qui rebus eorum uidentur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministerijs inseruire manifestum est: omnia, quæcunq; constiterit ex quocũq; titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quòd si alienigenæ detentores oneribus cõditionis extraneæ maluerint subiacere, cũq; restituere facultates: & futura deinceps agnoscãt munera sibi esse subeunda: & de præterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colligantur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione soluenda.

XII. *Iidem Augusti.*

HI, qui ex filiabus murilegulorum & alienæ originis patribus sunt, uel fuerint procreati, iu

ra maternæ conditionis agnoscant.

XIII. Iidem Augusti.

SI quis ex corpore gynæciariorum, uel linteariorum, uel lympha riorum, monetariorum, uel murilegulorum, uel aliorum similiũ ad diuinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, uoluerit posthac de suo collegio liberari: non quoscunq; nec facile in locum proprium, freti triumphali absolutione, substituant: sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus adprobauerint. Ita tamen, ut is, qui ab huiusmodi conditione iuxta formam cælitus datam beneficio principali fuerit absolutus: uniuersi sui generis prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius, qui absoluitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse, non dubitet.

XIIII. Iidem Augusti.

PRiuatæ uel linteariæ uestis magistri, thesaurorũ præpositi, uel baphiorũ ac textrinorũ procuratores, cæteriq;, quibus huiusmodi sollicitudo cõmittitur, non ante ad rem sacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm satisdationibus dignis eorum administratio roboret: scituri ne prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

XV. Iidem Augusti.

QVi aut patre cõchylegulo geniti probabũtur, aut matre: memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigent.

DE VESTIBVS HOLOBARIS, ET AVRATIS, ET DE tinctione sacri muricis. Tit. VIII.

* Constitutio Græca. *

I. Impp. VALENT. VALENT. & GRAT. AAA.

AVratas ac sericas peragaudas auro intextas uiriles priuatis usibus contexere conficereq; prohibemus, & in gynæciarijs tantũ nostris fieri præcipimus.

II. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA.

NEmo uir auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis, paragaudas: nisi hi tantũmodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est. nõ eiũ leui animaduersione plectetur, quisquis uetito se & indebito non abdicauerit indumento.

III. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AA.

VEllera adulterino colore fucata in specie sacri muricis intingere nõ sinimus, nec tinctum cum Rhodino prius serico alio postea colore fucari: cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur. nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipiant.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

TEmperent uniuersi, cuiuscũq; sint sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis, ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi eiusq; domui dedicatur. nec pallia tunicasq; quis sericas cõtexat aut faciat. pallia tincta conchylio nullius alterius permistione contexta sint, pferantur ex ædibus, tradanturq; tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta cõchylij. nulla stamina subtexant tincta cõchylio. nec eiusdẽ infectiõis arguto pectine solidãda fila decurrãt reddẽda ærario. holobara uestimẽta uirilia, ptinus offerãtur. nec est, ut quisq; de abiurato precio cõquerat: quia sufficit calcatæ legis ĩpunitas. ne quis uero nũc huiusmodi suppressione in laq̃os nouæ cõstitutiõis ĩcurrat. alioquin ad similitudinẽ læsæ maiestatis periculũ sustinebit.

V. Impp. THEODOS. & VALENT. AA.

PVrpuræ nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoq; intermi-
natione uetamus. Et ideo septimũ de scrinio exceptorũ, sextũ de scrinio canonũ, quintũ de scrinio tabulariorũ, quartum de scrinio uestiariorũ ad bapheia Phœnices per certũ tempus mitti præcipimus: ut omnis fraus eorum prohibeatur solertia timentium, ne quæsitis longo sudore stipendijs careant, etiam uiginti librarum auri condemnatione proposita.

DE FABRICENSIBVS. Tit. IX.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

OMnibus fabricẽsibus nõ pecunias, p̃ speciebus, sed ipsas species sine dilatiõe inferri p̃cipimus, ut bene nobilis, & quæ facile deducat̃ ignibus seu liquescat ferri materi es p̃beatur, quò promptius adẽpta fraudibus facultate, cõmodo publico cõsulat̃.

Idem

II. *Idem Auguſtus.*

PRimicerium fabricæ poſt bienniũ non ſolum uacatione, uerumetiam honore donari præcipimus: ita, ut inter protectores eiuſdem fabricæ poſt biennium adoraturus æternitatem noſtram, ſuo quiſq; tempore dirigatur.

III. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA.

STigmata, hoc eſt notata publica fabricenſium brachijs ad imitationẽ tyronum infligantur, ut hoc modo ſaltem poſſint latitantes agnoſci (his, qui eos ſuſceperint, uel eorũ liberis ſine dubio fabricæ uindicandis) & qui ſubreptione quadam declinandi operis ad publicæ cuiuslibet ſacramenta militiæ tranſierunt.

IIII. *Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA.

SI quis conſortiũ fabricenſiũ crediderit eligendũ in ea urbe, in qua natus eſt, uel in qua domiciliũ collocauit: his, quorũ intereſt, cõuocatis prius acta cõficiat, ſeſeq; doceat nõ auo, non patre curiali, pgenitum, nihil ordini ciuitatis debere, nulli ſe ciui cõmanere obnoxium: atq; ita demũ geſtis confectis uel apud moderatorẽ puinciæ, uel (ſi is abſit) apud defenſorẽ ciuitatis ad militiam, quam optauerit, ſuſcipiatur. Quòd ſi abſq; hac cautione quiſpiam ad fabricenſium conſortium obrepſerit: ſciat ſe ad ordinis, cui debetur, patriæq; ſuæ munera eſſe deducendũ: ita, ut nulla eum nec temporis, nec ſtipendiorum prærogatiua defendat.

V. *Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA.

IVre prouiſum eſt, fabricenſes artibus proprijs inſeruire, ut exhauſtis laboribus immorentur cum ſobole profeſſioni, cui nati ſunt. deniq; quòd ab uno cõmittitur, id totius delinquitur periculo numeri: ut conſtricti nominationibus ſuis, ſociorum actibus quandam ſpeculam gerant, & unius damnum ad oñium tranſit diſpendium. uniuerſi itaq; ueluti in corpore unius formæ, unius decoctioneis (ſi ita tulerit) rependere cogentur.

VI. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS. AA.

EOs, qui inter fabricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, uel eorũ uxores, aut filios, qui itidẽ inter fabricenſes militare dicunt, nõ alibi pulſare uolẽtibus reſpõdere præcipimus, niſi in iudicio tuæ ſublimitatis, ad cuius iuriſdictionẽ poteſtatemq; pertinent: nec eos poſt ſtipendiorũ ſi nem & militiæ ſuper ciuilibus muneribus uel curialibus, quibus nullo modo ſubiacere monſtrãtur, à uiris clariſſimis rectoribus prouinciarũ uel eorũ officijs præter licitum inquietari.

VII *Imp.* ANASTASIVS. A.

NVllus fabricenſium conductioni, uel adminiſtrationi, uel agriculturæ alienarum rerum ſe poſthac immiſcere conetur: dominis quidem, ſi qui cõtra hæc ſtatuta meæ pietatis uenire auſi fuerint, res uel prædia, quæ (ſcientes, quòd fabricenſes ſunt) ijſdem fabricenſibus miniſtranda cõmiſerint, amiſſuris: fabricenſibus uero grauiſſime coërcitis, poſt facultatum ſuarum amiſſionẽ, perpetua exſilij pœna & animaduerſioẽ retinẽdis. Quoties ſanè in trãslatione armorũ angariæ neceſſariæ fuerint: ſublimitas tua literas ad eminentiſſimã iubeat dirigi præfecturam, & numerũ ei armorũ, & ex quo loco transferenda ſunt, indicet: ut continuo ſuper præbendis angarijs pro numero eorũ, quæ transferuntur, armorum præceptione ſua uiros clariſſimos moderatores prouinciæ cõueniat, ut ſecundũ miſſam à ſublimitate tua noticiã naues uel angariæ cõfeſtim de publico præbeãtur. Quòd ſi aliqua tarditas uel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam præfecturam literas in deſtinãdis authoritatibus ampliſſimæ ſedis interceſſerit, & ex hoc armorum trãſuectio fuerit impedita: quinquaginta libris auri tam numerarium pro tempore officij eiuſdem ampliſſimæ ſedis, quàm alios, quorum intereſt, condemnari præcipimus, eamq; auri quantitatem protinus exactam fiſci iuribus aggregari. multa præterea triginta librarum auri propoſita tam uiris clariſſimis, qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, ſi conniuentibus his armorum tranſuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.

DE VETERIS NOMISMATIS POTESTATE. Tit. X.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

SOlidos ueterum principum ueneratione formatos ita tradi ac ſuſcipi ab ementibus & diſtrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur: modo ut debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ: ſcituris uniuerſis, his, qui aliter fecerint, haud leuiter in ſe uindicandum.

II. *Idem Auguſtus.*

PRo imminutione, quæ in æſtimatione ſolidi forte tractatur, omnium quoq; precia ſpe-

cia ſpecierum decreſcere oportet.

III. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

VNiuerſos authoritas tua propoſito edicto commoneat, obrizatorum omnium ſolidorũ uniforme precium poſtulare: ſcilicet capitali ſupplicio puniẽdo, qui uel iuſſa noſtræ ſerenitatis auariciæ cæcitate contẽpſerit, uel æternales uultus, dũ fraudibus ſtudet, duxerit uiolare.

NVLLI LICERE IN FRENIS, IN EQVESTRIBVS SELlis, & in balteis margaritas, ſmaragdos & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis. Tit. XI.

I. Imp. IVSTINVS. A.

NVlli prorſus liceat in frenis, & equeſtribus ſellis, uel in balteis ſuis margaritas & ſmaragdos & hyacinthos aptare poſt hac, uel inſerere. Alijs autem gemmis frena, & equeſtres ſellas, & balteos ſuos priuatos exornare permittimus. de * curnijs uero omnem prorſus qualiumcunq; gemmarum habitum præcipimus ſubmoueri. fibulis quoq; in chlamydibus his utantur, quæ ſolo auro & arte precioſæ ſunt. Si quis autem contra interdictũ pietatis meæ fecerit: ſciat ſe continuo quinquaginta libris auri eſſe multandum. Nulli præterea priuatorum liceat (exceptis ſcilicet ornamentis matrinalibus, & tam muliebrium, cẽq; uirilium anulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornatum imperatorium pertinet, facere: neq; illud ſub hoc colore & prætextu præparare, quod uelit clementiæ principali uelut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiuſmodi dona non expetit, neq; regium ſibi offerri à priuatis cultum requirit. Sanè ſi quis poſthac aliquid contra uetitum huiuſmodi ſanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ uſibus regijs deputata ſunt, auro gemmisq; decorata auſus fuerit præparare: centum librarum auri cõdemnatione ſciat ſe eſſe feriendum, capitali quoq; ſubeundum eſſe ſupplicio. ornamenta enim regia intra aulam meã fieri à palatinis artificibus debent, nõ paſſim in priuatis domibus uel officinis parari. Vnde ſumma ſeueritate ſancimus, ut quod in cultu ornatuq; noſtro ſacrum & adoptabile eſt, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis ſanè contra uetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit: definitam ſuperius multam ab his per officia palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris iubemus inferri.

DE CLASSICIS. Tit. XII.

I. Imppp. VALENTIN. & VALENS. AA.

CLaſſem Seleucenam, aliasq; uniuerſas ad officium, quod magnitudini tuæ obſequitur, uolumus pertinere: ut claſſicorum numerus ex incenſitis uel adcreſcentibus compleatur, & Seleucena ad auxilium purgandi orientis aliasq; neceſſitates comiti orientis deputetur.

DE CVRIALIBVS VRBIS ROMAE. Tit. XIII.

I. Imppp. ARCAD. & HONOR. AA.

SI quis curialem de auferendis priuilegijs putauerit lite pulſandum: intelligat ſe curiæ interpellare debere iudicem.

II. Idem Auguſti.

LEges curiales tam à ſuperioribus principibus, cq; à diuo parente noſtro conditas noſtra authoritate firmamus. Singulos itaq; iudices ſcire uolumus, ne quis huic collegio iniurijs corporalibus tentet notam atterere, neq; ab his commodis, quæ rationibus adprobantur, audeat ſeparare. Huic enim collegio uolumus antiquam priuilegiorum prærogatiuam ſeruari.

DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM VRBIS Romæ. Tit. XIIII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

NVlli ſit liberum, nulli permiſſum, ut nouum aliquid urbis incolæ in urbe ſuſtineant: ſed in honorẽ æternæ urbis corporatis indulta ſuffragia ualere præcipimus. cura autem rectorum prouinciarum corporati urbis Romæ, qui in peregriuationem tráſ

nẽ trãsgressi sunt, redire cogantur, ut seruire possint functiõibus, quas imposuit antiqua solẽnitas.

DE PISTORIBVS. Tit. XV.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVicunq; ex mancipijs comitis horreorum dignitatẽ aut officium uel ambitiõe, uel gratia, uel pecunia, seu quolibet alio modo posthac fuerit adsecutus: exutus dignitate, quã cõtra interdictũ nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiã in uiginti libris auri, ad antiquũ denuo cõsortiũ collegiũq; reuocetur: oñe etiã speciale beneficiũ, quocunq; modo cõtra hãc sanctionẽ fuerit impetratũ, penitus conquiescat.

DE SVARIIS, ET SVSCEPTORIBVS VINI, ET cæteris corporatis. Tit. XVI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

POrcinarij urbis æternæ, cum peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, sordidis semper muneribus liberentur.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

QVicunq; ex corporalibus suariorũ, siue excipiendæ necessitate litis adstrictus, seu inferendæ uoluntate spontanea prouocatus, iudicium uoluerit experiri: fori urbani adiutorium præstoletur.

DE COLLEGIATIS, ET CHARTOPRATIS, ET numularijs. Tit. XVII.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro P. V.

QVi sub prætextu decanorũ seu collegiatorum, cũ id munus non impleant, alijs se muneribus conantur subtrahere, eorũ fraudibus credimus esse obuiandũ: ne quis sub specie muneris, quod minus exsequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorum uel numulariorũ munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati uel decani festinant. Ideoq; si quis eorum sub nudæ appellatiõis uelamine collegiatum seu decanum se appellat: sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens adprobetur: subrogatione uidelicet memoratorũ, uel eorũ, qui moriuntur, prima tium eius, qui subrogatur, admissa iudicio. Quod autẽ supra numerũ, qui in cautis breuibus continetur, nemo se quolibet patrocinio uel cuiuslibet assumpta potentia debeat excusare: hoc nostræ est serenitatis cẽsere, & tuæ sublimitatis tuiq; officij cautius obseruare. hoc inter oẽs æqua lance seruari præcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesia rum reuerentia, nullo qualibet uel cuiuslibet potentia se excusante. Sed ne tantum circa mune ra releuanda supplicibus consuluisse noscamur: illud etiam dicendum obseruãdumq; esse censemus, ut chartæ uenditio, quæ de prouincijs ad corporatos supplicum per inuocationem transmissa est, primæ constitutionis terminis concludatur: hoc est, quod in initio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita nouatione seruetur.

DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMAE ET CONstantinopolitanæ. Tit. XVIII.

I. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

VNiuersos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistrationibus cellulisq; collectos undecunq; discipulos circumferre consueuerũt, ab ostentatione uulgari præcipimus amoueri: ita, ut si quis eorũ post emissos diuinæ sanctionis affatus, quæ prohibemus atq; damnamus, iterũ forte tentauerit: nõ solum eius, quã meretur, infamiæ notam subeat, uerũ etiam pellendũ se ex ipsa, ubi uersatur illicite, urbe cognoscat. Eos uero, qui intra plurimorũ domos eadẽ exercere priuatim studia cõsueuerũt: si ipsis tantũmodo discipulis uacare maluerint, quos intra parietes domesticos docẽt: nulla huiusmodi interminatiõe, phibemus. Sin aũt ex eorũ numero fuerint, q uidentur intra capitolij auditoriũ cõstituti: hi oñibus modis priuatarũ ædium studia sibi interdicta esse cognoscãt: scituri, quòd si aduersus cælestia statuta facientes, depræhensi fuerint: nil penitus ex illis priuilegijs consequantur, quæ his, qui in capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito

rito deferuntur. Habeant igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, grammatici decem. in his etiam, qui facundia græcanitatis pollere noscuntur, quinq; numero sint sophistæ, & grammatici æque decem. Et quoniam non in his artibus tantum adolescentiam glorioſam optamus institui: profundioris quoq; scientiæ atq; doctrinæ memoratis magistris sociamus authores. Igitur unum adiungi cæteris uolumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoq;, qui iuris ac legũ uoluntates pandant: ita, ut unicuiq; loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere uel magistri, neúe linguarum confusio permista uel uocum aures quorundam, aut mentes à studio literarum auertat.

DE HONORATORVM VEHICVLIS. Tit. XIX.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

OMnes honorati, seu ciuilium, uel militarium uehiculis dignitatis suæ, id est carruchis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur.

DE PRIVILEGIIS VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ. Tit. XX.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

VRbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam ipsius Romæ ueteris prærogatiua lætetur.

DE METROPOLI BERYTO. Tit. XXI.

I. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

PRopter multas iustasq; causas Metropolitano nomine ac dignitate Berytum ciuitatem decernimus exornandam, iam suis uirtutibus coronatam. igitur hæc quoq; Metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de iure suo derogatur. sit illa mater prouinciæ nostrorum maiorum beneficio, hæc nostro, & utraq; dignitate simili perfruatur.

DE CANONE FRVMENTARIO VRBIS ROMAE. Tit. XXII.

I. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

NAutici apud præsidum aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species susceptisse, eorumq;, apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet, nihil in his esse uicij. quod eo tempore, quo ad sacræ urbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare præceptum est.

II. Impp ARCAD. & HONOR. AA.

SI quid frumenti uel hordei urbicarij canonis remissione indultum est: speciali beneficio contra commodum publicum rescripta elicita non ualeant.

III. Idem Augusti.

NEminem patimur in mutando canone urbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare: sed etiam ea rescripta, quæ quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus. eos uero, qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. uicarios, quin etiam cæteros iudices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarij canonis abstineant, deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subiugari perpetua authoritate sancimus.

DE FRVMENTO VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ. Tit. XXIII.

I. Imp. THEODOS. A.

NVlli ne diuinæ quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus consignetur, annona in panem cocto domibus exhibenda. ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino præstitus, necnon à diuo pietatis meæ auo Theodosio auctus expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta, quæ pro annona tribuuntur, ad usus alios deputata cognoscantur. cogentur enim de publico sibi emere, quæ alijs uendere potuissent.

Imp.

II. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

AVri ſtatuta quantitas ad coëmptionem frumẽtariam perpetuò ſit dedicata, nec liceat cuiq; poſt adminiſtrationẽ urbicariæ poteſtatis perceptam aliquid ex eadem ſumma minuere, uel ad quoſcunq; alios uſus conuertere: ſed ſub geſtorum teſtificatione certum fiat, & quod mancipibus mutui nomine datum eſt, & quod ab iiſdem ſit excepta omni concuſſione ſoluendum. eum autem, qui hanc formam auſus fuerit inquinare: quantitatẽ, in qua ſuã calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus: & quidquid ex prædicta ratione adcreuerit, ad cumulum eiuſdem auri quantitatis & frumentarij tituli firmiter redundare, legiſq; huius tenorem æneis tabulis incidi.

DE ANNONIS CIVILIBVS. Tit. XXIIII.

I. Imp. THEODOS. A.

ANnonas publicas non tam titulis dignitatum, quàm ſingulorum uirorum meritis attributas diui Conſtantini liberalitate, ſanè claruit. Ideoq; nihil ex his ſcholarum nomine uindicetur, ſed pro uniuſcuiuſq; merito, quæ ſunt conceſſa, ſeruentur: ut quæcunq; perceptarum annonarum emolumenta uel in hæredes proprios iure ſanguinis tranſfuderunt, uel in extraneos diſtractionis titulo tranſcripſerunt: maneat, quod geſtum eſt, uel hæreditatis merito, uel alienationis arbitrio.

II. Imp. MARTIANVS. A.

CEntum uigintiquinq; modios frumẽti præter ſolitum canonem per ſingulos dies de præſenti ſexta indictione ex die Kalendarum Ianuariarum nomine peritteumatis de horreis publicis huius almæ urbis inſita noſtræ pietatis liberalitate tribuimus: datis ſacris apicibus ad ſublimiſſimã quoq; per orientem præfecturam, quibus poſſit & modũ noſtræ donationis agnoſcere, & incunctanter præbere, quæ iuſſimus. quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus noſtris debere conferri, ualitura in æuum hac lege ſancimus.

DE MENDICANTIBVS VALIDIS. Tit. XXV.

I. Imp. VALENTIN. A.

QVnctis, quos in publicum quæſtum incerta mẽdicitas uocauerit, inſpectis: exploreẽ in ſingulis & integritas corporũ, & robur annorũ, atq; inertibus & abſq; ulla debilitate miſerandis neceſſitas inferatur, ut eorũ quidem, quos tenet conditio ſeruilis, proditor ſtudioſus & diligens dominium conſequatur. eorũ uero, quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciaẽ, quiſquis huiuſmodi leuitudinem prodiderit ac probauerit: ſalua dominis in eos actione, qui uel latebram forte fugitiuis, uel mendicitatis ſubeundæ conſilium præſtiterunt.

DE NAVTICIS TYBERINIS. Tit. XXVI.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

QVi nauem Tyberinam habere fuerit oſtenſus, onus reipublicæ neceſſarium agnoſcat. Quodcunq; igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competentibus & ſolitis obſequijs mancipetur: ita ut nulla dignitas aut priuilegium ab hoc officio uindicetur.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO. Tit. XXVII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

IN æſtimatione frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quidqd decreto * elogij in ſitoſtaſij munere & p nauclerorũ tuenda ſubſtantia eminentia tua diſpoſuit, roboramus: atq; ut curialibus prædæ auferãdi occaſio, iubemus eos ad huiuſmodi ſollicitudinem affectandam nunc̃q; accedere, & deſignata officia tuis prouiſionibus examinata ſollicitudinem prædictam implere.

II. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

DIurnos centum & decem modios alimonijs Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus, ut nemo priuetur eo, quod nunc uſq; cœpit. periſſochoregiæ nomen penitus amputetur, & teſſeræ deſignentur, & noſtræ pietatis nomine cenſeantur.

DE ALEXANDRIAE PRIMATIBVS. Tit. XXVIII.

I. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

CORporatos ciuitatis Alexandrinæ repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore dispositiõis tuæ quadringẽtos solidos * ex dinumo uectigali memoratæ ciuitatis præcommodari decernimus: ita, ut ex titulo nauium modis omnibus repensetur.

DE IVRE REIPVBLICAE. Tit. XXIX.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SI quid aduersus rempublicam indefensam in ea specie, in qua neq; defensores creati fuerint, neq; ut crearent, placuit, statutũ est: actõibus eius nihil præiudicatũ est.

II. Idem Augustus.

AN respublica, in cuius locum successistis, ideo quia satisfeciste uos debito ponitis, ius pignoris in eo fundo habeat: apud suum iudicem quæritur. si enim neq; beneficio sibi concesso id ius nacta est, neq; specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit: causa eius non separatur à cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

III. Imp. ALEXANDER. A.

REmpublicam ut pupillam extra ordinem iuuari moris est.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

SI secundum legem ciuitatis respublica, cuius meministi, ruina collapsis ædificijs tuis distraxit aream: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

DE ADMINISTRATIONE RERVM PVBLICARVM. Tit. XXX.

I. Imp. GORDIANVS. A.

FVndum uectigalem, si suis quibuscunq; temporibus debitæ quantitates inferantur, inuito possessore auferri non posse, manifestum est.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

CONtra eos, qui rempublicam administrantes, per officij necessitatem sub cõditione relicti fideicõmissi satis accipere debuerunt, quanti reipublicæ interest satis non esse acceptum, dirigendam esse actionem prospicitis.

DE VENDENDIS REBVS CIVITATIS. Tit. XXXI.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SI sine ulla conditione prædia uendente republica comparasti: perfecta uenditione nulla ratione uereris, ne addictione facta auferri tibi dominium possit. tempora enim addictionibus præstita ad causas fisci pertinent. nisi si qua ciuitas propriam legem habeat.

II. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

QVamuis incrementum conductioni factæ publici prædij uidetur offerri: non tamen additamenti specie oportet fidem locationis infringi, præsertim cum tantum iam temporis ex contractu decessisse proponas.

III. Imp. LEO. Augustus.

SI quæ hæreditatis, uel legati, seu fideicõmissi, aut donatiõis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, uel mãcipia ad ius inclytæ urbis, uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenient siue peruenerunt: super his licebit ciuitatibus uenditionis pro suo cõmodo inire contractum: ut summa precij exinde collata ad renouanda siue restauranda publica mœnia dispensata proficiat. indefensa uero cura prospicientes, ne quis aduersus ciuitatum commoda quidquã moliri possit ex commodi, sed sine ulla fraude, seu inordinatione, uel colludio, seu conniuentia huiusmodi uenditiones procedant. hoc etiam in posterum obseruandũ esse cẽsemus, ut siquidẽ ad hanc inclytam urbem domum, uel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia uel mancipia pertinentia contigerit uenundari: nõ aliter, nisi imperiali authoritate uendant. in quincijs uero præsen-

præsentibus omnibus seu plurima parte tam curialium, quàm honoratorum, & possessorũ ciuitatis, ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, singulatim unũquenq; eorum, qui cõuenerint, iubemus sententiã, quam putent utilem patriæ suæ, designare: ut ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor competentem possit habere cautelam. Hos autem uenditionum contractus, siue iam completi fuerint, siue postea inundi fuerint, stabiles esse censemus.

DE DEBITORIBVS CIVITATVM. Tit. XXXII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

NOn prius debitorem reipublicæ honorem in republica subire, quàm id, quod debere constiterit, cõuentus exsoluerit: tam meis, quàm diuorum principum constitutionibus declaratur.

II. Imp. CONSTANTINVS. A.

APud eos, quos superstites integris facultatibus esse prouideris, uel quorum hæredes incolumia retinent patrimonia, sortes reipublicæ perseuerare debebunt: ita tamen, ut annuas usuras suis quibuscunq; temporibus exsoluãt: cum simul & reipublicæ utile sit retinere idoneos debitores, & ipsis sit cõmodum cumulũ debiti minime nutriri. Et quia nefas est, obnoxijs corporibus alienatis, forte circumscribi ciuitates: placuit, si quis debitor reipublicæ ciuitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam reipublicæ sumeret, donauerit, uel distraxerit, uel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atq; omnibus debitoris facultatibus cõsideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur: pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atq; usuris postulari. itaq; quoties minus idoneum depræhenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui inuenitur obnoxium: iudex omni diligentia & solicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet cõditione transierint debitoris facultates: ut singuli, æqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conueniantur: personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis soluentibus liberatur. Ab eo autem, à quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. Quòd si quispiam debitor reipublicæ ciuitatis fisco nostro locum fecerit: emptores, qui à fisco nostro cõparauerint, manifestũ est secundũ ius uetus & rescripta diuorũ principũ cõstitutiones q; nr̃as debere nullã molestiã sustinere. Quòd si quis debitor nõ * cõparauerit, uel certe oĩa sua ita cõsumpserit, ut nemo aliquã rem ex eius bonis possideat: id debitũ cõuenit ad dispẽ diũ reipublicæ pertinere, ideo q; cura patrũ ciuitatis apud idoneos, uel dominos rusticorũ prædiorũ pecunia collocanda est.

DE PERICVLO NOMINATORVM. Tit. XXXIII.

I. Imp. GORDIANVS. A.

HI, qui à te collega q; tuo magistratus creati sunt, etiam si maxime fideiussores non exegistis: tamen si per id tempus, quo magistratus honor deponebatur, soluendo fuerint: periculo uos creationis non fecerunt obnoxios ex eo, quòd casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit: cum cessationi suæ debeant imputare, damna q; reipublicæ (si qua ob culpã eorum passa est) sarcire, qui cum nomine publico eos conuenire potuissent, id facere superfederunt.

II. Imp. PHILIPPVS. A. & PHILIPPVS. Cæs.

SI successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominauerit: administrationis eius periculum ad tuam personam spectare nequaq; potest. etenim nominati successoris duntaxat quisq; periculum suscipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt.

DE PERICVLO EORVM, QVI PRO MAGISTRATIBVS interuenerunt. Tit. XXXIIII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

IDeiussores magistratuum in his, quæ ad reipublicæ administrationem pertinẽt, teneri: non in his, quæ ob culpam uel delictum eis pœnæ nomine irrogentur: tam mihi, quàm diuo Seuero patri meo placuit.

QVO QVISQVE ORDINE CONVENIATVR. Tit. XXXV.

I. Imp. ANTONINVS. A.

ET si duobus simul cura pecuniæ ciuitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro uirili portione, sed in solidum reipublicæ obligantur. Cum aũt de indemnitate ciuitatis eius quæritur: prius eius bona, qui administrauit, ac mox (si satisfieri nõ poterit) collegæ conueniuntur. Vos tamen, qui hæredes unius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post mortẽ eius dolo uel culpa collegarum accessit, onerari non est rationis.

II. Imp. GORDIANVS. A.

QVoties duobus non separatim, sed pro indiuiso munus iniũgitur, & ita ut unusquisq; eorum periculo soliditatis uideatur obstrictus: manus ad nominatorem prius, cp utriq;, qui id munus administrauerũt, solenniter fuerint excussi, nulla ratiõe porrigi possunt. Si uero separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius pro portione conueniãtur, qui id administrauerint, item fideiussores eorum, si ne ab his quidem fideiussoribus indemnitas fuerit seruata: tunc demum creatorem, ac si ne is quidem sufficiat, nouissime participem muneris cõueniri debere, præses non ignorat.

III. Idem Augustus.

SI ita duumuiri creati estis, hoc expresso, ut mutuo periculo teneamini, in dubium nõ uenit, uicarijs damnis uos esse obstrictos: cum in magistratibus prius nominatores conueniendos esse, hoc quod in persona uestra custodiri desideratis, constitutum sit.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

CVm te & collegam tuum magistratus uestri tempore publicum fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum à quibusdam reipublicæ restitui: cum paratus sis pro te id, quod solus gessisti, reipublicæ satisfacere: consequens est rempublicam, si separati actus uestri fuerint, contra successores collegæ tui, uel rerum eius possessores prius ob personam eius progredi: & si solida indemnitas reipublicæ seruata non fuerit, nominatores eius interpellare, ac postremo loco, si quid ex nomine tui collegæ defuerit, ob culpæ nexum te interpellare. priores enim nominatores ueluti fideiussores placuit obstringi.

NE QVIS LIBER INVITVS ACTVM REIPVBLICAE gerere cogatur. Tit. XXXVI.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

SI (ut proponis) decreto ordinis ad libertatem ductus es: nõ debere te inuitum actũ reipublicæ administrare, curator reipublicæ nõ ignorat: præsertim, cum serui huiusmodi officia administrare debeant.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI cum ingenuus esses, ad actum gerendum à republica compelleris: auxilium præsidis & iuris præsidia, prout usus exigebat, implorare potuisti.

SVMPTVS INIVNCTI MVNERIS AD OMNES collegas pertinere. Tit. XXXVII.

I. Imp. MAXIMINVS. A.

CVm ad munus exhibendarum angariarum cum alijs creatus, à consortibus muneris sollicitudine deserta, solum te functum esse proponas: sumptuũ detrimẽta, si qua acciderint, collatione eorum, quos munus oportuerat participare, prouisione præsidis diuidentur. Quòd si à te obsequium derelictũ esse cognouerit: quid censuræ publicæ congruet, non ignorabit.

DE HIS, QVI EX OFFICIO, QVOD ADMINIstrarunt, conueniuntur. Tit. XXXVIII.

I. Imp. ANTONINVS. A.

DEnoris reipublicæ, quod non tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, non etiam usurarum eius sustinere.

De so-

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS DEbitorum ciuitatis. Tit. XXXIX.

I. Imp. ALEXANDER. A.

CAutiones seruorum publicorum ita demum firmam securitatẽ debitoribus præstant, si curatorũ adsignantium, uel eorũ, quibus exigendi ius est, authoritate subnixæ sunt. Cum aũt is, qui exsoluisse dicitur, solã scripturã actoris suscipientis pecuniã ꝓmat: ea tantũ defẽsio cõsueuit admitti, si quod exsolutũ est, reipublicæ ratiõi ꝓfeciſſe doceat. Sanè curator uester, si fraude serui cõstiterit effectũ, ut interceperit à curatore illatæ à debitoribus quãtitates: de peculio eius, quod eo modo deest, restituet.

DE SPECTACVLIS, ET SCENICIS, ET LEnonibus. Tit. XL.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NOn inuidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformẽtur. Verũtamen cum primates uiri populi studijs ac uoluptatibus grati esse cupiant: promptius permittimus, ut integra uoluptas sit, quæ uolentium celebratur impensis.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

EOs, qui agitãdi munus exercent, illustris authoritas tua nullis propter Circense certamẽ affici nouerit oportere supplicijs.

III. Idem Augusti.

QVisquis equos, quos uel seueritas nostra, uel ordinarij cõsules tribuunt uoluptatibus, ad commodum compendiumq; priuatum adduxerit: unius libræ auri condemnatione multetur.

IIII. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA.

SI quæ publicis porticibus, uel in his ciuitatum locis, in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum ueste humili, & rugosis insignibus agitatorem, aut uilem offerat histrionẽ: ilico repellatur, neq; iam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas. in aditu uero circi, uel in theatri proscenijs ut collocẽtur, non uetamus.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

NEmo iudicum ex quacunq; ciuitate in aliud oppidum, uel ex prouinciæ solo equos currules, aurigas, bestias, histriones, ciues tentet traducere: ne dum popularibus plausibus intẽperanter seruiũt, & publicæ rerũ statũ fatigent, & festiuitatẽ impediãt in cunctis oppidis celebrãdam: ita, ut si quis hanc uiolauerit iussionẽ, pœna teneatur ea, quæ legũ uiolatores persequitur.

VI. Idem AA. Florentio P.P.

LEnones patres & dominos, qui suis filiabus uel ancillis peccãdi necessitatem imponũt, nec iure frui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igit̃ tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui ualeant, neue quid eis ita possit adquiri: sed ancillis filiabusq; (si uelint) cõductisue pro paupertate personis, quas sors damnauit humilior, episcoporũ liceat, iudicum etiam, defensorumq; implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui: ita, ut si insistendum eis lenones esse crediderint, uel peccandi ingerãt necessitatem inuitis: amittant non solum eam, quam habuerint, potestatem: sed proscripti pœnæ mancipentur exsilij, metallis addicendi publicis. quæ minor pœna est, quàm si præcepto lenonis cogatur quispiã coitionis sordes ferre, quas nolit. D. Kal. Maij. Felice & Tauro COSS.

DE EXPENSIS PVBLICORVM LVDORVM. Tit. XLI

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

CVm præsidẽ prouinciæ impensas, quæ in certaminis editione erogabant̃, ad refectionẽ murorũ transtuliſſe dicas: & quod salubriter deriuatũ est, non renouabit̃: & solenne certaminis spectaculũ post restitutã murorũ fabricã mixta ueteris consuetudinis legẽ celebrabitur. Ita em̃ & tutelæ ciuitatis instructæ murorũ præsidio prouidebitur, & instaurandi agonis uoluptas cõfirmatis his, quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuta temporis circuitione præsentabitur.

DE AQVAEDVCTIBVS. Tit. XLII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

AQuarum poſſeſſores, per quorum fines formarum meatus tranſeunt, ab extraor dinarijs oneribus uolumus eſſe immunes, ut eorum opera aquarum ductus ſor dibus completi mundentur, nec ad aliud ſuperindictæ rei onus ijſdem poſſeſſo ribus attinendis, ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non cu rent. Quod ſi neglexerint: amiſſione poſſeſſionum multabuntur. nam fiſcus præ diũ eius obtinebit, cuius neglegentia pernicie formæ cõtraxerint. præterea ſcire eos oportet, per quorum prædia aquæductus cõmeat, ut dextra læuaq; de ipſis formis quindecim pedibus inter miſſis arbores habeant. obſeruante officio iudicis, ut ſi quo tempore pullulauerint, excidãtur, ne earum radices fabricam formæ corrumpant.

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

SI quis de cætero uetiti furoris audacia florentiſſimæ urbis cõmoda uoluerit mutilare, aquã ad ſuum fundum ex aquæductu publico deriuando: ſciat eundem fundum fiſcalis tituli præ ſcriptione ſignatum priuatis rebus noſtris aggregandum.

III. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

EOs, qui aquæ copiam uel olim uel nunc per noſtra indulta meruerunt, uſum aut ex caſtel lis, aut ex ipſis formis iubemus eligere: neq; earum fiſtularum, quas matrices uocant, cúr ſum ac ſoliditatem attentare, uel ab ipſo aquæductu trahere. Quòd ſi quis aliter fecerit: non ſo lum id, quod prius iure beneficij fuerat conſecutus, amittat: uerum pro cõditione quoq; perſo næ ſeueriſſima pœna plectetur.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Aſterio com. Orientis.*

VSum aquæ ueterem longoq; dominio conſtitutum ſingulis ciuilibus manere cenſemus, nec ulla nouatione turbari. Ita tamen, ut quantitatem ſinguli, quam ueteri licentia perci piunt, more uſq; in præſentem diem perdurante percipiant: manſura pœna in eos, qui ad irriga tiones agrorum uel hortorum delicias furtiuis aquarũ meatibus abutuntur. D. Kal. Nouembr. Cæſario & Attico COSS.

V. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

SI quis per diuinam liberalitatẽ meruerit ius aquæ: non uiris clariſſimis rectoribus prouincia rum, ſed tuæ præcellentiſſimæ ſedi cæleſtes apices intimare debebit: condemnatione cõtra illum, qui preces moderatoribus inſinuare conatur, quinquaginta librarum auri contra uniuer ſos adminiſtratores, qui reſcriptum per ſubreptionem elicitum ſuſcipere moliuntur, proponẽ da. apparitoribus nihilominus eorundem uirorum clariſſimorum prouinciæ moderatorũ ani maduerſionibus pro uigore tui culminis ſubiugandis: & ampliſſima tua ſede diſpoſitura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis pro abundantia ciuium cõueniat deputari, quid his per ſonis, quibus noſtra ſerenitas indulſit, ex aqua ſuperflua debeat impertiri.

VI. *Iidem Auguſti.*

OMnis ſeruitus aquarum aquæductus Hadriani ſiue domorum, ſiue poſſeſſionũ, ſiue ſub urbanorũ, ſiue balneorum, uel per diuinos affatus intimatos in quolibet iudicio, uel per uſurpationem impertitos, penitus exprobretur. maluimus etenim prædictum aquæductum no ſtri palatij publicarum thermarum ac nymphæorum cõmoditatibus inſeruire. Et decernimus hanc diſpoſitionem modis omnibus in poſterum ſeruari: nemini licentia tribuenda ab eodem aquæductu precibus oblatis uſum aquæ petere, uel eũ audere perforare: ſcientibus his, qui quali bet ratione putauerint ad huiuſmodi emolumentum accedere, uel officio (ſi auſum fuerit in ſtruere) uel minus inſtructis precibus parere, centena pondo auri multæ nomine fiſcalibus rati onibus ſe eſſe illaturos. Super his ſancimus ſulcum publicarũ aquarum nullis intra decem pe des arboribus coartari, ſed ex utroq; latere decempedale ſpacium integrum illibatumq; ſerua ri. Præterea de plumbeis fiſtulis ducentibus ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas pro uidentiæ tuæ magnificentia factas fuiſſe cognouimus, eandem formã ſeruari cenſemus. etẽ memoratas fiſtulas thermis tantũ & nymphæis, quibus eminẽtia tua deputauerit, uolumus in ſeruire: facultate præbenda tuæ ſublimitatis apparitoribus circũeundi ſine formidine domus, ſuburbana, balnea ad requirendum, ne qua deceptio, uel ſuppreſſio, uel inſidiæ contra publi cam utilitatem à quoquam penitus attententur.

VII. *Iidem Auguſti.* Ad repa-

AD reparationem aquæductuum huius almæ urbis omnia uectigalia, quæ colligi possunt ex uniuersis calculis huius inclytæ urbis, & ex operarijs, qui * Cizicenici dicuntur, ad refectionem eiusdem aquæductus procedere: illo uidelicet obseruando, ut nemo eorum, qui ius aquæ possident, quamcunq; descriptionem sustineant. nam exsecrabile uidetur domos huius almæ urbis aquam habere uenalem.

VIII. *Imp.* ZENO. A.

HAc lege sancimus, ut si quis ampliſſimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, uel aquæ publicæ competens exstruendum, uel curandum putauerit conuertendum: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur. separatus uero arcarius aurũ aquæductus suscipiat gloriosissimorum consulum liberalitate, uel ex alijs titulis ad aquas publicas pertinentibus collectũ, uel postea colligendum.

IX. *Idem Augustus.*

DIligẽter inuestigare decernimus, qui publici ab initio fontes, uel cum essent ab initio fontes priuati, postcq; publice usum præbuerunt, ad priuatorum usum conuersi sunt, siue sacris apicibus per subreptionem impetratis, ac multo amplius si authoritate illicita nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut ius suum regiæ ciuitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minime sit priuatum, sed ad communes usus recurrat: sacris oraculis, uel pragmaticis sanctionibus aduersus commoditatem urbis quibusdam impertitis, iure cassandis: nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda ciuitatis iura profutura.

X. *Idem Augustus.*

DEcernimus, ne quid à quacunq; persona qualibet dignitate prædita contra muscularios aquæductus, uel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt, pertentetur. Sed & si quis clam uel palàm authoritate confisus de ijsdem paragogijs uel fontibus aquam traduxerit, uel clandestinis insidijs forte subripuerit publicis aquæductibus: eam restituere cõpellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet iuxta eosdẽ aquæductus plantari qualescunq; arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductus, quod & antiquis constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus uniuersis, quòd in posterum super huiusmodi commissis suburbanum, uel prædium, uel balneum, uel aquæ mola, uel hortus, ad cuius usum aqua publica fuerit deriuata: uel si quid ex his iuxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plantauit arbores aquæductibus noxias, & ad quemcũq; pertineat locum, uel hominem, uel domũ: proscriptionis titulo subiacebit, & fisci iuribus uindicetur: nulli super huiusmodi pœna nec per sacros apices uenia tribuenda. Vniuersos autem aquarios, uel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum huius regiæ urbis custodes deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signare decernimus, ut huiusmodi adnotatiõe manifesti sint oñibus, nec à procuratoribus domorũ, uel quolibet alio ad usus alios auellantur, uel angariarũ, uel operarũ nomine teneantur. Quod si quẽ ex ijsdẽ aquarijs mori cõtigerit: eũ nihilominus, qui in locũ defuncti subrogatur, signo eodẽ notari præcipimus: ut militiæ quodã modo sociati, excubijs aquæ custodiendæ incessanter inhæreãt, nec muneribus alijs occupentur.

XI. *Imp.* IVSTINIANVS. A.

DIuinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio super his, qui aquã sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatã hac etiã lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo uel in hac sacratissima ciuitate, uel in prouincijs, sine diuinis apicibus de sacro epistolarũ scrinio more solito edendis, & iudicio tuæ celsitudinis, uel alijs, quorũ interest, intimandis, aquam de publico aquæductu seu fonte trahere permittatur. his, quicunq; nostra iussa uiolauerint, seu uiolare concesserint, denarum librarum auri condemnatione, aliaq; grauissima indignatione feriendis.

DE GLADIATORIBVS. Tit. XLIII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

QUenta spectacula in ocio ciuili & domestica quiete non placent. quapropter omnino gladiatores esse prohibemus.

DE VENATIONE FERARVM. Tit. XLIIII.

Imp.

I Impp. HONOR. & THEOD. AA.

QCcidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neq; aliquam sinimus quenquam calumniam formidare. bestias autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitũ ducibus transmittũtur, nõ plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus. uiolatoribus eorũ quinas libras auri fisci iuribus illaturis.

DE MAIVMA. Tit. XLV.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

CLementiæ nostræ placuit, ut maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamẽ, ut seruetur honestas, & uerecundia castis moribus perseueret.

VTI ARMORVM VSVS INSCIO PRINCIPE interdictus sit. Tit. XLVI.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

NVlli prorsus, nobis insciis atq; inconsultis, quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur.

DE AGRICOLIS, ET CENSITIS, ET COLONIS. Tit. XLVII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NVnquam sationibus uel colligẽdis frugibus insistẽtes agricolæ ad extraordinaria onera trahãtur: cũ prouidẽtiæ sit oportuno tẽpore his necessitatibus satisfacere.

II. Idem Augustus.

SI quis prædium uendere uoluerit, uel donare: retinere sibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non possit. qui enim colonos utiles credunt, aut cũ prædijs eos tenere debent, aut profuturos alijs derelinquere, si ipsi sibi prædiũ prodesse desperant.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

QVisquis ex desertis agris ueluti uagos seruos liberalitate nostra fuerit consecutus: pro fiscalibus pensitationibus ad integrã terræ professionem, ex qua uidelicet serui manere uidentur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos obseruari uolumus, qui ex huiusmodi fundis seruos ad possessiones suas transire permiserint.

IIII. Iidem Augusti.

HI, penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis eisdem censitos esse constabit, uel per se uel per actores proprios recepta compulsionis sollicitudine implenda munera functionis agnoscant. Sanè quibus terrarum erit quantulacunq; possessio, qui in suis conscriptis locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huiusmodi præcepti cõmunione discernimus. eos enim conuenit propriæ commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore agnoscere.

V. Iidem Augusti.

DOmini prædiorum id, quod terra præstat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent: nisi consuetudo prædij hoc exigat.

VI. Iidem AA. & GRAT. A.

OMnes omnino fugitiuos adscripticios, colonos, uel inquilinos sine ullo sexus, numeri, cõditionisq; discrimine ad antiquos penates, ubi censiti atq; nati educatiq; sunt, prouincijs præsidentes redire compellant.

VII. Iidem Augusti.

QVemadmodum originarios absq; terra, ita rusticos censitosq; seruos uendi omnifariã non licebit. neq; uero cõmento fraudis id usurpet legis illusor, quod in originarijs sæpe est attitatum, ut parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cum soliditas fundorum uel certa portio ad unumquenq; perueniat: tanti quoq; serui & originarij transeant, quanti apud superiores dominos & possessores, uel in soliditate, uel in parte manserunt: & emptor precium, quod dederit, amissum existimet: & nihilominus uenditori ad repetendos seruos cum adgnatione eorum uindicatione concessa. & si aliqua denicq; ex causa dissimulauerit legis usurpare beneficium, arq; iste sub hac taciturnitate decesserit: & hæredibus eius, & cõtra hæredes emptoris uindicationẽ damus, lõgi tẽporis præscriptione submota. malæ fidei nanq; possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

Iidem

VIII. Iidem Augusti.

OMnes profugi in alieno latebras collocantes cũ emolumentis tributarijs, salua tamen moderatione, reuocentur: scilicet ut si homines, apud quos reperiuntur, alienos esse nouerãt fugitiuos, & profugis in lucrum suum usi sunt: hoc est siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, siue aliqua ab ijsdẽ sibi iuncta nouerunt, nec mercedẽ laboris debitã consecuti sunt: ab illis tributa, quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterũ si occultato eo profugi, quòd alieni esse uiderent, quasi sui arbitrij ac liberi apud aliquẽ se collocauerũt, aut excolentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt: cætera proprio peculio reseruantes, uel quibuscunq; operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis, quæcunq; debent, exigantur. nam manifestũ est priuatum iam esse cõtractũ. Si qui uero inter agricolas (ut assolet) ex quibuscunq; commercijs huiusmodi hominibus esse inueniunt debitores: coram partibus constitutis iudex ab obnoxijs, quod debetur, exposcat.

IX. Iidem Augusti.

IMmunitates specialiter datæ, & iugatio, & capitatio, libris publicis, & ciuitatum, aut prouinciarũ eucterijs sine aliqua probatione factæ penes fruentes ereptæ in functionẽ pristinã redeãt.

X. Iidem Augusti.

CVm antea per singulos uiros, per binas uero mulieres capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis uiris, mulieribus autem quaternis, unius pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanensium, & Amastrensium, & Armeniæ secundæ, Amasenorũ, Helenoponti, & Aeliocæsariẽsium, Cappadociæ secundæ urbis salubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis iubebit annecti.

XI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

ORiginarios colonos nullis priuilegijs, nulla dignitate, nulla census authoritate excusari præcipimus: sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino uel fundo esse reddendos.

XII. Iidem Augusti.

SEruos uel tributarios, uel inquilinos apud dominos suos uolumus remanere. Nam cũ metu damni deterritus unusquisq; eum, quẽ incognitũ habuit, à se cœperit propulsare: uoluntas fugiendi seruis nõ erit. Nemo enim dominũ suum deserit, sciens nusq; sibi latendi locũ esse derelictum. sed aut cognitum sibi ingenuũ unusquisq; suscipiat: aut eum, qui se liberum esse simulauerit, à se submouebit, metuens his, quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit repertus: duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator: ipsi autem, cuius fuerit, præter eundem fugitiuum, alterum etiam eiusdem æstimationis inferre decernimus.

XIII. Iidem Augusti.

DEfinimus, ut inter inquilinos colonosue, quorũ (quantũ ad originẽ pertinet uindicandã) indiscreta eademq; penè uidetur esse conditio, licet sit discrimen in nomine: susceptiliberi, uel utroq; uel alterutro parente censito, statũ paternæ cõditionis agnoscant. Illud etiã seruandũ est, ut si quando utriusq; fundi idem dominus de possessione referta cultoribus ad eã coloniam, quæ laborabat tenuitate, colonos transtulerit, ijdemq; fundi ad diuersorũ iura dominorum qualibet sorte transierint: maneat quidẽ facta translatio: sed ita, ut prædij eius dominus, à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum adgnationem restituat.

XIIII. Iidem Augusti.

SI coloni, quos bona fide quisq; possedit, ad alios fugæ uicio transeuntes necessitatẽ propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri, & tũc causam originis & proprietatis agitari.

XV. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

COlonos nunq; fiscalium nomine debitorũ ullius exactoris pulset intentio: quos ita glebis inhærere præcipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoueri.

XVI. Iidem Augusti.

MVlier, quæ fuisse originaria docebitur, si cuiuscunq; liberi hominis secuta consortium, in urbibus, uel in quibuscunq; locis uictura constiterit: eius omnem sobolem secundum uetera constituta conueniet reuocari.

XVII. Iidem Augusti.

PEr colonum præiudicium possessioni inuito uel inscio domino imponi non posse, & iure, & legum authoritate declaratur.

XVIII. Imp. VALENTINIANVS. A.

COlonos nulla ratione ad ullum, q̃uis humilioris militiæ, locum finimus admitti: sed nec apparitores magisteriæ potestatis censibus adscriptos probari concedimus: quia in hac parte & dominorum iuri, & publicæ consulimus honestati.

XIX. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni P. P.

LItibus imponẽtes celeritatẽ, sancimus si quando coloni cuiuscũq; cõditiõis cõtra dominos terræ proclamauerint, super hoc ipso dubitantes, utrũ is terræ dominus est, nec ne, an ipsi coloni dominiũ suæ terræ possident (eos tamẽ dicimus, qui nõ ex lõgo prolixoq; tempore uel longinqua & inueterata redituũ susceptione sufficientẽ habent cautelã: in quibus casibus ne cõtradicendi quidẽ licentia colonis relinquit̃, longi temporis præscriptione uel redituũ frequentissima cõsequentia colonorũ impetus excludente) talẽ esse super redituũ uel publicarũ functionum præstatione formã censemus, ut si tales coloni, quales prædiximus, idoneũ fideiussorẽ tantius summæ, quæ ab his dependit̃, præstiterint, quòd omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorũ iudicet̃, eis restituent: & talis fideiussor per triennũ accipiat̃, eoq; impleto iterũ renouet̃: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietent̃. Si autẽ hoc coloni minime facere uoluerint, uel potuerint: tunc ijdẽ reditus per officiũ iudicis annui exigant̃ per solita tẽpora, in qua etiã dependebant̃ dominis: & deponantur in æde sacra, uel in cimeliarchio ciuitatis, sub qua possessio sita est: uel si localis ecclesia ad susceptionẽ pecuniarũ idonea nõ sit, in Metropolitana ecclesia remaneãt cũ omni cautela, & post pleniss imã definitionẽ uel dominis dent̃, uel colonis restituantur. Sin aũt reditus nõ in auro, sed in speciebus inferãtur, uel in totũ, uel in partẽ: iterũ per officiũ iudicis fructus uendant̃, & precia eorũ secundũ prædictũ modũ deponantur. Hæc de reditibus definiẽtes ad publicas transeamus functiões. & si quidẽ coloni more solito eas dependant: ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præiudicio dominis generando, qui & quiescentibus colonis, & nõ contradicẽtibus ad publicũ tributarias functiones minime inferebãt. Sin aũt moris erat dominos totã summã accipere, & ex ea parte quidẽ in publicas uertere functiones, partẽ aũt in suos reditus habere: tunc si quidẽ fideiussor à colonis detur: eundẽ fideiussorẽ dominis sine p̃iudicio litis tantã summã inferre, quantã tributa publica faciũt, ut à dominis publicis rationibus persoluat̃: nullo ex hoc colonis p̃iudicio generando. super reditibus eñ domini fideiussiõe fiant cõtenti. Sin aũt fideiussiõe cessante, ad sequestrationẽ res ueniãt, & pecuniæ deponant̃: & ex earũ sũma tantã iudices separare, quantã ad publicas sufficiat functiões, & eã dispositionẽ dñm accipere, quatẽnus ipse eã p̃soluens, publicas accipiat securitates: reliqua quãtitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocãda, & litis terminũ exspectante: nullo præiudicio, siue colonis, siue dominis, ex huiusmodi fideiussiõe, uel sequestratione, uel publicarũ functionũ solutione generando: sed omni causa in suspenso manẽte, donec iudicialis sentẽtia, q̃ de toto negocio ꝓcedit, omnẽ rem aperiat, & ostẽdat quis dominus terræ cõstitutus sit, & ad quẽ publicarũ functionũ securitas debeat in posterũ fieri, seu reditus peruenire, uel pmanere. Recitata septies in nouo cõsistorio palatij Iustiniani. D. * Decio. v. c. cos.

XX. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitet̃, si quis ex adscripticia & seruo, uel adscripticio & ancilla fuisset editus, cuius status sit, uel quæ peior fortuna sit, utrũ ne adscripticia, an seruilis: sancimus ea qdẽ, q̃ in anterioribus legibus cauta sunt pro tali ꝓgenie, quæ ex mulieribus adscripticijs & uiris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, & sic sit adscripticia proles ex tali copulatiõe procreata. Si quis autẽ uel ex seruo & adscripticia, uel ab ancilla & adscripticio fuerit editus: matris suæ uẽtrem sequat̃, & talis sit conditionis, qualis & genitrix fuit, siue ancilla, siue adscripticia. quod hactenus in liberis tantũ & seruis obseruabatur. Quæ enim differentia inter seruos & adscripticios intelligatur, cum uterq; in domini sui positus est potestate: & possit seruum cum peculio manumittere, & adscripticium cum terra dominio suo expellere?

XXI. Idem A. Iuliano P. P.

CVm scimus nostra iura nolle præiudiciũ generare cuiquam circa cõditionẽ, neq; ex confessionibus, neq; ex scriptura, nisi etiã ex alijs argumentis aliquod accesserit incrementũ: sancimus solam confessionẽ, uel aliam quamcunq; scripturã ad hoc minime sufficere, nec adscripticiam conditionem cuiquam inferre: sed debere huiusmodi scripturæ aliquid aduenire adiutorium, quatẽnus uel ex publici census adscriptione, uel alijs legitimis modis talis scriptura adiuuetur. melius etenim est in huiusmodi difficultatibus ex pluribus capitulis cõditiones ostendi, & non solis confessionibus, neq; scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem est scriptura, & post scripturam confessio, seu depositio (sine ui &

ui & neceſſitate tamen)interuenerit(quid enim ſi conditionale inſtrumentũ,uel aliam chartulam,in qua ſubſcripſit,& intimauit,& inter acta depoſuit ſeſe colonũ fuiſſe adſcripticiũ) tunc ex utroq; genere obligationis,id eſt tam ſcripturæ,q̃ confeſſionis,uel depoſitionis talem eum eſſe credendũ,qualem & ſcripſit & inter acta depoſuit. Illud quoq; non ineleganter dubitabatur,ſi coloni filius per triginta annorum curricula,uel forſitan per quadraginta,ſeu ampliora, adhuc uiuente patre,& agriculturam peragente,ipſe in libera conuerſatione morabatur,& dominus terræ, quia per patrem ei ſatiſfiebat,non etiam præſentiã eius exigebat:an poſt obitum patris,uel poſtq̃ forte is inutilis exiſtebat & ruri non idoneus,poſſit excuſari filius longinqua libertate abutendo,& quod per multos annos neq; agrum coluit,neq; aliquid colonarij operis celebrauit:cum non poſſit dominus incuſari propter ſuam deſidiam,cui per patrẽ eius omne, quod uoluerat,accedebat. In omnibus itaq; huiuſmodi ſpeciebus ſatis acerbum nobis uidetur dño præiudicari colonorum abſentia,qui ruri nati,uel poſtea abſentes per ſuos uel patres, uel fratres,uel cognatos agriculturam peragebant. cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat:non uidetur neq; abeſſe,neq; peregrinari,neq; in libertate morari.maneat itaq; domino ius inconcuſſum,& donec eius uel antiquitas,uel poſteritas, uel cognatio in agrum remanet:ipſe uideatur ibi reſediſſe.

XXII. *Idem A.Ioanni P.P.*

CVm ſatis inhumanum eſt terram,quæ ab initio adſcripticios habebat, ſuis quodammodo membris defraudari,& colonos in alijs terris demorantes dominos terræ maximis damnis afficere:cenſemus,quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali curſu liberatur,ita nec adſcripticiæ conditioni ſuppoſitus ex annalibus curriculis;quãticunq; emanauerint,uel quacunq; prolixa negociatione aliquis ſibi uindicet libertatem:ſed remaneat adſcripticius,& inhæreat terræ.& ſi cælauerit,uel ſeparare ſe conatus fuerit:ſecundum exemplũ ſerui fugitiui ſeſe diutius inſidijs furari intelligatur,& ſit ſuppoſitus unà cũ omni ſobole ſua(& ſi in alia terra eam fecerit)huiuſmodi fortunæ & capitali illationi,nulla liberatione ei penitus competente. Cum autem Anaſtaſiana lex homines,qui per triginta annos colonaria detenti ſunt conditione,uoluit liberos quidem permanere,non autẽ habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare:& ex hoc quærebatur,ſi etiam liberi eorum cuiuſcunq; ſexus,licet non per triginta annos fuerint in fundis uel uicis,deberent colonariæ eſſe conditionis, aut tantummodo genitor eorum,qui per triginta annos huiuſmodi cõditioni illigatus eſſet: ſancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundũ præfatam legem liberos,& nulla deteriore conditione prægrauari:& ſancimus,non habere licentiam,relicto ſuo rure,ad aliud migrare,ſed ſemper terræ inhæreant,quam ſemel colendã eſſe patres eorũ ſuſceperunt. Caueant autem poſſeſſionum domini,in quibus tales coloni conſtituti ſunt,aliquam innouationem uel uiolentiã eis inferre.ſi enim hoc adprobatum fuerit,& per iudicem pronunciatum:ipſe prouinciæ moderator,in qua aliquid fuerit tale perpetratum,omnimodo prouideat & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt)eis reſarcire,& ſic ueterem conſuetudinẽ in reditibus præſtandis eis obſeruare. Nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum, ubi cõmorantur,relinquere. Et hoc tam in ipſis colonis,q̃ in ſobole eorum,qualiſcunq; ſexus uel ætatis ſit,ſancimus:ut & ipſa ſemel in fundo nata permaneat in poſſeſſione ſub eiſdẽ modis ijſdemq; conditionibus,ſub quibus etiã genitores eius manere in alienis fundis definimus. Nemini autem liceat uel adſcripticium uel colonum alienum ſcienti prudentiq; in ſuum ius ſuſcipere.Sed & ſi bona fide eum ſuſceperit, poſtea aũt repererit eum alienum eſſe conſtitutũ, admonẽte domino uel ipſius adſcripticij,uel terræ,& hoc faciente per ſe uel per procuratorem ſuum:hunc reſtituere eum cum omni peculio & ſobole ſua.& ſi hoc facere ſuperſederit:omnis quidem temporis,quod apud eũ remoratus eſt, publicas functiones ſiue terrenas ſiue animales pro eo inferre compelletur,necnõ cura & prouiſione tam eminentiſſimæ præfecturæ,q̃ præſidis prouinciæ coartetur etiam ſic ad reſtitutionem eius ſecundum ueteres conſtitutiones & pœnas in eis inſertas.

XXIII. *Idem A.Ioanni P.P.*

SI qui adſcripticiæ conditionis conſtituti mulieres liberas quacunq; mente aut quacũq; machinatione,ſiue ſcientibus,ſiue ignorantibus dominis,ſibi uxores coniunxerunt, uel poſtea coniunxerint:in ſua libertate permanere tam eas,q̃ prolem,quæ ex his cognoſcitur procreata,ſancimus:illo proculdubio obſeruando,ut ſi ex libero marito & adſcripticia uxore partus fuerit editus,is maternæ conditionis maculam,& non paternam ſequatur libertatem. Sed ne adſcripticij putent ſibi impunitum eſſe tale conamen,quod maxime uerendum eſt,ne liberarum mulierum nuptijs ab his excogitatis,paulatim huiuſmodi hominum conditio decre-

ſcat: ſancimus, ſi quid tale fuerit ab adſcripticio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum eius ſiue per ſe, ſiue per præſidem prouinciæ, talem hominem moderata corrigere caſtigatione, & abſtrahere à tali muliere. quod ſi neglexerit: ſciat in ſuum damnum huiuſmodi deſidiam reuerſuram.

DE CAPITATIONE CIVIVM CENSIBVS EXIMENDA. Tit. XLVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

PLebs urbana, ſicut in orientalibus quoq; prouincijs obſeruatur, minime in cenſibus pro capitatione ſua conueniatur, ſed iuxta hanc iuſſionem noſtram immunis habeatur.

IN QVIBVS CAVSIS COLONI CENSITI dominos accuſare poſſunt. Tit. XLIX.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

QVisquis colonus plus à domino exigitur, q̃ ante conſueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactũ eſt: adeat iudicem, cuius primũ poterit habere præſentiam, & facinus comprobet: ut ille, qui conuincitur amplius poſtulare, q̃ accipere conſueuerat, hoc facere in poſterum prohibeatur: prius reddito, quod ſuper exactione perpetrata noſcitur extorſiſſe.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

COloni cenſibus duntaxat adſcripti, ſicuti ab his liberi ſunt, quibus eos tributa ſubiectos nõ faciunt: ita his, quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt, penè eſt, ut quadam debiti ſeruitute uideantur adſtricti. Quo minus eſt ferendum, ut eos audeant lite pulſare, à quibus ipſos utpote dominis unà cum poſſeſſionibus diſtrahi poſſe nõ dubiũ eſt. quã de cætero licentiã ſubmouemus, ne quis audeat domini nomẽ in iudicio laceſſere: & cuius ipſi ſunt, eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcant. cũ enim ſæpiſſime decretum eſt, neq; de peculio ſuo cuiq̃ colonorũ ignorante domino prædij aut uendere, aut alio modo alienare licere: quemadmodũ contra eius perſonã æquo poterit iure conſiſtere, quẽ ne propria quidẽ leges ſui iuris habere uoluerint: & adquirendi tantũ, nõ etiam tranſferendi poteſtate permiſſa, domino & adquirere & habere uoluerint. Sed ut in cauſis ciuilibus huiuſmodi hominum genere aduerſus dominos, uel patronos, aditum intercludimus, & uocem negamus: exceptis ſuperexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis ſuper hoc interpellandi præbuerunt: ita in criminum accuſatione, quæ publica eſt, non adimitur eis propter ſuã ſuorumq; iniuriam experiundi licentia.

DE COLONIS PALAESTINIS. Tit. L.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

CVm per alias prouincias, quæ ſubiacent noſtræ ſerenitatis imperio, lex à maioribus conſtituta colonos quodam æternitatis iure detineat, ita, ut illis non liceat ex his locis, quorum fructu releuantur, abſcedere, nec ea deſerere, quæ ſemel colenda ſuſceperunt, neq; id Palæſtinæ prouinciæ poſſeſſoribus ſuffragetur: ſancimus, ut etiam per Palæſtinã nullus omnino colonorum ſuo iure uelut uagus ac liber exultet, ſed exemplo aliarum prouinciarum ita domino fundi teneatur, ut ſine pœna ſuſcipientis non poſſit abſcedere: addito eo, ut poſſeſſionis domino reuocandi eius plena tribuatur authoritas.

DE COLONIS THRACENSIBVS. Tit. LI.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PEr uniuerſam diœceſim Thraciarum ſublato in perpetuum humanæ capitatiõis cenſu, iugatio tantũ terrena ſoluatur. & ne forte colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis, uagandi & quo libuerit recedendi facultas permiſſa uideatur: ipſi quidẽ originali iure teneantur: & licet conditione uideantur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi, quo uelint, aut permutandi loca habeant facultatem: ſed poſſeſſores eorum iure utantur & patroni ſollicitudine, & dominij poteſtate. Si quis uero alienum colonum ſuſcipiendum retinendumue crediderit: duas auri libras

libras ei cogatur exsoluere, cuius agros transfuga cultor euacuauerit: ita, ut eundem cum oñi peculio suo & adgnatiõe restituat.

DE COLONIS ILLYRICIANIS. Tit. LII.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

COlonos inquilinosq; per Illyricum uicinasq; regiones abeundi rure, in quo eos originis adgnationisq; merito certum est immorari, licentiam habere non possе censemus. inseruiant terris non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorum: ita, ut si abscesserint, & ad alium transierint, reuocati uinculis pœnisq; subdantur. Maneat quoq; in eos pœna, qui alienum & incognitũ recipiendũ esse duxerint, tam in redhibitione operarũ & damni, quod locis, quæ deseruerant, factum est: quàm multæ, cuius modum in authoritate iudicis collocamus: ita, ut etiam dominus fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quòd incognitum sibi tenuerit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit: ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur. operarum præterea compendijs damnisq; præstitis in libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quẽ circa liberos colonos duximus retinendũ.

VT NEMO AD SVVM PATROCINIVM SVSCIPIAT rusticanos uel uicos eorum. Tit. LIII.

I. Imp. LEO. A. Erythrio P. P.

SI quis post hanc nostri numinis sanctionem in fraudem circumscriptionemq; publicæ functionis ad patrocinium cuiuscunq; conditionis confugerit: id, quod huius rei gratia geritur, sub prætextu donationis, uel uenditionis, seu conductionis, aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus, qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis: qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere. uicis etiam, uel possessionibus ad patrocinia confugientium publico uindicandis. Hæ autem personæ, quæ contra publicam utilitatem in clientelam suam susceпisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem, centũ auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris uero fortunæ facultatum suarum amissione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes ministerium suũ huiusmodi nefarijs artibus improba mente præbuerint. Quã formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio à diuæ memoriæ Martiano, promulgata continet: id est in Thracica quidẽ diœcesi abhinc annis triginta, hoc est à consulatu Aëtij. II. & Sigisbuldi: in orientali uero, & Aegyptiaca, & Pontica, & Asiana diœcesi uiginti sex, hoc est à consulatu Cyri ualere atq; exsecutioni mandari præcipimus.

II. Imp. IVSTINIANVS. A.

SI cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam uxorem, uel è contrario si cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno: tam tributarij, q̃ serui filios matrum sequi conditionem, earumq; more genitricum suarum dominis subditos esse censemus.

NE RVSTICANI AD VLLVM OBSEQVIVM deuocentur. Tit. LIIII.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

NE quis ex rusticana plebe, quæ extra muros posita capitationem suam detulerit, & annonam congruam præstat, ad ullum aliud obsequium deuocetur, neq; à rationali nostro mularum fiscalium uel equorum ministerium subire cogatur.

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

SI qui eorum, qui prouinciarum rectoribus obsequuntur, quiq; in diuersis agunt officijs principatus, & qui sub quocunq; prætextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequij quasi mancipio sui iuris imponant, aut seruũ eius uel forte bouem in usus proprios necessitatesq; conuerterint: ablatis omnibus facultatibus perpetuo subiugentur exilio: & nihilominus rusticanum, qui se in eiusdem opera sponte propria detulisse desponderit, par pœnæ seueritudo constringat.

NON LICERE HABITATORIBVS METROCOMIAE LOca sua ad extraneum transferre. Tit. LV.

I. Imp. LEO. Augustus.

SI NIllis, quæ metrocomiæ cõmuni uocabulo nuncupant, hoc adiiciendũ necessariò nostra putauit humanitas, ut nulli extraneo illic quoquo modo possidẽdi licẽtia tribuatur: sed si quis ex eisdem uicaneis loca sui iuris alienare uoluerit, non licere ei, nisi ad habitatorem adscriptum eiusdem metrocomiæ, per qualemcunq; contractum terrarum suarum dominium possessionemq; transferre: sciente persona extranea, quòd si contra uetitum se huic negocio immiscere, uel illic possidere tentauerit: quicunq; contractus initus fuerit, carebit effectu, & contracto soluto, si quid præstitũ est, hoc tantum reddetur.

VT NVLLVS EX VICANEIS PRO ALIENIS VICANEorum debitis teneatur. Tit. LVI.

I. Imp. ZENO. A.

GRaue est non solum legibus, uerum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes uicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

DE CENSIBVS, ET CENSITORIBVS, ET PERAEQVAtoribus, & inspectoribus. Tit. LVII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad populum.

QVoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt: iubemus, ut quisquis se grauatum probauerit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. D. XV. Kal. Febr. Romæ. Constantino. A. III. & Licinio COSS.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVisquis uitem succiderit, aut feracium ramorum fœtus uetauerit, quò declinet fidẽ censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus competenti indignationi subijciatur: illo uidelicet euitante calumniam, quem forte detegitur laborasse pro copia, ac pro reparandis agrorum fœtibus non sterilitatem aut inopiam procurasse.

III. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA.

SI peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit, aut colonum per contumaciam retractionis fugauerit: ad eum censuum modum, quem uel eo, uel procuratore illius absente, peræquator apposuerit: nostræ sanctionis authoritate tenebitur.

IIII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

OMne territorium censeatur, quoties defectorum leuamen exposcitur, ut sterilia atq; arentia his, quæ culta uel opima sunt, compensentur.

V. Iidem Augusti.

QVi grauatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares esse proclamant: competitionis habeant facultatem, ut quid remissum gratia, quidue interceptum fuerit fraude, conuincant: & ex eo leuamen accipiant, quòd per deformia & criminosa cõmercia sibi impositum esse deplorant, ut alijs demeretur: quòd intra annum post codicum oblationem, quo uidebitur, de iniusto conqueratur onere, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiã habita compensatione conuincat, ut quod ei fuerat superfusum, ille agnoscat, quod indebitæ functionis fraus clandestina subtraxerat. emenso autem eo tempore actio denegabitur: exceptis minoribus, qui fuerint indefensi. his etiam, qui abfuerunt reipublicæ causa: qui tamen ea tempora, quæ sunt statuta, custodient, ex quo ad agendum habuerũt facultatem.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PEræquatores ac discussores, si incurrerint culpam negligentiæ uel gratiæ, non solum bonorum iacturam, uerum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt. ea uero, quæ in damnum prouincialiũ fuerint accepisse cõuicti, in quadruplũ cogentur exsoluere.

VII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Apud

APud eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel esse traditam fuisse cõstiterit. reliqua uero temporis anteacti à nouo domino fiscũ postulare nõ patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis uero priuatus aut obligatã sibi possessionẽ, quæ deserta usq; nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure cõfirmat: allegatiões suas sine mora uel per se uel per aliam personã legibus ordinatam manifestare debebit: ita, ut si æquitatis ratione suadẽte, ad petitorẽ fuerit translata possessio: is, qui à peræquatore eã susceperit, rei melioratæ susceptis subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis donatiões semel constitutæ turbentur: sex mensium spaciũ censemus debere seruari, intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat actiones. Quòd si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum: nullũ penitus repetendi uolumus esse principium. Quòd si quis ex eo tempore, quo peræquator prædium alicui adiecit, de suo iure uel per se aut per homines suos nõ crediderit actitandum: sex mensiũ curriculis euolutis, in perpetuũ conquiescat.

DE OMNI AGRO DESERTO, ET QVANDO STERILES fertilibus imponuntur. Tit. LVIII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

CVm diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri: et pro his fundis, qui inuenire dominos nõ potuerũt, quos perceperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta, solennibus satisfacere: seruato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad susciendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus & territorijs diuidantur accepta.

II. *Idem Augustus.*

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati iuris quippiam cõparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & succisis quasi quarundam uirium neruis reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes desertorem in opem inutiles permanebunt.

III. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA.

QVicunq; deserta prædia meruerint, sub certa immunitate ad possessionem impetratorũ non prius sinantur accedere, cũq; uel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, uel fundis patrimonijj sui (maxime utilibus) obligatis, idonea cautione firmauerint susceptam à se possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

IIII. *Iidem* AA. & GRAT. A.

HAeredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: uel si renunciandum hæreditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex ijsdem bonis quocunq; titulo & iure perceperint.

V. *Impp.* VALENT. & THEOD. AA.

QVi utilia reipublicæ loca possidẽt, permistione facta etiã deserta suscipiãt: ut si eorum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt: cedat alijs curialibus, qui utraq; hac conditiõe retineãt, ut præstatione salua cũ desertis & culta possideant, sublata à pauperibus, quos iniquum est electa retinere, cum municipes grauatura sit pars relicta.

VI. *Iidem Augusti.*

QVisquis cõductor fuerit inuentus possessor fundi fertilis, qui ex publico uel templorũ iure descendit: huic ager iungatur inutilior. Quòd si contra id reluctandum existimauerit: alius possessor sub eadem præstatione quæratur. uel si uoluntarius, qui sit conductor, non inueniatur: tunc ad possessores antiquos, id est decuriones, uel quoslibet alios, loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur, idoneis fideiussoribus præstitis.

VII. *Iidem Augusti.*

QVicunq; desertũ fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneum q; præstiterit: saluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato iure defendat, & uelut domesticum & auita successione quæsitũ sibi habeat, suisq; relinquat: neq; eum aut promulgatione rescripti, aut reuerentia sacræ adnotationis quisq; à fructu impensi operis excludat. Cæterum eos, qui opimas ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas: pro deserta scilicet portione summam debiti præsentis iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine nec ad plenũ idoneas, nec omnibus modis uacuas detinẽt: sic ex illis quoq;, qui p̃sidio indigent,

gent,iustam ac debitam quãtitatem debere suscipere, ut indulto temporis spacio per biennũ decretum canonem soluendum esse meminerint.nemo tamen qualibet meriti & potestatis obiectiõe submoueatur,quo minus ad diacatochiæ uicem defectas possessioneis patrimonialis iuris accipiat,eorum tributa & canonem soluturus:illud speciali obseruatione procurans,ut primo uicinas & in eodem territorio sortiatur. dehinc si neq; finitimas,neq; in eisdem locis reperit cõstitutas:tunc demum etiam longius positas,sed in quantũ fieri ualet,pro interiecto spacio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat: ut id consensu omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

VIII. Imppp.VALENTIN.THEOD.& ARCAD. AAA.

QVi agros domino cessante desertos, uel longe positos, uel in finitimis,ad priuatum pariter publicumq; compendium excolere festinat:uoluntati suæ nostrum nouerit adesse responsum. Ita tamen,ut si uacanti ac destituto solo nouus cultor insederit, ac uetus dominus intra biennium eadem ad suum ius uoluerit reuocare:restitutis primitus,quæ expensa constiterit,facultatem loci proprij consequatur.nam si biennij fuerit tempus emensum:omnis possessionis & dominij carebit iure, qui siluit.

IX. Iidem AAA.& HONOR.A.

QVi fundos patrimoniales iure priuato canone saluo susceperint,hanc omnes sine ullius exceptione personæ propositam intelligant optionem,ut aut ea loca, quibus minor est soli fœcunditas,cum his,ex quibus fructus uberes capiunt,suscipere & tenere non abnuant:aut si eorum refugiunt sterilitatem,opimioribus cedant.

X. Impp.ARCAD.& HONOR.AA.

QVi per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt,cum quæstuosis uberibusq; pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem substantia.

XI. Iidem Augusti.

LOcorum domini intra sex menses edictis uocati reuertantur.qui si adfuerint,& propria teneãt:& ea,quæ ex præterito contraxerint, debita redhibere cogantur.Sin uero impares eſe earum rerum tributis propria confitentur absentia,nec adesse uoluerint:penes eos,qui hæc susceperint,& certum quem tributorum canonem promittant,proprietas possessionis interemerata permaneat:ut postq; ea exsoluerint,sciant sibi inquietudinem submouendam,nec subreptione cuiusq; competitionis loca,qnæ tenuerint,auferenda.quibus etiam illud indulsimus,ut ex eo tempore,ex quo primum loca,de quibus agitur,cœperint possidere:tributa poscantur.

XII. Impp.HONOR.& THEOD.AA.

HAc definitione sancimus,nullum possessorem,neq; munificum prædium pro alienis debitis uel destitutione esse retinendum:neq; eorum prædiorum defunctione prægrauari, quæ ex ijsdem bonis,quæ retinentur,nequaq; esse monstrantur: nec ullis præstigijs atq; commentis exactio mutiletur.

XIII. Iidem Augusti.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur.quorum si uicio probantur debita fuisse contracta,in absoluto est,ut debeat dominium commutari.

XIIII. Iidem Augusti.

RVra & possessiones,quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desidrijs suis uel reliquerũt,uel possidere alios permiserunt:penes eos,qui eas excoluerunt,& functiões publicas recognoscũt,firmiter perdurabũt,nullã habẽtibus curialibus copiã repetẽdi.

XV. Iidem Augusti.

SIquis deserta prædia,qnæ naualem sustinent functionem,& in desertis nunc usq; remanent, sub peræquatiõis iure perceperit:meliorę coditione in oñibus titulis cõuenit ea releuari,ut grauis sors nauis esse nõ possit pro ea,quæ resedit,portiuncula,cũ alijs fuerit dispẽdijs liberata.

XVI. Iidem Augusti.

SIquis authoritate nostri numinis de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit:firmiter eum uolumus possidere.sub eiusdem tamen canonis solutione,quem nostræ maiestatis authoritas per annos singulos soluẽdum esse præscripserit, nullãq; eos descriptionem,siue adiectionem,aut innouationem in posterum sustinere:quoniam nimis absurdum est eos,qui nobis hortantibus fundos inopes atq; egenos magno labore impenso aut exhausto patrimonio uix forte meliorare potuerunt,utpote deceptos inopinatum onus suscipere,illudq; uelut quadam circumuentione deposci,quod si se daturos præsciissent, fundos minime susciperent,aut etiam colere paterentur.

Imp.

XVII. Imp. VALENTIN. A.

IVbemus neminem curialem pro alieni territorij debitis detineri, sed tantum municipem pro gleba propria cõueniri.

DE FVNDIS LIMITROPHIS, ET TERRIS, ET PALVDIbus, & pascuis, & limitaneis & castellorum. Tit. LIX.

I. Impp. VALENTIN. & THEOD. AA.

IBerianus ad possibilitatem singulorum quorumcunq; locorum intuens, statuit certas possessiones, quæ ad limitem frumenta conueherent. quo circa generali lege sancimus Tiberiani dispositionem oportere obseruari, amouentes quidquid uel potentia cuiuscunq; elicuit, uel furtiua deprecatio: addentesq; nihilominus in futurum nulli licere aduersus utilem uetustatem & præsentem legem nostram importuna & respuenda reposcere.

II. Impp. HONOR. & THEODOS. AA.

QVicunq; castellorum loca quocunq; titulo possident, cedant ac deserant: quia ab his tantum fas est possidere castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas. Quòd si ulterius uel priuatæ conditionis quispiam in his locis, uel non castellanus miles fuerit detentator inuentus: capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

AGros limitaneos uniuersos cum paludibus, omniq; iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos ipsi curare pro suo compendio atq; arare consueuerant: & si in præsenti coluntur, ab his firmiter ac sine ullo concussionis grauamine detineri: & si ab alijs possidentur, cuiuslibet spacij temporis præscriptione cessante, ab uniuersis detentoribus uindicandos, ijsdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitus statutũ est) collationis onere uolumus adsignari. In his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obuiam uenire tẽtauerint, præscriptiõis pœna ualitura. Nã si quis forte, q̃d minime audere debuerat, emptionis titulo memorati iuris possidet prædia: cõpetens ei actio cõtra uenditorẽ intacta seruabit.

DE PASCVIS PVBLICIS ET PRIVATIS. Tit. LX.

I. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.

CVm nulla ratio sit, cur in pascuis saltibusq; rei priuatæ pensio debeat ampliari: ne quaq; pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. etenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus priuatis nostris à locorum pastibus arceãtur. quod fieri nõ oportere, diuæ memoriæ Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens authoritas tua conuentis prouinciarum rectoribus nõ eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates, sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

INsignis authoritas tua hac conditione à publicis pratis ac amœnis pascuis animalia militũ prohiberi præcipiat, ut uniuersi cognoscant de emolumentis eorũ tuiq; officij facultatibus duodecim libris auri fisci commodis exhibẽdas, si quisq; post hac memorata prata mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, si etiam prata priuatorum aut Antiochenorum fuerint deuastata. ita tamen, ut sine læsione prouincialium prouideant curiales, quo pacto animalium militarium pascuis consulatur.

III. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

PRata prouincialium nostrorum, & præcipue rei priuatæ nostræ, pernicioſum est militum molestia fatigari. Ideoq; lege ad amplissimã præfecturam promulgata censemus, ne hoc deinceps usurpetur. super qua re uniuersos, quorum interest, conuenire tua magnificentia non moretur: neq; permittat possessores uel colonos pratorũ gratia qualibet importunitate uexari.

DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS, ET SALTVENSIBVS, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. Tit. LXI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI quis fundos emphyteutici iuris ſalua lege fiſci citra iudicis authoritatem donauerit:donationes firmæ ſint:dum modo ſuis quibusq; temporibus ea,quæ fiſco penſitanda ſunt,repræſentare cogantur.

II. *Idem Auguſtus.*

PAtrimonialis fundi pēſitationem ſeu auratiam ſeu frumentariam intra tempus omiſſam minorum dominio nō nocere præcipimus:nec ad fraudem iuris eorum accedere,ſi quod ſolenniter debetur,paulo ſerius inferatur.ita tamen,ut permanente ſubſtantia paruulorum,iudex tutorē uel curatorem,per quem differtur illatio,negligentiæ ſuæ & deſerti officij pœnas exigat,& damna deplorare compellat.

III. *Impp.* VALENTIN.*&* VALENS.AA.

QVicunq; poſſeſſiones ex emphyteutico iure ſuſceperint,ea ad refundendum uti occaſione nō poſſunt,qua aſſerant deſertas eſſe cœpiſſe,tametſi reſcripta per obreptionem meruerint. ſed nec auelli eas ab his poſſe, nec ſi licitatio ab alio fuerit promiſſa:ſed eas in perpetuum apud eos,qui eas ſuſceperint,& eorum poſteritatem remanere,nec ſi ſuper hoc reſcriptū fuerit aduerſus eos impetratum.

IIII. *Imppp.* VALENS,GRAT.*&* VALENTIN. AAA.

FVndi patrimoniales,& qui ex emphyteutico iure ad domum noſtrā diuerſis generibus deuoluti ſunt,ſic eis,qui eos popoſcerint,cedūt,ut commiſſi metus eſſe nō poſſit. neq; enim magis commodamus noſtra,q̄ tradimus ea iure dominij.ita tamen, ut ea,quæ in noſtra poſſeſſione poſiti præſtiterint,& in poſterum ſoluant.

V. *Impp.* GRAT.*&* VALENTIN.AA.

SI qui à prioribus colonis,uel emphyteuticarijs deſtitutum patrimonialem fundum à peræquatore uel cenſitore ſuſceperint:perpetuo eundem atq; inconcuſſo iure poſſideant, nec quiſq; ſecundus petitor accedat.

VI. *Imppp.* GRAT.VALENT.*&* THEOD.AAA.

HI,quibus patrimoniales poſſeſſiones per Aſianam & Ponticam diœceſim uel à nobis, uel à diuis parentibus noſtris ſacra largitate donatæ ſunt,inconcuſſe poſſideant, atq; ad ſuos poſteros tranſmittant.quòd quidem non ſolum in hæredibus, ſed etiam in contractibus omnis generis uolumus cuſtodiri.

VII. *Iidem Auguſti.*

QVicunq; ad emphyteuſim fundorum patrimonialium uel reipublicæ iuſſu noſtri numinis uenerit:is,ſi redundantia fortunarum idoneus fuerit ad reſtituenda,quæ deſertis forte poſſeſſionibus requirentur,patrimonium ſuum publicis implicet nexibus.Si uero minor facultatibus probabit̄:datis fideiuſſoribus idoneis ad emphyteuſim accedat:ſcientibus his,quos talium rerū cura ſollicitat,in ſe neglegētiæ damna,ſi huiuſmodi cautio defuerit,eſſe uertēda.

VIII. *Iidem Auguſti.*

OMnes fundi patrimoniales per Meſopotamiam & Oſdroēnam prouincias,quos conſtat diuorum retro principum ſanctionibus limiti deputatos,ad ius priſtinum ſine ullius aſſertionis reuocentur obſtaculo,præbituri omnia,quæ antea impendenda neceſſitatibus limitis præberi cōſueuerāt:ita,ut nulli penitus audiant̄,qui aut reſcripto aut adnotatiōe dominiū, uel emphyteuſim,uel conductionē quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerunt.

IX. *Impp.* ARCAD.*&* HONOR.AA.

VNiuerſi cognoſcant, nihil priuato iure ſaluo canone fundis emptis cum patrimonialibus eſſe commune:ita,ut ad eos nunc̄q; patrimonialium fundorū peræquator accedat: graui multa feriendo eo,qui ſtatuta noſtræ clementiæ auſus fuerit temerare.

X. *Iidem Auguſti.*

FVndos patrimoniales eos duntaxat,qui ſaluo canone iure priuato noſtra liberalitate conceſſi ſunt,cum his patrimonialibus,qui in conditione propria conſtituti ſunt, illuſtris authoritas tua iubeat exequari:ita,ut releuato onere rei, quod imminet fatigatis, tranſlatio in eos,qui integris uiribus florent,& adſcriptio tributorum æqua lance diuidatur.

XI. *Impp.*HONOR.*&* THEOD.AA.

IVs emphyteutici prædij, quod ſine obligationis uinculo retentatum eſt, iudicio noſtro immutabile perdurare præcipimus.poſſeſſionem autem,quæ ſine obligatione ſpeciali fuerit uicioſa,uetuſtate temporis nolumus adiuuari.

XII. *Impp.* THEOD.*&* VALENT.AA.

POſſeſſores uel emphyteuticarij patrimoniales,qui fundos minime nuncuſq; comparauerunt,

runt,eodem largitatis modo nequaq̃ ad eorum comparationem urgeantur:ſed tanq̃ precijs depenſis ſic eis noſtri numinis beneficio potiantur,ut quod iuris alter inferendo precium conſecutus eſt,hoc noſtra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoq; ius, in quibus coluit prædijs,quod aut ex ſucceſſione,aut ex comparatione priuata,aut noſtri numinis liberalitate,aut quocunq; modo poſſedit,ſciat illibatũ intemeratuḿq; ſeruari:licentia ei concedenda etiam libertates mancipijs ex fundis patrimonialibus atq; emphyteuticarijs,cum fundo tum ſint domini,præſtare.

XIII. *Iidem Auguſti.*

NVlli iam in poſterum licere præcipimus patrimoniales,ſeu limitrophos, uel ſaltuenſes fundos,qui per tractum orientis poſiti ſunt,ad ius tranſferre priuatum:ſiue dempto,ſiue ſaluo canone iuris fundorum immutatio poſtuletur:legis temeratores quinquaginta librarũ auri pœna coërcentes,tam uidelicet petitorem,q̃ officium,quod petitionem concedit admitti:licet adnotatio noſtra,uel diuina pragmatica contra uetitum proferatur.

XIIII. *Imp.* ANASTASIVS.A.

IVbemus omnes,qui in quacunq; diœceſi,aut quacunq; prouincia,uel quolibet ſaltu,uel ciuitate fundos patrimoniales,uel templorũ,aut agonothetici,ſeu releuatorum iugorum,uel cuiuſcunq; iuris per quadraginta iugiter annos: poſſeſſione non ſolum eorum, qui nunc detinẽt, uerum etiam eorum,qui antea poſſederant,computanda:ex quocunq; titulo,uel etiam ſine titulo hactenus poſſedere,uel poſtea per memoratum quadraginta annorũ ſpacium poſſederint:nullã penitus ſuper dominio memoratorũ omnium fundorũ uel locorum,uel domorũ à publico actionem,uel moleſtiam,aut quamlibet inquietudinem formidare:ſed impoſitum canonem pro qualitate iuris,cuius prædia ſunt,uel loca,per ſingulos annos ſoluentes,pro certo habeant ſuum eſſe,quod poſſident,uel poſtea poſſederint. Ita, ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam quæſtionem nudæ ex quocunq; titulo,uel etiam ſine titulo, corporalis quadraginta annorum iugis poſſeſſionis exceptio poſſit ſufficere.hoc etiam adijciendo, ut illi quoq;,qui adempto canone huiuſmodi fundos ab initio principali iuſſione datos ſibi fuiſſe cõfirmant,ſi per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter poſſederunt:neque canonẽ,cuius ademptionem quadraginta(ſicut dictum eſt) annorum poſſeſſio teſtatur,poſſint penitus profligari:eò,quòd noſtræ pietati placuit,in utroq; caſu,id eſt tam ſaluo,q̃ adempto canone,poſſeſſorum noſtrorum iura in eo ſtatu,in quo per quadraginta annos(ſicut dictum eſt)iugiter manſerunt,abſq; ulla innouatione durare.

DE MANCIPIIS, ET COLONIS PATRIMONIALIVM, & ſaltuenſium,& emphyteuticorum fundorum. Tit. LXII.

I. *Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA.

EMphyteuticarios grauant coloni agros præter conſuetudinem uſurpantes,quos nullis culturis erudierunt:cum ſolẽnitas id eos attrectare permittat,quod eorum labore uel oliuetis eſt inſitum,uel uineis.ſed & irriguas fontium aquas uſurpare conantur,quarum fructus ſolis emphyteuticarijs debentur.Ideoq; placuit, ut de inceps aquarum ius poteſtasq; penes emphyteuticarios permaneat: tantumq; ex eis colonis impertiatur,quantũ culturis eorum agrorum ſufficere manifeſtum eſt,quos ipſi colunt.pro modo autem ſuperfluæ irrigationis,quam ultra culturas ſuas uſurparint, emphyteuticarijs poſſeſſoribus penſiones acceſſionesq; præbeant.

II. *Imppp.*VALENS, GRAT. *&* VALENT.AAA.

LIbertates, quas mancipijs ex fundis patrimonialibus atq; emphyteuticis,qui fundorum nõ ſunt domini,præſtiterint:rationales huius præcepti authoritate reſcindant.

III. *Imppp.* GRAT. VALENT. *&* THEOD. AAA.

COgnouimus à nõnullis,qui patrimoniales fundos meruerũt,colonos antiquiſſimos perturbari,atq; in eorum loco uel ſeruos proprios,uel alios colonos ſubrogari.edicti itaq; huius authoritate ſancimus eos,qui deinceps aliquid crediderint huiuſmodi attentandum,ĩſdẽ poſſeſſionibus eſſe priuandos.

IIII. *Iidem Auguſti.*

SVper patrimonialium refectione fundorum dudum noſtris eſt legibus conſtitutum,ut hi, qui eos colentes ſolum eorum uertant,nũc ad alia ſe loca dirigentes,nunc ad militiam conuolantes,ad auitas conditiões & ppria iura reuocent̃.Cæterũ eos,q; caſtrẽſibus ſtipendijs ocia quieta meruerũt,ueterani cõſtituti, nequaq̃ placet tela in uſum uomeris & ligonis cõuertere.

DE FVGITIVIS COLONIS PATRIMONIALIBVS, SALtuensibus,& emphyteuticis. Tit. LXIII.

I. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA.

QVicunq; paruuli ex municipibus,uel colonijs patrimonialibus ,uel saltuensibus, quorum tantum aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, conuentia militaris officij ad stipendium castrense,uel officia diuersa transierint: ad munera patriæ,uel ad agrorum cultus conuentis ducibus,tribunis,ac præpositis reuocentur,neq; his stipendia data prosint.

II. Idem AAA. Cynegio P. P.

QVisquis colonum patrimonialem,aut sollicitatione susceperit,aut occultatione cælauerit:non solum ipsum restituere,sed etiã libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. P P. VIII. Kal. Nouembr. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio COSS.

III. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

CViuscunq; adnotationis,uel oraculi dudũ impetrati,uel postea eliciendi authoritate submota:omnes,quos patrimonialium agrorum uinculis fortuna tenet adscriptos,sub quibuslibet gradibus militantes,ad prouinciæ moderatoris iudicium ilico sub idonea intercessione mittentur.

DE COLLATIONE FVNDORVM PATRIMONIALIVM & emphyteuticariorum. Tit. LXIIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

EMphyteuticarij possessores,qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera ,sicut cæteri prouinciales obsequium suum itineribus muniendis impendant.nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est,seiungi.

II. Idem Augustus.

PAtrimoniales fundos extraordinarijs oneribus,uel mediæ,aut tertiæ portionis obsequijs fatigari nõ conuenit:cum eosdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum constet persoluere:ita,ut qui uiolare statuta tentauerit, puniatur.

III. Imp. IVLIANVS. A.

OMnes,qui patrimoniales fundos,siue communiter,siue ex asse retinent,pro his conueniendi sunt ad uniuersorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portiõe, uel in solidũ functiones,sicut unumquẽq; priuatorũ necessitas publicæ pensitatiõis adstringit.

IIII. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

PLacuit,ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumq; possessores,quo uoluerint tẽpore,& quantum habuerint pensionis paratum(dũmodo nõ amplius,q; in tribus per singulos annos uicibus)officio rationalis adsignent,ac de susceptо ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant:modo ut intra Ianuariarum iduum diem omnis summa ratiocinijs publicis inferatur:grauissimæ pœnæ subdendo officio,si cuiquã quolibet anni tempore (dummodo nequaq; numerum ternæ illationis excedat)solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium, uel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo. super quo possessores,aut procuratores,uel magistratus,aut quicũq; in locis fuerint,qui conficiendorum actorum habeant potestatem,conueniat contestari,ut & de officij insolentia constet, in quo exercenda uindicta est, & his possit esse consultum.

V. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PEr omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinarijs iudicibus canon exigatur, & quidquid exactum fuerit ,dirigatur. Sciant uero memorati iudices nihil sibi ex priuatæ rei canone,uel ex eo,quod ex ijsdem titulis contigerit,ad necessitates alias transferendum: nisi maluerit grauissima seueritate eorum licentiam coërceri.

DE FVNDIS REI PRIVATAE, ET SALTIBVS diuinæ domus. Tit LXV.

I. Imp. CONTANTINVS. A. Vniuer

VNiuersi cognoscant has possessiones,quas de fisco nostro comparauerunt,seu cõparant,nullo à nobis iure retrahi:sed propria firmitate possessas etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti.

II. Impp.VALENTIN.& VALENS.AA.

HI,quos commoditas priuatæ rei prædiorum ad ea postulanda sollicitat,adeaut tuæ dignationis officiũ, & modũ suæ deliberationis indicent per libellos,certumq; habeãt, quòd unaquæq; uilla cum eo onere uel forma,cui nunc habetur obnoxia,ad noui domini iura migrabit: ut si quid adiecerit sumptus cura uel solertia, si quid mancipiorum uel pecoris adcreuerit,capitationis aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis hæredibusq; dominorum sit cessura felicitas.Si quis autem in annis singulis non soluerit debitum:ex re ipsius, quòd in reliquis remãsisse claruerit,sine aliquibus dependere cogatur inducijs.Sanè si quem postea minus idoneum factũ esse constabit,nec ita,ut expedit,rationẽ reddere pensionis:res, quas ex nostris rebus acceperat,ad alium idoneum iure,quo sancimus,transferentur:nec tamen decoctionis cuiuscunq; reliquis,qui nouus accedet, onerabitur.

III. Impp.GRAT.& VALENTIN.AA.

QVicunq; possessionem rei priuatæ nostræ acceptam suo nomine,uel iure perpetuo, uel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam,qui pensare utilitatem patrimonij nostri soluẽdo nõ ualeat: is pro eo,quem succedaneũ subrogauit,perpetuæ solutiõi statuat obnoxius.

IIII. Imppp.GRAT.VALENT.& THEOD.AAA.

VNiuersi fundi templorum ad rationalium rei priuatæ sollicitudinem curamq; pertineant,atq; ab his anniuersarijs solutionibus postulatis, peculiari (ut semper fuit) studio defendantur.

V. Impp.ARCAD.& HONOR.AA.

VSus aquæ, qui fundorum nostrorum utilitatibus seruiebat, plurimorũ dicitur usurpatione sublatus:perq; id procuratorum conniuentia uel dissimulatione perfectum,ut agrorum fertilitas destituta nullos fructus cultoribus præstet.Quia igitur satis iniustum est statum florentis ante patrimonij aridæ sitis molestia fatigari:ad meatus pristinos uniuersum aquæ motum,temporis præscriptione submota,præcipimus reuocari.

VI. Idem Augusti.

EVm,qui collegio,uel curiæ,uel burgis,cæterisq; corporibus per triginta annos sine interpellatiõe seruierit:res dominica uel intentio priuata nõ inquietabit,si colonatus uel inquilinatus quæstionẽ opponere tentauerit:sed in curia,uel in corpore,in quo seruierit, remaneat.

VII. Impp.THEOD.& VALENTIN.AA.

NEmo dempto canone ad comparationem dominicæ possessionis accedat. Quòd si quis in posterum ad interdictum contractũ accesserit:eum uolumus precia perdere perpetuò, nec expensarum uel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem opponere, nec temporis sibimet contra nostra commoda præscriptione(excepto uetustatis auxilio)blandiri. Palatinum etiam officium, quoquo modo cõtractus eiusmodi fuerit celebratus,uel si talẽ petitionem instruxerit,quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ,nulla sanctione cõtra tanta rei priuatæ cõmoda ualitura.licet adnotatio,uel diuina pragmatica sit,quæ contra uetita canonem uendere cõcedat,uel pœnam Palatino remittat officio.

DE FVNDIS ET SALTIBVS REI TAMIACAE.
Tit. LXVI.

I. Imppp. VALENT.THEOD.& ARCAD.AAA.

SI quis ouium uel equarum greges in saltus rei tamiacæ alienus immiserit:fisco illi co uindicentur. Quòd si uenalis procuratorum conniuentia,ut id deinceps tentetur,admiserit:eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.

II. Impp.THEOD.& VALENTIN.AA.

SI qua loca ad sacrum tameium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit: secundum ueteris census fidem in sua iura retrahantur:rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione longi temporis, & noui census præiudicijs in hac causa submouendis. neq; enim aut precatio colorata,aut incubatio diuturna,aut nouella professio proprietatis nostræ priuilegium abolere potuerunt.

DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS DOMINICIS VEL FI-ſcalibus rei publicæ uel priuatæ. Tit. LXVII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NVllus omnino originalis colonus rei priuatæ noſtræ ad aliquos honores, uel quæ libet alia ciuitatis munera deuocetur. non enim ciuitatum ordinibus & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc ſuprema præſidia iniurioſa nominatione deſcendendum eſt.

II. Idem Auguſtus.

COlonos noſtros, qui priuati ſunt, uel ad ratiocinia gerenda, uel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantum colendis noſtris rebus addici. Quin etiam in poſterum obſeruari, ne quis eorum rem priuatam cuiuſquã gerendam, aut aliquid adminiſtrandũ ſuſcipiat.

III. Idem Auguſtus.

SErui, atq; coloni, eorum etiam filij, uel nepotes, uel quicunq; de fundis ac poſſeſſionibus noſtris clanculo ad officia cõuolauerint diuerſa, reddant etiã ſi armatæ habuerint ſacramẽta militiæ. nos enim etiam eos diſcingi iubemus ac reddi, qui protectorum fuerint nomẽ adepti.

IIII. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

EX ingenuo & colonis ancillisq; noſtris natos natasúe origini, ex qua matres eorum ſunt, facies deputari.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

DOminicos colonos neq; ad deſcriptionem patimur deuocari, neq; extraordinarias pati functiones: maxime cum aduerſus conſuetudinẽ memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

QVoties alicui colonorum agrum priuati patrimonij noſtri placuerit uenundari: nõ unus tantum, qui forte conſortibus ſuis grauis ac moleſtus exiſtat, ſed alij quoq; duo uel plures ex ſimili origine ac iure uenientes in ſupradicta emptione ſocientur.

DE PRAEDIIS TAMIACIS, ET HIS, QVI EX COLONIS tamiacis, alijſq; liberæ cõditionis procreant. Tit. LXVIII.

I. Imp. ZENO. A.

SI liber colonus, uel colona libera tamiaco uel tamiacæ matrimonij iure copulẽtur: filij uel filiæ ex huiuſmodi contubernio procreati uel procreatæ, colonis dominicis adnectẽtur. Si autem adſcripticius uel ſeruus alienus colonam uel ancillã tamiacam ducat in uxorem, uel adſcripticia uel ancilla colono uel ſeruo nubat tamiaco, & ex huiuſmodi coniunctionibus nati ſunt liberi: ueterum legum ius tenere ſancimus.

II. Imp. IVSTINIANVS. A.

MEminimus pragmaticam ſanctionem iuſſiſſe fundos tamiaci iuris in prouincijs poſitos necnon etiam poſſeſſiones * gomãticij ſaltus ſub certa forma (ſaluo ſcilicet canone & tributarijs collationibus) ijſdem prædijs impoſitis, uolentibus diſtrahi, quatẽnus quidquid ex precijs memoratorum fundorum poſſit reſtitui, publico inferatur. ſed licet per eandem ſanctionem huiuſmodi uenditionum contractibus pleniſſima delata ſit cautio: attamen perpetuæ emptionis ſecuritati conſulentes, huius etiam perpetuæ conſtitutionis authoritate muniri eoſdem emptores præcipimus.

DE DIVERSIS PRAEDIIS VRBANIS ET RVSTICIS TEMplorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili. Tit. LXIX.

I. Imp. IVLIANVS. A.

PRo ædibus, quas nonnulli in ſolo reipublicæ exſtruxerint, placitam præſtare pensionem cogantur.

II. Idem Auguſtus.

PAmphyliæ etiam ciuitates & quæcunq; aliæ, quidquid ſibi adquirant, id ſimiter teneant.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

REſtaurationi mœnium publicorũ tertiam portionem eius canonis, qui ex locis fundiſúe reipublicæ annua præſtatione confertur, certum eſt ſatis poſſe ſufficere. Iidem

IIII. Idem Augusti.

EOs,qui actione prima fundorum iuris patrimonialis siue templorum possessores effecti sunt,uel fuerint,firmum dominium tenere decernimus,ne ulterius uacillet uniuscuiusq; possessio,sed teneat quisq; ius proprium,quod dato precio roboratum est,uel fuerit.

V. Imp. VALENTINIANVS. A.

SI quis ex titulo donationis uel emptiõis,siue ex alio q̃libet titulo possessiões,uel domus,uel ergasteria iuris dũtaxat ciuilis,quæ huius iuris esse uere ꝓbant̃,cuiuslibet ciuitatis & præcipue huius æternæ urbis,cui maiorem debemus fauorem,tam ciuilis(ut dictum est)iuris,q̃ etiã agonotheticas possessiones â consulatu Ausonij & Olybrij,dempto ciuili canone, acceperunt: eos impositum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis,ad quam eædem res pertinuerint,præbere iubemus.Nam si priuati iuris debita nõ patimur denegari:multomagis præbenda sunt ciuitatibus,quæ iure debentur:cum sufficiat possessoribus,quòd apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent,uel nunc̃q; ademptum,uel postea impositum:ad hanc iussionem non pertinebunt,sed priuato ærario canonem,quem nunc agnoscunt,inferre ex more debebunt:dominio firmiter apud eos successoresq; eorũ & detentatores pari modo permanente.

VI. Imp.ZENO.A.

HAc in perpetuum ualitura lege sancimus,Nicæensiũ ciuitati seu habitatoribus eius tam ius exactionis quadraginta solidorum annui canonis ciuilis reditus ad suam patriam pertinentis,& possessoribus,id est Callimacho & Eliburno,necnon Emptorio,& Veratorio cum Epotio eorum sub territorio Apamenæ ciuitatis constitutis ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui:q; si quid,ex quo sanctio Martiani diuæ memoriæ lata est,ad eiusdem ciuitatis præiudicium gestum est,infirmari:& quod ex eadem prouisione ciuitatibus delatũ interea qualibet occasione minutum est,ex authoritate constitutionis nostræ serenitatis eiusdem ciuitatibus redhiberi:ita,ut nec iudiciaria authoritas,nec imperiale rescriptum quacunq; uidelicet adiectione munitum,sæpedictæ generalis legis uires possit refringere. quòd si quis aliter fecerit:graui pœna plectetur.

DE LOCATIONE PRAEDIORVM CIVILIVM, VEL FIscalium,siue templorum,siue rei priuatæ,uel dominicæ. Tit. LXX.

I. Imppp. GRAT. THEOD. & ARCAD. AAA.

DIui patris nostri aperta præceptione cauetur,fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuarijs,ut periculo collocantium officiorum̃q; tradantur.neq; enim quidq̃ potest ex deuotionis plenitudine uacillare,si apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione est munita, quorum si alterum,uel utrunq; neglectum est:quæ ex hoc titulo pensitatio canonica defideratur,ex officiorum facultatibus seruetur.

II. Idem Augusti.

FVndi reipublicæ ab his,qui nec titulo conductionis eos detinẽt,neq; meliores cultu patrocinante reddiderunt,ne nostrarũ quidem sanctionũ(si forte quispiam per subreptionẽ meruerit)nutibus auferant̃:iuxta legem ueterẽ semel tantũ licentia faciendæ addictionis indulta.

III. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

LOca omnia fundiúe reipublicæ,propositis prius licenter edictis,dehinc ubi in eum canonis modum contendentium augmento subcreuerint,ut extendi ultra,aut superari ab alterius oblatione non possint:perpetuarijs conductoribus locentur.

IIII. Idem Augusti.

CONgruit æquitati,ut ueteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur,si facta nobis per alios augmenta suscipiant.

V. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

PRædia domus nostræ si semel iure perpetuo,uel nostra præceptione, uel authoritate illustris uiri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint, uel iam dudum sint collata: ad aliũ transferri petpetuariũ nõ oportet.aperte enim definimus hoc edicto,ut â ꝑpetuario nunc̃q; possessio transferat̃,etiã si alteri eam imperator uel exoratus uel sponte donauerit,siue adnotatiõe, siue pragmatica. Cui si forte contra perpetuariũ uir illustris comes priuatarũ rerũ,dũ allegabit̃, adqui-

adquieſcet:& de proprio ipſe centum libras auri,& alias centum fiſci iuribus Palatinum inferre cogetur officium.nec tamen poſt allegationem habebit huiuſmodi iuſſio firmitatem, ſed nec locabitur alteri,licet ingenti ſuperari uideatur augmento poſſeſſio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius ſecurus ſit:& intelligat neq; à ſe,neq; à poſteris ſuis,uel his, ad quos ea res uel ſucceſſione,uel donatione,ſiue uenditione,uel quolibet titulo peruenit, ſiue aliquando peruenerit,eſſe retrahendam.Sanè quia non ex omni parte excludenda eſt largitas principalis:rem diuinæ domus ſuæ imperator(ſi uelit) donabit ei,qui eam poſſidet iure perpetuo:ſiue ipſe iam meruerit, ſiue cuiuſlibet tituli iure ſucceſſerit.uidetur eñ ſuam cõcedere poſſionem, non alteri nocere liberalitas, quæ poſſidentem iure perpetuo dominũ eum uult uocari.Sanè ſi quis nõ perpetuo iure,ſed ad tempus locatam ab illuſtri uiro comite rerum priuatarum poſſeſſionem uidetur adeptus:nõ erit obſtaculo principali largitati,ſi uoluerit in alterũ donationem tranſferre,quod ad definitum tempus alter forte conduxit.Si uero pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum:ſit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata eſt:ut ſi ipſe,quod alter adiecit,obtulerit,maneat penes eum temporalis illa cõductio.Si uero idem hanc ipſam rem aliquando meruerit iure perpetuo poſſidere: habebit & ipſe ſuperius expreſſam perpetuam firmitatem.

DE CONDVCTORIBVS, ET PROCVRATORIBVS, SIVE exactoribus prædiorum fiſcalium,& domus auguſtæ. Tit. LXXI.

I. Imp.THEODOSIVS.A.

CONductores hominesúe auguſtiſſimæ domus noſtræ,quoties de cauſa ad domũ regiam pertinente aliquid quæſtionis emerſerit:non aliter,q̃ ex legum ordine, quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur,uel excipiant,uel inferant actiones.nec aliorum litigatorum negocio intercedant,nec ſententiam iudicantium, aut illicito patrocinij ſui fomite iura conturbent, nulliũe exſecutionis ſuæ turbulentum miniſterium audeant commodare:non priuatis ſe negocijs, non publicis miſceant: nec quieſcentem domũ delatio ulla ſollicitet,ne eos incõſultæ pertinaciæ ſero pœniteat. grauior enim pœna cõſtituenda eſt in hos,qui noſtri iuris ſunt,& noſtra debent cuſtodire mandata.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM PRAEDIORVM FIſcalium accedere non licet. Tit. LXXII.

I. Impp.ARCAD.& HONOR.AA.

NVllus Palatinorum,qui in officio rei noſtræ priuatæ militat,conductionis nomine uel per ſe uel per quamlibet perſonam poſſeſſionum huiuſmodi conducendarum habeat facultatem:cum neq; militi,neq; curiali hoc faciendũ permittimus.

DE COLLATIONE FVNDORVM FISCALIVM, VEL REI priuatæ,uel dominicæ,uel ciuitatis,uel templorum. Tit. LXXIII.

I. Impp.ARCAD.& HONOR.AA.

ORdinariorum iudicum officijs,necnon ipſis rectoribus prouinciarum auctores ſiue conductores dominicos conueniendi licentiam damus:ita tamen,ut rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiſcalia debita immineant.

II. Idem Auguſti.

PAlatinos,qui à uiro illuſtri comite rerum priuatarum cum publicis literis deſtinantur ad commonitionem iudicis,quò facilius ex prædijs rei noſtræ conferantur debitæ penſiones: cũ ſumma degere præcipimus diſciplina.de quorũ nominibus,ſi temere uerſati fuerint,ad ſublimitatẽ tuã referri per ordinarios iudices oportebit,ut in eos ſeueriſſime uindicet.

III. Idem Auguſti.

OMnia prædia tam ea,quæ in re priuata olim detinentur,quàm illa, quæ ex proſcriptorũ bonis ad fiſcum ſunt deuoluta:eatenus ab huiuſmodi priuilegijs & excuſationibus ſubmoueantur,ut omnes ſpecies annonarias,curſitationes etiam debitas,atq; integram opinionẽ ſciant eſſe ſoluendam.

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTAE, VEL REI PRIuatæ,& quarum collationum excuſationem habent. Tit. LXXIIII.

Imp.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

PRiuatas poſſeſſiones noſtras ab uniuerſis muneribus ſordidis placet immunes eſſe: neq; earum conductores, neq; colonos ad extraordinaria munera, uel ſuperindictiones aliquas conueniri.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

REm priuatam noſtram leuandorum prouincialium cauſa canonicas neceſſitates ea conditione, qua cunctos uolumus ſuſtinere, ſed exceſſit occaſio iuſſionem: quando quidem non locis ſolitis frumenta, quæ ſunt ex diuerſis ſaltibus cõuehenda, trahantur: ſed eò uſq; portentur, quo graue atq; damnoſum eſt prouehere. Proinde ſpectabilis ſynceritas tua remanentes in ijſdem locis implere faciat proprias functiones, quibus antea præbebant frumenta.

III. Imp. HONOR. & THEOD. AA.

PRo tyronibus in corporibus poſtulatis precia conferri ex fundis perpetuarijs noſtræ rei priuatæ præcipimus.

IIII. Idem AA. Aſclepiodoto P. P.

ABſit, ut nos inſtructiones uiæ publicæ, & pontium, ſtratarumq; opera titulis maiorũ principum dedicata inter ſordida munera numeremus. Igitur ad inſtructiones reparatiõesq; itinerũ pontiumq; nullum genus hominum, nulliusq; dignitatis ac uenerationis meritis ceſſare oportet. domos etiam diuinas tam laudabili titulo libenter adſcribimus.

V. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

EXcepto patrimonio pietatis noſtræ, cuius quidem reditus neceſſitatibus publicis frequentiſſime deputamus, uniuerſos poſſeſſores functiones in ſuperindicti titulis abſq; ullius beneficij exceptione cognoſcere oportere cenſemus.

DE GREGE DOMINICO. Tit. LXXV.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PRopoſitis edictis ſublimis magnificentiæ tuæ minimi maximiq; moneantur, ut ſciant ſingulas libras auri ex propriis facultatibus ſeruãdas pro ſingulis equis uel equabus, ſiue Hermogenianis, ſiue Palmatijs, niſi ſponte eos obtulerint. in his uero, quos ex alijs gregibus occupatos eſſe conſtiterit, ſex auri uncias fiſci iuribus inferendas.

DE PALATIIS ET DOMIBVS DOMINICIS. Tit. LXXVI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

COnſecratas nobis ædes, id eſt inclyta palatia, ab omni priuatorum uſu & communi habitatione excipimus.

DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSI uel *Perſeis per Aegyptum non excidendis uel uendendis. Tit. LXXVII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

SI quis Daphnenſis luci in Syria, uel *Perſeis in Aegypto arborem comparauerit: quinq; libris auri nouerit ſe eſſe multandum: non minore diſpendio & illo ferendo, qui uendere arbores auſus fuerit, quas nõ licet emptoribus comparare.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA.

OMnes iudices cuiuſcunq; dignitatis, ſciant poſthac abſq; permiſſu magnitudinis tuæ arborem ex Daphnenſi luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi, uel quolibet modo laſas tranſferendi licentiam ſibimet denegandam. ſed nec à luco uel à *litore unam cupreſſum alijs plantatis excidere ſibi licere contendat. ac ne ſolatio antiquitus ei cõceſſo priuari per oñia uideatur: pro eo, quòd ei cupreſſum excidere denegatur, unam libram auri eundem priuatis noſtris largitionibus excipere decernimus: * quinq; librarum auri cõdemnatione huius legis temeratorem plectendo.

* als quinæ quagena.

CODICIS DOMINI IV STINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBER DVODECIMVS.

DE DIGNITATIBVS. Tit. I.

I. Imp. ANTONINVS. A.

SI(ut proponitis)& auum consularem,& patrem prætoriũ uirum habuistis, & non priuatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupsistis: claritatem generis retinetis.

II. Imp. ALEXANDER. A.

NEq; famosis,& notatis,& quos scelus uitæ aut turpitudo inquinat,& quos infamia ab honestorũ cœtu segregat,dignitatis portæ patebunt.

III. Imp. GORDIANVS. A.

MAior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia præiudicium facere.

IIII. Imp. PHILIPPVS. A.

SEnatorum substantias,quas in diuersis locis & prouincijs possidẽt,& homines eorum, tam à temonarijs oneribus conferendis,cq; à cæteris præstationibus,quas iudices describunt,nec non etiam ab omnibus sordidis extraordinarijsq; & uilioribus muneribus liberos esse præcipimus,nullaq; forte constringi functionis indignæ.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

NEmo præfectus urbi citra præceptionem uel scientiam nostram ulli muneri subiuget senatorem,nemo curiam nostram immani pulset iniuria.si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum:nostro id iudicio reseruandum est.sit nanq; dignitas, quæ nobis iubentibus sustinetur.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

NE quis ex ultimis negociatoribus,uel monetarijs,abiectisq; officijs,uel deformibus ministerijs,uel stationarijs,omniq; officiorum fece,diuersisq; pastis,turpibusq; lucris aliqua frui dignitate pertentet,sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiã propriis reddi consortijs oportebit.

VII. Iidem AA. & CC.

QVoniam diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant urbibus exstruenda: ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non deuocetur.

VIII. Iidem AA. & CC.

IVs senatorum & authoritatem eius ordinis,in quo nos quoq; ipsos numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere.

IX. Iidem AA. et CC.

LIbertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

X. Iidem AA. & CC.

SEueram indignationem per tormenta quærendi à clarissimo homine submouemus.

XI. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI senator,uel alius clarissimus priuatos habeat filios,quippe editos ante,cq; susciperet dignitatem(quòd non solum circa masculos dignoscitur constitutum,uerum etiam circa filias) simili conditione seruandum.cum autem paternos honores inuidere filijs non oporteat:à senatore uel solo clarissimo susceptum,in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum.

XII. Impp. CONTANTIVS. A. & IVLIAN. Cæs.

IVdices,qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti,ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti,inter pessimos quosq; & plebeios habeantur: nec sibi posthac de eo honore blandiantur,quo seipsos indignos iudicauerunt.

XIII. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

MVlieres honore maritorum erigimus,& genere nobilitamus,& forum ex eorum persona statuimus,& domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis uirum postea sortitæ fuerint:priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequentur conditionem.

Impp.

XIIII. Impp. GRAT. & THEOD. AA.

PRæcipimus, ut senatori in qualibet prouincia constituto, nullam habeãt iudices iniungendi aliquid forte publici muneris potestatem.

XV. Iidem Augusti.

CLarissimis uel spectabilibus uniuersis ad genitale solum, uel quòlibet aliò, & sine commeatu proficiscendi, & ubi uoluerint commorandi, habitandiúe permittimus facultatem.

XVI. Iidem AA. & ARCAD. A.

SI grauius ullum facinus admittatur: nocentem personam extra carceralem custodiam sub fideiussione habita, super illustribus quidem nobis suggeri iubemus: super cæteris uero quadam minore dignitate decoratis, ad tui referri culminis noticiam: ut ita demum quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur.

XVII. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

QVoties ex priuata cuiuslibet interpellatione ciuili uel criminali uiri illustres conueniendi sunt: nulla dandi fideiussionem concussione uexentur, sed per speciale priuilegiũ suæ committi fidei consequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponẽda. Quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi uel eorum procuratores abfuerint: in pecuniarijs quidem causis super possessione rerum ad eos pertinẽtium iudex competẽs, quod etiam iuris authoritas & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus uero negocijs dignitate quoq; qua se per suum uidelicet periurium indignos esse probauerint, spoliẽtur: ut in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus priuatos, inconsulta etiam nostra pietate iudicibus legum seueritatem liceat exercere. Quibus illustrium dignitatum priuilegijs hoc etiam adijcien dum esse censuimus: ut huiusmodi personæ nullã ex cuiuslibet iudicis, sine scriptis habita sententia, conuentionem neq; in ciuili neq; in criminali causa sustineant.

XVIII. Imp. IVSTINIANVS. A.

IVbemus saluo honore, qui per reuocationẽ sacræ reuocatoriæ defertur, durante: licere cunctis, tam minoribus, cꝫ maioribus potestatem gerentibus, necnon etiam honorarijs illustribus, siue ex hac regia urbe (uidelicet præcedente consensu) profecti fuerint, siue in prouincijs habitantes, sacratissimum (suis scilicet poscentibus negocijs) petere maluerint comitatum: sine sacra quoq; reuocatoria ad hanc regiam urbem peruenire.

DE PRAETORIBVS, ET HONORE PRAETVRAE, ET COLlatione, & gleba, & claui, & pholi, & septem solidorum functione. Tit. II.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

NEmo ex clarissimis & spectabilibus, qui in prouincijs degunt, ad præturã postea deuocetur: maneat unusquisq; domi suæ tutus, atq; securus, & sua dignitate lætetur.

II. Iidem Augusti.

GLebam, uel pholem, siue septem solidorum functionem, siue cꝫlibet huiusmodi collationem, tam circa personas, cꝫ res, & prædia funditus iubemus aboleri: ut omnis huiusmodi sopita perpetuò conquiescat exactio.

DE CONSVLIBVS, ET NON SPARGENDIS AB his pecunijs, & de Patricijs. Tit. III.

I. Imp. VALENTINIANVS. A.

ANtiquitus statutum est consularibus uiris cæteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares uero infulis, consideratione tantum temporis anteire. quis enim in uno eodemq; genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruerat dignitatem: cum posterior, etiam si eiusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Hoc obseruando, & si iterata uice fastigia cõsulatus aliquis ascenderit. repetiti etenim fasces uirtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. quòd si quis prior consul posteriori consuli eidemq; patricio posthabitus, patriciatum postea consequatur: uinci enim oportet, qui prior meruit patriciatum, postcꝫ iste honore patriciæ dignitatis decoratus est.

II. Imp. LEO. Augustus.

ORdinem consulatus ad antiquam reducimus sanctionem, ut sellam nostram honoris merito nõ rapiendi studio populorũ agmina sectentur, ac lucrandi cupiditate deposita, uene

rabilem parentum habitum & feliciſſima antiquitatis ornamenta conſpiciant. Hoc ergo exemplo etiã cæteros procedere cõſules uolumus, nec expẽdere eos ſine effectu patimur. Ceſſante ergo iſta ſpargendi uilitate, ampliſſimi conſules procedentes deinceps abſtineant hoc errore perdendi, optimoq; conſilio operi neceſſario proficiat, quod erat incompetenter proſciendũ. Ad reſtaurationem itaq; aquæductuum huius ampliſſimæ urbis centena pondo auri præſtẽtur per ſingulos cõſulatus: ut etiã conſul patriæ ſe dediſſe nouerit, & data notũ ſit mãſura eſſe ppetuò.

III. Imp. ZENO. A.

NEmini ad ſublimẽ patriciatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, aſcendere liceat: niſi prius aut conſulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætoriorum orientis uel Illyrici, uel urbis adminiſtratione, aut magiſtri militum, aut magiſtri officiorum, in actu uidelicet poſitus, egiſſe noſcatur: ut huiuſmodi tantum perſonis, ſiue adhuc adminiſtrationem gerendo, ſeu poſtea, liceat (quando hoc noſtræ ſederit maieſtati) patriciam conſequi dignitatem. Quoniam uero glorioſiſſimæ huic urbi, quæ caput orbis terrarũ eſt, omnifariã credimus conſulendum: uniuerſos, qui poſthac honorarij conſulatus inſignibus principali munificentia decorantur, centum librarum auri ad reficiendum aquæductum publicum miniſtrare cenſemus, ad ſimilitudinem eorum, qui per annale tempus conſularium editione munerum gloriantur. nã ipſis quoq; expedit, ut florentiſſima ciuitas centum auri librarum munificentia ſuſtentata, honorarium quoq; ſentiat conſulatum.

IIII. Idem Auguſtus.

SAncimus uiris excellentiſſimis cõſularibus omnibus, qui iam facti ſunt, uel poſtea fuerint, procedendi quoq;, & re ipſa per annum gerendi conſulatus, impetrato uidelicet principali iudicio, legitimam tribui facultatem. Ita, ut peracta, quam meruerunt, proceſſione: non nouum aliquid, uel quod nondum habeant, adipiſci, ſed conſulatus ius, quod ſemel eis conſularis detulerit proceſſio, iteraſſe beneficio uideantur: & in adoranda noſtra purpura, uel in conſequendis cunctis conſulum honoribus, & priuilegijs ex anteriore tempore prouectionis ordinem ſibimet nouerint uindicandum. Hoc etiam obſeruando, ut huiuſmodi conſul nec centum libras auri aquæductibus huius inclytæ ciuitatis pro tenore ſacræ conſtitutionis præbendas, quas cum eſſet cõſularis præſtiterat, conſul poſtea creatus perſoluere denuo compellatur.

V. Imp. IVSTINIANVS. A.

SAncimus uiros excelſos patricios, quos in huiuſmodi dignitatis apicem auguſta maieſtas retulerit, ilico ab imperialibus codicillis præſtitis patreſſamiliarum effici, ac poteſtate liberari paterna: ne uideãtur, qui à nobis loco patris honorantur, alieno iuri eſſe ſubiecti. quis enim patiatur patrem poſſe quidem per emancipationis modum ſuis nexibus filiũ relaxare: imperatoriam autem celſitudinem nõ ualere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate? Ne ſi cõtrarium adprobetur, per quamcũq; machinationẽ imperialis maieſtas minui uideatur. Et hoc quidem raro contingere ſatis certum eſt. nemo enim facile reſpexit filiumfamilias in patriciatus honorem prouectum, quemadmodũ in cõſulibus hæc res uſitata eſt: ſed ne quid in parte temporis tale eueniat, & ſine legibus inueniatur, ideo hæc nobis uiſa ſunt ſancienda.

DE PRAEFECTIS PRAETORIO, SIVE VRBI, ET MAgiſtris militum in dignitatibus exæquandis. Tit. IIII.

I. Imp. VALENTINIANVS. A.

PRæfectum urbi, & præfectum prætorio, & magiſtros equitum, ac peditum, indiſcretæ ducimus dignitatis: uſq; adeo uidelicet, ut cum ad priuatam ſeceſſerint uitam, eum locum uelimus eſſe potiorem, qui alios promotionis tempore & codicillorum adeptione præceſſerit.

II. Imp. LEO. Auguſtus.

QViſquis magiſterium equitum peditumq; ſuſceperit, & geſſerit ante captam à quoq; præfecturam: is cum priuatus erit, & honorem depoſuerit, expræfectis, qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur ſedes prior ante prouectis, locus conſpectior decernendi loquendiq; facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus uetuſtior.

DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI, ET DE OMNIbus cubicularijs, & priuilegijs eorum. Tit. V.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Sacri

SAcri cubiculi præpositi ea dignitate fungantur, qua sunt præditi, qui eminentissimam prætorianam uel urbanam meruerint præfecturam, aut certe militarem magisteriam potestatem: ita, ut sit inter eos post depositas administratiões nulla discretio, siue nostræ serenitatis adoraturi admittantur imperiũ, siue pro suo arbitrio solennes festiuitates, & cœtus, uel salutatiões, uel quælibet alia officia frequẽtent: ut in sedibus & in consessu eis ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit, sub habitu uidelicet ipsis consueto: cum manifeste decretum sit eum esse potiorem, qui præcesserit, uel illum subsequi, quem recentius probauerit examen.

II. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.

HAc nostræ mansuetudinis æterna lege sancimus, ut omnes cubicularij, qui de nostro cubiculo exeunt, antecp primum locum obtineant (excepto castrensi, & comite domorum) his priuilegijs perfruãtur: id est ut neq; possessiones eorum angarias, siue parangarias, uel etiam parauередos in posterum dispositione etiam tui culminis uel alicuius calumnia dare coganṫ: ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerij, quod militando uidebanṫ adepti, ocij tempore & quietis amittant. domus quoq; eorum, uel in hac sacratissima urbe, uel in qualibet alia positas ciuitate, ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine uindicamus: prouinciarũ rectoribus, eorumq; apparitoribus denarum librarũ auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte uiolare tentauerint.

III. Imp. MARTIANVS. A.

CVbicularios tam sacri cubiculi mei, cp uenerabilis augustæ: quos utroscp certum est obsequijs occupatos, & aulæ penetrabilibus inhærentes, diuersa iudicia obire non posse: ab obseruatione aliorũ tribunalium liberamus, ut in sublimitatis solummodo tuæ iudicio propositas aduersus se excipiant actiones.

IIII. Imp. LEO. Augustus.

IVbemus omnes, qui uel iam in sacrum cubiculum cuiuspiam liberalitate donati, alioũe titulo dati uel dandi, principalibus obsequijs inhærere uel ante meruerãt, uel postea meruerint, (licet nulla interueniente scriptura, nulla confectione gestorum) postcp deuotissimis cubicularijs fuerint sociati, ad conditionem libertatis ingenuitatisq; rapiantur, raptiq; uideantur. hoc non solum circa superstites, sed etiam circa mortuos uolumus custodiri. Nam cum hoc priuilegium uideatur principalis esse proprium maiestatis, ut nõ famulorũ, sicut priuatæ conditionis homines, sed liberorum honestis utatur obsequijs: periniquuũ est eos duntaxat pati fortunæ deterioris incommoda. Sed & testamenta quidem ad similitudinem aliorum, qui ingenuitatis infulis decorantur, pro sua liceat eis condere uoluntate. intestatorum uero nemo dubitet facultates, utpote sine legitimis successoribus defunctorum, fisci iuribus uindicari. Et hæc oñia tunc diligenti obseruatione uolumus custodiri, cum sponte sua q; uoluntate quis dederit eunuchum sacri cubiculi ministerijs adhæsurũ. Si uero quidam fuerit uiolenter extortus, aut inuito domino uel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculũ: liceat domino destinatum sacra ex lege cubicularijs interpellare iudicium, & eum, quẽ probauerit nolente se uel inscio sacrum penetrasse cubiculum, & suum famulũ, cũ peculio consequatur. Sed & sicut læsis implorandi præsidij facultatem denegari non conuenit: ita nec calumniandi uiam patimur diutius esse patefactam. Ideoq; tempus quinquennij præfinimus, intra quod contra eos, suas debeant exercere quæstiones: ut si medio tempore mouere distulerint, ulterius eis tanq; in suum famulatum uindicandi, uel eius ut serui peculium, uel bona quasi liberti copia denegetur. Hæc oñia, quæ super deuotissimis cubicularijs sancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in sacrum cubiculũ datæ uel dandæ sunt, superstites atq; mortuas extendi, ppagariq; decernimus.

V. Imp. ANASTASIVS. A.

IVbemus duobus uiris illustribus præpositis utriusq; sacri cubiculi tam nostræ pietatis, cp serenissimæ nostræ coniugis, qui post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati: licere, quoties ad adspiciendos agros suos, uel ob aliam causam profiscisci uoluerint, cingulo uti: cum hoc ad implendum eorum desiderium, & ad nullius læsionem respicere uideatur.

DE QVAESTORIBVS, ET MAGISTRIS OFFICIO-rum, & comitibus sacrarum largitionum, & rei priuatæ.

Tit. VI.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

QVi ex quæsturæ honore,aut officiali magisterio,aut comitiua utriusq; ærarij nostri attonito splendore uiguerunt: acclamatione excipiantur solita, nec prætereantur ut incogniti.

DE PRIMICERIO, ET SECVNDICERIO, ET notarijs. Tit. VI.

I. Imp.LEO. Augustus.

PRæcipua est nostræ pietatis intentio circa notariorum nomen.atq; ideo si unde huius ordinis uiri laborem quiete mutauerint,uel abiecerint,uel senectute posuerint, seu cum alia dignitate post hac qualibet usi sint:non omittant prioris uocabulum militiæ,sed compendium sequentis honoris assumãt.& si quis ex officio uel præcipue sublimitatis tuæ temerario assensu in discussiones, peræquationes, aliam deniq; ullam rem inquietator exstiterit:officium suum nouerit,uel leuis culpæ offensione detecta,grauis multæ discrimine fatigandum,& numerariorum corpus exstincto iniuriæ authore minuendum.

II. Imp. IVSTINIANVS.A.

PRæclaram nobilemq; militiam spectabilium tribunorũ notariorum, qui gloriosis obsequijs nõ nihil reipublicæ commoditatis adferunt & decoris, diuersis beneficiorum titulis muniendam credimus & augendam.nam biennales metas uiro spectabili pro tempore primicerio agendi muneris duximus statuendas.hos autem tribunos,qui suis negocijs occupati minime sacrum palatium curauerint frequentandum,nisi intra annale spacium reuertantur(cõmuuis commeatus iura prætendunt) pro absentia quidem unius anni unius gradus: si uero duobus annis abfuerint,duorum:si tribus,trium:si quatuor,similiter quatuor graduum subire iacturam, his, qui inferiores eis fuerint, postponendi. Qui uero per quinquennium integrum se præsentare cessauerint:exemptos matricula tantum nomine tribunorum,nec uero ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis,uacationem census,discussionis,peræquationis,& cuiuslibet alterius rei habituros.Illud præcipue prouisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem,uel gratiam,aut cuiuslibet occasionis obtentu,uel laborum seu sollicitudinũ specie,publicorum cuiq; liceat aliquando graduum seriem conturbare,& temporum ratione calcata dudum militantibus anteferri,& quæ longis prolixisq; stipendijs defensa iam pollicetur senectus,gratiosa festinatione subripere.Hoc etiã adijciendo,ut primicerius post depositã publicam numerorum sollicitudinem,ac si ipsam gessisset administrationem,cuius consequitur dignitatem,magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur: omnibus uacantibus,cuius tempore præcedentibus,præponendis.

VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR. Tit. VII.

I. Imp.THEODOSIVS.A.

SI quis indebitum sibi locum usurpauerit:nulla se ignorantia defendat,sitq; planè sacrilegij reus,qui diuina præcepta neglexerit.

II. Idem A.& VALENTIN.A.

OMnes priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, ut primo loco habeantur hi,qui in actu positi illustres peregerint administrationes. secundo ueniant uacantes,qui præsentes in comitatu illustris insignia dignitatis cingulum meruerint.tertium uero ordinem eorum prospicimus,quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis.quartum honoratorum,qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt.quintum eorum,quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis.Sed administratores quidem,& comites rei priuatæ omnibus uacantibus honorarijs anteponi censemus. uacantes autem post administrationes uenientes nõ omnes omnibus iam honorarijs credimus præponẽdos,sed eos uacantes illis honorarijs,qui similem adepti sunt dignitatem,ut præfectus prætorio præponatur non quæstorius præfectorio præponatur,pariq; modo quæstorius quæstorio nõ uacans, comes thesaurorũ uel comes rei priuatæ honorario quæstori uel magistro officiorum præferatur. Et inter administratores illos etiam numerari decernimus,quibus illustribus in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis uel ante commisimus, uel postea committemus peragendũ. uerbi gratia,si uacanti magistro militũ belli cura committatur. cur enim aut uir magnificus

Germa-

Germanus magister militum uacans appelletur, cui bellum contra hostes mandauimus? aut cur excellentissimus Propentadius non egisse dicatur præfecturam, cuius illustribus cunctis dispositionibus uice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia & cõmeatu abundauit?

DE MAGISTRIS SACRORVM SCRINIORVM. Tit. IX.

I. Imp. ANASTASIVS. A.

VIris spectabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est, qui nostræ quodammodo adsidere maiestati uidentur. ideoq; post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu ciuiliũ, seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: ut neq; ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet grauamine priuato uel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum, & exproximis uolumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit.

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS. Tit. X.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

EOs, qui tranquillitatis nostræ consistorij dici comites meruerunt, spectabilibus & proconsulibus æquari generaliter decernimus.

II. Imp. IVSTINIANVS. A.

VIros spectabiles comites consistorianos, & coniuges, & liberos, quinetiã seruos eorum, atq; colonos ijsdem priuilegijs, tam intentiones ab alijs proponendas excipiendo, q̃ suas contra alios exercendo perfrui, quibus uiri clarissimi principes scholarũ agentium in rebus per sacram pragmaticam sanctionẽ diuæ memoriæ Zenonis utuntur.

DE PRAEPOSITIS ET TRIBVNIS SCHOLARVM. Tit. XI.

I. Imp. VALENTINIANVS. A.

PRæpositos ac tribunos scholarum, qui inquietudinis epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt (inter quos comites etiam sacri stabuli, & cura palatij numerantur) si primi ordinis comitiuam cum præpositura meruerunt, & casu ad altiora non peruenerint: deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti uel Ponticæ diœceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi præcipimus: alios, qui honore comitiuæ regimen fuerint nacti, absolutos militia, inter eos, qui duces fuerint prouinciarum, numerari iubemus.

DE COMITIBVS REI MILITARIS. Tit. XII.

I. Imp. LEO. A.

QVi contemplatione meritorum, ducto inter prouincias transmarinas strenuissimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint consecuti: ea reuerentia altissimarũ dignitatum uiri subiugantur, ut his locum præstent, qui proconsulatus insignibus adornantur.

II Imp. ANASTASIVS. A.

EOs, qui sub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet prouinciã uel prouincias defendendas milite credito authoritate nostri numinis destinantur: & eos, qui uicem illustrium uirorum magistrorum militum susceperint peragendam: ducibus, qui præter Aegyptum & Ponticam in alijs prouincijs administrauerint, adæquamus.

DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII. Tit. XIII.

I. Imp. ZENO. A.

ARchiatros intra palatium militantes, si comitiuæ primi ordinis nobilitauerint gradus, inter uicarios taxari præcipimus: siue iam pridem deposuerũt militiam, siue postea deposuerint: ita, ut inter uicarios & duces, q̃ administrauerint, & eos, qui comitiuam primi ordinis meruerint, nihil intersit, nisi tempus, quo quis administrauerit, uel comitiuæ adeptus est insignia.

De co

DE COMITIBVS, QVI PROVINCIAS REGVNT. Tit. XIIII.

I. Imp. ZENO. A.

EOs, qui administratione ciuili ac prouinciæ gubernaculis sub iurisdictionis licentia comites quoq; primi ordinis esse meruerint, uicariæ dignitatis post depositã administrationem priuilegijs frui oportet.

DE PROFESSORIBVS, QVI IN VRBE CONSTANTINOpolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam. Tit. XV.

I. Imp. VALENTIN. A.

GRammaticos, tam græcos, cq; latinos, sophistas, & iurisperitos in hac regia urbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus uitã esse monstrauerint, si docendi peritiã, facundiãq; dicendi, interpretãdiq; subtilitatẽ, si copiã differẽdi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo iudicãte digni fuerint æstimati: cũ ad uiginti annos obseruatiõe iugi ac sedulo docendi labore puenerint: placuit honorari, & his, qui sunt ex uicaria dignitate, cõnumerari.

DE SILENTIARIIS, ET DECVRIONIBVS EORVM. Tit. XVI.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

DEcuriones nostri palatij post emensum fideliter obsequium, postq; deposita sacramenta militiæ electionem habeant, siue ex magistro officiorum uelut agentes dignitatem consequi à nostra maiestate maluerint, siue inter uiros illustres comites domesticorum uidelicet inter agentes taxari: ut tam in adoranda nostra serenitate, cq; in salutandis administratoribus, & reliquis prædicti honoris priuilegijs, necnon in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur.

II. Idem Augusti.

VNusquisq; decurio uel silentiarius à tyronũ equorumq; præstationibus habeatur immunis. nullam collationem, quæ plerunq; poscitur, soluat. nihil his ulla potestas iniungat, aut necessitas imponat.

III. Imp. VALENTIN. A.

DEcurionibus & silentiarijs, etiã si ad superiorem gradum successu meliore transcendũt, omnia priuilegia, quæ iam dudum diuorum principum iudicio meruerunt, legis istius præceptione nouerint esse firmata, nõ præiudicatura quacunq; generalitate pragmatica. nec angarias, uel parangarias, siue paraueredos ulla eis amplissimæ præceptionis imponat authoritas. sordidis quoq; muneribus, excoctione calcis, & superindicti grauamine eos liberamus. Domus quoq; eorũ, non tantũ in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas ciuitate, immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine uindicamus: permissa eis ueniẽdi ad comitatum licentia præter reuocatoriæ securitatem: multa decem librarũ auri iudicibus prouinciarum eorumq; officijs infligenda, si statuta nostri numinis crediderint esse contemnẽda. His addimus, ut cũ optatã quietẽ acceperint, & inter uiros illustres senatores cœperint numerari, honore curiæ sine aliqua functiõe lætentur, immunitatisq; gaudio plena dignitatis læticia potiantur: ut dignitatẽ solã habeant ex senatu, sub hac uidelicet definitione, ut triginta tantũmodo numero ea priuilegia cõsequantur. Decuriones quoq; tres, sed eos tunc demũ perpotiri decernimus beneficijs supra scriptis, cũ per cõtinuos triginta annos inculpatas excubias peregerint.

IIII. Idem Augustus.

NE ad diuersa tracti uiri deuoti silentiarij iudicia sacris abstrahi uideantur obsequijs: iubemus eos, qui quemlibet deuotissimorum silentiariorum scholæ, uel eius uxorem ciuiliter, uel etiam criminaliter pulsare maluerint: minime eum ex cuiuslibet alterius iudicio, nisi ex iudicio tantummodo uiri excellentissimi magistri officiorum, conueniri.

V. Imp. IVSTINIANVS. A.

IVbemus clarissimorum silentiariorum præditos militia, & si genitorum suorum in potestate sint constituti, quæcunq; solatiorum seu emolumentorum, uel donationum, seu hæreditatum nomine per militiam, uel quamlibet eiusmodi causam his adquisita sunt, uel fuerint, ure castrensis peculij possidere: nec ea posse uel parentes superstites sibi uindicare, uel auferre, uel etiam post eorum obitum fratres, uel eorũ alios hæredes, quasi ad defunctorũ dominium pertinentia

nentia in diuisionẽ deducere. nec enim oportet labores eorum alijs fructum uel lucrum adferre. Hac nãq; ratione simul & contemplatione, nec ipsam militiam uel suffragium quodcunq; pro ea, uel ab ijsdem uiris deuotissimis silentiarijs, uel parentibus eorum, uel quolibet alio datũ est uel fuerit, ab his patimur in successione defunctorum parentum conferri, seu nomine collationis in medium easdẽ offerri pecunias, uel his imputari. Ad hæc de tutelis & curationibus eos excusari sancimus, ne alienarum rerum administrationem subire compellãtur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu prouisionem diligenter deferre possunt. Insuper liberos eorum, qui dignitate uirorum spectabilium comitum seu tribunorum decorati sunt uel fuerint, nullatenus nolentes administrationem præfecturæ suscipere seu peragere: omnibus uidelicet ante latis priuilegijs in persona non tantum in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militiæ, q̃ post eam depositam obseruandis.

DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS. Tit. XVII.

I. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA.

DOmestici ac protectores osculandi, cum salutauerint, uicarios tui culminis habeãt potestatem. pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati.

II. *Idem* AA. & GRAT. A.

PRimicerius quidem domesticorum & protectorum utriusq; scholæ post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint. alij uero, qui decursis stipendijs ab eodem decimo usq; numero subsequũtur, consulari, id est clarissimatus dignitate perfruantur, cum ipsa loci decem primorum accessione.

III. *Idem Augusti.*

SI quis domesticorum nulla negocij publici abstrahente sollicitudine, nec ei per commeatũ sollenniter ut abesset facultate concessa, per biennium obsequijs serenitatis nostræ defuerit: retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinq; sequentibus postponatur. Si uero triennũ eius absentia continuasse monstretur: usq; ad decimum locum proculdubio regredietur. Quòd si quadriennio ténus abfuerit: nouissimus collocetur. quinquẽnio autem similiter si fuerit de uagatus: ipso iam cingulo spoliandus est. indignum quippe est, desides à proprijs tam diu muniis aberrantes, quos esse conuenit assiduos, numerari.

IIII. *Imp.* ANASTASIVS. A.

LEge pragmatica sine fine uictura præfiniendum ac constituendũ credidimus, ut si quis uirorum fortium præsentalium domesticorum in equitum schola primicerij locũ adeptus, diem interea supremum clauserit: hæredes eius non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui superesse monstratur, uerum etiam insequentis anni solatijs ac emolumentis fruantur omnibus: ut quod ad quæstum & compendium militiæq; fructum prolixe pertinet, similis habeatur, ac si superstes permanserit ad finem usq; supremum.

DE PRAEPOSITIS *LABORVM. Tit. XVIII.

*alias. libellorum. utrubiq;.

I. *Imp.*

QVi præpositi * laborum nostro iudicio promouẽtur, clarissimi sint inter electos: ita, ut ex consularibus habeantur. nam & immunitatate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

DE PROXIMIS SACRORVM SCRINIORVM, CAETERISq;, qui in sacris scrinijs militant. Tit. XIX.

II. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

PRoximos memoriæ, epistolarum, ac libellorum, atq; dispositionum ita uicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui præfectis diœceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat. insequentibus præponendi, qui uicarias postea administrauerint. & nullam iniuriam descriptionis perhorrescant.

II. *Imppp.* VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.

IN sacris scrinijs nostris militantes in prouincijs ad salutationem ordinarij uel spectabilis iu-

dicis non arceantur,& inuiti in conſeſſum accipiãtur:ſcituris uel principe,uel cornicularios,uel capitibus officij,ternas libras auri ex ſuis facultatibus eruendas,ſi conſiſtoriũ noſtrum ſæpe ingredientibus ſecretarij iudicũ non patuerit ingreſſus,aut reuerentia non fuerit in ſalutatione delata,aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata.

III. Imppp.THEOD. ARCAD.& HONOR. AAA.

IN ſcrinijs palatij militantes,id eſt memoriæ,epiſtolarum,libellorumq́;, ac diſpoſitionum, poſt,uiginti annos tranſactæ militiæ,ſi diſcedendum ſibi eſſe decreuerint:conſulari honore fulti inter electos habeantur,hunćq; honorem dignitatis teneant, qui ex conſularibus deferri conſueuerit:nec eos quiſq̃ iniungendo aliquid,uel iubendo,poſſit ab impertito ocio ſeparare.

IIII. Impp.ARCAD.& HONOR.AA.

IVbemus,ut primũ omnium ſit eorum,qui in ſacris ſcrinijs noſtris,id eſt memoriæ,& epiſtolarum,libellorum,& diſpoſitionum referuntur,ſecura poſſeſſio ab omnibus ſordidis muneribus excuſata.ſuperindictum non timeant,aut uenalicium non petatur, ſolumq́; canonicæ indictionis præſtent tributum.labore dignitas conquiſita extraordinarium munus ignoret, nec ullam temonũ patiatur iniuriam,equorum tyronumq́; præſtationem nullus agnoſcat, qui uel adhuc in ſcrinijs militat,uel honorem proximi,&comitiuam primi diſpoſitionum longi temporis ſudore quæſiuit.& hæc quidem patrimonijs cenſuimus deferenda. Quod autem omnibus conſtat deferri,adiectu alterius dignitatis perire non patimur:ut etiam ſi proſperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta proceſſerint,uetera tamen eis ſcrinijs labore priuilegia quæſita ſeruentur.

V. Imp.THEODOSIVS.A.

PEculiari præceptionis noſtræ fauore præſtamus,ut in ſcrinijs memoriæ,epiſtolarũ, libellorumq́; ab exceptoribus uſq; ad melloproximos dignitatẽ clariſſimorum honoremq́; percipiant.& ſicut reliqui,qui in ijſdẽ ſcrinijs militant,liberũ cum ordinarijs iudicibus ingreſſum ſecretarij conſeſſumq́; habere legibus meruerũt:hi quoq;,in quos hanc ſtipendiorũ meritis clariſſimatus conferimus dignitatẽ,cum ſpectabilibus etiã habere ſeſe reuerentiã recognoſcant, ut conſedendi ingrediendiúe ſecretarium ſciant à nobis licentiam contributam.

VI. Idem A.& VALENTIN.A.

PRo biennio annũ ſolũ agere deinceps decernimus eos,qui in tribus ſcrinijs memoriæ,epiſtolarum,libellorumq́; ordine ac merito ſtipendiorũ ad gradum peruenerint proximorũ.

VII. Impp.VALENTINIANVS.& MARTIAN.AA.

VNicuiq;,qui in ſacris ſcrinijs militat,ſui loci merita ſeruari oportere conſtituimus:& uniuerſos,qui ultra numerũ ſtatutorũ in ijſdẽ ſcrinijs militant,ſui gradus reſpectu p ordinẽ, quẽ ſortiti ſunt,in deficientiũ ſtatutorũ locum(ut tamẽ ultimis ſocient)ſubire decernimus:ſcilicet,ut nemini penitus liceat,cũ ſit poſterior tempore,locum præcedentis ambire:niſi forte ab eo,qui tẽpore uincitur,laborum cõparatiõe ſuperatur, ut quindecim primatiũ eiuſdẽ ſcrinij teſtimonio cũ ſacramenti religiõe ſubnixus,præcedẽtibus dignior iudicet. Hanc quoq; obſeruationẽ extra filios proximorũ uolumus cuſtodiri.etẽ unicuiq; proximo unũ de ſuis filijs,qui tẽporis duntaxat ſuffragio nitit,licet parũ obſeruaſſe militiã cognoſcet,inſequentibus tẽpore, qui laborũ meritis muniunt,anteferri poſſe decernimus. Illũ tamẽ,qui locũ ſtatuti meretur, proximo quidẽ ducẽtos quinquaginta ſolidos,melloproximo uero quinquaginta,adiutori pro cõſuetudine uniuſcuiuſq; ſcrinij uiginti aut quindecim ſolidos offerre p̃cipimus. Quòd ſi quis de ſupernumerarijs,qui in ſtatuti locũ ſubire debuerat,ne pecuniã offerat,ſtatuti etiã gradũ recuſare uoluerit:ſequenti tã offerendæ quãtitatis prædictæ,cui ſubrogandi licentia permittat:ita uidelicet,ut ſi ſecundus,uel etiã tertius,uel alterius cuiuſlibet numeri in eadẽ excuſationis uoluntate durauerit,accedẽti ſemper eadem copia,quã præcedens recuſauerit,tribuatur.Hos aũt, qui ad ſtatutorum ordinem progredi noluerint,nec de ſuo gradu uolumus remoueri:& cũ uacauerit ſtatuti locus,conditionem,quã antea repudiauerant,id eſt & offerendæ pecuniæ & adipiſcendi ſtatuti locum,liberam habere præcipimus facultatem.

VIII. Idem Auguſti.

PRoximos ſacrorum ſcriniorum,quos fides ac diuturnæ obſeruationis induſtria literataq́; militia:comitem quin etiam diſpoſitionum,quem probitas ac ſtrenuitas merito commẽdant:completo tempore ſuæ militiæ,comitiuæ ſacri noſtri conſiſtorij cingulo in diem uitæ potiri,manentibus uidelicet iamdudum præſtitis ſaluis priuilegijs proprijs,decernimus. quibus enim pietatis noſtræ arcana merito committuntur,his pietas noſtra uitam cingulo ſupradictæ comitiuæ ornandam decorandamq́; decreuit.

Imp.

IX. Imp. LEO. Augustus.

IN sacris nostris scriniis militantes per commeatum non continuatim præstitum, ante conuentionem profecti, intra indultum temporis spacium erunt cum suis coniugibus & liberis à conuentione securi, ab indictionibus etiam publicorum & ciuilium munerum: & post completam militiam excusatione potiantur, super domibus quoq; , quas in prouincijs possident, metatorum molestia liberentur.

X. Idem Augustus.

HAc parte statutos memoriales præcipimus esse in scrinio quidem memoriæ sexaginta duos: epistolarum uero trigintaquatuor: libellorum quoq; trigintaquatuor. antiquarios uero, qui habentur in scrinijs memoriæ, nunc̃q; minus esse, c̃q; quatuor. Suprascripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepserint: ut non occupentur plura in unum se commoda collaturi, nihilq; reliquis relicturi.

XI. Imp. ZENO. A.

SI quis in sacris nostris scriniis, id est memoriæ, dispositionum, epistolarum, & libellorum, statutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus: ab eo, quicunq; utpote uacante loco de substitutis in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro solatio uel suffragio proximi definitam, sacræq; constitutioni diuæ memoriæ Theodosij & Valentiniani principũ insertam quantitatem defuncti hæredes, & successores, uel liberi eius, seu creditores, qui fœnus cum mortuo pro statuti loco ei adquirendo contraxerint, consequuntur: ita scilicet, ut si hæreditas uel successio defuncti minime fuerit suscepta uel adita: tales personæ, id est creditores quidem contra cæteros prærogatiua sibi seruata, liberi autem uel adgnati, seu cognati non hæreditatis, sed priuilegij nomine simili modo huiusmodi summam percipient, sibiq; petere ac uindicare permittãtur: nullius machinatione huiusmodi nostra dispositione retractanda seu uiolanda: maxime cum uiros etiam pro tempore spectabiles eorundem proximos scriniorum, si quis eorum ante completum proximatus actum morte præuentus sit, ad hæredes successores q; suos residui temporis proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere nõ dubitetur.

XII. Idem Augustus. * magistro officiorum.

IN sacris scriniis militantes, & parentes, atq; uxores eorum, necnon liberos, ex sententia tantummodo tuæ celsitudinis criminales & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus. Insuper etiam colonos, seu adscripticios, & seruos eorum in hac regia urbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore adiutoris uiri spectabilis proximi uel unius ex statutis committendos: ita, ut si in prouincia quicũq; memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni committatur: & si non possideat immobilem substantiam, serui nihilominus & coloni ad eum pertinentes fidei eius tradantur. Modum insuper sportularum ad mediocrem deduci quantitatẽ. exsecutoribus de schola agentium in rebus attribuentes unum solidum, singulos usq; ad finem negocij pro c̃q; ingressu in iudicio tuæ magnitudinis quolibet modo faciẽdo duos solidos, & pro editiõe gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem. & si apud arbitrum negocium uentilari contigerit, ipsi quidem arbitro unum solidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum obseruantibus, tam pro ipso quod implere uidentur ministerio, c̃q; pro editione gestorum seu relationis, uel definitionis tertiam partem solidi præbere sancimus. Nec pro tempore uirũ spectabilem fisci patronum uel exsecutores, quibus in minuendis litibus sollicitudo iniuncta est, quidc̃q; ab eis exigere seu profligare concedi: dimidia scilicet expensarũ, quas in iudicio tui culminis à memoratis personis præberi statuimus, portione in iudicijs prouincialibus ab his agnoscenda. ita, ut si de ciuilibus annonis, uel tutela, seu curatiõe, uel noui operis nunciatione litem eos subire contingat: in maiore quidem iudicio, ad similitudinem sumptuum, quos in iudicio eminentiæ tuæ dependere præcepti sunt: apud uirum autem clarissimum præfectum annonæ, seu fisci patronum urbicariæ magnificæ præfecturæ, uel architectos, pro modo eorum, quæ super arbitris & litibus apud eos exercendis superius statuta sunt, soluentes expensas, nihil amplius agnoscere seu pendere coganṫ. Quæ omnia custodiri iubemus, siue per se, siue per procuratores, aut etiam defensores lites exercere maluerint. hoc si prolata scriptis sententia monẽti sunt. Si uero ex depositione, seu aliter quis eorũ cõuentus fuerit: nihil eum uel scrinio uiri clarissimi adiutoris, uel cuiuslibet alij nomine sportularum offerre compelli. omnibus antelatis priuilegijs postea, quàm per anteriores diuorum principum sanctiones defenduntur, in persona tam eorum, qui adhuc militant, & qui postea eandẽ militiã sortiti sunt: c̃q; eorum, qui præfatam militiã gradu uacante iam deposuerũt, uel postea deposuerint, seruandis: ut eorũ cõmodo ipsi quoq; unà cum uxoribus, & liberis, colonis præterea, & seruis propriis perfruanṫ. Et

quoniam in controuersijs,quas in iudicijs moueri contingit,æqualitatẽ litigatoribus uolumus seruari:uolumus & aduersarijs eorũ pro sumptibus & expensis similẽ ante latorũ beneficiorum prærogatiuã custodiri.ꝓpter hanc eteñ causam & uiros deuotos memoriales nõ tantũ agendo in quolibet iudicio,sed etiã actiones ab alijs ingerendas excipiendo, priuilegijs à nobis indultis potiri decernimus.his uidelicet,qui militiã uirorum deuotissimorũ memorialium gradu solito deposuerũt,seu deposuerint:& si quietis amore per prouincias domiciliũ fouere maluerint: omnibus nihilominus priuilegijs,quæ huiusmodi personis per sacratissimã legẽ nuper ꝓmulgatam à nostra liberalitate præstita sunt,muniendis,& eorũ cõmodis atq; auxilio potituris.

XIII. *Imp.* IVSTINIANVS.A.

COmperimus diuinitus pridẽ fuisse dispositũ, uiros deuotos adiutores tuæ magnitudinis certos esse in numero,nec ad huiusmodi nomẽ uel operã plures licitum esse adspirare, ꝙ in scrinio quidem sacræ memoriæ,duodecim tantũ:septenos uero in duobus reliquis scrinijs, id est sacrarũ epistolarũ sacrorumq; libellorũ:sed posterioris licentiã temporis, supra modũ in dulgendo ambitionibus,disturbasse rei merita,ac multitudine diuulgasse,ut inter memorialiũ & adiutorum numerũ non longũ penè intersit. Sancimus itaq; reduci eis ac renouari statutũ ordinis terminũ:nõ ut eximantur adiutoribus hi,qui præter prædictã dispositionẽ in præsenti exuberant:sed ut interea oñibus alijs interdicatur ab affectando hoc nomẽ,donec exeuntibus singulis ac recedentibus decrescere possit uetita conglomeratio,legitimusq; iam resideat numerus:nõ prohibendis uiris deuotis adiutoribus desistentibus eodem officio,cũ uel ad latercularensis gradum in scrinio sacræ memoriæ prouecti fuerint,uel secundum locum obtinuerint in duobus alijs scrinijs,postꝙ proximi creabuntur,licet nondum redacta sit quantitas pristina:tamen alios,quos pro se elegerint,subrogandos adiutores petere, qui posteriores erunt cæteris.

Illud etiam disponendum duximus,utpote nonnullis anterioribus exemplis subnixũ, necnon iusticiæ congruũ,ut ab his,quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare, libellus offeratur uiro illustri pro tempore quæstori,petendaq; eius subscriptio,tempus,atq; hominem,necnon etiam rem ipsam continens,id est,quòd inter adiutores ei,quem pro se surrogat, mereri permissum est.ordinandis uidelicet ijsdem adiutoribus pro ratione temporum,quibus libelli porrecti sunt,ut etiam si memorialium matricula inferiore loco sit,qui prior in adiutoribus meruit,adiutor quidem habeatur superior,memorialis uero posterior pro utriusq; ordinis modo uel discrimine,quod etiam in alijs quoq; penè omnibus officijs obseruari dignoscitur.

XIIII. *Idem Augustus. Proculo.*

HAc lege sancimus,si quando adiutores uiri magnifici pro tempore quæstoris sacri nostri palatij in accusationẽ ciuilis causæ uel criminalis deducti fuerint:strictũ iuris & integritatis congruũ ordinem conseruari:ut si sine scriptis conueniendi sint,nomẽ eius præcipiẽtis ore designatum esse sufficiat.Sin autem scriptis in querimonia unus adiutorum aut plures forte ferendi sint:monumenta sententiarum in persona tantũmodo conueniendi adiutoris præcedentiũ æquum & iustũ initium futuro præstent certamini. Et quoniã probationibus & exemplis,ꝙ indecoræ cõsuetudini deceat indulgeri:quod in uniuerso deuotissimorũ scrinio libellensium euicisse monstratur,id in adiutores sacræ memoriæ,sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus:ut qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint,sine qualibet stipendiorum aut emolumentorum deductione peregre degant. etenim pro tempore uiris clarissimis proximis,& melloproximis,aut eorum adiutoribus absentiæ causa uel offerre de suo proprio,aut ex annonis seu stipendijs quidꝙ relinquere cogendis:ꝙuis ianuarias calendas indultum excedat spacium,& intra se festum diem contineat. Ad hoc illud obseruari sancimus,ne alius adiutor propter quamcunq; ambitionem his,qui in præsenti sunt, uel post eorum deminutionem addatur,licet in ueterem numerum redacti fuerint.

XV. *Idem Augustus.*

CErtæ quidẽ sunt dispositiones nostri numinis,quas super adiutoribus uiri illustris pro tẽpore quæstoris nostri palatij,quorũ obsequio res agiẽ quæstoria,dedimus.quarũ prima quidẽ ad supplicationẽ eorũ dẽ adiutorum emissam numero eorũ,qui erant illo tẽpore,quo preces nobis obtulerũt,neq; aliquẽ eximi,neq; adijci præcipit,præterꝙ si quis eorũ uel ad latercularensis gradũ in scrinio sacræ memoriæ,uel ad secundũ locum in duobus alijs scrinijs, id est sacrarũ epistolarũ,sacrorumq; libellorũ,& cognitionũ ꝓuectus fuerit.nam his licere desistentibus ab adiutoris officio alios ꝓ se, quos uoluerint,adiutores subrogare,ultimũ locũ in ijsdẽ adiutoribus obtenturos,licet superiorẽ in memorialibus habeãt. Altera uero per sacrã pragmaticam facta est,per quã excelsæ memoriæ Proculo uerbo suggerente præcipimus, illos etiã adiutores

posse

posse in suũ locum alios inducere,qui per aliquẽ fortuitũ casum minus implere suum officiũ ualeant,ueluti senium,uel morbũ,uel aliam necessariã causam.quod ex ipsorũ adiutorum petitione idẽ magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit.Sed in præsenti ab alijs memorialibus tam in scrinio sacræ memoriæ,ꝯ in cæteris duobus sacrarũ epistolarũ sacrorumꝯ libellorũ & cognitionũ relatis aditi,cõperimus deminutionẽ eorundẽ adiutorum impediri per memoratã pragmaticã sanctionẽ,& insuper uenditiõi quodãmodo memorati officij locũ introductũ esse. quod ne de cætero fiat,præsentẽ sanctionẽ ad tuam magnitudinẽ mittimus,per quã iubemus illis tantũ permissum esse secundũ prius nostræ serenitatis rescriptũ alios in suum locum subrogare,qui uel laterculensis gradũ in scrinio memoriæ,uel secundũ locum in alijs duobus scrinijs adepti fuerint:secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cætero cessante: nulli danda licentia eorundẽ adiutorũ,præterꝯ si ad memoratos gradus ascenderit,aliũ pro se eisdẽ adiutoribus ex quocunꝯ fortuito casu cõnumerare,ut eo modo ad ueterẽ numerũ adiutores redeãt. & duodecim quidẽ in scrinio sacræ memoriæ,septem uero in alijs duobus sint,id est sacrarũ epistolarũ,sacrorumꝯ libellorum & cognitionũ.Illo uidelicet obseruãdo,ne alius adiutor per quãcunꝯ ambitionem his,qui in præsenti sunt,uel post eorum deminutionem,licet in ueterẽ numerum redacti fuerint,addatur.nam si permutationem,licet fortuitus casus inciderit, prohiberi disposuimus:multo magis prioribus manentibus alios introduci uetamus,cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris.

DE AGENTIBVS IN REBVS Tit. XX.

I. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA.

NVllus de schola agentium in rebus de cætero locum mortui conetur inuadere: sed is,qui ordine stipendiorum & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur,statim atꝯ illum fata subduxerint,in eius præmia percipiẽda succedat, omni obiectione cessante.

II. *Iidem Augusti.*

NVlli posthac sine nostræ maiestatis authoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia,nisi probata schola & animaduersione ueteris iudicis, & nullam timere debent contumeliam uilitatis.

III. *Imp.* ZENO. A.

MAtriculam agentium in rebus à tua celsitudine confectã admittentes,iubemus, ne ducennarij pluſꝯ quadragintaocto in cingulis habeantur in posterum,& numerum centenariorum ducenti uiri,quos uacante tempore gradus competentes admiserint: pariꝯ modo * biarchorũ nomẽ meritumꝯ ducenti quinquaginta uiri duntaxat:præterea circitorũ trecenti,& equitũ quadingenti quinquaginta impleant.Sit in æternũ illa quoꝯ fixa stabilisꝯ tuæ sublimitatis dispositio:ut si quis de numero ducennariorũ, quos quadragintaocto quotannis esse censuimus,forsitã de luce migrauerit:laborũ eius fructũ successores ab intestato uel ex testamẽto uenientes & lucrum dispensent,& ita oñibus inter cæteros superstites potiantᵉ solatijs,tanꝯ si uiuus,qui hæc eadem diu sperauerat,sibimet uindicasset.qua de causa locum etiam eius successorum intuitu uacare conueniet.Nemo autem sine diuali probatoria,quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi, debeant inferendam accipere, militaribus eiusdem deuotissimæ scholæ stipendijs uel priuilegijs potiatur.

IIII. *Idem Augustus.*

EX eo,quo primũ ducennæ uel centenariorũ gradum in schola agentiũ in rebus militantes meruerint,desinant in sacratissima uidelicet ciuitate constituti alterius iudicis cuiuslibet authoritate pulsari,uel in alio quolibet examine,præterꝯ uiri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit,actionibus sui quisꝯ aduersarij respondere. Quod multo magis incriminalibus causis obseruari decernimus.absurdum est enim,ut in eius salutem uel existimationem ualeat quisꝯ proferre sententiã,cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius autẽ beneficij prærogatiuã ijs etiam, qui sub alijs cingulis inueniuntᵉ,pro temporibus deferri iubemus:licet hanc in eorũ persona more quoꝯ ueteri seruari cognouerimus: ut tamen post depositum officium memoratũ,si nõ inter centenarios numerentur,cõmuni iam lege respondere nõ ambigant. Prædictas autem omnes centenariorũ personas in quincijs repertas cõcessa nunc speciali fori prærogatiua,nisi publicæ exsecutionis sollicitudo his iniuncta sit,uti prohibemus, eosꝯ ordinariorum etiam iudicum pro ueteri iure sententijs obedire præcipimus.

DE PRAEPOSITIS AGENTIVM IN REBVS. Tit. XXI.

I. Imp. ZENO. A.

AGentes in rebus, qui per ordinẽ conſequi ſolent principatus inſignia, in unoquoq; ſcrinio fabricarum & barbariorum quaternos ſub ambarum ſollicitudine per annum duntaxat integrum procedentes gradatim ſubire, hac in æternum ualitura lege decernimus: exceptis uidelicet uniuerſis negociatoribus quibuslibet mercimoniũ pro ſe gerentibus, interpoſitasúe perſonas, cum eis ante ſacratiſſimis cõſtitutionibus interdictum ſit militare: exceptis nihilominus his, qui poſſeſſionum alienarũ ſollicitudinem procurationemúe ſuſceperint. eos enim ad hæc officia uolumus aſpirare, quorum labores ſcholæ agentium in rebus teſtimonio cõprobantur. Illi quoq; ſunt ab hac liberalitate noſtræ manſuetudinis excludendi, qui cum ſcholæ eidem ſocientur, in ſacris ſcriniſs, quibus uir ſpectabilis primicerius & tertiocerius præſunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duobus officijs operam ſuam adhibere non poſſunt. nam præter emolumenta, quæ de prædictis ſcriniſs conſequuntur, principatus etiam ſolatio debent eſſe contenti. Quòd ſi morbo, uel ætatis ſenio capti, & imperiti huiuſmodi rerũ, uel quocũq; alio uicio præpediti, per ſe memorati officij curam ſubire nequiuerint: cõſideratis præcedentibus eorũ laboribus, per ſubſtitutum chartulariũ eiuſdem ſcrinij, cui præfuturus eſt, ipſe idoneum, & tam moribus optimis præditum, cq; ſcientiam peritiamq; rerum habentem electionẽ ſuam ſuarũq; periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus.

II. Imp. ANASTASIVS. A.

HAc ſaluberrima ſanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus & modo ſportularum exſecutoribus præbendarum, pro quantitate ſumptuũ, quæ circa litigia ſibimet ab aliis inferenda, uel à ſe contra alios per ſemetipſos, ſeu per ordinandos à ſe procuratores exercenda, cõuenit ab his agnoſci: ac beneficijs, quæ in ſacro noſtro militantibus miniſterio iam pridem per diuinas ſanctiones indulta ſunt, perpotiri: & fideiuſſorem idoneum de eadem ſchola, non autem extraneum offerre compelli. Ita tamen, ut priuilegia, quæcũq; centenarijs ſeu ducennarijs, uel chartularijs, ſeu uiris clariſſimis principibus poſt depoſitam quoq; militiam iam per diſpoſitiones principales impertita, & nunc uſq; obſeruata eſſe noſcuntur, inta cta inuiolataq; cuſtodiantur: cum perabſurdum, perq; temerarium ſit, hanc noſtræ liberalitatem pietatis (quanq; aſtuta interpretatione) non ad augmentum anteriorum priuilegiorũ, ſed deminutionem conuertere concedi. Simili uidelicet forma pro matribus, & uxoribus eorum, necnon etiam liberis ſub eorum poteſtate conſtitutis, nec aliam ſortitis uel ſortituris militiam, necnon etiam ſeruis ad eos pertinentibus ſeruanda: ita, ut in prouinciſs quoq; ſupradictæ perſonæ degentes ſimili beneficio perfruantur. Sportulas tamen, & litium expenſas pro tertia ſuperius parte enarratæ quantitatis ſoluturæ: denarum librarum auri condemnatione aliaq; grauiſſima indignatione his feriendis, quicunq; noſtra iuſſa quolibet modo ſeu tempore uiolauerint, ſeu uiolare conceſſerint.

DE PRINCIPIBVS AGENTIVM IN REBVS. Tit. XXII.

Imp. ZENO. A.

AGentes in rebus poſt palmam laboris emeriti principatus honore remuneramus. atq; ideo officiales, tam ad neceſſitates publicas, cq; priuatas, non niſi principe mittantur authore: nullarumq; ſine ipſo cuiq; mandetur exhibitio perſonarũ, etiam ſi interceſſio in locis degentis officij fuerit impertita. Cauſarum etiam patronos ita uolumus eſſe conuentos, ne ignorante principe ullam poſtulationem introducant, ne ue ſub unius perſona ſuſcepti fraude quadã aliena negocia inferenda eſſe pertentẽt. Quòd ſi fuerit definitio contẽpta: decẽ libras auri fiſco noſtro ab officio tuo iubemus inferri.

II. Imp. ANASTASIVS. A.

OMnia citatoria omnium ſcilicet cauſarum atq; perſonarum, licet ſint ſenatoriæ dignitatis, ad pr̃cipes ſpecialiter reuocari præcipimus. actus uero cæteros, qui à ſacratiſſimo cœtu ſenatus tractari conſueuerũt, cenſualium ſollicitudine celebrari, nec aliquod præiudiciũ ex ſubreptitio reſcripto ſupplicibus inferri.

III. Idem Auguſtus.

PRoconſularis apicis dignitatis adiectiõe principes agentiũ in rebus præcipimus decorari. Imp.

IIII. *Imp.* THEOD. & VALENT. AA.

EX agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriaḿq; probatam sibi existimant, etsi sæpe eodem officio fuerint ante perfuncti. & si quis agens in rebus post uigintiquinq; annorum curricula ob aduersam corporis ualetudinem militiæ finem minime ualuerit exspectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio scholæ prosilierit: iisdem eum priuilegiis muniri censemus, quibus hi, qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibuśq; priores eos, qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, & si actus tempore posteriores sint, esse præcipimus: nihil censualibus, uel apparitoribus aduersus priuilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint uersati, uicenarum librarum auri condemnatione contra eos proposita.

V. *Idem Augusti.*

EOs, qui ordine transcursa militia, post ducennam ad desideratũ principis peruenerint gradum, aut adiutores uiri illustris magistri officiorum exstiterint: cum inter honoratos cœperint numerari: uicarianæ dignitatis titulis decorari censemus.

VI. *Idem Augusti.*

PRincipes agentiũ in rebus, quos sæpe sæua pericula uitǽq; interdũ renunciatio ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiæ suæ comitiuæ primi ordinis cingulo in diem uitæ potiri, manentibus uidelicet dudũ præstitis saluis priuilegiis, decernimus.

VII. *Imp.* LEO. *Augustus.*

QVicunq; ex corpore cohortaliũ militans in schola agentiũ in rebus filium procreauerit, antećq; ad metas militiæ suæ pueniat, principatus honore decoret̃: & licet ipse post finitã militiam utpote liber nulla debeat huiusmodi conuentione pulsari, filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si uero post́q; adeptus fuerit principatũ, ediderit filium: is, qui natus est, etiam si in schola deuotissimorum agentium in rebus militiam sortitus nõ fuerit: ita liber sit ac securus, ut nec ullis cohortalis officij nexibus obliget̃, quasi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

VIII. *Imp.* ANASTASIVS. A.

MVltis deuotissimæ scholæ agentiũ in rebus additionibus permoti, uiros clarissimos eiusdẽ scholæ principes, qui finitis militiæ stipendijs exeunt, quoties ex maioris iudicis sententijs ipsi uel eorum coniuges, aut liberi, uel serui, aut coloni, siue per se, siue per procuratores cõueniantur: nõ amplius, c̃ unum solidum exsecutoribus sportularum nomine præbere compelli: apparitoribus uicarianis, seu præsidalis iudicij, non nisi tertia parte solidi tantum præstari da: nullaśq; ijsdem concussiones aut uexationes in præbendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores, quos locorum defensor æstimauerit, dare: ita uidelicet, ut pro tenore generalium edictorũ hi, qui uel in sacratissima urbe, uel in prouincijs immobiles possident facultates, adiuratoriæ cautioni & substantiæ suæ credantur. Hoc etiam adijciendo, ut nunćq; nisi ex sententia in scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinem insuper aliorũ officiorum, quoties ciuiles uel criminales contra eosdem cognitiones mouentur, exsecutore quidẽ negocij usq; ad finem litis ciuilis seu criminalis unius esse solidi præstatione contentum: & pro insinuandis nostræ serenitatis apicibus uel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his uel coniugibus eorum præberi. & quotieścunq; exemplaria postulantur: hi, quorum interest, accepto solido, quod petitur, præbere nõ differãt. pro implendis uero monumentis, unde cõueniẽdi tribuit̃ exsecutoribus facultas, nõ ultra quàm tres solidos, quibus cõpetit, impertiri præcipimus: arbitro uero non amplius c̃ solidum, & fisci patronis dimidiã solidi partẽ, notarijs uero tertiam usq; ad finem (sicut dictum est) causæ præstare. super editione quoq; chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quòd si non apud arbitrum, sed in competentibus iudicijs maioribus cognitio celebretur: inducendi quidem negocij gratia non nisi quatuor solidos eosdem uiros clarissimos erogare, gestorum uero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare, & nullius ultra suprascriptas quãtitates cuiuslibet alterius præstandi sumptus exactione uexari: his omnibus locum habentibus, siue ipsi alijs litem ingerunt, siue ab alijs pulsentur.

DE CVRIOSIS ET STATIONARIIS. Tit. XXIII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

Curiosi

CVriosi & stationarij,uel quicunq; funguntur hoc munere,crimina iudicibus nuncianda meminerint,& sibi necessitatem probationis incumbere:nec citra periculum sui,si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. cesset ergo praua consuetudo,per quam carceri aliquos immittebant.

II. Idem Augustus.

AGentes in rebus in curis agendis & euectionibus publici cursus inspiciendis nostrorũ mores præceptorũ credimus in omnibus uelle profutura reipublicæ.ideoq; solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere,& non ab alio penitus officio.hi uero peruigili diligentia prouidebunt,ne quis contra euectionis authoritatem moueat cursum,uel amplius postulet,q; concessit euectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit:impro bi cœpti priuetur effectu.demonstretur etiam iudicibus uel curiosis euectio,etiam si quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequium necessarium,nec prævaleat contumacia,uel dignitas.Ergo numum iam uetamus exposci pro animalibus in cursum minime constituris. Quod si forte aliquis existimauerit perpetrandũ:eius quadruplũ,quod accepit,inferre cogat.

III. Imp.CONTANTIVS.A.

PEr id tempus,quo cursus tuendi sollicitudinem sustinetis,condemnationes præfectorum circa eos solos irritæ sunt futuræ,qui seruauerint honestatem.erga eos uero,qui inhoneste & contra decus seculi uel honorem militiæ uersabuntur:non solum condemnatio mansura est,uerum etiam grauior pœna est statuenda.

IIII. Idem Augustus.

AGentes in rebus singulos per singulas prouincias mittendos esse censemus,quibus inspiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari:ut nihil prorsus commune aut cũ iudicibus,aut cum prouincialibus habeant.nec naues debebunt illicita cõcussione uexare,nec libellos,aut attestationes,uel contestationes litis gratia susscipere,aut in carcerem quenq; trudere,sed cursui solum uacare.

DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM, ET RE-rum priuatarum. Tit. XXIIII.

I. Imppp.VALENTIN.& VALENS.AA.

PAlatini pro capitibus seu iugis suis tantum pensitationem atq; obsequia recognoscent,extraordinarijs & sordidis muneribus,& susceptionibus,& remonarijs oneribus liberati.

II. Imppp.VALENS,GRAT.& VALENT.AAA.

NVllus thesaurensis,uel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euersor,quocunq; pacto,aut repetat militiam suam,aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem,uel sese transferat ad aliam quamcunq; militiam.

III. Impp.GRAT. VALENT. & THEOD.AAA.

PRisco iam nunc ordine reuocato,de Palatino potius officio ad regendum principatum officij comitis domorum per Cappadociam mittantur,quales comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit,uereatur.Idoneos itaq; singulis annis è numero mittendariorũ ad hoc eligere debebis & mittere.

IIII. Idem Augusti.

NIhil omnino ullis iudicibus cum Palatinis nostræ clementiæ,quicunq; à comitibus diriguntur,sit commune atq; coniunctum:sed excepta reuerentia,quæ non solum ab inferioribus,sed etiam à maioribus,& in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur atq; defertur,suis quisq; necessitatibus obsecundet.

V. Idem Augusti.

QVidam post impletum ordinem militiæ Palatinæ,quã gesserant,honoremq; transactũ ad exceptorum scrinia transire nituntur.Hac igitur lege sancimus,ut nulli prorsus deinc usta audendi relinquatur occasio: sed unusquisq; eius scrinij,quem primum militando elegit,ordinem persequatur,nec in alterius loco finem militiæ requirat,quia iam proprij ordinis transegerit principatum.

VI. Idem Augusti.

AB officijs Palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum,ut nec ipsa post modum licitum sibi credat ijsdem aliquid adiũgere,& propterea prouinciarum rectores prohi-

prohibeant quidq̃ ulterius tale conari.

VII. *Iidem Auguſti.*

SCrinijs omnibus largitionum comitatenſium infraſcriptas decernimus dignitates, ut his contenti, ambiendi ſibi aditum intercluſum eſſe cognoſcant, etiam ſi ſpeciale beneficium emendicato ſuffragio quiſq̃ uoluerit impetrare. annonas etiam iuxta definitum dignitatum modũ uolumus præſtari, nec amplius quidq̃ præſumi. Breuis, quem dignitates, per ſingũla ſcrinia officiorum ſacrarum largitionũ habere ſtatuimus, hic eſt. SCRINII exceptorum præfectus ordinis ſecundi numero unus, item ſecundicerius exceptorũ numero unus, ducenarij duo, unus tertiocerius, & quartocerius centenarius unus. Item primicerius inſtrumentorũ, epiſtolares numero duo, formæ primæ numero triginta ſex, formæ ſecundæ numero quatuor, formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero unus, centenarius numero unus. Secundo epiſtolares numero duo, formæ primæ numero tres, formæ ſecundæ numero unus, formæ tertiæ numero duo. Sacri ſcrinij tabellariorum præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero unus, centenarius numero unus, epiſtolaris numero unus, formæ primæ numero tres, formæ ſecundæ numero quinq̃. Scrinij canonis præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero unus, centenarius numero unus, epiſtolares numero duo, formæ primæ numero quatuor, formæ ſecundæ numero quatuor. Scrinij mittendariorum ducenarius numero unus, centenarij numero quinq̃, epiſtolares numero octo, formæ primæ numero octo, formæ ſecundæ numero triginta tres. Scrinij ſacræ maſſæ præfectus ordinis tertij numero unus, id eſt primicerius ſacræ maſſæ numero unus, item ſecundicerius numero unus, ducenarij numero duo, item tertiocerius numero unus, ducenarij numero duo, & quartocerius centenarij numero ſex, epiſtolares numero quatuor. Artifices ſpecierum ducenarij numero quatuor, centenarij numero ſex, epiſtolares numero octo, formæ primæ numero octo, formæ ſecundæ numero quatuor. Artifices ſolidorum ducenarij numero unus, centenarij numero octo, epiſtolares numero ſex, formæ primæ numero nouem, formæ ſecundæ numero triginta. Sculptores & cæteri artifices centenarij numero unus, epiſtolares numero quinq̃, formæ primæ numero ſex, formæ ſecundæ numero decem & octo. Scriniarij ad reſponſum per formam primam numero unus, per formã ſecundam numero duo, ducenarius numero unus, centenarij numero duo, epiſtolares numero tres, formæ primæ numero quatuor, formæ ſecundæ numero duo, formæ tertiæ numero unus. Scriniarij ad limitem per formã primam numero unus, ducenarius numero unus, formæ primæ numero unus, formæ ſecundæ numero duo, formæ tertiæ numero tres.

Scrinij noſtri per formam ordinis tertij numero unus, per formam epiſtolaris numero duo, formæ primæ numero ſeptem, formæ ſecundæ numero decem, formæ tertiæ numero quatuor. Officialium ſacrarũ ueſtium ducenarij numero tres, centenarij numero tres, epiſtolares numero duo, formæ primæ numero duodecim, formæ ſecundæ numero decem, formæ tertiæ numero octo. Deputati ſacræ ueſtis per formam ſecundi ordinis numero duo, ducenarij numero duo, centenarij numero duo, epiſtolares numero duo, formæ primæ numero tres.

Scrinij ab argentarijs per formam ordinis ſecundi numero unus, epiſtolares numero unus, formæ primæ numero ſex, formæ ſecundæ numero tres, formæ tertiæ numero unus. Ad pecunias per formam ordinis ſecundi numero unus, formæ primæ numero unus, formæ ſecundæ numero duo, formæ tertiæ numero quinq̃. Argentarij comitatenſes ducenarij numero unus, centenarij numero duo, epiſtolares numero tres, formæ primæ numero octo, formæ ſecundæ numero uiginti quinq̃. Barbaricarij centenarij numero duo, epiſtolares numero quinq̃, formæ primæ numero octo, formæ ſecundæ numero unus.

VIII. *Iidem Auguſti.*

PLacuit iuſte omnibus mittendarijs & palatinis officijs profutura ſuggeſtio, quam inſinuaſti, ut ex ijſdem annis ſingulis ducenarij tantum & centenarij habito prouiſionis intuitu cingulo liberentur.

IX. *Imppp.* VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA.

NOn aliter quilibet in officio ſacrarum largitionum uel priuatarũ rerũ cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis adnotationem meruerit.

X. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

PAlatinos, qui ſacrarum remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminumq̃ militiæ peruenientes, necnon etiam adiutores, & primicerios diuerſorum officiorum, præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agentium in rebus ſcholæ noſtra ſunt man-

suetudine cõtributa, scilicet ut à tyronum præbitione memorati reddantur exsortes, cæteráq; onera non agnoscant.

XI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

AD similitudinem sanctionis, quã de proximis sacrorum promulgauimus scriniorũ, etiam in officio sacrarum largitionum, atq; priuatarum rerum pro biennio annũ sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita, ut & priuilegia, quæ huiusmodi officijs uel primicerijs sacris legibus deferuntur, integra illibataq; seruentur.

XII. Imp. THEODOSIVS. A.

VIros deuotos palatinos non oportet in hac regia urbe apud uirum illustrem præfectum urbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorũ, & seruitutibus, & annonis orta uideatur causa. in alijs uero causis, tam pecuniarijs, q̃ criminalibus, apud uiros illustres tantũmodo comites suos respondere. Rectoribus aũt prouinciarũ intra administratiõis suæ fines interpræsentes palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscere, tam pro ciuili, q̃ pro criminali causa permittimus. sic tamen, ut nõ aliter criminalis sententia aduersus eos, pferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij uir illustris comes, sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit.

XIII. Idem A. & VALENTIN. Cæs.

INter alias prærogatiuas, quas ante meruerant scholæ societatis sacrarũ largitionum, primicerius & tres primicerij scriniorum tribuni militaris prætoriani dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica uel priuata necessitate.

XIIII. Idem Augusti.

IVbemus uiros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatæ eisdẽ priuilegijs decorari, quibus etiam palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur. cũ enim par similisq; militia sit, iustũ & cõpetens uidetur ijsdem utrunq; officiũ priuilegijs gloriari. Primicerios itaq; officij tresq; primates scriniorum rerum priuatarum finito tempore militiæ inter tribunos militares prætorianos, saluis ijsdem præstitis priuilegijs sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen, ut nullam iniunctionem, nullam sollicitudinem priuati uel publici negocij quolibet iudiciario præcepto sustinere possint: sed excepti omni necessitate, omniq; fatigatione adeptæ dignitatis honore potiantur.

DE STATORIBVS. Tit. XXV.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PEr omnes prouincias edictum generale misimus, ut statoribus unus tantum solidus proprio nomine poscereturr, & in offerendis equis certam formam statutam æqualem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant. Quos etiam fisco certo modo solidorum obnoxios fecimus, si quod statores petere interdictũ est, illi dare statoribus non timerent. Officium quoq; grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictã rem gestã fuisse, nõ ilico eam seueritati iudicariæ prodiderit.

DE CASTRENSIARIIS ET MINISTERIANIS. Tit. XXVI.

I. Imp. CONTANTIVS. A.

IN officio spectabilitatis tuæ secundũ formam diualiũ responsorum post cõpletũ tempus præfinitũ, id est biennium, prioribus discedentibus, insequentes ad locũ pro merito laborũ stipendiorũq; succedãt: nec ulla licentia tribuat̃ his, qui impletũ deposuerunt officiũ, denuo ad eandẽ militiam uel sollicitudinem remeandi.

II. Idem Augustus.

SI quis primæ, uel secundæ, uel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cælitus ualuerit impetrare: super numerarijs ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur.

III. Impp. VALENTIN. & THEOD. AA.

HI, qui in schola uestis sacræ militãt, uel matres eorũ, uel uxores, criminalẽ uel ciuilem litẽ contra se mouendam in nullo alio, nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

IIII. Imp. ZENO. A.

ANte omnia nullius alterius iudicis penitus minoris uel maioris sacro ministerio nostro deputatos, quorum officia sigillatim breuis subter annexus continet, nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententijs conueniri: ut in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantiũ, nisi in tuæ

in tuæ tantũmodo amplitudinis examine, præbeant aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestent̃ dispendijs, uel ex nudis cõueniant̃ facile iudicis cuiuscũq; mãdatis: ipsis quoq; sportulis & fideiussionibus modum constituimus obseruandum, ante omnia decernentes, nequando sine scriptura uel interpellatiõe deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eadem'q; non edita conueniri possint. conuentos uero non alium fideiussorem, nisi actuarium, uel unum ex primatibus suæ scholæ exsecutoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare, siue per seipsum, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur. nec ultra conuentiõis nomine sportularum, q̃ unum aureum exsecutoribus usq; ad finem litis præstet, quẽcunq; contigerit conueniri. inducendorum sanè nomine & cognitionum exercendarum, sistendæ'q; personæ gratia ex simplici postulatione contra eos habita: siue ex appellatione subsecuta, uel alio quolibet modo in iudicio deponatur: tribus tantummodo solidis usq; ad terminũ negocij eos, qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos. In cognitionalibus uero gestis edendis duos tantummodo præstari solidos. Hæc autem priuilegia non in eorum tantũmodo, sed in matrum quoq;, & uxorum personis ualere, & ad integrum permanere: filijs quoq; & maritis eodem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios uades exigi: ipsos'q;, dum militant, & post emensam militiam cum his, qui ex tempore prioris præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis eiusdem militiæ stipendia impleſſe noscuntur, omnibus priuilegijs perfrui (cunctis nihilominus capitulis sacris affatibus diuæ recordationis Martiani, quos se meruisse asserunt, ualituris: excepto hoc, quod in diuersis iudicijs tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. Aduocato quoq; fisci, exceptoribus etiã, qui apud arbitros hoc utunt̃ officio, ab exordio incipiendo usq; ad terminum finem'q; negocij tertiam duntaxat partem solidi præbituros. In huiusmodi autem arbitrorum gestis edendis non ultra præstare, q̃ dimidiã solidi partem. & cum per prouincias constitutis fideiussoribus conuentus caruerit: adiuratoriæ tantummodo cautioni cõmitti, nec ullo tempore, nisi ex tuæ dũtaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributarijs, & munerum functionibus, & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & uindicari generalia legum præcepta constituunt: præsenti sanctione decernimus. uiro clarissimo adiutore sublimitatis tuæ in speculis cõstituto, ne quid ex his, quæ statuimus, aliqua subreptione uioletur.

DE DECANIS. Tit. XXVII.

I. Imppp. THEOD. VALENT. & ARCAD. AAA.

QVatuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, biennij spacio primiceriatus gerant officiũ, neq; ulterius cuiq̃ liceat in hoc immorari: ut omni gratia & ambitione cessante post duorum annorũ curricula succedant prioribus subsequentes.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA.

NOstræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantiũ ad alia protrahi iudicia, sed uiri illustris tantum magistri officiorum obseruare examen. hoc nanq; modo neq; mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur, & agentibus aduersus eos iure adhibetur responsum. Ad exemplum itaq; deuotissimorum scholarium, nulli licere memoratos ad aliud iudiciũ trahere, & pulsatos fidei priorũ scholæ permitti præcipimus.

DE MENSORIBVS. Tit. XXVIII.

I. Imp. ZENO. A.

RImicerius mensorum biennio expleto agentis in rebus militis militiam sortiatur.

DE PRIVILEGIIS EORVM, QVI IN SACRO palatio militant. Tit. XXIX.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

APalatinis tam his, qui obsequijs nostris inculpata officia præbuerunt, q̃ illis, quĩ in scrinijs nostris, id est memoriæ, epistolarum, libellorum'q; uersati sunt, procul uniuersas calumnias, siue nominationes iubemus esse submotas: id'q; beneficium ad filios eorum atq; nepotes ipso ordine sanguinis peruenire, atq; immunes eos à cunctis muneribus sordidis & personalibus permanere cum uniuersis mobilibus

& mancipijs urbanis, nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita, ut qui hoc contempſerit, indiſcreta dignitate pœnas debitas exſoluat.

II. *Idem Auguſtus.*

DE cubiculis noſtris uacatione donatos, uel diuerſis obſequijs palatinis, memoriales etiã, qui in ſcrinijs memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarumq; diſpoſitionũ referuntur, necnon & ſi qui in utroq; officio palatinorum comitatenſiũ ſingularumúe urbium, & officio amiſſionum & caſtrenſis ſacri palatij militant, priuilegia uolumus habere, ut nec ipſi, nec filij, nec nepotes eorũ ad honores uel munera municipalia deuocentur. Quibus oñibus condonamus, ne exactorum, uel * turmariorũ, quos capitularios uocant, curam ſubeant, uel obſequiũ temonariorum, uel pentaprotiæ, aut etiam tyronis præſentationem agnoſcant. nam beneficijs noſtris ita digni ſunt, ut etiam cenſualibus, uel perſonalibus, uel corporalibus muneribus liberentur, & habeant caſtrenſe peculium, ſiue adhuc palatium obſeruent, ſiue optata quiete donati ſunt. quibus omnibus priuilegijs coniungimus agentes in rebus, licet militaribus uideantur eſſe ſubnixi.

**aliàs, ſum mariorum.*

III. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

EX aula noſtra diſcedentes uiri ab omnibus iniunctis habeantur immunes, numerariorũq; faſtus uel rapaces quæſtus tanq; experientes & idonei non patiantur.

IIII. *Idem Auguſti.*

OMnes, qui in palatio militando diuerſis actibus paruerint, uolumus in tantũ eius dignitatis, cuius meruerint miſſionem, obtinere inſignia: ut hîs omnibus præferantur in ordine atq; conſeſſu, qui poſteriore tempore regendas prouincias dignitatesq; ſuſceperint Palatinas. Si quis autẽ temeraria uſurpatiõe ſtatuta uiolare tentauerit: ſacrilegij pœnam ſuſtineat.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM. Tit. XXX.

I. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

VIris ſpectabilibus comitibus ſcholarum uerberãdi degradandiúe ſenatores ac ducenarios licentiã denegamus. ea nanq; quæ tali cõmotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis uolumus referri noticiam. Inſuper etiã domeſticos eorum, nõ ſenatores, uel ducenarios, centenariosúe fieri decernimus: pœna quinq; librarum auri plectendo, quiſquis hanc diuinam iuſſionem exceſſerit: ſcrinio uero barbariorũ, ſi tale quid uel attentari paſſum fuerit, uel attentatum contra leges nõ ſuggeſſerit, decẽ librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam obſeruari nõ ſine ratione conuenit, ne is, cui domeſtici officium per militiæ gradum uel quinquennij tempus interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata rem prohibitam alio nomine ualeat uſurpare.

II. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA.

HAc lege decernimus, ut qui in ſingulis ſcholis militant, quiq; poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad primiceriorũ gradum perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura uirorum clariſſimorum comitum meruerint dignitatem: tam cingulo, q; priuilegijs omnibus ſibimet competentibus perfruãtur: ac deinceps uſq; ad finem uitæ foro tuæ celſitudinis tantum modo ſubiaceant, ne ex alterius cuiuſlibet ſententia ciuile ſubire litigiũ cõpellantur. In criminalibus ſanè controuerſijs & in publicis tributis, ita & aduerſus tales uiros prouincias moderantium congruam iuriſdictionem uolumus obſeruari, ne ſub prætextu conceſſi priuilegij uel flagitiorum creſcat authoritas, uel publica uacillet utilitas.

III. *Imp.* ANASTASIVS. A.

QVoties ſuper cauſa ciuili uel etiam criminali, ex ſententia uidelicet iudicij tui culminis, ſcholares, uel eorum cõiuges, ſiue adhuc uiuent earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in uiduitate conſtitutæ ſunt, matresúe eorum in uiduitate permanentes, aut liberi, qui nõ ſpeciaLiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionem ſortiti ſunt, & ſerui ad eos pertinentes conueniuntur: minime eos easúe extranei fideiuſſoris exactione uexari, ſed pro conſuetudine uetuſtiſſima & iugiter obſeruata numerarium uidelicet ſuæ ſcholæ fideiuſſorem præbere iubemus. Hoc uidelicet obſeruando, ut in criminalibus cauſis quinq; alios primates ex triginta uiris à primicerio uſq; ad triceſimum retro numerandis unà cum numerario (uolente ſcilicet & non recuſante) præbeant fideiuſſores, aut recuſantibus quinq; (ſicut dictum eſt) uiris extraneis in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor unà cũ numerario præbeatur. ita, ut exſecutoribus nõ amplius ab his, q; unus ſolidus, ſiue per ſe, ſiue per procuratores reſpondere maluerint præbe

præbeatur. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus, quoties causa fuerit arbitro delegata, pro contestatione litis unum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterũ unũ, & nihil amplius dari decernimus. Quòd si causa in iudicio tui culminis ab ipsa contestatione litis, uel relatione iudicis, aut appellatione interposita uentilatur: pro inducenda cognitione nõ amplius, q̃ tres solidos, & chartarum, uel recitandorum in cognitionibus instrumentorum nomine, editionis quin etiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. Quoties sanè apud uiros clarissimos prouinciarum moderatores ex delegatione scilicet sententiæ tuæ magnitudinis contra uiros fortissimos scholares, uel eorum coniuges, uel liberos, uel seruos cognitio celebretur: non amplius, q̃ dimidiam partem consuetorum sumptuum præberi decernimus. hoc etiam adijciendo, ut qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, usq; ad quinq; mensium spacium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super ciuili uidelicet negocio (exceptis criminibus & tributarijs functionibus) sustineant. Ne tamen ibi quoq; post quintũ scilicet cõmeatus mensem ex sententia iudicij tuæ magnitudinis cõuenti, in exigendis fideiussoribus aliquod sentiant detrimentũ: adiuratoriæ eos cautioni iubemus cõmitti. Quoties autẽ ex uerbis, & sine ulla scriptis prolata sententia ijdẽ fortissimi scholares, uel eorum matres, seu coniuges (ut dictum est) aut liberi, aut serui moneantur: nihil ipsa exsecutione sportularum nomine penitus eos, uel eorum matres, seu coniuges, aut liberos (secundum superius datam distinctionem) uel seruos præbere decernimus. Sed si talis sit negocij uilitas, ut etiam sine scriptis, consentientibus uidelicet partibus, super ea possit cognosci: exspectato sine sctiptis (sicut dictum est) habendæ cognitionis euentu, si deteriorem calculum reportauerint, sportularum nomine unum tantummodo solidum exsecutori præstabũt. Si uero causæ qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitauerit: in hoc necesse est casu, interlocutione in scriptis proferenda, ea, quæ superius de quantitate sportularum decidendarum q̃ cognitionum dispositа sunt, obseruari.

DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM peculio. Tit. XXXI.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

OMnes Palatinos, quos edicti nostri iam dudum certa priuilegia superfundunt, si quã rem, dum in palatio nostro morantur, uel parsimonia propria quæsierint, uel donis nostris fuerint consecuti, ut castrense peculium habere præcipimus. quid enim tam ex castris est, q̃ quod nobis conscijs ac propè sub conspectibus nostris adquiritur? sed nec alieni sunt à puluere & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præstò sunt semper actibus, quos intentos & eruditos studijs itinerum prolixitas & expeditionum difficultas exercet. Ideo q̃ Palatini nostri, qui priuilegijs edicti uti potuere, peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (ut dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint.

DE EQVESTRI DIGNITATE. Tit. XXXII.

I. *Imp.* IVSTINIANVS. A.

EQuites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus.

DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE. Tit. XXXIII.

I. *Imp.* CONSTANTINVS. A.

CEdicillis perfectissimatus fruentur, qui impetrauerunt, si abhorreant à conditione seruili, uel fisco, aut curiæ obnoxij nõ sint, uel si pistores nõ fuerint, uel non in aliquo negocio constiterint, nec sibi honorem uænalem suffragio emerint, nec rem alicuius administrauerint.

QVI MILITARE POSSVNT, VEL NON, ET DE SERuis ad militiæ dignitatem adspirantibus, & ut nemo duplici militia, uel dignitate & militia simul utatur. Tit. XXXIIII.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA.



I militiæ nomen dare uultis: offerte uos his, qui probandi ius habent. non autem ignoratis eos, qui litis causa militiã appetierunt, postulantibus aduersarijs solui sacramento solere.

II. *Imp.* ALEXANDER. A.

NOn tantum decurionum filijs, sed omnibus in fraude ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit.

III. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA.

CVra perui gili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni, uel saltuenses, aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

IIII. *Imp.* LEO. *Augustus.*

OMnes omnino curialis uel cohortalis conditionis constituti, nullam armatam militiam in posterum arripiant.

V. *Imp.* IVSTINVS. A.

HIs quidem, quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis aut ternis pluribusue mereantur cingulis, non coniunctis ex prisca consuetudine, sed abscctis atq; discrepantibus: detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deserendum cognoscant: ut in eo, quod optauerint, firmiter maneant: eo, quod despexerint, sine dubitatione repellantur. In posterum uero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus, q̃ unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum est) binis pluribusue militijs, nec dignitate coniungere cuilibet alij cingulo concedi: ut & qui supplicandũ de re uetita nobis existimauerint, pœna decem librarum auri pro temeritate, q̃uis infructuosa, plectantur: & qui susceperint iussionem augustam per subreptionem elicitam, quod nonnunq̃ contingit, decem librarum auri multa feriantur. Scrinijs etiam necnon officijs, quorum hoc interest, si non restiterint, & hanc pragmaticam legem obiecerint: decem librarum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur: sciant omnes, quod extra concessum admissum est, aut actum fuerit, uel notis conscriptum publicis: simile habeatur, ac si nec impetratum, nec pronunciatũ oñi no, nec insertum esset ullis matriculis. Scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis siue ciuilibus administrandas prouincias, seu gerẽdos quoslibet numeros, uel iam etiã sunt, seu de cætero fuerint iussione nostra sortiti, & ut seruetur eis gradus augusta promeriti sanctio ne: parem indulgendam sibi licentiam, postq̃ deposuerint sollicitudinem, aut in priore cingulo, ptinus persistendi, nullo uindicando titulo dignitatis, quã sollicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem adquisierint administrationis obtentu, uerum priore cingulo desistendi. Monente tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis perspeximus, si militia, qua decedendum est, inter eas habeatur, quas uolentibus licet distrahere, & in alios eam conferendi, & precia consequendi, prout in eisdem agminibus cõsueuerit hactenus. Excipiendis uidelicet, nec deducendis in hanc perpetuò conseruandam legem pragmaticam eis, qui binas militias simul compositas & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: ut uiris deuotissimis schola ribus atq; candidatis fieri moris est, necnon uiris deuotis laterculensibus & pragmaticarijs, uel à secretis contingit, & quos memorialium aut etiam agentium in rebus adornat cingulus, & si qui simili stipendiorum cõiunguntur copula.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS. A.

SVper seruis, qui postea ad quandam militiam adspirare tentauerint, uel scientibus uel ignorantibus dominis, præcipimus: siquidem ignorantibus his eam meruerint: licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam eò, quòd cõtrarium minime probat, ostendere, eoq; modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere. Sin uero scientibus his serui militauerint: cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus iure. illos uero ingenuos effectos, siquidem utiles ad militiam eis datam uisi fuerint, in ea durare. sin uero minime idonei sint, ea priuari. Super illis autem seruis, qui iam militarũt, & adhuc in eadem militia perseuerant, licentiam damus dominis intra triginta dierum spacium ab eo tempore connumerandum, quo præsens sanctio diuulgata fuerit, uel nostram adire clementiam, uel competentes iudices, & suam ignorantiam commendare, eosq; in suum dominium recipere, quo tempore transacto, simili modo tam dominio, q̃ omni patronatus iure cadere eos necesse est.

VII. *Idem Augustus.*

SI quis seruum suum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit passus: spolietur & domi-

& dominio serui,& iure,quod pertinet ad patronos. cui enim ferendum est homines à nostra manu donationes accipientes adhuc inter seruos haberi,& forte cum suis dominis nostrã purpuram adorantes? In his itaq; casibus,in quibus non militia, sed dignitas uolentibus dominis seruis adquiritur,eadem iura reseruentur,quæ antea posita sunt,ne uideatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exemplum præteritæ nostræ constitutionis,quæ de huiusmodi seruis loquitur,quòd nisi hoc intra triginta dies,ex quo eis hoc fuerit notum,manifestauerint,& competentem iudicem adierint,& spoliare eos dignitatibus curauerint:dominium eorum & ius patronatus amittant,nobis deliberantibus,postq; dominio serui fuerint liberati,& inter ingenuos connumerati,si oporteat eos habere dignitatem,uel ea quasi indignos spoliari.

NEGOCIATORES NE MILITENT. Tit. XXXV.

I. *Impp.* IVSTINIANVS. A.

IOs,qui uel in hac alma urbe,uel in prouincijs cuidam ergasterio præsunt, militare de cætero prohibemus:exceptis argenti distractoribus,qui in hac alma urbe negociantur. hos enim utpote utiles omnibus contractibus armata quidem militia penitus abstinere sancimus:aliam uero quamcunq; sine metu præsentis sanctiõis posse sibi adquirere. Si qui uero negociatores,quos omi militia prohibuimus, iam militauerunt:eis licentiam damus,negociationem quidẽ relinquere,militiam uero retinere. scientibus,quòd si postea negociantes appareant,militia priuabũtur. Quod & in argenti distractoribus huius almæ urbis,si armatam militiam iam sortiti sunt,tenere uolumus,ut relicta negociatione liceat eis in eadem militia durare. Negociantes etenim post hanc sanctionem huiusmodi militia priuabuntur:illis,qui ad armorum exstructionem suam professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suæ professionis uenire militiam,& huiusmodi negociationem nihilominus retinere.

DE RE MILITARI. Tit. XXXVI.

I. *Imp.* ANTONINVS. A.

STipendia & donatiua temporis,quo apud hostes fuisse te dicis,restitui tibi postliminio regresso restitutoq; non iure desideras.

II. *Idem Augustus.*

VIginti stipendia si implestis:sordida munera uobis non indicentur.

III. *Idem Augustus.*

MIlites ignominia missi cum infamia notentur:nullis honoribus,qui integræ dignitatis hominibus deferri solent,uti possunt. habeant autem morandi,ubi uelint,potestatem: præter q̃ in eis locis,in quibus specialiter arguentur.

IIII. *Imp.* ALEXANDER. A.

DEfunctorum in desertione bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit.

V. *Imp.* GORDIANVS. A.

CVm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis uestræ,& indulgẽtia nostra esse restitutum:non recte desideratis,ut id tempus,ac si in castris fuerit,habeatur. Proinde excepto eo tempore,quod ad desertores pertinet,restitutus ex indulgentia nostra residuò militare debebit. Ideoq; nec stipendia temporis,quo in desertione fuerit,exigere poterit.

VI. *Idem Augustus.*

SEmel causaria missis militibus,instauratio non solet concedi obtentu recuperatæ ualetudinis melioris:quando non temere dimittantur,nisi quos constet medicis denunciantibus,& iudice competente diligenter examinante,uicium contraxisse.

VII. *Idem Augustus.*

FRustra uereris,ne nota,quæ propter delictum militare intercesserit, æstimationem tuam iam ueterani læsisse uideatur:maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam,notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

VIII. *Imp.* PHILIPPVS. A.

CAusaria missus nulla existimationis macula aspergitur.

Imp.

IX. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI quis barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, uel si quis alio modo factam diuiserit: uiuus comburatur.

X. Idem Augustus.

QVicunq; militum ex nostra authoritate familias suas ad se uenire meruerint: non amplius, cū coniuges, liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos, nec adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat.

XI. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA.

TRibuni uel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: cum signis prijs in mansionibus solitis ac publicis maneant. at si quis tam necessaria scita cōtempserit: de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus seueriſſime in eos animaduertatur.

XII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

CVm supra uirentes fluminum ripas omnis legionum multitudo cōsistat: ideo prouida authoritate decernimus, ut nullus omnino immundo fimo sorditatis fluentis cōmune poculum polluat, neue abluendo equorum sudores deproperans publicos oculos nudatus infestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorū hoc ipsum faciat.

XIII. Impp. THEOD. & HONOR. AA.

NEmo miles ex his, qui præsentes diurno obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac alma urbe præsenti comitatui concessi sunt, quiue de alijs numeris, uel legionibus sunt, uel sibi uacet, uel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. Qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti, pœnas consentaneas luere compellentur. hi uero, qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinq; librarum auri multæ nomine feriantur. Si uero quisq; missus à numero uel à tribuno ad comitatum serenitatis nostræ uenerit (aliter enim eos hoc facere uetamus) ilico se uiris illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet, & causas profectionis exponat, ut & responsum cæleste mereatur, & citam remeādi accipiat facultatem. Si quos aūt milites per prouincias, relictis prijs numeris, passim uagari præsides earum cognouerint: correctos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat, decernamus.

XIIII. Idem Augusti.

COntra publicam utilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites uel duces, quibus regendæ militiæ cura commissa est, non solum à comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere, sed ne ipsis quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de castris riparensibus, castrensianis, cæteriscq;, cuicq; eorum transferendi militem copiam attributam, nisi hoc augusta maiestas publicæ utilitatis gratia fieri iusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquenq; conuenit deuenire. Quōd si quis contra fecerit: per singulos milites singulas auri libras à se nouerit exigendas.

XV. Imp. LEO. A.

MIlites, qui à republica armantur & aluntur, solis debēt utilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, uel mercimoniorum quæstui, sed propriæ militiæ nijs insudare militiæ. nullum præterea ex militibus post hac prædictis obsequijs uacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes in numero suo esse iubeat, ut armorū quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quōd si quis ex militaribus iudicibus ullos militum, tam diuinis, cq; regijs, uel priuatis domibus, ac possessionibus, diuersisq; alijs obsequijs contra interdictum nostræ crediderit deputandos: sciat se ab eo, qui cōtra uetitum fecerit, & ab eo, qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas.

XVI. Idem Augustus.

MIlitares uiros ciuiles curas arripere prohibemus: aut si aliqnā huiusmodi sollicitudinē forte susceperint, & militia statim, & priuilegijs omnibus denudari decernimus: formidantibus his motū nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiā ire tētauerint.

XVII. Imp. ZENO. A.

NEminem in ullo numero equitum, uel peditum, uel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus: consuetudine, quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magisteriæ potestati, uel ducibus probatorias militum facere, uel militibus adiungere licentiam tribuebat. ut hi tantum in numeris uel in militijs militent, qui à nostra diuinita

uinitate probatorias consequuntur. Viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, necnon & uiros spectabiles duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putauerint: ueritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero, uel limite debeant subrogari: ut ita demũ, pro ut nostræ sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi, militiam sortiantur: officio, quod tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint uiolata.

XVIII. *Imp.* ANASTASIVS. A.

TAm collatores & prouinciales, cȝ fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeq; læsionem aliquam seu dispendium perpeti properantes: esse necessarium prospeximus, dicatissimos milites, qui de diuersis præsentalibus numeris per orientis partes noscuntur consistere, uirorum spectabilium ducum iussionibus obedire: ut quidquid emerserit, quod pro cõmuni securitate curandum est, hoc protinus, utpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit adhiberi remedium: ita uidelicet, ut etiam agentibus causas, tam criminaliter, cȝ ciuiliter, præfati milites iam non apud magnificam magisteriam per orientem potestatem, uel ex sententijs seu præceptionibus eius, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cuius iurisdictione consistunt, cȝ eorundem ducũ respondeant. Eo scilicet obseruando, ut ad responsum, quos de officio tuæ sublimitatis hucusq; ad prædictam magisteriam per orientem potestatem moris erat destinari, uiris spectabilibus ducibus in mensuris mittantur, tam per se, cȝ per adiutores suos eosdem iudices obseruare, & iussiones eorum implere curaturos: licentia non deneganda & ad responsum, qui de officio alterius uiri excelsi magistri militum præsentialiter pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuæ sublimitatis ad responsum nõ contigerit reperiri, suam sollicitudinẽ pro emergentibus maxime causis peragere. Cuius etiam illi, qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem: ut non tantum per adiutores suos, uel ad responsum, sed etiam inuicem se adiuuando, nec publicis, nec priuatis causis, uel executionibus adesse uideãtur. ad singulos etenim duces ad responsum de apparitoribus nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatiõe damna contra milites nostros augeri contingat.

Vt autem omnifariam tam publicæ cõmoditati, cȝ fortissimis prospiciatur militibus: sportularum nihilominus exactionem merito censuimus moderandam, & iubemus nec ipsis ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, uel ad publicam causam pertinere dicantur: licere aliquid plus, cȝ unum solidũ à singulis, uel nolentibus, uel spontanea uoluntate offerẽtibus suscipere militibus. Ita, ut si uniuersitas numeri seu principiorum monenda sit: duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant. in his etenim causis nec plures, cȝ duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: syndico uidelicet, prout consuetudo deposcit, legibusq; cautũ est, ordinando. Hoc quoq; adiecto, ut pro oñibus & quibuslibet expensis faciendis in ingressu iudicij duciani unum tantũmodo solidũ, nihilq; amplius milites uel syndici litigantes dependere compellantur: ut huiusmodi solatium ad cõmodũ & ad responsum, & eius adiutorum, & exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare, uel suo nomine poscere, uel uiris deuotis principalibus, qui ducianum obseruant iudicium, uel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis. Ita uidelicet, ut super litis expensis in personis etiam eorum, quicunq; milites pulsare maluerint, eadem forma seruetur. Erit autem arbitrij atq; æstimationis uirorum spectabilium ducum pro qualitate negociorum uel quantitate, quæ deuotissimis militibus ab aduersarijs eorum ingeritur, uel suam audientiam interponere litigijs, uel eorũ discussione dicatissimis principijs, seu arbitris in locis degentibus committere. Quibus uiris spectabilibus ducibus & eos obseruantibus ad responsum, seu adiutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem duces milites accersiti fuerint, uel de locis, in quibus cõstituti sunt, moueri præcepti: ne quolibet modo curiales, seu collatores quibusdam afficiantur dispendijs: ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis, quandocunq; uoluerint uiri spectabiles duces etiã præsentales deuotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis cõuocare procurent. Sin uero etiam necessitate poscente milites ad alia perueniant loca: læsionibus contra curiales seu collatores nihilominus modis oñibus abstineant. & si tam in eundo, cȝ in redeundo, triginta tantum dies oportet eos proficisci: ipsi sũas expensas sibi præbendas, collatoribus seu curialibus minime prægrauandis, suscipere non cessent. Sin autem ulteriore tempore in alijs locis necesse sit eos commorari: expensas eis ulterioris (ut dictũ est) tem-

poris,ad quæ peruenerint loca,ministrari. Quoniam uero comperimus quosdam temerario animo atq; iniquo proposito anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis tuæ,cꝫ apud excelsam magisteriam per orientem potestatem in accusationē deduxisse,& eosdem eodē tempore ad diuersa quoq; protraxisse iudicia,diuersas quoq; super ijsdem personis,ijsdemq; causis & negocijs prolatas fuisse sententias:ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ,tantaq; confusio querelis,quas eis ingeri contigerit, generetur:nemini licere apud sedem magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita,conuentioneq; oblata eundem uel eosdem criminaliter,uel ciuiliter per iussionē uirorum spectabiliū iudicū uel ducum inquietare, antecꝫ negoci ex priore actione priorecꝫ conuentione finem legitimum sortiatur. Idemq; uersa uice obseruari,ut siquidem miles seu milites præsentales prouisione uiri spectabilis ducis incusati ac admoniti fuerint:incusatori licentia denegetur agenti postulationem seu accusationem in iudicio tuæ sublimitatis cōtra eundem militem uel eosdem milites deponere. Nec si eundem uel eosdem,tam criminaliter,cꝫ ciuiliter,obnoxios esse firmauerit,facultatē eidem agenti supereſſe:& separatis intentionibus suis,pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis iudicium,pro ciuilibus autem uiri spectabilis ducis sublimitatem sub uersa uice occupare. Si quis uero ad huiusmodi tam audacissimum tamq; æquitati contrarium conamen prosilierit:eum pro pecuniarijs quidem negocijs iactura litis & damnorum,quæ uicio eius contigerunt,solutione percelli:pro criminalibus autem quasi calumniatorem conuictum legum aculeos sentire. Dispositiones autē antelatas nō ad imminuendam potestatem magisteriæ per orientem administrationis,sed pro tuitione locorum ac securitate publica noscimur præstitisse:cum non dubium sit,ipsos etiā duces, quibus fortissimi præsentales milites parere p̄cepti sunt,sub eadē excelsa potestate esse cōstitutos.

DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM, ET PRAEfectis annonæ. Tit. XXXVII.

I. Imp. ALEXANDER. A.

SI in potestate tua filius tuus fuerit eo tempore,quo quædā nomine eius emisti:ea tua esse non dubitatur. Peculio autem castrensi cedunt res mobiles,quæ eunti in militiam à patre,uel à matre,alijsúe propinquis uel amicis donatæ sunt. Iteq; quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur . in quibus sunt etiam hæreditates eorum,qui non aliàs noti esse potuerunt,nisi per militiæ occasionem,etiam si res immobiles in his erunt. Matris autem hæreditas,cꝫuis in militia delata sit,ad peculium castrense non pertinet. In castrensi uero peculio prædium donatum non esse constat: cꝫuis empta ex castrensi peculio prædia eius conditionis efficiantur.

II. Idem Augustus.

FIliusfamilias alienationem nullius rei sine uoluntate patris habet,nisi castrense peculium habeat.

III. Idem Augustus.

ERrat,qui tibi persuasit,quòd nexu paternæ potestatis iure sacramenti solutus es. manent enim nihilominus milites in potestate parentum:sed peculium castrense proprium habēt, nec in eo ullum ius patris est.

IIII. Imp. GORDIANVS. A.

CVm allegas te à fratre tuo eodemq; commilitone in ijsdem castris institutum hæredem: successionem eius potius in castrensi peculio tuo,cꝫ patri tuo,cuius in potestate es,per te quæsitam uideri,rationis est. etenim peregrinationis labor sociatus commilitoni eius & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ non nihil addidisse, quin imò uice mutua chariores inuicem sibi reddidisse,credendus est.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

INtelligis filio,qui militauit,defuncto,peculium eius penes patrem remansisse ,non hæreditatem patri quæsitam.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A.

IVs castrensis peculij tam scriniarios,cꝫ exceptores,cæteroscꝫ,qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur , ac si in legione primæ adiutricis nostræ reipublicæ militent,inuiolatum habere præcipimus.

Consti

* Constitutio græca. *

DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE. Tit. XXXVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

REpetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, uinum quoq; atq; acetum, sed & lardum, carnem ueruecinam etiam, milites nostros ita solere percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panem: uno die uinum, alio die acetum: uno die lardum, biduo carnem ueruecinam.

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

VIcesimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuectare.

III. Idem AA. & GRAT. A.

COenaticorũ nomine milites & eorum superinstãtes nihil penitus & à prouincialibus accipere audeãt. Sciant etenim milites, quòd oportet eos commoda sua, quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes: extrinsecus detrimentis prouinciales nõ afficere.

IIII. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA.

SIcut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus: species annonarias uiciniori bus limitibus à prouincialibus ordinabis ad castra conferri. sed in ueteranis castris cõstituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant, nec amplius, q̃ tertiam partem ipsi uehere cogantur.

V. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

ACtuarij, nisi expleto triginta dierum spacio pictacia authentica cõfestim tradiderint: species, quas ex fiscalibus conditis dissimulauerint excludere, uel cuius numero ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de proprijs facultatibus uel militibus ipsis, uel fiscalibus horreis addicantur inferre.

VI. Impp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.

FOrtissimi ac deuotissimi milites annonas & capita singulis diebus aut certe cõpetenti tempore, id est prius, q̃ annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac sibi debitam studio noluerint protelare: id, quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis uindicetur.

VII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

NVlli militarium pro his annonis, quæ in prouincijs delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, precia liceat postulare: ita, ut si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum precijs repudiata taxauerit: neq; id, quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere: neq; id, quod accipere dissimulauerit, consequatur.

VIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PRouincialium commodis nos cõuenit subuenire. Ad omnium itaq; numerorum, siue uexillationum, aut etiam scholarum tribunos, uel uiros illustres comites sublimitas tua faciat peruenire, uti meminerint fœnum militibus iustis capitis præstandum, iuxta legem diui Valentiniani, nec tamen ad oppidum deferendum.

IX. Idem Augusti.

EXcellentia tua erogationis per susceptores factæ modum quantitate breuium conferri prospiciat: ita, ut quo die numeris datum sit, diligentius exploretur. ac si quid amplius actuarios, uel optiones accepisse constiterit, quã breuium datorum scrinijs nostris ueritas cõtinet: memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quã semel flagitantibus eisdem erogasse mõstrauerint. nam ad illustres quoq; uiros magistros utriusq; militiæ sacri apices concurrunt, quibus prouida sanctione decernimus, ut breues ante indictionis principium, summa fide ac ueritate confecti, ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos à susceptoribus erogatio celebretur.

X. Idem Augusti.

IVbemus per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à nouembri mense de nouello uino annonam dari, quoniam ueteris dispendiosa uidetur erogatio.

XI. Idem Augusti.

OPtionibus nullum sit cum prouincialibus commercium: ita, ut à ducibus uel officio pró

uinciali omnis ſumma debiti poſtuletur, intra anni ſpacium conferenda.

XII. Iidem Auguſti.

SEptem diebus, per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturæ nómine cõſequuntur: ſpecies reſiſtentes nõ aliter adærentur, niſi ut in foro rerũ uænalium diſtrahuntur.

XIII. Iidem Auguſti.

LEge repetita cenſemus, ut ſi quis militum intercluſam ſpecierum exactionẽ refricare tentauerit, uel erogationes ſtatutas auſus fuerit immutare: tam uir ſpectabilis dux centum librarum auri, quàm eius etiam officium pari condemnationis ſumma quatiatur, adiecta ſacrilegij pœna, quæ diualium ſcitorum uiolatores palam inſequitur.

XIIII. Impp. HONOR. & THEODOS. AA.

HIs ſcholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de ærarijs annonis ſingulos ſolidos per optiones, caballationis quoq; rationẽ pro adminiſtrato tempore debitam, quando militibus erogatur, ſine mora præberi oportet: uel ſi quis eorum ante, cũ accipiat, in fata conceſſerit: quod ex utraq; cauſa ei debebatur, hæredibus eius reſtitui.

XV. Imp. LEO. A.

ANnonas omnes, quæ uniuerſis officijs atq; ſacri palatij miniſterijs, & ſacris ſcrinijs, cæterisq; cunctarum adminiculis dignitatum adſolent delegari, quasq; hi, qui ad earum exactionem mittũtur, pro cupiditate & libidine ſua grauiter ex prouincialium uiſceribus eruebãt: ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ, adhærere præcipimus: ut omnibus ſupra deſignatis emolumenta debita in precijs diſpoſitio tui culminis pro publica utilitate taxatis, præcipiat erogari.

XVI. Imp. ANASTASIVS. A.

IVbemus per hanc diuinam diſpoſitionem eos, quibus ex officio tuæ ſublimitatis militariũ meritorum ſeu cuiuſlibet præſtationis committitur erogatio, in primis iurare pro iuſticiæ ratione iiunctam ſibi ſollicitudinem peracturos, & ſecundum præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicũ erogator manu ſua ſine ullo dolo & fraude ſingulis militibus enumeret, quatẽnus unuſquiſq; miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negociatione actuarijs permiſſa ſecundum rationem agat iuſticiæ. Hoc uidelicet obſeruando, ut pro ſingulis ſolidis actuario, ſiue ſtatim, ſiue poſt unum duoſue, ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum, minus quidem uno tremiſſe pro temporis ſcilicet breuitate paciſci liceat: amplius autem, cũ unum tremiſſem nullus actuarius pro quo quo tempore ſeu annorum ſpacio paciſci penitus permittatur: nec ulla poſſit actuarius machinatiõe pro temporis prolixitate unius quantitatẽ tremiſſis excedere. Si qua tamẽ inter actuarium & militem ſuper pactione uel negociatione tempore erogationis emerſerit dubitatio: iubemus eidẽ militi dandas pecunias ab erogatore principis dari, & ſecundũ hactenus obſeruatã cõſuetudinẽ eaſdem pecunias uel ab erogatore principis uel ab actuario retineri, quatẽnus cauſa apud deuotiſſima principia propoſitis ſacroſanctis ſcripturis inter actuarium & militem tractetur: ut ex omni parte miles nullum damnum ſub quacunq; occaſione præterc̃ id, quod eũ ex iuſta & permiſſa actuarijs negociatione deberi cõſtiterit, patiatur. Super his uero, quos datis forte commeatibus abeſſe contigerit, hæc uolumus obſeruari: ut pecuniæ, quæ erogandæ ſunt, uſq; ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti ſacra conſtitutio continet, apud deuotiſſima principia ſequeſtrentur, illorum ſcilicet tantũmodo militum, quorum intra triginta commeatales uiros conſtitutorũ actuarius tempore erogationis pictacia utpote habita ſuper pactione protulerit: quatẽnus cum ijdem redierint milites, cauſa apud deuotiſſima principia ſecundũ præfatum modũ tractata, utriuſq; partis indemnitati ſimiliter conſulatur: non danda pro tempore tribuno licentia, triginta uiris amplius ſub commeatus occaſione dimittere. Sin uero ſaluberrimam conſtitutionem offendendo amplius, cũ triginta uiros datis commeatibus tribunus dimittere auſus fuerit: pecunias quidem, quæ poſt præfatorũ triginta uirorum numerum per commeatus dimiſſis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationis erogator non dubitet reportandas. Sciat uero tribunus præter iam conſtitutas ſuper huiuſmodi facinore interminationes, ſeſe de propriis facultatibus ſingulis militibus, quibus ultra numerum triginta uirorum ſub nomine commeatuũ eos dimittendo cauſa nõ conſequendi publica ſolatia dederit: quidquid ob iniquã dimiſſionem amiſerint, ſoluturum. nec prius idem tribunus ab eodẽ diſcedat numero, niſi omnes huiuſmodi milites, id eſt quos poſt permiſſam triginta uirorum quantitatem commeatus nomine dimiſerit, indemnes in hac parte atq; illæſos reddiderit. Hoc etiã adijciendo, ut ſub geſtorum teſtificatiõe tam decem ex deuotiſſimis princi

principijs primates eorum uidelicet, cꝫ unuſquiſcꝫ caput ſcholæ iuratus deponat ſub præſentia ſua rem (ſicut ſuperius diſpoſitum eſt) fuiſſe ſubſecutam, & ſub obtutibus ſuis unumquencꝫ militem ſolatium ſuum manu ſua ab erogatoris dextera ſuſcepiſſe. & huius geſta, relatiõe â uiro clariſſimo tribuno uel deuotiſſimis principijs intra tres menſes, ex quo profectus fuerit, numerandos, mittenda, ad noſtram referat pietatẽ. Hoc uidelicet ante omnia curando, ut pro tẽpore erogator, poſtcꝫ datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos uel tres menſes ſeu quatuor, pro qualitate ſcilicet ſpaciorum, commiſſam ſibi ſollicitudinem erogationis non dubitet faciendam, uel ſi ulterius apud ſe pecunias publicas differendo erogationẽ auſus fuerit retinere: ſciat ſe modis omnibus damnum, quod ex negociatione miles ſuſtinuerit, ex propriis facultatibus militibus ſoluturum. Scientibus his, qui præfatæ diſpoſitionis obſeruantiam, ſiue in differenda ultra ſigillatim definitum temporis ſpacium erogatione, ſiue in qualibet alia parte, fuerint egreſſi: non ſolum ſeſe militiæ cinguli amiſſionem, uerum etiam facultatum quoꝫ ſuarum publicationẽ pro tanto ſubituros flagitio: & inſuper erogationũ quoꝫ ſollicitudinem ab officio tuæ celſitudinis, ſi imperatoria fuerit uiolata diſpoſitio, ad alios tranſferendã. Si uero idẽ officiũ, ſimul atꝫ huiuſmodi fuerit â quolibet facinus perpetratũ, ad noticiã noſtræ mãſuetudinis, uel certe ad ſcientiã illuſtriſſimæ magiſteriæ referre curauerit poteſtatis, ut eiuſdẽ apparitiõis periculo tale flagitiũ principales minime poſſit aures latere: quatẽnus ex oñi parte eodẽ delicto reuelato, quicũcꝫ ſaluberrimas noſtræ conſtitutiõis uel pietatis ordinatiões auſus fuerit uiolare, interminatas minime poſſit pœnas euadere: ita, ut ſingulis militibus, qui non obſeruato in eorum perſona tenore rectæ diſpoſitionis læſi fuerint, liceat ſacratiſſimum noſtrum per unum forte uel etiam binos milites pro omnibus uerba facturos petere commeatum, & porrectis precibus, quod contra noſtram diſpoſitionem paſſi ſunt, approbare: eoꝫ facto ſtatutis uiolator imperatoriæ diſpoſitionis ſupplicijs percellatur. Illud præterea omnibus modis obſeruari decernimus, ut erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus uſcꝫ ad diem mortis eorum debitæ fuerant, ſecundum iam datam diualem diſpoſitionem uxoribus uel liberis eorum non dubitet miniſtrandas.

XVII. *Imp.* IVSTINIANVS. A.

CVm ſæpe contingit propter quaſdam maximas & inexcuſabiles rationes quibuſdam ad cuſtodiam uel ob aliam huiuſmodi cauſam milites deputari, uel etiam iam deputatos eſſe, & nõ conuenit hoc modo publicũ aliquod damnum ſeu diſpendiũ ſuſtinere: iubemus, ſi qui fortiſſimi milites ex quocunꝫ numero curijs, uel quibuſdam corporibus, uel ſacroſanctæ eccleſiæ, uel alijs perſonis pro cuſtodia (ut dictũ eſt) uel tali alia cauſa â noſtro numine deputati ſunt, uel fuerint: ne per eorũ tranſlationes circa annonarũ uel capitũ eis præbendorũ erogationem, publicis rationibus quædã læſio ingeratur: eandẽ de proprio perſonã, ſeu etiam perſonas, cui uel quibus deputati ſunt uel fuerint, hæc modis omnibus agnoſcere. hoc tantummodo de publico pro ijſdẽ annonis & capitu præbendo & imputando, quod in locis, ex quibus præfati milites peruenerunt ſeu peruenerint, imputabatur: uel ſi antelatam præſtationẽ ſupradictæ perſonæ recuſauerint, eoſdem milites nõ recedere de ſuis locis, uel eos, qui receſſerint, ſine quadam mora ad ea redire. Hoc omnifariam cuſtodiendo, ut nemo deuotiſſimorum militum, cuicunꝫ perſonæ ſeu corpori ſine ſpeciali noſtræ ſerenitatis iuſſione ſctiptis proferẽda deputetur: officio tuæ celſitudinis, ſi hanc noſtræ manſuetudinis formam, quoties ſuper militibus quibuſdam deputandis aliquid ſtatutum fuerit, geſtis inſinuare, & quid eos, quibus dati ſunt, prout nobis placuit, agnoſcere oportet, itidem publicare minime curauerit: tam diſpendium, quodcunꝫ publicũ hac ex cauſa ſuſtinuerit, ei de proprio reſarcire: cꝫ triginta librarum auri multam propter deſidiam ſuam, imò magis conniuentiam dependere cogendo: rectoribus nihilominus prouinciarum & apparitoribus eorum, ſi ſtatuta noſtra uiolauerint, ſeu uiolari conceſſerint, eiuſdem condemnationis ſolutione percellendis.

DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE MILITARIS ANNONÆ. Tit. XXXIX.

I. *Imp.* THEODOSIVS. A.

OPtiones, quibus ſpecies in diuerſis prouincijs delegantur, contra omnem conſuetudinem nullis conſiſtentibus familijs excoctionem paniſ efflagitant. Illuſtris igitur authoritas tua nouam uſurpationem congrua authoritate repellat: ut cũ optiones in prouincijs delegantur, uetus conſuetudo ſeruetur.

II. Idem A. & VALENTIN. A.

IN excoctione buccellati, quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione etiam annonæ nullius excipiatur persona: uidelicet, ut ne nostra quidem domus habeatur ab his immunis. Et si quispiam (quod non opinamur) implere, quæ sunt præcepta, neglexerit: in procuratorem seueriſſime uindicetur: ita, ut si huiusmodi contumaciæ dominum conscium esse cõstiterit: quadruplũ id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita dilatione soluetur.

DE MILITARI VESTE. Tit. XL.

I. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA.

OMnem canonem ueſtium ex kalendis septembris usq; ad kalendas aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ uel eius officio condemnationis, quæ tuæ iusticiæ uidebitur.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

PRouinciæ Thraciarum per tricena iuga seu capita conferant ueſtem. Scythia & Mysia in tricenis iugis seu capitibus item annua solutiõe dependant. per Aegyptum & orientis partis in tricenis ternis iugis, per Asianam uero & Ponticam diœceſim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annuæ ueſtis collatio dependatur: ita, ut per orientem prouinciæ in titulo auri comparaticij, quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis * Hiſtroneatis & Osdroëna & Isauria. nam eas demum constat aurum comparaticium minime debere.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

FOrtiſſimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari præcipimus.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

MIlitaris adæratio ueſtis à collatoribus exigatur, sacratiſſimis uidelicet largitiõibus inferenda: ita, ut quinq; eius partes fortiſſimis militibus erogentur in precio, sexta uero portio à gyneciarijs clementiæ nostræ absq; ulla uel ipsorum, uel publica incommoditate pro eadem contextione susceptа, minoribus gregarijsq; militibus in ipsa, quam maxime eos desiderare constiterit, specie præbeatur.

DE METATIS ET EPIDEMETICIS. Tit. XLI.

I. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA.

SI quis metatorum nostrorum manum, qua deputatas singulis quibusq; domus denotãt, & postibus hospitaturi nomẽ adscribunt, delere nõ dubitauerit: ad instar falsi reus constituti huius authoritate teneatur.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

IN qualibet uel nos ipsi urbe fuerimus, uel in qua hi, qui nobis militant, commorentur: omnium tam metatorum, q̃ etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatẽnus intrepidus ac securus possideat portiones: ut in tres domo diuisa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem: secundam hospes, quam uoluerit, exsequatur: tertia domino relinquenda. plenum enim æquitate atq; iusticia est, ut qui aut successione fruitur, aut emptione uel exstructione gaudet, electam præcipue iudicio suam partem teneat & relictam. Ergasteria uero, quæ mercimonijs deputantur, ad prædictã diuisionis iniuriam non uocentur: sed quieta sint, & libera, & ab omni hospitum iniuria defensa, solis dominis conductoribusq; deseruiant. Sanè si stabulum (ut adsolet) militari uiro in tertia domus parte defuerit: id ex ergasterijs, nisi dominus qualibet occasione prouiderit, pro animalium numero, uel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè uiris non tertiã partẽ domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione seruata, ut alter ex his (si libet. atq; maluerit) diuisionem arbitraria æquitate faciat, alter eligendi habeat optionem. & firmiſſimum perpetuò, quod iuſſimus, perseueret: ita, ut tricenas libras auri, qui illuſtriſſimа sunt prædicti dignitate, fisco nostro se pœnã illaturos esse cognoscant: cæteri uero militia sciant se esse priuandos, si generale præceptum amplius usurpando, quàm iuſſimus, reprehensibili temeritate uiolauerint.

III. Iidem Augusti.

CVnctos iudices scire uolumus à prætorijs ordinariorũ iudicũ, his præsentibus, abstinendũ.

Iidem

IIII. Idem Augusti.

FAbricensium domibus ubicũq; constitutis omnẽ molestiam hospitum præcipimus amoueri. Sed & Antiochiensibus, & cæterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu.

V. Imp. THEODOSIVS. A.

DEuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo omnium igitur ad nullũ prædium publicum uel priuatum domus nostræ uel cuiuscunq; iuris ullus metator accedat, si à quocũq; fuerit destinatus. licentiam enim domino, actori, ipsiq; plebi serenitas nostra cõmisit, ut eum, qui præparandi gratia ad possessionem uenerit, expellendi habeat facultatẽ: nec crimen aliquod pertimescat, cum sibi arbitriũ ultionis suæ sciat esse cõcessum: rectecq; sacrilegũ prior arceat, qui primus inuenit. Administrantẽ uero, eiusq; officij proceres, quorũ p̃cepto inhibitam personã ad agrũ aliquem destinauerit, in tempus proscribi debere censuimus. Solã sanè hospitalitatẽ sub hac obseruatione concedimus, ut nihil ab hospite, quod uel hominũ, uel animaliũ pascuis necessarium creditur, postuletur: omniumq; sit acceleratũ iter atq; continuum, nec ulli liceat residere, ne diuturnitas cõmanentium ulla ex parte prædiũ uexet. Decem etiam librarũ auri multa ferietur, quisquis administrator, erogator, apparitor, ullusũe militans, uel iter agens, ullo in loco aliquid ab hospite postulauerit. intantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoq; præbentibus impunitum esse nõ patiamur, si quid sponte contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse.

VI. Idem A. & VALENTIN. Cæs.

HOc prospectum est, ne infausta hospitalitatis præbitio toleretur, nec balneum quisq; à domino ædium postulet.

VII. Idem Augusti.

DEuotissimos milites ex procinctu redeuntes, uel proficiscentes ad bella, muri sacratissimæ urbis singulæ turres in pedeplanis suis suscipiant.

VIII. Idem Augusti.

ARchiatros nostri palatij, necnon urbis Romæ, & magistros literarum pro necessarijs artibus uel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia, quoad uiuent, liberari præcipimus.

IX. Idem Augusti.

OMnes, qui metata in suis domibus præstant: siue hospitia præbuerint metatoribus, seu quolibet pacto satis eis fecerint: nullam uel pensionis, uel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogãtur. Deinde neminem uolumus cuiuslibet loci uel ordinis, in hac florentissima urbe domũ propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ uindicare. quod & in prouincijs obseruari oportet. Cæteris uero, quibus illustris dignitas sub cingulo uel citra cingulum pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit, honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres. scituris omnibus, quòd si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem propriæ domus impetrauerit: ut à pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum alienis domibus sibi crediderit uindicandum. siquidem honore præditus excusationis ius habeat: carebit legum priuilegijs, quas fraudare conatus est. Si uero inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur: centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur.

X. Imp. VALENTINIANVS. A.

HAc lege sancimus, ut si quis consularẽ ac patriciam meruerit dignitatẽ: tres domos proprias, dũ supersit, habeat hospitũ immunitate securas. hæredes uero eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut uxor: duarũ domorũ suarum excusatione potiantur. Si quis uero consulatu tantũmodo gloriatur: duas semis domos suas immunes habeat. post fata uero eius memorati hæredes unã semis domũ suam habeant nullis hospitijs prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine cõsulatu decoratur insignibus. Præfectorij uero necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad uixerint, hospitibus liberatas. hæredes uero eorum memorati unam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri uero officiorum, uel quæstores unam semis domum suam, quoad uixerint, habeant hospitum onere liberatam. hæredes uero eorũ prædicti unam a b hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorũ, & protectorũ,

& sacra-

& ſacrarum largitionum, et rerum priuatarum, & uir ſpectabilis primicerius notariorum, ſingulas domos ſuas ab hoſpitum grauamine,dum uiuunt,gaudeant eſſe ſecuras. memorati uero hæredes eorum mediam partem unius domus ſuæ ſciant excuſatione muniri:reſiduæ uero partis dimidiæ tertiã portionem hoſpitibus deputandam eſſe cognoſcant. Si qui illuſtres honorarias dignitates quaſcunq; ſine actu cælitus impetrauerunt:æquo animo ſuas domos hoſpitibus poſt hanc legem pandant pro tertia,quæ legibus præfinita eſt,portione:exceptis uidelicet ergaſterijs,quæ in plateis,uel angiportis eſſe noſcuntur. Quod in omnibus domibus,quæ hoſpitales ſunt,obſeruari iubemus:ita,ut nemo uel ex ſacro reſcripto,uel ex diuina adnotatione,ſeu pragmatica ſanctione,contra hanc legem uti poſſit excuſationis auxilio:his omnibus, quæ per hanc legem conſtituimus,in hac æterna urbe obſeruandis.

XI. Imp. LEO. A.

DEcem poſt primicerium tribunos,in domibus,quas in hac regia urbe poſſident,metatorum iuſſimus uacationem mereri.

DE SALGAMO HOSPITIBVS NON PRAEſtando. Tit. XLII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

NEquis comitum,ul tribunorum,aut præpoſitorum,aut militum nomine,ſalgami gratia,culcitram,lignum,oleum à ſuis extorqueat hoſpitibus. ſed nec uolentibus hoſpitibus in prædictis ſpeciebus aliquid auferant. Sed prouinciales ſint noſtri ab hac præbitione ſecuri:comitibus,tribunis,uel certe præpoſitis,militibuſq; graui uexationi ſubiacentibus.

DE COMMEATV. Tit. XLIII.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

NEcui liceat præpoſitorum, uel tribunorũ cohortium, uel uicariorum, & familiarium eorum tempore expeditionis quocunq; genere,cuicũq; de militibus à caſtris atq; ſignis,uel his etiam locis,in quibus prætendant,diſcedendi commeatum dare. Si quis uero contra hanc legem facere auſus fuerit,& militem contra interdictum commeatum dimiſerit eo tempore,in quo barbarorum incurſio exſtiterit: & tũc,cũ præſentes in caſtris atq; apud ſigna milites eſſe debeãt,quiſq; abfuerit:capite uindicet.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA.

QVicunq; de ſcrinijs,aut agentibus in rebus,uel etiam ex officijs palatinis,his uidelicet,qui ſacrarum & priuatarum remunerationum comitibus obſecundant,ſex menſium ſpacium ſupra diem commeatus,aut iuſſionem euictionis abfuerit:is in inferiorem locum, quinq; antelatis poſterioribus,deuoluatur. Is uero,qui anni uacationem arbitratu proprio iudiciarij præcepti oblitus aſſumpſerit:à decem poſt ſe militantibus tranſferatur. ac deinde cum iam aliquis deſidia quadriennio officium proprium adire neglexerit,quadraginta de ſequẽtibus poſt ferat. Qui uero nec poſt quadriennij quidẽ tẽpus:militantiũ nõ immerito matriculis auferat.

III. Imp. ZENO. A.

SI quis ſine commeatu aliquo annum in penatibus propriis,uel in quibuſlibet locis deſidioſa quiete tranſegerit:decem ſequentibus poſtponatur. in quo uero biennalis culpa deprehenditur:uiginti ſibi antepoſitos congemiſcat. tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit:ita,ut quartus exempto matriculæ nullam ueniam derelinquat.

DE TYRONIBVS. Tit. XLIIII.

I. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENTIN. AAA.

NVllus tyro uagus,aut ueteranus,aut cenſibus obnoxius ad militiam accedat.

II. Impp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

QVisquis alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ ſcribi curauerit:conuictus ac proditus auri libram ærario noſtro cogatur inferre:mancipio ſilicet domino,ſi factum ignorauerit, reddendo.

III. Imp. ANASTASIVS. A.

TYrones in ſcholis loco ſemper poſteriore ponant. nec eũ patimur quenq; celſioré gradũ obtinere,niſi cui & laborum aſſiduitas,& ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.

De lito-

DE LITORVM ET ITINERVM CVSTODIA. Tit. XLV.

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA.

SAluberrima sanctione censemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur, & quæcunq; naues ex quolibet portu seu litore dimittuntur, nullam concussionem uel damna sustineant. ita tamen, ut earum naucleri deponant, in quã prouinciam ituri sunt: ut hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat.

DE DESERTORIBVS ET OCCVLTATORIBVS. Tit. XLVI.

I. Imp. THEODOSIVS. A.

SI quis forte desertorem agro tectoue susceperit, atq; apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem uel procurator loci, qui hoc sciens prudenscq; commiserit, capitali supplicio subiugetur. dominus uero, si huius rei conscius fuerit: prædij, in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit: mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neq; solum de his loquimur, qui proxime signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: uerum etiam qui stipendijs militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tẽpore abierit à signis. horum, qui sponte processerit, peccati anterioris suppliciũ nõ timebit. Sin uero flagitiosa ignauia delitescat: per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoq; officijs publicis, ubicũq; correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium subiturus. Sin autem rector prouinciæ propositam seueritatem uel gratia, uel dissimulatione distulerit: patrimonij atq; existimationis damno subijciatur, & in officij priores capitaliter uindicetur.

II. Imp. LEO. A.

SI desertores inuenti resistendum atq; armis oppugnãdum putauerint: tancq; rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur. Ita tamẽ, ut prouinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractatoriarum nomine desertionis suæ crimen defendere moliantur, nec suppositis & commenticijs epistolis euadendi habeant facultatem.

III. Idem Augustus.

QVi relictis militaribus castris se ad deprædationes uel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis non euadant.

DE VETERANIS. Tit. XLVII.

I.

IMperator Constantinus cum introisset principia, & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & à uiris eminentissimis acclamatum esset, Auguste Constantine deus te nobis seruet, nostra salus, nra salus, uere dicimus iurati, dicimus adunati: ueterani exclamauerũt, Cõstantine Auguste, quid nos ueteranos facis, si nullã indulgentiã habemus? Cõstantinus augustus dixit. magis magiscq; conueteranis meis beatitudinem augere debeo, cq; minuere. Victorinus ueteranus dixit. muneribus & oneribus uniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus augustus dixit. apertius indica, quæ sunt maxima munera, quæ uos contumaciter grauant. Vniuersi ueterani dixerunt. ipse perspicis. Constantinus augustus dixit. iam nũc magnificẽtia mea omnibus ueteranis dico id esse cõcessum. perspicuum sit, ne quis eorum in ullo munere ciuili, nec in operibus publicis cõueniatur, nec ulla collatione, nec à magistratibus. nec uectigalibus, in quibuscunq; nundinis interfuerint, ullam obuenditionem proponendam dare debebunt. publicani quoq; (ut adsolent agentibus supplere) ab eisdem ueteranis amoueantur. quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco nostro quoq; eadem epistola interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet, sed liceat eis emere, & uendere, optimis negocijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub seculi nostri ocio & pace perfruantur, sed etiam nullo munere ciuili, id est corporali, seu personali, uel deportatorio onere eos affici concedimus.

II. Idem Augustus.

PRouidendum est, ne ueterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores uarios promeritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniurijs. Quòd si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coërceant.

III. Impp. CONTANTIVS. A. & IVLIAN. Cæs.

VEterani, qui ex negligentia uitæ, neq; rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinijs se dedunt, omnibus ueteranorum priuilegijs exuti, pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus subijciantur.

IIII. Imp. THEODOSIVS. A.

NVllus eorum, qui sacramentis inhærere desierit, uel uolens permittatur, uel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententijs, quæ nõ his obseruatis latæ fuerint, nullam fir mitatem habẽtibus, nisi forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio. tunc enim uelut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari finiriq; præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

DE FILIIS OFFICIALIVM MILITARIVM, QVI IN bello moriuntur. Tit. XLVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

HI, qui ex officialibus quorumcunq; officiorum geniti sunt, siue eorũdem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, in parentum militiã uocent.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

FIlios primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

DE OBLATIONE VOTORVM. Tit. XLIX.

I. Imp.

QVando uotis communibus felix annus aperitur: in una libra auri & solidis obryzatis principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus: statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscuiusq; sedulitas principalibus suis talia inferãt semper & deferant.

DE NVMERARIIS, ACTVARIIS, ET CHARTVLArijs, & adiutoribus, siue scriniarijs, & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumq; iudicum, tam militarium, q̃ ciuilium. Tit. L.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA.

VOrax & fraudulẽtum numerariorum propositũ, qui diuersis obsequijs rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis atq; lacerationibus subiacere.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVi numerarij appellari consueuerant consularium atq; præsidum, duntaxat tabularij post hanc nostram sanctionem uocabuntur: scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, uel his, qui prouecti nostro iudicio ad prouincias uenerint, uel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione. Quos scirẽ oportet, cum his, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos: nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. Triennij tantum spacio tabulariorum decet tempus omne concludi.

III. Idem Augusti.

NVmerarios amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

IIII. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.

IN prouincijs singulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quò ad unum fiscalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur: hoc scituri, quòd si ex alterius quidquam actibus ad alteram partem illicita fuerit usurpatione translatum: is, qui

is, qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus.

V. *Idem Augusti.*

EXceptores omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere uidentur, neq; à fisco ullas consequuntur annonas, absq; metu dare cœptis operam (etiam si decuriones sint) minime prohibemus: dummodo munera propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secundum morem officio exceptionis, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant.

VI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA.

NE diutius ad cunctorum perniciem actuarij numerariorum consortijs adiuuentur: illustris authoritas tua cunctos ex numerarijs actuariorum societate præcipiat abstinere, atq; ab eorum communione discedere. Quòd si hoc monti custodire neglexerint: ijsdem pœnis se, quibus actuarios, non ambigant subiacere.

VII. *Imp.* LEO. A.

ACtuarios tam clarissimæ urbis Costantinopolitanæ, quàm Antiochiæ, quamq; curialiũ ciuitatum diuersarum: non aliter, nisi ut consueuerant, & manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari. Quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profecto irritis his, quæ uetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurrat.

VIII. *Idem Augustus.*

SCriniarios uel numerarios officij tuæ magnitudinis iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiq; pro publicis expensis cogi, quos nullã post depositam militiam inquietudinem sustinere uolumus.

IX. *Impp.* LEO *Iun.* & ZENO. AA.

NEmini licere deinceps iubemus in quacunq; militia connumerato, sollicitudinem actuarij subire, uel post depositam eandem curam ad militiam aspirare: quatenus inter priuatos agens, omniq; militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis uel fraudis circa cõmendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare ualeat.

X. *Imp.* ZENO. A.

NVlli scriniario liceat pro tempore numerarios plus, q; quaternis uicibus, nec his tamẽ cõtinuandis, adiuuare. Idemq; hoc super chartularijs, præbenda pro tempore numerarijs opera, obseruari decernimus: ita, ut adiutorum quidem biennij, chartulariorum uero unius anni interuallo continuatio interrumpatur. Nulla adiutoribus ad chartulariorum sollicitudinẽ, quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia. Ita, ut orientalis quidem tractus pro tempore numerarijs, non nisi ab his scriniarijs, qui intra triginta uiros à numerario retro numerandos: Asianæ uero diœceseos numerarijs non nisi ab his, qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerandos inueniuntur: Ponticæ uero & Thracicæ diœceseos passim & pro suo libitu ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, uel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta non solum adiutoribus, uerumetiã prouinciæ illius, de qua disponitur, tractatori inspiciendi, itidẽq; subscribendi, aliorum quoq;, qui unà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac obseruatione ex orientali, uel Asiano, uel Thraciano scrinio fuerit emissum: falsi suspitione non careat: exceptis publicis instrumentis, quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quod in ijsdem instrumentis solum numerarium eiusdem diœceseos, eiusq; adiutorem, & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit. Ita, ut si quid huius legis fuerit uiolatum: numerarij quidem, tam gradus sui, q; solennitatum, seu solatiorum uniuersi unius anni iacturam: adiutores uero quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeant.

XI. *Idem Augustus.*

OFficio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, ut numerariorum actus non in biennũ, sed in unum annũ statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem, quæ super biennio promulgata fuerat, super uno tantummodo anno reuocauit.

XII. *Imp.* ANASTASIVS. A.

PEr hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis prætorianis, dum dignitas eis, qui in scrinijs seu gradibus officij tuæ celsitudinis deseruiunt militiã, præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur: hoc super honore quoq; comitiuæ dignitatis eis impertiri, ut sententia pro fine eorum militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem contineat. Hæcquoq; tantummodo & sine speciali codicillorum uel diuinorum apicum sanctione

ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia sufficiant: ita tamen, ut primi ordinis comitiuam per interlocutionē eiusdem potestatis mereantur hi, id est cornicularius & chartularius, & primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his etiam, qui post nouellam dispositionem diuæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdē pœnis loquitur, & de eisdē personis, quæ deposuerūt militiā, obtinēte.

DE CVRSV PVBLICO, ET ANGARIIS, ET parangarijs. Tit. LI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

EQuos, qui publico cursui deputati sunt, non lignis, uel fustibus, sed flagellis tantū modo agitari decernimus: pœna nō defutura contra eum, qui aliter fecerit.

II. Idem Augustus.

PRæsidibus, & rationalibus, cæterisq; quibus propterea respublica & annonas & alimēta pecoribus subministrat, usurpādi paraueredi licentia derogetur: sed nec per aliam uiā eundi quisq; habeat facultatē, nisi per quā cursus publicus stare dignoscitur: excepta uidelicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præstò est.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

EVectiones ab omnibus postulentur, & tā iudices, q̄ custodes publici cursus minime transire patiantur, anteq̄ seriem euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegetur, uel ultra tempus, quod euectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit: ubi ubi repertus fuerit, ibidem iubemus retineri: & siquidem dignitate prædituus sit, de eius nomine ad prouidentiam tuam & ad illustrem uirum comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus cæteros uero protinus indignatio competens exercenda est, quos synceritas tua pro loco graduq; militiæ ibidem coëreeri posse crediderit.

IIII. Impp. HONOR. & THEODOS. AA.

PArhippum eum uideri & habendum esse, qui usurpato uno uel duobus ueredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen uocari, utrum agens in rebus suo itineri, an ne mulionis subiugando modo, euectionis datæ formæ licentiam non excedat.

V. Imp. THEODOSIVS. A.

SI quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscunq; dignitatis, uel militiæ, ab itinere recto diuerterit: pœna in eum competens proferatur.

VI. Idem Augustus.

EVectionum copiam senatui, cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, ut cum à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ ueneratione discedit. Si quis ergo posthac cōtra uetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit: motum in se nostræ mansuetudinis excitabit.

VII. Idem A. & VALENTIN. Cæs.

IN omnibus prouincijs ueredorum quarta pars reparetur. stabula autem ut impensis publicis exstruantur, contra rationem est: cum prouincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda: & utilius sit, tam publico, q̄ his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus.

VIII. Imp. VALENTIN. A.

VT agendi itineris possit esse moderatio, deni ueredi per dies singulos ex utraq; parte dimittantur: pœna quinq; librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint.

IX. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA.

IVdicibus faciendæ euectionis copiam denegamus: cum id tantum nostro numini, & tuæ sedi, necnon uiro illustri magistro officiorum sit reseruandum: cum neq; præfecto urbi, nec magistris militum, nec ducibus, nec uicarijs, nec cuiq; alij præter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit. His enim tantum ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores uiderint constitutos: scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem uiginti quinq; auri libris, officia uero, quinquaginta esse multandos.

Idem

X. *Idem Augusti.*

GRauissimæ pœnæ acerbitate proposita, euectionum contractus, animalium quoq; publicorum merces, & mentis, & distrahentis coërcitione prohibemus.

XI. *Idem Augusti.*

NVllus euectione utatur priuatus, tametsi ualuerit impetrare.

XII. *Imp.* LEO. A.

QVoniam ueredorum quoq; cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem auerta non transeat: ea conditione, ut si quis præscripta moderamenis imperatorij libramenta transcenderit, eius sella in frusta cædatur, auerta uero fisci iuribus deputetur: exceptis aurigarijs, quæ necessarium est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.

XIII. *Idem Augustus.*

NOn patimur hippocomos per eos, qui ueredis utentur, indigna spoliatione uexari: siquidem nonnulli ueredarijs saga eorũ dicuntur auferre, uel præcidere. Quocirca per omes iudices & curiosos miserabilis remoueatur iniuria: scientibus cunctis, ut si obseruata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, uerumetiam notam & multam, qui neglexerit, subire cogetur.

XIIII. *Idem Augustus.*

PVblici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem, uel curialibus, uel cohortalibus debet committi, uel his, qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt.

XV. *Imp.* ZENO. A.

SI quis uel pro una mutatione ueredum superducendum esse crediderit: quadruplum supra ductorum animalium precium fisci iuribus inferat.

XVI. *Idem Augustus.*

HIs tantummodo utendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

XVII. *Idem Augustus.*

NEmo mulionem mutationibus deputatum, uel per sollicitationem, uel receptionem subtrahere audeat: decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

XVIII. *Idem Augustus.*

ANimalia publica, dum longe maiore ac periniquo precio pabula æstimantur, per mancipes atq; apparitores aperte uexantur. ne id cõtingat, sublimitas tua disponat, ut nec pabula mutationibus desint, nec prouinciales ultra, cẽ iusticiæ finit ratio, prægrauentur.

XIX. *Idem Augustus.*

COmperimus prouinciales & pabula, & pecuniam pro cursu equorum censualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam parauerédorũ onere prægrauari. prouinciarum igitur rectores procurent, ne unc̃ cursus publicus ueniat in querelam: & occasio deceptionis curiales uel prouinciales animalia indebita præstare compellat.

XX. *Idem Augustus.*

NEmo ducum ingressus semel prouinciam suam, postmodum in itineribus faciendis cursu atq; angarijs ipse, siue suum utatur officium: sed expeditionem militarem iumentis propríjs exsequatur. De cohortalibus etiam officijs eadem lege sancimus, ne quis ex his prouinciam suam discurrens, ueredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscant. Quòd si quis ducum, uel apparitorum, uel cohortalium officiorum, temerario animo ea, quæ decernimus, contemnenda putauerit: per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur.

XXI. *Imp.* ANASTASIVS. A.

NVllus penitus cuiuslibet ordinis, seu dignitatis, uel sacrosancta ecclesia, uel domus regia, tempore expeditionis excusationem angariarum seu parangariarum habeat.

XXII. *Imp.* IVSTINVS. A.

CVrsum ambularem ab omni orientali tractu, necnon ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputaríq; decernimus: ita tamen, ut in transitu fortissimorum militum (quando nostra serenitas disposuerit ex alijs ad alia eos loca deduci, euectionesq; animalium secundum consuetudinem à nostra fuerint serenitate consecuti) & in armorum tam conuectione, cẽ translatione seruata consuetudine, in profectione quinetiã legatorũ, animaliũ dominis, qui ea solent accepta mercede locare, p̃benda pen-

sio arcæ tui culminis imputetur. tractatorias uidelicet animalium super memoratis causis nulli alij iudici, cuiuscunq; sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini faciendi licentiam patere decernimus.

XXIII. Imp. IVSTINIANVS. A.

IVbemus nemini licere cuiuscunq; scholæ, uel officij, uel militiæ, seu conditionis, per totius orientalis tractus partes, ob quamcunq; causam proficiscenti seu redeunti, supra unum uel redũ unumq; paraueredum, cum euectione tamen iudiciali, moueri: nisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens euectio. exceptis proculdubio his, qui pecunias publicas deuehunt: cum in hac parte sine nostra quoq; speciali authoritate tanta conuenit animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarũ auri his feriendis cõdemnatione, quicũq; nostra iussa quolibet modo seu tempore uiolauerint, seu uiolare concesserint.

DE TRACTATORIIS ET *STATIVIS. Tit. LII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

TRactatoriæ cum statiuis solitis tantummodo bidui tempus accipiant. nulli uero penitus cum necessarijs sibi personis præbeantur, nisi his tantũmodo, qui animalia atq; equos sacro usui necessarios persequuntur. ita tamen, ut his dimissis in tractatoriarum corpore quinq; dierũ numerus adscribatur: ut nullus ultra hoc temporis spacium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTORVM PRAEtorio, & priuilegijs eorum. Tit. LIII.

I. Imp. LEO. A.

PRæfecturæ cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram uolumus. quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum ocium damus, ut ad susceptionem uel cuiuslibet necessitatis officium minime deuocentur.

II. Idem Augusti.

PRæfectiarios ad perniciem prouincialium exactionibus in prouincijs, uel potius lucris & quæstibus suis, sese immiscere uetamus. præterea uel horreorum gerere custodiam, uel curiarum ius atq; arbitrium sibi præsumere his denegamus. horum si quis præsentis legis temerator existat: uolumus eum competenti motu & indignatione percelli.

III. Imp. ANASTASIVS. A.

COrnicularij, & primiscrinij, numerarij insuper, qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequijs militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus, tam militarium, q̃ ciuilium iudicum, sem per habeantur immunes: & ciuilium tantum iudicum, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, ut si quis præfectiarius, dum militat, uel post depositum cingulum, sine testamento, quod legibus comprobatur, nullisq; ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates, prouisione magnificæ tuæ sedis, non fisci iuribus, sed arcæ tui culminis rationibus uindicentur. scriniarijs autem & exceptoribus, cæterisq;, qui in officio tui culminis merent, cum in legione prima adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in quibus pulsantur, tuæ celsitudinis deputamus. in prouincijs uero commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus: nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTI VRBI. Tit. LIIII.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

PRæter eos, qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum & curriculis euolutis, urbisq; præfecturæ, & serenitatis nostræ annis singulis attingere purpu-

purpurã ueneraríq; præcepti sunt: nulli prorsus eorum, qui prouincialia officia peregerint, tran quillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obrepticne cessante.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

QVicunq; illustris urbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit: accusatus atq; conuictus, perpetui panificij nexibus addicetur.

DE APPARITORIBVS MAGISTRORVM MILITVM, & priuilegijs eorum. Tit. LV.

I. Imppp. VALENTIN. VALENS, & GRAT. AAA.

QVi sese in officijs magistrorum equitum ac peditum militare monstrauerint, ab omni nominationis iniuria excusentur.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA.

QVicũq; in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris.

III. Imp. MARTIANVS. A.

PRobari apparitores magisteriæ potestatis neq; curiales, neq; cohortales, neq; censibus adscriptos uolumus.

IIII. Idem Augustus.

NVmerarios uirorum illustrium magistrorum militum, tam præsentalium, q̃ orientalium, qui ordine & stipendijs militiæ fuerint decorati, exeuntes tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita uidelicet, ut post cõpletam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium, quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes. principatus uero munere functos tribunis uigilum militaribus aggregari uolumus.

V. Imp. ZENO. A.

EOs, qui in officijs uestris merẽtes, statutorum numero tantummodo inserti sunt, fori præscriptione muniri: cæteros uero, qui super huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negocio sancimus.

DE APPARITORIBVS PROCONSVLIS ET LEgati. Tit. LVI.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

OFficio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quenq̃, nec ex cæteris corporibus uolumus aggregari. at si qui erunt inter apparitores huiusmodi: restitui eos munijs debitis mox iubemus.

II. Imppp. VALENTIN. VALENS, & GRAT. AAA. * procõsuli Africæ.

APparitioni tuæ & legatorum quadringentos censuimus deputandos, de his duntaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra non quærunt.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

INproconsulari prouincia officium proconsulare postulet, quod exigere consuenit, nec alienis se partibus impudenter inserat.

DE APPARITORIBVS COMITIS ORIENTIS. Tit. LVII.

I. Imp. ZENO. A.

NOfficio comitis orientis non amplius, quàm sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus nouimus abunde suppetere.

DE COHORTALIBVS, ET PRINCIPIBVS, CORNIcularijs ac primipilarijs. Tit. LVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

Omnes

OMnes stationarij neq; superexactionem audeant, neq; carcerē habeant, neue quis personam (licet pro manifesto crimine) apud se habeat in custodia: sciens, quod si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

NVllus iudicum quenq; sine sacra probatoria probare audeat, uel prouehere. excipimus tamen officia prouincialia cursus publici sollicitudinem sustinentia. nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit utilitas.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

SOlita cohortalibus Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta sunt atq; concessa, nos quoq; porreximus: ac iubemus eos non ad sollicitudinem bastagiæ, nō ad functionem nauicularian deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adscribendos: uerum peracto labore militiæ, post primipili competenti sedulitate functionem transactam, prærogatiuam his recusationis offerimus.

IIII. Idem Augusti.

OFficia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis uolumus admoneri, ut suscepti in officio proprio uel probatos, cohortium nomine, uel legionum priuilegijs existiment inserendos.

V. Idem Augusti.

QVicunq; per Osdroënam primipilarius maiore lætatur numero filiorum: unum loco suo ueluti hæreditario iure substituat, alterū pro amore patriæ Osdroënæ curiæ tradat obsequijs, cæteris qua uoluerit militia prouisurus. Sin autem duos procreauerit: tantum cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quòd si unum procreauerit: eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio ualituro. damus sanè licentiam tam patribus eorum, q̄ ipsis, qui huius legis authoritate ciuitatum obsequio aggregantur, ut si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari: in medium proferant, ut & ipsi similibus officijs deputati, careant impetratis.

VI. Impp. HONOR. & THEOD. AA.

SI apparitor defugerit criminosus: edictum, quo reuocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur. cui nisi fuerit satisfactum: meritò in latitantem à iudice pro qualitate peccati sententia proferatur. ueniā eīn talibus nō permittimus, nec indulgentijs crimina subleuamus.

VII. Imp. THEODOSIVS. A.

ORdinariorum iudicum apparitores, qui uel speculatorum uel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusq; primipili pastum digesta ratione compleuerint. Quòd si ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, uel ægri corporis labem, uel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda: non prius ocio condonetur, quàm omne, quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ, nec integro peculio sub hac occasione lætantur: ita condignæ ultioni eos uolumus subiacere, ut functioni quoq;, quæ extremæ militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur.

VIII. Imp. VALENTIN. A.

SPeciebus primipilaribus adærandis eadem preciorum taxatio seruetur, quæ in uenalibus publicis poterit reperiri.

IX. Idem Augustus. & MARTIANVS. A.

PEr Illyricum, in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officijs constat præsidalibus expediri: centeni numero singulis iudicibus obsecundent, nec ultra hunc modum uel ad militiam ullus adspiret, uel conniuentia iudicum perseueret. adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi, qui uano militiæ nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officij sollicitudinibus debitis exsequantur.

X. Idem Augustus.

QVicunq; chartas, uel tabulas, uel quodcunq; aliud ministerium cohortalis optauerit: non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna proposita his, qui contra statuta cælestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

XI. Imp. LEO. A.

SI quis ex grege cohortalinorū urgente criminis infectatione stipendijs fuerit exemptus, aut ocio

ocio traditus, quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplissimæ tuæ sedi offerat allegandum.

XII. Imp. ZENO. A.

SI cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti ad ullam adspirauerit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur, liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunæ patriæ mancipandis. Quòd si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam: nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet, quæ ex triginta annis colligitur. sed ad conditionem propriam trahatur: nec ipse, uel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, ualeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus uel cohortalini filius audeat aspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla præiudicant. Sed etiam cunctos, qui diuersarum rerum negociationibus detinentur, trapezitas scilicet, uel gemmarum, argentiq;, & uestium uenditores, apothecarios etiam, cæterosq; institores aliarum mercium quibuscunq; ergasterijs adhærentes, iubemus à prouincialibus officijs remoueri: & omnis honor atq; militia contagione huiusmodi segregetur.

XIII. *Idem Augustus.*

NVllum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officij, uel ad aliam posse militiam aspirare, uel ministerijs sibi contra publicam utilitatem blandiri, uel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti status accedere concedimus. Quòd si contra hanc tam saluberrimam formam uel responsa cælestia quædam militia aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiam si speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse uideatur: nec assertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati subtrahere: sed statim ciuitatis, unde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

XIIII. Imp. ANASTASIVS. A.

QVisquis cohortalibus adhuc obsequijs obligatus, uel regimen prouinciæ, uel cingulum cuiuslibet militiæ, uel dignitatis quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum usurpatis impetratisúe careat, etiam si ultronea nostra liberalitate ius gerendæ prouinciæ, uel militiæ, seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit fuisse delatum. dehinc uniuersis solatijs conditionis, quam sperauerat, defraudatus, ne quid eorũ omnino per se uel per interpositam personã possit adquirere: primipili tantum munus implere cogatur. mox curialibus ciuitatis, in qua natus est, in diem uitæ suæ functionibus inhæsurus: ita scilicet, ut etiam hi, qui post impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatisúe genus affectauerint, curiæ patriæ suæ restituantur.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTI ANNONAE.
Tit. LIX.

I. Imp. ANTONINVS. A.

APparitores urbanæ præfecturæ annonario officio sese non inserant: sed apparitorum æmulatione secreta, ministerio suo annonæ præfecturæ fungantur.

II. Imp. CONSTANTINVS. A.

PRæfectus annonæ canonem, qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat: & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis suæ exactionem non ostenderit.

DE DIVERSIS OFFICIIS, ET APPARITORIBUS IUDICUM, & probatorijs eorum.
Tit. LX.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI quando præfectus prætorio, uel uicarius, aut rector prouinciæ significauerit eũ, qui chartis ac ratiocinijs publicis inuenitur obnoxius, ad præpositum castri ac militum transisse: retractus illi adsignetur officio, à quo ad necessitatem præstandi ratiocinij deuocatur. in reiecti uero locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulantur insignia.

II. Imp. CONTANTIVS. A.

NVllus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine augusti aratibus suscipiat. si quis autem id per obreptionem forte meruerit: quinq; librarum auri multetur incommodo.

III. Idem A. & IVLIANVS Cæs.

NVllus apparitor amplitudinis tuæ uel de officijs Palatinis ad eam prouinciam, ex qua oriundus est, uel in qua collocauerit larem, uel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis uel exsecutor priuati negocij dirigatur. etenim officij tuæ celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatiõe persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor uero, qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc uero pœna etiam cæteris irrogata est: ut si domesticus, aut protector, aut stator, uel agens in rebus, uel Palatinus utriusq; officij, uel ad eandem prouinciam, in qua natus est, uel ad eam, in qua collocauerit larem, cum huiusmodi usurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus, ipse, qui se uoluerit mitti, auri libram unam fisci iuribus inferre cogetur. adiutores uero officiorum, & Palatinorum, ac numerarij comitũ illustrium uirorum, siue actuarij, libram auri fisci iuribus soluent, nisi statuta fuerint custodita.

IIII. Imp. IVLIANVS. A.

QVi uel exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non uetentur.

V. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVicunq; apparitores ob culpam uel negligentiam fuerint iudicato districti, ad nullam militiam habeant facultatem aspirandi: nec ex rescripto his ullus aditus reseretur, quos congruit pœnæ grauissimæ subiugari, si contra inhibita quoq; sacratissimis constitutis aspirare cõtempserint.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

IN his officijs, id est uirorum spectabiliũ proconsulis Asiæ, comitis Orientis, præfecti Augustalis, & uicariorum (quos etiam monuimus sub triginta interminatione librarum auri) nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinij probatoria cõsecrauerit. Quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profecto irritis his, quæ uetita contrectauit, etiam congruam indignationem incurret.

VII. Idem Augusti.

AD splendidioris priuilegia militiæ, posteaquàm priorem continuo labore compleuerint, eos uenientes admittemus, qui ea uoto adipiscendi honoris crediderint expetẽda: non eos, qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, uel ut in meliore fortuna positi, aut ea scelera, quæ prius commisisse doceantur, occultent: aut alia deinceps possint impune cõmittere.

VIII. Imp. THEODOSIVS. A. * magistro officiorum.

VIros spectabiles duces, eorumq; apparitores, necnon limitaneos, castrorumq; præpositos, tantummodo ex sublimis tui iudicij sententia conueniri, nec alijs subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis uiris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum, & Illyrici ex longo tempore hactẽnus obtinuit, reseruata.

IX. Idem A. & VALENTINIANVS Cæs.

PRobatorias memorialium, & agentium in rebus, cæterorumq; nihilominus apparitorum prætorianæ per orientem amplissimæ præfecturæ, etiam eorum, qui in diuersorum iudicum officijs numerantur, ex sacris probatorijs solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus, non passim, nec licenter, solis authoritatibus, uel sacrarum militarium literarum exemplaribus: sed ex authenticis tantum sacris probatorijs manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis: ita, ut nullus his dolus aut fraus possit annecti. De his etiam, qui sunt ueræ & catholicæ fidei iubemus admitti. aliter uero militantes, nisi ex ijs sint, qs solis authoribus apparitioni aggregari uetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunq; accusandi studio, nõ solum mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylo subiacere decernimus, & bonorum omnium amissione multamus.

X. Iidem Augusti.

HAc sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cuicũq; militiæ, quam sine diuinis probatorijs adipisci non possunt: sed periculo primatum uniuscuiusq; officij ipsas authenticas sacras, quæ diuinam nostræ pietatis con

tatis continent adnotationem,cum ſubſcriptione adminiſtrantium, ſub quorum iuriſdictione conſiſtunt,his,qui militare uolunt,præſtari:exemplaribus uidelicet eorum cum ſubſcriptione eorundem iudicum apud ſingula quoq; officia,prout conuenit,reſeruandis. Quamuis autem manifeſtum ſit de huiuſmodi probatoriarum obſeruatione excepta eſſe cæterorum iudicum officia:tamen ne ulla ignorantiæ relinquatur occaſio:omnium officiorum,quibus neceſſe eſt per ſacras probatorias militiæ ſociari,noticiam in ſacris apicibus ſubdendam eſſe censuimns. Sub hac igitur obſeruatione omnes, qui ſiue in hoc ſacro palatio noſtro, ſiue in alijs quibuſcunq; officijs deinceps militare cupiunt:qui tamen(ut dictum eſt) non poſſunt pro tenore ſacrarum conſtitutionum,uel ueteri conſuetudine,niſi præcedentibus ſacris probatorijs,militiæ ſociari:ſicut ſubiecta noticia demonſtrat,adipiſci præcipimus.his ſcientibus, qui ex aliqua parte præſentis noſtræ ſerenitatis legis formam conniuentia uel negligentia quadam colludere tentauerint:non tantum amiſſione bonorum omnium,ſed etiam capitis periculo, utpote criminis falſitatis obnoxios, ſemetipſos eſſe plectendos. Et eſt noticia hæc. Scrinij MEMORIAE probatoriæ ſic agentium in rebus, Palatinorum, ſacrarum largitionũ,rerum priuatarum partis Auguſtæ. Item ſcrinij SACRARVM EPISTOLARVM ſic. officij uirorum illuſtrium præfectorum prætorijs Orientis & Illyrici,& urbi, officij proconſulis Aſiæ & Achaiæ,officij comitis Orientis,officij præfecti Auguſtalis,officij comitis diuinarum domorum,officij uicariorum Thraciæ,Ponti & Aſiæ,Macedoniæ, & theſaurenſium claſſis. Item ſcrinij SACRORVM LIBELLORVM ſic.officij uirorum magiſtrorum militum utriuſq; præfecturæ Orientis & Illyrici,inuitatorum,amiſſionalium,memorialium, omniumq; pedagogorum,cellariorum,menſorum,lampadariorum,eorum,qui ſacris ſcrinijs deputati ſunt, decanorum partis Auguſti,& curſorum partis Auguſtæ,officij uirorum ſpectabilium ducum Palæſtinæ & Meſopotamiæ,nobilis comitis Phœnices,Oſdroëne,Syriæ,& Auguſtæ Euphratenſis,Arabiæ & Thebaidis,Lybiæ,Pentapoleos, utriuſq; Armeniæ, utriuſq; Ponti, Scythiæ, Myſiæ primæ,ſecundæ Daciæ, Pannoniæ, officij uirorum ſpectabiliũ comitis Aegypti,Pamphyliæ,Iſauriæ,Lycaoniæ,& Piſidiæ.

DE EXSECVTORIBVS ET EXACTORIBVS.
Tit. LXI.

I. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA.

NE per diuerſas prouinciarum partes aut Palatinus exactor accederet,aut illuſtrium uirorum apparitor uagaretur,uel militaris terror inferret formidinem: hac lege ſanciuimus,ut omnes memorati intenti ſint ad prouinciæ rectorem,& cum eo agant ipſo conſiſtente,diſponente,& agnoſcente, ſuo periculo rem peragant, & impleant uniuerſa.

II. *Iidem Auguſti.*

QVicunq; ex palatio noſtro cuiuſlibet tituli ad prouincias commeauerit compulſor,exactor, admonitor, portitorúe præcepti,agens in rebus,uel palatinus,uel apparitor illuſtrium poteſtatum:hoc tantum poteſtatis arripiat,quòd mandatum curiæ ſuæ ſpecialiter adprobetur:nec quod iniunctum alteri fuerit collegæ,uſurpare alter iure præſumat:ne dum hæc ſibi inuicem mutui officij licentia partiuntur,agant cuncti,quod ſingulis credebatur.

III. *Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA.

SIue ex prætoriano officio,ſiue illuſtris comitiuæ ſacrarum largitionum, necnon & rei priuatæ noſtræ,uel ex quacunq; apparitione ad quamcunq; neceſſitatem profligandam quis fuerit deſtinatus:ſciat intra anni metas debere collectis ratiocinijs ad proprium iudicem remeare,eiq; ſuam efficaciam oſtendere,& quid eius inſtantia exactum fuerit,quidúe in debito habeatur,& penes quos reſederit,uel cuius culpa aut qua cauſa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quòd ſi exacto ſpacio anni in eius regionis uiſceribus prædator inſidians deprehenſus fuerit remorari:tunc abſolutus cingulo militiæ abijcietur,prioribus eius militiæ decem librarum auri multa propoſita,ſi redire diſſimulent:& per uicarios officiorum ligatus ferreis nexibus,cura prouincialis officij ad debitum mittatur examen.nec ei liberum ſit,ut hoc ſe priuilegio aut occaſiõe defendat,quòd ſibi aliud negocium,uel aliam neceſſitatem poſt iniunctam eſſe cauſetur:cum ijſdem licentiam auferamus in eadem prouincia commanuare exactionem.

IIII. *Imp.* ZENO. A.

NVllam poſſeſſionẽ alterius pro alienis debitis publicis uel priuatis p̃cipimus conueniri.

V. Imp. ANASTASIVS. A.

CONtra noſtra præcepta ſi quiſquã uetito ac temerario auſu exactionẽ exercere audebit: licebit prouinciæ moderatori eundem correctum ad ſublimitatis tuæ iudicium ſub proſcriptione dirigere. & licebit prouinciali, ſi probetur obnoxius exſecutor, contra uetitum exactionem ſibi uindicantis temeritatem legitime repellere.

VI. Imp. IVSTINIANVS. A.

SAncimus, ut eum, cui ex iudicio tui culminis quocunq; modo, ſiue ſtudio numerariorum, aut tractatorum, uel ipſorum iuſſu, qui pro tempore ampliſſimæ tuæ ſedis adminiſtrationem ſuſcipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur: minime prius liceat aliam ſollicitudinem gerendam ſuſcipere, quàm reuerſus iniunctæ ſibi cauſæ reſponſum præbuerit. Si tamen ita ſors tulerit, ut in ea prouincia, ad quam exſequendi cauſa publici negocij aliquis proficiſcitur, alia quoq; cauſa ſit exſequenda: non prohiberi unum eundemq; exſecutorem ab hac urbe regia proficiſcentem, duorum ſimul, non plurium negociorum exſecutionem ſuſcipere: dum ipſi quoq; tertij negocij non ſit iniungendi licentia, anteq; de ſuperioribus reſponſum portauerit. Exſecutoribus his, qui ſecundam, ſiue ſimul duas, uel etiam tertiam cauſam paſſi fuerint exſequendam ſuſcipere, non ſolum cinguli & bonorum ſuorum amiſſionem, uerum etiam perpetui exſilij ſupplicium ſubituris. eandem hanc pœnam numerarium quoq;, & eius adiutores, ad quorum curam, quod uiolatum eſt, pertinet, formidare.

DE LVCRIS ADVOCATORVM, ET CONCVSSIONE officiorum ſeu apparitorum. Tit. LXII.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

SI quis à ducenarijs, uel centenarijs, uel fiſci aduocatis læſum ſe eſſe cognoſcit: adire iudicia, & probare iniuriam non moretur: ut in eum, qui conuictus fuerit, competenti ſeueritate uindicetur.

II. Idem Auguſtus.

PRæter ſolennes & canonicas penſitationes multa à prouincialibus indigniſſime poſtulantur ab officialibus & ſcholaſticis, non modo in ciuitatibus ſingulis, ſed etiam manſionibus, dum ipſis & animalibus eorundem alimoniæ ſine precio miniſtrantur. prouinciales itaq; cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas tranſire permittant.

III. Impp. GRAT. & VALENTIN. AA.

QVoties compulſor arguitur in deprædatiõe conuictus, etiam non conſulta clementia noſtra pœnam ſubeat legibus competentem.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

CVrialibus, & nauicularijs, omnibusq; corporibus ita ſubueniri uolumus: ut nihil apparitoribus uniuerſorum iudicum liceat, quod ad prædam prouincialium pertinet.

DE PRIMIPILO. Tit. LXIII.

I. Imp. GORDIANVS. A.

COmmoda primipilatus poſt adminiſtrationem incipiunt deberi: & ſi is, qui ea percipere debuerit, prius rebus humanis eximatur, hæredibus petitio ſalua ſit.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

OBtentu nominis primipili ciuiles actiones ad alios iudices tranſferendæ non ſunt.

III. Idem Auguſti & Cæſares.

VTilitas publica præferenda eſt priuatorum contractibus. & ideo ſi conſtiterit fiſco ſatisfactum eſſe ob cauſam primipili: poteris obligatam poſſeſſionem titulo dotis petere, ut ſatis doti fieri poſſit.

IIII. Idem Auguſti & Cæſares.

CVm ex ſola primipili cauſa liberos, etiam ſi patribus hæredes non exiſtant, teneri diuus Aurelianus ſanxerit: ſi neq; ſucceſſiſtis patri ueſtro, nec quidq; ex bonis eius tenetis: conſequens eſt à paternis creditoribus uos non conueniri.

Publi-

PVBLICAE LAETICIAE, VEL CONSVLVM NVNCIATORES, uel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum, uel iudicialium literarum ex descriptione, uel ab inuitis ne quid accipiant immodicum. Tit. LXIIII.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QVidquid nostrorum unquam nunciari cœpit prosperorum, ut bella si desinunt, si oriuntur uictoriæ fastus, si honor datus fuerit regalium, uel consulum, uel trabearum, compositæue pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros uultus inhiantibus forte populis inferimus: hoc sine immodico precio nunciari excipiq; sancimus. actum iubemus esse castissimum. indigentibus, non numerarijs esse præbendum. iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris precium gaudiorum. Quòd si id sacrilega fuerit dissimulatione uiolatum: & in accipientem pudoris fortunarumq; manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium trigin ta librarum auri uexatione quatietur.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE LIBRORVM DVODECIM FINIS.

GREGORIVS HALOANDER OMNIBVS, QVI VEL IVS CI uile in usu habent, quibus úe usui esse potest. S. P. D.

MEmor officij (neq; enim conuenit, ut stationem, quam semel authore deo tenere ac tueri occœpi, facile deseram) amans item publici boni, & de studiorum uestrorum rationibus sollicitus: nihil penes me tam charum, tam à cognitione uulgari remotum habeo, quod non in usus uestros & libenter & benigne proferam: nihil tam arduum, tam laboriosum esse potest, quod non uestri causa & magno animo suscipiam, & patientissime perferam: dummodo pulcherrimis honestissimisq; conatibus uestris mea opera & industria uel cõpendij, uel additamẽti aliqd importari existimẽ. Inde adeò cũ iam per mẽses plus minus uiginti sex in Digestis expoliendis, recognoscendis Institutionibus, Iustiniani Codice ex antiquissimis & spectatissimis exemplaribus reformando, incredibiles labores, grauissimas curas, & penè dies ipsos æquantes uigilias sustinuerim & exhauserim: simul autem intelligam, diem & cos. pleriscq; constitutionibus additũ (qua maxime re dignosci potest, quo quæq; constitutio die sit edita, quæ item præcesserit, quæ consecuta sit, quid denicq; prioribus temporibus obtinuerit, quid postea authoritate imperatoria sit innouatum) ob summam earum rerum hoc tempore obscuritatem exiguo aut nulli penitus usui futurum, nisi perpetua quadam serie omnes coss. in ordinẽ digerantur: nõ dubitaui sub operis finẽ catalogũ coss. q; simpliciss. descriptum, longa à me obseruatiõe conquisitum, & pro thesauro habitũ, subijcere. Neq; consilium hoc meum sine effectu, aut factum sine fructu erit. Nam si diligenter & æquis animis facti mei rationem inieritis: quin non solum de singulis eiusmodi constitutionibus libere & feliciter pronunciare, quantũ quæq; habeat authoritatis: sed etiam per omnes omnium ueterum historias inoffenso pede uolitare, & obscuriss. quosq; authorum locos uel sine interprete intelligere poteritis, nulla dubitatio est. Accipiant sanè alij, in quam uelint partem, & suo arbitratu aciure factum nostrum interpretentur. Certe quod negare, nisi iniquus rerum æstimator, nemo potest: multo plus habet in recessu laboris & ingenij, q; prima fronte & intuitu ostendat. Nec temere quisq; rem facilem dixerit, nostra tempestate ac memoria singulos coss. suo anno, suo numero, suo ordine describere: qui modo Liuium non indiligentem annaliũ Romanorũ tractatorem & descriptorẽ, grauiter de implicata temporum obscuritate, de incerta authorum fide querentem audiat. Tanti (inquit) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui coss. secundum quosdam, nec quid quoq; anno factum sit, in tanta uetustate non rerũ tantum, sed authorũ quoq; digerere possis. Idẽ testatur alicubi Dionysius Halicarnasseùs, in quo nescias, utrũ magis studiũ & diligentiã in peregrinæ gentis rebus gestis cognoscendis mireris, an uero in ijsdem exponendis (licet in homine græco) fidẽ, pbes. Videas Aureliũ Cassiodorũ & ipsum consulem, qui ex professo sibi hoc scriptionis genus desumpsit, quem superiore nobis anno Basilea dedit, dum coss. alios pro alijs recenset, dum multos omittit

omittit, dum falsam temporum rationem init, dum συγχρονισμοὺς alieno loco intexit: non solum summæ de se negligentiæ & securitatis significationem dare, sed etiam à professione sua & ueritate ipsa q̄p longissime discedere. Atq̄p ut alia omittamus: quis obsecro diligentiā in eo nō requirat, cū per XL. annos decēuiros legibus scribundis creatos, per XX. utrinq̄p annos tribunos militū consulari potestate, per quatuor annos neminem in urbe summū imperium tenuisse, item Valerio Potito & M. Manlio coss. urbē à Gallis captam esse scripsit: quando & ex rebus ipsis clareat, & probatiss. authorum testimoniis comprobari possit, decemuiros in tertiū duntaxat annū, neq̄p eū integrū, sibi imperium, aut potius dominatum usurpasse: tribunos militares per quinquaginta fermè annos in consulum locum sublectos, solitudinem magistratuum per quinquenniū usq̄p fuisse: urbem autē captam à Gallis anno CCCLXIIII, hoc est tertio anno post Manlij consulatum, Plynius lib. 33. cap. primo: agrum uero Romanum depopulatum à Gallis, & exercitum contra eos conscriptum altero post eundem cōsulatum anno, testetur Dionysius. Eadem & multo his plura & maiora in cæteris depræhēdas, quæ omnia recensere, neq̄p huius temporis, neq̄p loci est. Cæterum nolim existimet aliquis repræhēdendi ista animo & studio calumniandi à me pferri, sed ut ueluti per transennā & obiter ostendam, q̄p longe adhuc in harū rerum cognitione absimus à uero: quamq̄p infiniti laboris sit, amissis uetustis annalibus (quorū unū atq̄p alterū etiamnum fragmentum inter epigrammata & titulos urbis Romæ cernimus) deficiente item bona parte Liuij, Dionysij, Corn. Taciti, Prosperi & aliorū, ex sola authorum obseruatione & non fallentibus coniecturis denuo coss. in ordinem reducere, & ueteri Romanæ historiæ nouum lumen ac claritatem inferre. Enimuero cur digestioni huic meæ non à Romulo ipso urbis parente, non ab Hadriano & cæteris imperatoribus, quorū constituta Iustinianeo Codici sunt inserta, principiū dederim: cur etiam ultra D. Iustiniani IIII. & Paulini V. C. consulatū eam prosecutus non sim: utrunq̄p certas rationes & magnas causas habuit. Quis enim mediocriter in ueterum historijs uersatus ignoret, Romulum post cœpta mœnia & inauguratā urbem per XXXVII annos imperium tenuisse, postea per annū interregnum fuisse, dehinc Numā Pompiliū XLIII. annis, Tullum Hostiliū XXXII, Ancum Martium XXXV, Tarquiniū Priscum XXVIII, & XLIIII. Seruium Tullum, Tarquinium uero Superbū cognomēto usq̄p ad XXV. annū regnasse. Vt cum anno primo septimæ Olympiadis (ut C. Sempronius author est) hoc est anno mundi IIII. CC VIII. secundum computationem sacrorum Bibliorū, uel secundum Eusebium IIII. CCCCLI. prima urbis fundamēta sint posita: decursis CC. & XLIIII. annis, & regifugiū, & primi coss. in primū LXVIII. Olympiadis annū incidāt. Sub ducta uidelicet ratione annorū mundi ad Kalendas Martias: Olympiadis, ex diebus æstiuis, q̄bus certamē Olympicū in Elide ad honorē Iouis Olympij celebrabat: urbis cōditæ, ex Palilibus, quæ festa ad XII. Kal. Maias agebantur: regifugij & primi cōsulatus iniți, à VII. die Kal. Martiarū. Ab Imperatoribus uero incipere non libuit propter leges & uaria senatuscōsulta, ut earū ætates per authores facilius depræhēderent: propterq̄p iuris originē, quæ spe-

cialiter

cialiter à Pomponio iurisconsulto lib. singulari descripta est, & in Digestis hodie tit. de orig. iuris legitur, qui (quod ad rationem temporũ attinet, quæ in Florẽtino etiam exemplari admodum deprauata sunt) aliter neq; intelligi, neq; declarari potest. Sed à D. Iustiniani. IIII. & Paulini. v. c. consulatu ideo digestioni finẽ fecimus, q; ad præsens ĩstitutũ amplius pertinere nõ uidebat: q̃dq; deinceps, exceptis paucis admodũ annis, fermè per indictiões, & annos regnorũ Imperatoris (siquidẽ iam inde perpetuã sibi potestatẽ cõsularẽ haud aliter adsumpserunt, atq; olim ius tribuniciæ potestatis, ut apud omnes gentes sacrosancti & inuiolati essent, agnouerant: testante id etiam Iustiniano ὑπ' ἀναφωνήσεως constitut. de cõsulibus) tempora notari cœperint: id, quod cũ alijs multis in locis, tum uero ex actis antiquorũ conciliorũ, & Gregorij Magni epistolis ex regesto clare licet deprehendere. Atq; cũ tria coss. genera apud ueteres fuerint, ordinarij scilicet, suffecti, & honorarij: ne quis de mea sentẽtia eret, suaq; spe fraudetur: ordinarios me tantũ coss. qui uel suffragijs populi cẽturiatis comitijs, uel deinde lege Regia in unũ oĩm potestate & suffragiorũ iure reiecto, beneficio principali designati, kalendis lanuarijs magistratum inierint, descripturũ profiteor. Nam & suffectos omnes, qui uel in demortuorũ, ut L. Quintius Cincinnatus in P. Valerij Publicolæ: uel eorũ, qui ultro se imperio abdicarũt, ut P. Valerius in Tarquinij Collatini: uel deinde aucta ambitione, per principes in ordinariorũ locũ, post binos quosq; menses (quod ex Cornel. Tacito obserues) sublecti sunt, percensere: nõ iam breuiarij, sed ꝓlixæ historiæ opus fuerit. & honorarios, qui nullo certo numero inclusi erãt, & (ut eleganter Ausonius poëta scribit) muneris exsortes, nomine participes tantũ habebant, in numerũ cogere & literis cõplecti, nõ solũ factu impossibile, sed etiã dementiæ simile sit: cũ neq; ullã ea res utilitatẽ secũ allatura sit, neq; ut allatura aliquã sit, ullis literarũ monumẽtis eorũ noĩa cognosci possint. Illud penè præterierã, q̃d cũ primis dicendũ erat, nõnullorũ in Pandectis & Institutionibus senatusconsultorũ, quorũ authores nõ ordinarij, sed suffecti fuerint: neq; ut tempora designẽt, sed q; ipsis authoribus primũ oĩm ad senatũ relatũ sit, rogataq; exinde sententiæ: mentionẽ fieri. Quo in numero & Annæus Seneca, & alij cõplures fuerunt. Quapropter cũ hæc ita sint: recte atq; ordine facietis, si quæ ad utilitatẽ uestrã ꝓpenso studio & summa animi alacritate in mediũ à me ꝓferuntur: ea & boni consulatis, & in eã accipiatis partẽ, in quã hoĩes candidos, & humanitatis literis excultos accipere æquũ est. Qua re futurũ est, ut non solũ mei me laboris ingentes fructus percepisse arbitrer, sed etiã ad similia edenda, multoq; maiora meditanda calcar addatis. Magna gratiæ pars est (inquit uulgare prouerbium) grato accipere animo, quæ gratis offeruntur. Valete & fruimini.

ANNORVM IAM INDE

AB EIECTIS REGIBVS VSQVE AD QVARTVM D. IVstiniani ſacratiſs. principis & Paulini V. C. conſulatum, quo tempore Codicis repetita prælectio fuit abſoluta, per Conſules Romanos & Olympiadas breuis & dilucida digeſtio, ex probatiſs. quibuſq; authoribus per GREGORIVM HALOANDRVM conquiſita.

Olym piad.	Anni à cõd. urb.			Anni ab eie ctis regib.	
68	245	L. Iunius Brutus.	L. Tarquinius Collatinus.	1	
	246	P. Valerius Publicola. II.	T. Lucretius Tricipitinus.	2	
	247	P. Valerius Publicola. III.	M. Oratius Puluillus. II.	3	
69	248	Sp. Largius Rufus.	T. Herminius Aquilinus.	4	
	249	M. Valerius Voletus.	P. Poſtumius Tubertus.	5	
	250	P. Valerius Publicola. IIII.	T. Lucretius Tricipitinus. II.	6	
	251	P. Poſtumius Tubertus. II.	Agrippa Menenius Lanatus.	7	
70	252	Opiter Verginius Tricoſtus.	Sp. Caſſius Vicelinus.	8	
	253	Poſtumius Cominius Aurunus.	T. Largius Flauius.	9	
	254	Ser. Sulpitius Camerinus.	M. Manlius Tullus Longus.	10	
	255	T. Ebutius Helua.	Cn. Vetuſius Cicurinus.	11	*als Vocula.
71	256	T. Largius Flauius. II.	Q. Chlœlius * Siculus.	12	
	257	A. Sempronius Atratinus.	M. Minutius Augurinus.	13	
	258	A. Poſtumius Regillenſis.	T. Verginius Tricoſtus.	14	
	259	App. Claudius Sabinus.	P. Seruilius Priſcus Structus.	15	
72	260	A. Verginius Cælimontanus.	T. Vetuſius Geminius.	16	
	261	Poſtumius Cominius Aurunus. II.	Sp. Caſſius Vicelinus. II.	17	
	262	T. Geganius Macerinus.	P. Minutius Augurinus.	18	
	263	M. Minutius Augurinus. II.	A. Sempronius Atratinus. II.	19	
73	264	Q. Sulpitius Camerinus.	Sp. Largius Rufus. II.	20	
	265	C. Iulius Tullus.	P. Pinarius Rufus.	21	
	266	Sp. Nautius Rutilius.	Sext. Furius Philo.	22	
	267	C. Aquilius.	T. Sicinius.	23	
74	268	Proculus Verginius Rutilus.	Sp. Caſſius Vicelinus. III.	24	
	269	Q. Fabius Vibulanus.	Ser. Cornelius Maluginenſis.	25	
	270	Cæſo Fabius Vibulanus.	L. Aemylius Mamercus.	26	
	271	M. Fab. Vibulanus.	L. Valerius Potitus.	27	
75	272	Q. Fab. Vibulanus. II.	C. Iulius Tullius.	28	
	273	Cæſo Fab. Vibulanus. II.	Sp. Furius Medullinus.	29	
	274	M. Fabius Vibulanus. II.	Cn. Manilius Cincinnatus.	30	
	275	Cæſo Fab. Vibulanus. III.	T. Verginius Rutilus.	31	
76	276	L. Aemylius Mamercus. II.	C. Seruilius Priſcus Structus.	32	
	277	C. Oratius Puluillus.	T. Menenius Lanatus.	33	
	278	A. Verginius Rutilus.	Sp. Seruilius Priſcus Structus.	34	
	279	C. Nautius Rutilius.	P. Valerius Publicola.	35	
77	280	L. Furius medullinus.	C. Manilius Volſo.	36	
	281	L. Aemylius Mamercus. III.	Vopiſcus Iulius Tullus.	37	
	282	L. Pinarius Rufus.	P. Furius Medullinus.	38	
	283	App. Claudius Sabinus.	T. Quintius Capitolinus Barbatus.	39	
78	284	L. Valerius Potitus. II.	T. Aemylius Mamercus.	40	
	285	T. Numitius Priſcus.	A. Verginius Cælimontanus.	41	
	286	T. Quintius Capitolinus Barbatus. II.	Q. Seruilius Priſcus.	42	
	287	T. Aemylius Mamercus. II.	Q. Fab. Vibulanus.	43	
79	288	Q. Seruilius Priſcus. II.	Sp. Poſtumius Lauinius Regillenſis.	44	
	289	T. Quintius Capitolinus Barbatus. III.	Q. Fabius Vibulanus. II.	45	
	290	A. Poſtumius Albus Regillenſis.	Sp. Furius Medullinus Fuſcus.	46	
	291	P. Seruilius Priſcus.	L. Ebutius Helua.	47	

48 T. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Geminius Ligurinus. 292 80
49 P. Volumnius Amentinus. Ser. Sulpitius Camerinus. 293
50 P. Valerius Publicola. II. C. Claudius Sabinus. 294
51 Qu. Fab. Vibulanus. III. L. Cornel. Maluginenſis. 295
52 L. Minutius Carbetus. C. Nautius Rutilius. 296
53 C. Oratius Puluillus. II. Q. Minutius Augurinus. 297 81
54 M. Valerius Maximus. Sp. Verginius Cælimontanus. 298
55 T. Romulius Vaticanus. T. Veturius Cicurinus. 299
56 Sp. Tarpeius Capitolinus. A. Aternius Fontinalis. 300
57 P. Oratius Trigeminus. Sex. Quintilius Varus. 301 82
58 L. Menenius Lanatus. P. Seſtius Vaticanus. 302

Inde mutauit ſtatum reſpublica, &

59 DECEMVIRI creati. App. Claudius Sabinus. T. L. Genutius. P. Seſtius Vaticanus. T. Veturius Cicurinus. C. Iulius Tullus. A. Manilius. P. Sulpitius Camerinus. Sp. Poſtumius Albus. P. Oratius Puluillus. T. Romulius Vaticanus. 303
60 App. Claudius Sabinus. II. L. Minutius Augurinus, M. Cornelius Maluginenſis. M. Sergius. Q. Fab. Vibulanus. Q. Pætilius. T. Antonius Merenda. Cæſo Duillius. Sp. Oppius Cornicen. M. Robuleius. 304 83
61 Iidem, ut tamen iam à Claudio proximus ſit Q. Fab. Vibulanus, ut teſtatur antiq. Kalendarium. 305

Rurſus ad COSS recidit reſp. nondum finito anno, electiq;

M. Horatius Barbatus. L. Valerius Potitus.
62 Sp. Herminius Continiſanus. T. Verginio Cælimõtano Tricoſtus. 306
63 M. Geganius Macerinus. Claud. Iulius Tullus. 307
64 Agrippa Furius Medullinus. T. Quintius Capitol. Barbatus. IIII. 308
65 M. Genutius Augurinus. P. Curiatius Philo. 309 84

Iterum mutatur ſtatus reipubl. & pro COSS. primi omnium Tribb. militum eliguntur.

66 L. Atilius Luſcinius. T. Cæcilius Siculus. A. Sempronius Atratiuus. 310

Hi ante anni finem magiſtratum deponentes locũ denuo COSS. fecerunt, ut poſt quartum ferè menſem eligerentur.

L. Papyrius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus.
67 M. Geganius Macerinus. II. T. Quintius Capitol. Barbatus. V. 311
68 M. Fab. Vibulanus. Poſtumius Ebutius Helua Cornicẽ. 312
69 C. Furius Pacilius. M. Papyrius Craſſus. 313 85
70 Proculus Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus. 314
71 T. Quintius Capitol. Barbatus. VI. Agrippa Menenius Lanatus. 315
72 M. Aemylius Fidenàs. L. Quintius Cincinnatus. 316

Cl. Iulius Tullus. TRIB. MIL. 86

73 M. Geganius Macerinus. III. L. Sergius Fidenàs. 317
74 M. Cornelius Maluginenſis. L. Papyrius Craſſus. 318
75 Claudius Iulius Tullus. II. L. Verginius Tricoſtus. 319
76 M. Manlius Capitolinus. Q. Sulpitius Coſſus. 320
77 M. Fabius Vibulanus. M. Folius Flaccinator 321 87

L. Sergius Fidenàs. TRIB. MIL.

78 L. Pinarius Mamercus. L. Furius Medullinus. 322

Sp. Poſtumius Albus. TRIB. MIL.

79 T. Quintius Pœnus Cincinnatus. Cn. Iulius Mento. 323
80 L. Papyrius Craſſus. L. Iulius Tullus. 324
81 L. Sergius Fidenàs. Hoſtius Lucretius Tricipitinus. 325 88
82 T. Quintius Pœnus Cincinnatus. II. A. Cornelius Coſſus. 326
83 C. Seruilius Hala Structus. L. Papyrius Mugillanus. 327
84 A. Cornelius Coſſus. L. Calphurnius Piſo. T. Quintius Pœnus Cincinnatus. M. Poſtumius TRIB. MIL. 328 89
85 A. Sempronius Atratinus. L. Furius Medullinus. L. Quintius Cincinnatus. II. 329

tus. II. L. Oratius Barbatus. TRIB. MIL.

330 C. Papyrius Craſſus. T. Sergius Fidenàs. Sp. Nautius Rutilius. Sex. Iulius Tullus TRIB. MIL. 86

331 A. Sempronius Atratinus. Q. Fabius Vibulanus. 87

332 L. Manlius Capitolinus. L. Papyrius Mugillanus. Q. Antonius Merenda. TRIB. MIL. 88

90

333 Cn. Fabius Vibulanus. T. Quintius Capitolinus. 89

334 L. Quintius Cincinnatus. III. Sext. Furius Medullinus. M. Manlius Capitolinus. A. Sempronius Atratinus. II. TRIB. MIL. 90

335 Agrippa Menenius Lanatus. Sp. Nautius Rutilius. II. P. Lucretius Tricipitinus. TRIB. MIL. 91

336 L. Sergius Fidenàs. II. Claud. Seruilius Structus. M. Papyrius Mugillanus. TRIB. MIL. 92

91 337 Claud. Seruilius Structus. II. P. Lucretius Tricipitinus. II. Agrippa Menenius Lanatus. II. Sp. Rutilius Craſſus TRIB. MIL. 93

338 A. Sempronius Atratinus. III. M. Papyrius Mugillanus. II. Sp. Nautius Rutilius. III. TRIB. MIL. 94

339 P. Cornelius Coſſus. T. Quintius Cincinnatus. C. Valerius Potitus. C. Martius Rutilus. M. Fabius Vibulanus. TRIB. MIL. 95

340 Q. Fabius Vibulanus. II. L. Valerius Potitus. Cn. Cornelius Coſſus. M. Poſtumius Regillenſis. TRIB. MIL. 96

92 341 L. Furius Medullinus. A. Cornelius Coſſus. 97

342 Q. Fabius Vibulanus Ambuſtus. C. Furius Pætilius. 98

343 M. Papyrius Mugillanus. C. Nautius Rutilius. 99

344 M. Aemylius Mamercus. P. Valerius Potitus. 100

345 Cn. Cornelius Coſſus. L. Furius Medullinus. 101

93 346 C. Iulius Tullus. Cn. Cornelius Coſſus. II. C. Seruilius Hala. TRIB. MIL. 102

347 C. Valerius Potitus. II. C. Seruilius Hala. II. L. Furius Medullinus. II. Qu. Fabius Vibulanus. II. TRIB. MIL. 103

348 Cn. Cornelius Coſſus. III. L. Valerius Potitus. II. P. Cornelius Coſſus. Claudius Fabius Ambuſtus. TRIB. MIL. 104

94 349 C. Iulius Tullus. II. M. Aemylius Marmercus. T. Quintius Capitolinus. Qu. Quintius Cincinnatus. A. Manilius. L. Furius Medullinus. III. TRIB. MIL. 105

350 P. Cornelius Maluginenſis. M. Veturius Cicurinus. L. Valerius Potitus. III. M. Sergius Fidenàs. Cn. Cornelius Coſſus. IIII. Claudi. Fab. Ambuſtus. II. Sp. Nautius Rutilius. IIII. TRIB. MIL. 106

351 M. Aemylius Mamertinus. M. Furius Camillus. L. Valerius Potitus. IIII. App. Claudius Craſſus. M. Quintilius Varus. M. Iulius Tullus. M. Poſtumius Regillenſis. M. Poſtumius Albinus. TRIB. MIL. 107

95 352 C. Seruilius Hala. C. Sulpitius Cornutus. Q. Seruilius Fidenàs. P. Verginius. A. Manilius. II. M. Sergius Fidenàs. II. TRIB. MIL. 108

353 M. Furius Camillus. II. L. Iulius Tullus. L. Valerius Potitus. V. M. Aemylius Mamercus. III. Cn. Cornelius Coſſus. II. Claudius Fabius Ambuſtus. TRIB. MIL. 109

354 L. Popilius Volſcus. P. Manlius Capitolinus. P. Titinius. P. Melius. L. Furius Medullinus. P. Licinius Caluus primus ex plebe. TRIB. MIL. 110

355 M. Veturius Cicurinus. II. L. Titinius Longus. P. Menenius. Cn. Genutius Panſa. L. Racilius Volſo. TRIB. MIL. 111

356 L. Valerius Potitus. VI. L. Furius Medullinus. V. Q. Valerius Maximus. M. Furius Camillus. III. Q. Seruilius Fidenàs. II. Qu. Sulpitius Camerinus. II. TRIB. MIL. 112

96

357 L. Iulius Tullus. II. L. Sergius Fidenàs. IIII. P. Furius Medullinus. II. A. Poſtu- 113

A.Postumius Regillensis. P.Cornelius Maluginensis.
A.Manilius. TRIB. MIL.

114 Cn.Genutius Pansa.II. L.Racilius Volso.II. P.Licinius Calui filius. P.Menenius.II. L. Titinius Longus.II. TRIB. MIL. 358

115 P.Cornelius Cossus. L.Furius Medullinus.V. P.Cornelius Scipio. M.Valerius Maximus.II. Cæso Fabius Ambustus. Q.Seruilius Fidenàs.III. TRIB. MIL. 359

116 M.Furius Camillus.IIII. A.Valerius Publicola. L.Furius Medullinus.VI. Claud.Aemylius Mamercus. Sp.Postumius Albinus. P.Cornelius Scipio.II. TRIB. MIL. 360 97

117 L.Lucretius Flauius. Serg.Sulpitius Camerinus. 361

118 L.Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus. 362

119 L.Lucretius Tricipitinus. M.Aemylius Mamertinus. Ser. Sulpitius Rufus. L.Furius Medullinus.VII. Agrippa Furius Philo. Claud. Aemylius .II. TRIB. MIL. 363

120 Q.Sulpitius Longus. Claud.Fabius Ambustus. Alteri duo Fabij. Qu.Seruilius Fidenàs.IIII. P.Seruilius Malugi= nensis. TRIB. MIL. 364 98

121 M.Furius Camillus per annum dictator & solus. 395

122 L.Verginius Tricostus. L.Postumius Albinus. A.Valerius Publicola.II. P.Cornelius. A. Manilius. L. Aemylius Mamertinus.TRIB. MIL. 366

123 T.Quintius Cincinnatus. L.Aquilius Coruus. Q.Seruilius Fidenàs.V. Q.Iulius Tullus. L.Lucretius Tricipitinus. Ser.Sulpitius Rufus.II.TRIB.MIL. 367

124 L.Papyrius Cursor. Licinius Menenius Lanatus. Cn.Sergius Fidenàs. L. Aemylius Mamertinus.II. A.Valerius Publicola.III. TRIB.MIL. 368 99

125 Ser.Cornelius Maluginensis. L. Quintius Cincinnatus. M.Furius Camillus.V. Q.Seruilius Fidenàs.VI. L.Oratius Pului lus.P. Valerius Potitus. TRIB.MIL. 369

126 A.Manlius Capitolinus. T.Quintius Cincinnatus. L Quintius Capitolinus. L.Papyrius Cursor.II.P.Cornelius. TR. MIL. 370

127 M.Furius Camillus.VI. Ser.Sulpitius Rufus.III. Ser.Cornelius Maluginensis.II. P.Valerius Potitus.II. Claud. Papyrius Crassus. Tit.Quintius Cincinnatus.II. TR.MIL. 271

128 L.Valerius Publicola.III. M. Trebonius Flauus. L. Aemylius Mamertinus.III. A.Manilius.III. Ser.Sulpitius Rufus.IIII. L.Lucretius Tricipitinus.II. TRIB.MIL. 372 100

129 Q.Seruilius Fidenàs. Claud.Papyrius Crassus. L.Papyrius Cursor.III. L.Aemylius Mamertinus.IIII. Serg. Sulpitius Maluginensis.III. C.Sulpitius Peticus. TRIB. MIL. 373

130 L.Valerius Publicola .IIII. L.Lucretius Tricipitinus.III. M.Furius Camillus.VII. L.Furius Medullinus. A.&.L.Postumij Regillenses. M.Fabius Ambustus. TRIB.MIL. 374

131 L.Valerius Publicola.V. L.Aemylius Mamertinus. P.Valerius Potitus.III. Cn.Sergius Fidenàs.III. Licinius Menenius Lanatus.II. P.Papyrius. Ser.Cornel.Maluginensis.TR. MIL. 375

132 P.Manlius Capitolinus. M.Albinus ex plebe. C.Manlius Capitolinus. L.Iulius Tullus. L.Antistius. C.Sextilius. TRIB.MIL. 376 101

133 Q.Seruilius Fidenàs.II. P.Chlœlius Crassus. Spur.Furius Medullinus. Licinius Menenius Lanatus.III. C.Oratius Puluillus. L.Geganius. TRIB. MIL. 377

134 L.Aemylius Mamertinus. L.Quintius Cincinnatus. C.Quintius Capitolinus. P.Valerius Potitus: IIII. Ser. Sulpitius Rufus.V. C.Veturius. TRIB. MIL. 378

	379	Solitudo magiſtratuum per quinquennium fuit, Licinio Stolone		135
	380	& L. Sextio Laterano Tribb. pleb. interceſſione perpetua comitia		136
102	381	interturbantibus, dum ſedulo à patribus reſiſtitur, ne legem de cõ		137
	382	municando cum plebe conſulatu, de agrorum modo, de fœnore		138
	383	minuendo perferrent.		139
	384	L. Furius Medullinus. II. A. Valerius Potitus Publicola. C. Valerius. Ser.		140
108		Corn. Malugin̄ẽſis. VI. A. Manilius. Ser. Sulpitius Rufus. VI. TR. MIL.		
	385	Q. Seruilius Fidenàs. VIII. M. Cornelius Malugineñ. A. Cornelius. C. Ve-		141
		turius. Q. Quintius Capitolinus. M. Fab. Ambuſtus. TR. MIL.		
	386	T. Quintius Capitolinus. Sp. Seruilius Structus. Ser. Cornelius Malugi-		142
		nenſis. VII. L. Papyrius Craſſus. Ser. Sulpitius Prætextatus. IIII. L. Ve		
	387	turius Craſſus Cicurinus. TRIB. MIL.		
		A. Cornelius Coſſus. II. L. Veturius Craſſus Cicurinus. II. M. Cornelius		143
		Maluginenſis. II. P. Valerius Potitus Publicola. VI. P. Manlius Capi-		
		tolinus. II. M. Geganius Macerinus. TRIB. MIL.		
104	388	L. Aemylius Mamertinus.	L. Sextius Lateran. prim, è plebe COS.	144
	389	L. Genutius Auentinenſis.	Q. Seruilius Hala.	145
	390	T. Sulpitius * Peticus.	C. Licinius Stolo Caluus.	146
	391	L. Aemylius Mamertinus.	C. Genutins Auentinenſis.	147
105	392	Qu. Seruilius Hala. II.	L. Genutius Auentinenſis.	148
	393	C. Sulpitius Peticus. II.	C. Licinius Stolo Caluus.	149
	394	M. Fabius Ambuſtus.	C. Petilius Balbus Libo Viſolus.	150
	395	M. Popilius Lænàs.	Cn. Manlius Capitolinus Imperioſus.	151
106	396	C. Fabius Ambuſtus.	C. Plautius Proculus.	152
	397	Cn. Manlius Capitol. Imperioſus. II.	Claudius Martius Rutilus.	153
	398	M. Fabius Ambuſtus. II.	M. Popilius Lænas. II.	154
	399	C. Sulpitius Peticus. III.	M. Valerius Publicola.	155
	400	M. Fabius Ambuſtus. III.	T. Quintius Capitolinus.	156
107	401	C. Sulpitius Peticus. IIII.	M. Valerius Publicola. II.	157
	402	P. Valerius Publicola.	Claud. Martius Rutilus. II.	158
	403	C. Sulpitius Peticus. V.	T. Quintius Pœnus Cæſo.	159
	404	M. Popilius Lænàs. III.	L. Cornelius Scipio Aruina.	160
108	405	L. Furius Camillus.	App. Claudius Craſſus.	161
	406	M. Popilius Lenàs. IIII.	M. Valerius Publicola Coruinus.	162
	407	T. Manlius Torquatus.	C. Plautius Venox.	163
	408	M. Valerius Coruinus. II.	C. Pætilius Balbus Libo Viſolus. II.	164
109	409	M. Fabius Dorſuo.	Ser. Sulpitius Camerinus Rufus.	165
	410	Claud. Martius Rutilus. III.	T. Manlius Torquatus. II.	166
	411	M. Valerius Coruinus. III.	A. Cornelius Coſſus.	167
	412	Claud. Martius Rutilus. IIII.	Q. Seruilius Hala. II.	168
110	413	C. Plautius Venox. II.	L. Aemylius Mamercus.	169
	414	T. Manlius Torquatus. III.	P. Decius Mus.	170
	415	T. Aemylius Mamertinus.	Q. Publilius Philo.	171
	416	L. Furius Camillus.	C. Mænius Nepos.	172
111	417	C. Sulpitius Longus.	P. Aelius Pætus.	173
	418	L. Papyrius Craſſus.	Cæſo Duillius Helua.	174
	419	M. Valerius Coruinus. IIII.	M. Atilius Regulus Calenus.	175
	420	T. Veturius Caluinus.	S. Poſtumius Albinus Caudinus.	176
112	421			177
	422	Annus ſine COSS.		178
	423	Cn. Domitius Caluinus.	A. Cornelius Scipio Aruina.	179
	424	T. Valerius Potitus.	M. Claudius Marcellus.	180
113	425	L. Papyrius Craſſus. II.	L. Plautius Venox.	191
	426	L. Aemylius Mamercus Priuernàs.	Cn. Plautius Decianus.	192
	427	P. Plautius Proculus.	P. Cornelius Scapula Barbatus.	193
	428	L. Cornelius Lentulus.	Q. Publilius Philo. II.	194
		Claud. Pætilius Libo Viſolus. III.	L. Papyrius Curſor. II.	L. Furi-

* Pythicus corrupte legitur in Fabio Quintiliano lib. 1.

185 L.Furius Camillus.II. Iunius Brutus Scæua. 429 114
186 L.Papyrius Cursor dictator sine COSS. 430
187 Claud.Sulpitius Longus. Q.Aelius Cæritanus. 431
188 Q.Fabius Maximus Rollianus. L.Fuluius Curuus. 432
189 T.Veturius Caluinus.II. Sp.Postumius Albinus.II. 433 115
190 L.Papyrius Cursor.II. Q.Publilius Philo.III. 434
191 L.Papyrius Mugillanus Crassus.III. Q.Aelius Cæritanus.II. 435
192 L.Plautius Venox. M.Folius Flaccinator. 436
193 Q.Aemylius Barbula. C.Iun.Brutus Bubulcus. 437 116
194 Sp.Nautius Rutilius. M.Popilius Lænàs. 438
195 L.Papyrius Cursor.IIII. Q.Publilius Philo.III. 439
196 M.Pætilius Libo. C.Sulpitius Longus. 440
197 L.Papyrius Cursor.V. C.Iun.Brutus Bubulcus.II. 441 117
198 M.Valerius Maximus. P.Decius Mus. 442
199 C.Iun.Brutus Bubulcus.III. Q.Aemylius Barbula.II. 443
200 Q.Fab.Max.Rollianus.II. C.Martius Rutilus Censorinus. 444
201 Hoc anno dictator & magister equitum sine COSS.fuerunt. 445 118
202 Q.Fab.Max.Rollianus.III. P.Decius Mus.II. 446
203 App.Claud.Crassus Cæcus. L.Volumnius Flamma Violensis. 447
204 P.Cornelius Aruina. Q.Martius Tremulus. 448
205 L.Postumius Megellus. T.Minutius Augurinus. 449 119
206 P.Sempronius Sophus Longus. P.Sulpitius Auerrio. 450
207 L.Genutius Auentinensis. Ser.Cornelius Rufus. 451
208 M.Liuius Denter. Q.Aemylius Paulus. 452
209 M.Valerius Coruinus.V. Q.Apuleius Pansa. 453 120
210 M.Fuluius Pætus. T.Manlius Torquatus. 454
211 L.Cornel.Scipio. Cn.Fuluius Centumalus. 455
212 Q.Fab.Max.Rollianus.IIII. P.Decius Mus.III. 456
213 App.Claudius Cæcus.II. L.Volumnius Flamma Violensis. 457 121
214 Q.Fab.Max.Rollianus.V. P.Decius Mus.IIII. 458
215 L.Postumius Megellus.II. M.Atilius Regulus. 459
216 L.Papyrius Cursor. Sp.Caruilius Maximus. 460
217 Q.Fab.Max.F.Gurges. D.Iun.Brutus Scæua. 461 122
218 L.Postumius Megellus.III. C.Iunius Brutus. 462
219 M.Curius Dentatus. P.Cornelius Rufinus. 463
220 M.Valerius Coruinus.VI. Q.Cæditius Noctua. 464
221 Q.Martius Tremulus.II. P.Cornelius Aruina. 465 123
222 M.Claudius Marcellus. C.Nautius Rutilius. 466
223 M Valerius Maximus. C.Aelius Pætus. 467
224 C.Claudius Caninius. M.Aemylius Lepidus. 468
225 C.Seruilius Tucca. L.Cæcilius Metellus. 469 124
226 P.Cornel.Dolabella Maximus. Cn.Domitius Caluus. 470
227 Q.Aemylius Papus. C.Fabricius Luscinus. 471
228 L.Aemylius Barbula. Q.Martius Philippus. 472
229 P.Valerius Leuinus. Tyberius Coruncanus. 473 125
230 P.Sulpitius Auerrio. P.Decius Pyrrhicus. 474
231 Q.Aemylius Papus.II C.Fabricius Luscinus.II. 475
232 P.Cornel.Rufinus.II. C.Iunius Brutus.II. 476
233 Q.Fabius Gurges.II. C.Genutius Clepsina. 477 126
234 M.Curius Dentatus.II. L.Cornelius Lentulus. 478
235 M.Curius Dentatus.III. Ser.Cornelius Merenda. 479
236 C.Fabricius Luscinus. C.Claudius Cinna. 480
237 L.Papyrius Cursor.II. Sp.Caruilius Maximus.II. 481 127
238 C.Quintius Claudius. L.Genutius Clepsina. 482
* aliàs Gallus. 239 C.Genutius Clepsina.II. Cn.Cornelius Lasina. 383
240 L.Quintius* Gulo. Q.Fabius Pictor. 484

P.Sempro-

Olymp.	An. urb.			Anni ab eie ctis regib.
128				
	485	P.Sempronius Sophus.	App.Claudius Ruffus.	241
	486	M.Atilius Regulus.	L.Iulius Libo.	242
	487	D.Iunius Pera.	M.Fabius Pictor.	243
129	488	M.Valerius Maximus.	Qu.Mamilius Vitulus.	244
	489	App. Claudius Pulcher Caudex.	M.Fuluius Flaccus.	245
	490	M.Valerius Maximus. II.	M.Otacilius Craſſus Meſſala.	246
	491	L.Poſtumius Megellus.	Qu.Mamilius Vitulus.II.	247
130	492	L.Valerius Flaccus.	L.Otacilius Craſſus.	248
	493	Cn.Cornel.Scipio Aſina.	C. Duillius.	249
	494	L.Cornelius Scipio.	C. Aquilius Florus.	250
	495	A.Atilius Calatinus.	C.Sulpitius Paterculus.	251
131	496	M.Atilius Regulus Serranus.	Cn.Cornelius Blæſus.	252
	497	Qu.Cæditius Longus.	L.Manlius Rugulus.	253
	498	Ser. Fuluius Nobilior.	M.Aemylius Paulus.	254
	499	Cn.Cornel.Scipio Aſina.II.	A.Atilius Calatinus .II.	255
132	500	Cn. Seruilius Cæpio.	C.Sempronius Blæſus.	256
	501	C.Aurelius Cotta.	P.Seruilius Geminus.	257
	502	L.Cæcilius Metellus.	C.Furius Placidus.	258
	503	M.Atilius Regulus Serranus .II.	L.Manlius Volſo.	259
133	504	P.Claudius Pulcher Cæci nepos.	L.Iunius Pullus.	260
	505	C.Aurelius Cotta .II.	P.Seruilius Geminus.II.	261
	506	L.Cæcilius Metellus. II.	M. Fabius Buteo.	262
	507	M.Otacilius Craſſus Meſſala.II.	M.Fabius Licinius.	263
134	508	M.Fabius Buteo.II.	C.Atilius Balbus.	264
	509	A.Manlius Atticus.	C.Sempronius Blæſus. II.	265
	510	C.Fundanius Fundulus.	C.Sulpitius Gallus.	266
	511	Q.Luctatius Catulus Cæreonius.	A.Poſtumius Albinus.	267
135	512	Q.Luctatius Catulus Cercus.	A.Manlius Atticus.II.	268
	513	C.Claudius Cento.	M.Sempronius Tuditanus.	269
	514	C.Manilius Lucrinus.	Q.Valerius Flaccus.	270
	515	T.Sempronius Gracchus.	P.Cornelius Falco.	271
136	516	L.Cornelius Lentulus Caudinus.	Q.Fuluius Flaccus.	272
	517	P.Cornelius Lentulus Caudinus.	C.Licinius Varus.	273
	518	C.Atilius Balbus.II.	T.Manlius Torquatus.	274
	519	L.Poſtumius Albinus.	Sp.Caruilius Maximus.	275
137	520	Q.Fabius Verrucoſus.	M.Pomponius Matho.	276
	521	M.Aemylius Lepidus.	M.Oblitius Malleolus.	277
	522	M.Pomponius Matho.II.	C.Papyrius Maſſus.	278
	523	M.Aemylius Barbula.	M.Iunius Pera.	279
138	524	L.Poſtumius Albinus.II.	Cn.Fuluius Centumalus.	280
	525	Sp.Caruilius Maximus.II.	Q.Fabius Verrucoſus.II.	281
	526	P.Valerius Flaccus.	M.Atilius Regulus.	282
	527	L.Apuſtius.	M.Valerius Leuinus.	283
139	528	L.Aemylius Papus.	C.Atilius Regulus.	284
	529	Q.Fuluius Flaccus.II.	T.Manlius Torquatus .II.	285
	530	C.Quintius Flaminius.	Qu.Furius Philo.	286
	531	M.Claudius Marcellus.	Cn.Cornelius Scipio Caluus.	287
140	532	P.Cornelius Aſina.	M.Minutius Rufus.	288
	533	L.Veturius Leuina.	C.Luctatius Scæuola.	289
	534	L.Aemylius Paulus.	M.Liuius Salinator.	290
	535	P.Cornelius Scipio.	T.Sempronius Longus.	291
141	536	C.Quintius Flaminius.II.	Cn.Seruilius Geminus.	292
	537	M.Atilius Fabianus.	Cn.Seruilius Muſitanus.	293
	538	L.Aemylius Paulus.	M.Terentius Varro.	294
	539	T.Sempronius Gracchus.	L.Poſtumius Albinus.	295
	540	Qu.Fabius Max.Verrucoſus.IIII.	M.Claudius Marcellus.III.	296

297	Q. Fabius Max. Verrucosi F.	T. Sempronius Gracchus. II.	541	142
298	App. Claudius Pulcher.	Q. Fuluius Flaccus. III.	542	
299	P. Sulpitius Galba Maximus.	Cn. Fuluius Centumalus. II.	543	
300	M. Claudius Marcellus. IIII.	M. Valerius Leuinus. II.	544	
301	Q. Fab. Max. Verrucosus. V.	Q. Fuluius Flaccus. IIII.	545	143
302	M. Claudius Marcellus. V.	T. Quintius Crispinus.	546	
303	M. Liuius Salinator. II.	C. Claudius Nero.	547	
304	Q. Cæcilius Metellus.	L. Veturius Philo.	548	
305	P. Cornelius Scipio Africanus.	P. Licinius Crassus Dives.	549	144
306	M. Cornelius Cethegus.	P. Sempronius Tuditanus.	550	
307	Cn. Seruilius Cæpio.	C. Seruilius Geminus.	551	
308	T. Claudius Nero.	M. Seruilius Pulex Geminus.	552	
309	Cn. Cornelius Lentulus.	P. Aelius Pætus.	553	145
310	P. Sulpitius Galba Maximus. II.	C. Aurelius Cotta.	554	
311	C. Cornelius Lentulus.	P. Villius Appulus Tribulus.	555	
312	T. Quintius Flaminius.	Sext. Aelius Pætus Catus.	556	
313	Cn. Cornelius Cethegus.	Q. Minutius Rufus.	557	146
314	L. Furius Purpureo.	M. Claudius Marcellus.	558	
315	L. Valerius Flaccus.	M. Porcius Cato.	559	
316	P. Cornelius Scipio Africanus. II.	T. Sempronius Longus.	560	
317	L. Cornelius Merula.	Q. Minutius Thermus.	561	147
318	L. Quintius Flaminius.	Cn. Domitius Aenobarbus.	562	
319	M. Atilius Glabrio.	M. Cornel. Scipio Nasica.	563	
320	L. Cornel. Scipio Asiaticus.	C. Lælius Africanus.	564	
321	Cn. Manilius Volso.	M. Fuluius Nobilior.	565	148
322	C. Liuius Salinator.	M. Valerius Messala.	566	
323	M. Aemylius Lepidus.	C. Quintius Flaminius.	567	
324	Sp. Postumius Albinus.	Q. Martius Philippus.	568	
325	App. Claudius Pulcher.	M. Sempronius Tuditanus.	569	149
326	P. Claudius Pulcher.	L. Porcius Licinius.	570	
327	Q. Fabius Labeo.	M. Claudius Marcellus.	571	
328	L. Aemylius Paulus.	Cn. Bæbius Tamphilus.	572	
329	P. Cornelius Lentulus Cethegus.	M. Bæbius Tamphilus.	573	150
330	A. Postumius Albinus Luscus.	C. Calphurnius Piso.	574	
331	Q. Fuluius Flaccus.	L. Manlius Accidinus.	575	
332	M. Iunius Brutus.	M. Atilius Volso.	576	
333	C. Claudius Pulcher.	T. Sempronius Gracchus.	577	151
334	Q. Pætilius Spalo.	Cn. Cornelius Leuinus.	578	
335	Q. Mutius Scæuola.	M. Aemylius Lepidus.	579	
336	Sp. Posthumius Paulus.	P. Mutius Scæuola.	580	
337	L. Postumius Albinus.	M. Popilius Lænas.	581	152
338	C. Popilius Lænas.	P. Cælius Ligo.	582	
339	P. Licinius Crassus.	C. Cassius Longinus.	583	
340	C. Hostilius Mancinus.	C. Atilius Serranus.	584	
341	Q. Martius Philippus. II.	Q. Seruilius Cæpio.	585	153
342	L. Aemylius Paulus. II.	C. Licinius Crassus.	586	
343	Q. Aelius Pætus.	M. Iunius Pœnus.	587	
344	C. Sulpitius Gallus.	M. Claudius Marcellus.	588	
345	T. Manlius Torquatus.	Cn. Octauius.	589	154
346	A. Manlius Torquatus.	Q. Cassius Longinus.	590	
347	T. Sempronius Gracchus.	M. Iuuentius Helua.	591	
348	P. Scipio Nasica.	C. Martius Figulus.	592	
349	M. Valerius Messala.	C. Fannius Strabo.	593	155
350	L. Anicius Gallus.	M. Cornelius Cethegus.	594	
351	Cn. Cornelius Dolabella.	M. Fuluius Nobilior.	595	
352	M. Aemylius Lepidus.	C. Popilius Lænas. II.	596	

Olymp.	Anni urb.			Anni ab eie ctis regib.	
156					
	597	Sext. Iulius Cæsar.	L. Aurelius Oreſtes.	353	
	598	L. Cornelius Lentulus.	C. Martius Figulus. II.	354	
	599	P. Cornelius Naſica.	M. Claudius Marcellus. II.	355	
	600			356	
157	601	Q. Opimius.	L. Poſtumius Albinus.	357	Hic COSS.
	602	Q. Fuluius Nobilior.	T. Annius Fuſius.	358	à Kal. Ianu
	603	M. Claud. Marcellus. III.	L. Valerius Flaccus.	359	arijs magi-
		L. Licinius Lucullus.	A. Poſtumius Albinus.	360	ſtratũ inie-
158	604	L. Quintius Flaminius.	M. Acilius Balbus.	361	runt, id,
	605	L. Martius Cenſorinus.	M. Manilius.	362	quod prius
	606	Sp. Poſtumius Magnus.	L. Piſo Cæſonianus.	363	ante Id.
	607	P. Scipio Africanus Aemylianus.	C. Liuius Druſus.	364	Mart. fie-
159	608	L. Cornelius Lentulus.	L. Mummius Achaicus.	365	bat.
	609	Q. Fab. Maximus Aemylianus.	L. Hoſtilius Mancinus.	366	
	610	Ser. Sulpitius Galba.	L. Aurelius Cotta.	367	
	611	App. Claudius Pulcher.	Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.	368	
160	612	L. Metellus Caluus.	Q. Fabius Maximus Seruilianus.	369	
	613	Cn. Seruilius Cæpio.	Q. Pompeius Nepos.	370	
	614	C. Lælius.	Q. Seruilius Cæpio.	371	
	615	Cn. Calphurnius Piſo.	M. Popilius Lænàs.	372	
161	616	P. Scipio Naſica Serapion.	Decius Iunius Brutus.	373	
	617	M. Aemylius Lepidus Porcina.	C. Hoſtilius Mancinus.	374	
	618	P. Furius Philo.	Sext. Atilius Serranus.	375	
	619	Ser. Fuluius Flaccus.	Q. Calphurnius Piſo.	376	
162	620	P. Scipio African. Aemylianus. II.	C. Fuluius Flaccus.	377	
	621	C. Mutius Scæuola.	L. Calphurnius Piſo.	378	
	622	P. Popilius Lænàs.	C. Sulpitius Galba.	379	
	623	P. Licinius Craſſus Mutianus.	L. Valerius Flaccus.	380	
163	624	App. Claudius Lentulus.	M. Perpenna Nepos.	381	
	625	C. Sempronius Tuditanus.	M. Aquilius.	382	
	626	Cn. Octauius.	T. Annius Rufus.	383	
	627	L. Caſſius Longinus Rauilia.	L. Cornelius Cinna.	384	
164	628	M. Aemylius Lepidus.	L. Aurelius Oreſtes.	385	
	629	M. Plautius Hypſæus.	M. Fuluius Flaccus.	386	
	630	C. Caſſius Longinus.	Sext. Domitius Caluinus.	387	
	631	Q. Cæcilius Metellus.	T. Quintius Flaminius Apellàs.	388	
165	632	Cn. Domitius Aenobarbus.	C. Fannius.	389	
	633	L. Opimius.	Q. Fabius Maximus.	390	
	634	P. Manilius.	C. Papyrius Balbus.	391	
	635	L. Cæcilius Metellus.	L. Aurelius Cotta.	392	
166	636	M. Porcius Cato Nepos.	Q. Martius Rex.	393	
	637	L. Cæcilius Metellus Diadema.	Q. Mutius Scæuola.	394	
	638	C. Licinius Geta.	Q. Maximus Eburnus.	395	
	639	M. Aemylius Scaurus.	M. Cæcilius Metellus.	396	
167	640	M. Acilius Balbus.	C. Porcius Cato.	397	
	641	C. Cæcilius Metellus Caprarius.	C. Papyrius Carbo.	398	
	642	M. Liuius Druſus.	L. Piſo Cæſonianus.	399	
	643	P. Scipio Naſica.	L. Calphurnius Beſtia.	400	
168	644	M. Minutius Rufus.	Sp. Poſtumius Albinus.	401	
	645	Q. Cæcilius Metellus.	M. Iunius Syllanus.	402	
	646	Ser. Sulpitius Galba.	M. Aemylius Scaurus Hortenſius.	403	
	647	L. Caſſius Longinus.	C. Marius Nepos.	404	
169	648	C. Atilius Serranus.	Q. Seruilius Cæpio.	405	
	649	P. Rutilius Rufus.	C. Manilius Maximus.	406	
	650	C. Marius Nepos. II.	C. Flauius Fimbria.	407	
	651	C. Marius Nepos. III.	L. Aurelius Oreſtes.	408	
	652	C. Marius Nepos. IIII.	M. Aquilius.	C. Ma	

409	C. Marius Nepos. V.	Q. Luctatius Catulus.	653	170
410	C. Marius Nepos. VI.	L. Valerius Flaccus.	654	
411	M. Antonius.	A. Postumius Albinus.	655	
412	Q. Cæcilius Metellus.	T. Didius Viuius.	656	
413	Cn. Cornel. Lentulus Clodianus.	P. Licinius Crassus.	657	171
414	Cn. Domitius Aenobarbus.	C. Cassius Longinus.	658	
415	L. Licinius Crassus.	Q. Mutius Scæuola.	659	
416	C. Cælius Caldus.	L. Domitius Aenobarbus.	660	
417	C. Valerius Flaccus.	M. Herennius.	661	172
418	P. Claudius Pulcher.	M. Pulcher Perpenna.	662	
419	L. Martius Philippus.	Sext. Iulius Cæsar.	663	
420	L. Iulius Cæsar.	P. Rutilius Lupus.	664	
421	Cn. Pompeius Strabo.	Lucius Porcius Cato.	665	173
422	L. Cornelius Sylla.	Q. Pompeius Rufus.	666	
423	Cn. Octauius.	L. Cornelius Cinna.	667	
424	C. Marius Nepos. VII.	L. Cornelius Cinna. II.	668	
425	L. Cornelius Cinna. III.	Cn. Papyrius Carbo.	669	174
426	L. Cornelius Cinna IIII.	Cn. Papyrius Carbo. II.	670	
427	L. Scipio Asiaticus.	C. Norbanus Bulbus.	671	
428	Cn Papyrius Carbo. III.	C. Marius * Gratidianus.	672	175
429	M. Tullius Decola.	Cn. Cornelius Dolabella.	673	
430	L. Cornelius Sylla. II.	Q. Metellus Pius.	674	*al's. Ma
431	P. Seruilius Vatia Isauricus.	App. Claudius Pulcher.	675	rij filius.
432	M. Aemylius Lepidus.	Q. Luctatius Catulus.	676	176
433	M. Aemylius Mamercus.	D. Brutus Iulianus.	677	
434	Cn. Octauius.	C. Scribonius Curio.	678	*al's. L.
435	L. Aurelius Cotta.	*L. Manlius Torquatus.	679	Octauig.
436	L. Licinius Lucullus.	M. Aurelius Cotta.	680	
437	C. Cassius Varus.	M. Licinius Lucullus.	681	177
438	L. Gellius Publicola.	Cn. Cornelius Lentulus.	682	
439	P. Cornelius Lentulus.	Cn. Aufidius Orestes.	683	
440	Cn Pompeius Magnus.	M. Licinius Crassus.	684	
441	Q. Hortensius Nepos.	Q. Cæcilius Metellus.	685	178
442	L. Cæcilius Metellus Creticus.	Q. Martius Vatia.	686	
443	C. Calphurnius Piso.	M. Atilius Glabrio.	687	
444	An. Aemylius Lepidus.	L. Torquatus Tullus.	688	
445	P. Cornelius Sylla.	L. Antronius Pætus.	689	179
446	L. Iulius Cæsar.	Q. Martius Thermus.	690	
447	M. Tullius Cicero.	C. Antonius.	691	
448	D. Iunius Syllanus.	L. Murena.	692	
449	M. Pupius Piso Calphurnianus.	M. Valerius Messala.	693	180
450	L. Afranius.	Q. Cæcilius Metellus.	694	
451	C. Iulius Cæsar.	M. Bibulus.	695	
452	L. Piso. Cæsonianus.	A. Gabinius.	696	
453	P. Conelius Lentulus.	Q. Metellus Nepos.	697	181
454	Cn. Lentulus Marcellinus.	L. Martius Philippus.	698	
455	Cn. Pompeius Magnus. II.	M. Licinius Crassus.	699	
456	L. Domitius Aenobarbus.	App. Claudius Pulcher.	700	
457	Cn. Domitius Caluinus.	M. Valerius Messala.	701	182
458	Cn. Pompeius Magnus. III. & solus.		702	
459	Ser. Sulpitius Rufus.	M. Claudius Marcellus.	703	
460	L. Aemylius Paulus.	C. Claudius Marcellus.	704	183
461	C. Claudius Marcellus. II.	L. Lentulus Crusellus.	705	
	C. IVL. CAESAR primus in rep. singulare imperium arripit.			
462	C. Iulius Cæsar. II.	P. Seruilius Isauricus.	706	

	707	Q.Fusius Calenus.	P.Vaticanus.	463
	708	C.Iulius Cæsar.III.	M.Aemylius Lepidus.	464
184	709	C.Iulius Cæsar.IIII.& solus.		465
	710	C.Iulius Cæsar.V.	M.Antonius.	466
		Iulio Cæsare Idib.Martijs XXIII. uulneribus in curia Pompeij occiso,in cuius demortui locum P.Cornel.Dolabella COS. suffectus est.per XII.annos perpetuos sub triumuiris mirum in modũ res Romana conquassata est,donec solus rerũ potiretur C. Cæsar Octauianus postea Augustus à Senatu dictus.		
	711	A.Hirtius.	C.Vibius Pansa.	467
		His COSS.ad Mutinam occisis, occupato omni exercitu, ante legitimam ætatem per uim adacto Senatu,C.Cæs.Octauianus se cum Q. Pedio COS.ad.X.diem Kal.Octobr. constituit.		
185	712	M.Aemylius Lepidus.	L.Munatius Plancus.	468
	713	P.Seruilius Isauricus.II.	L.Antonius Pætàs.	469
	714	Cn.Domitius Caluinus.	C.Asinius Pollio.	470
	715	L.Porcius Censorinus.	C.Caluisius Sabinus.	471
186	716	App.Claudius Pulcher.	C.Norbanus Flaccus.	472
	717	M.Vipsanius Agrippa.	L.Caninius Gallus.	473
	718	L.Gellius Publicola.	M.Cocceius Nerua.	474
	719	L.Cornificius.	Sext. Pompeius.	475
187	720	L.Scribonius Libo.	L.Atratinus.	476
	721	C.Cæsar Octauianus.II.	* M.Lælius Volcatius Tullus.	477 * aliàs.M.
	722	Cn.Domitius Aenobarbus.	C.Sossius.	478 Cic. filius.
	723	C.Cæsar Octauianus.III.	M.Valerius Messala.	479 ex Plynio
	724	C.Cæsar Octauianus. IIII.	M.Licinus Crassus.	480 & Plutar-
188	725	C.Cæsar Octauianus. V.	Sext. Apuleius.	481 cho.
	726	C.Cæsar Octauianus. VI.	M.Vipsanius Agrippa.II.	482
	727	C.Cæsar Octauianus. VII.	M.Vipsanius Agrippa.III.	483
	728	C.Cæsar Octauianus August. VIII.	T.Statilius Taurus.	484
189	729	C.Cæsar Octauianus Aug.IX.	M.Iunius Syllanus.	485
	730	C.Cæsar Octauianus Aug.X.	C.Norbanus Flaccus.	486
	731	C.Cæsar Octauianus Aug.XI.	Cn.Calphurnius Piso.	487
	732	M.Claudius Marcellus.	L.Arruntius.	488
190	733	M.Lollius.	Q.Lepidus.	489
	734	M.Apuleius.	P.Silius Nerua.	490
	735	C.Sentius Saturninus.	Sp.Lucretius Cinna.	491
	736	Cn.Cornelius Lentulus.	P.Cornelius Lentulus.	492
191	737	T.Furnius.	C.Iunius Silanus.	493
	738	L.Domitius Aenobarbus.	P.Scipio.	494
	739	M.Drusus Liuius.	L.Calphurnius Piso.	495
	740	M.Licinius Crassus.	Cn.Lentulus Augur.	496
192	741	Claud. Tyberius Nero.	Q.Quintilius Varus.	497 * Hic dein
	742	M.Valerius Messala.II.	P.Sulpitius * Quirinius	498 de consula-
	743	Q.Aelius Tubero.	Paulus Fab.Maximus.	499 ris in de-
	744	Iulius Antonius.	Fabius Africanus.	500 scriptiõe or
193	745	Drusus Nero.	L.Quintius Crispinus.	501 bis Roma-
	746	C.Martius Censorinus	C.Asinius Gallus.	502 ni consul a-
	747	Claud. Tyberius Nero.II.	Cn.Calphurnius Piso.	503 gẽdo in Sy
	748	D.Lælius Balbus.	C.Antistius Vetus.	504 riam præfe
194	749	C.Cæs.Octauian.Augustus.XII.	L.Sylla.	505 ctus missus
	750	C.Caluisius Sabinus.II.	L.Passienus Rufus.	506 est. cuius
	751	C.Lentulus Getulicus.	M.Messalinus.	507 mentio a-
		His COSS.ad.VIII.Kal.Ianuar. dei filius IESVS CHRISTVS salutis nostræ princeps & author de uirgine Maria nascitur,un de Christianorum anni ducuntur.		pud Lucã cap.2.

An. Christi	Annis ab eiectis regib.			An. urb.	Olymp.
1					
2	508	C. Cæsar Octauian. Augustus. XIII.	M. Plautius Syluanus.	752	195
3	509	Cossus Cornelius Lentulus.	L. Calphurnius Piso.	753	
4	510	P. Vinitius.	P. Alfenus Varus.	754	
* hinc L.	511	L. Aelius Lamia.	M. Seruilius.	755	
Aelia Sen	512	Sext. Aelius Catulus. *	C. Sentius Saturninus.	756	196
tia.	513	Cn. Cinna Magnus.	L. Valerius Messala.	757	
7	514	M. Aemylius Lepidus.	L. Arruntius.	758	
8	515	Q. Cæcilius Creticus.	A. Licinius Nerua.	759	
9	516	M. Furius Camillus.	Sext. Nonius Quintilianus.	760	197
10	517	Q. Sulpitius Camerinus.	C. Poppæus Sabinus.	761	
11	518	P. Cornelius Dolabella.	C. Iunius Syllanus.	762	
12	519	M. Aemylius Lepidus.	T. Statilius Taurus. II.	763	
13	520	Germanicus Cæsar.	C. Fonteius Capito.	764	198
14	521	L. Munatius Plancus. II.	C. Silius.	765	
15	522	Sextus Pompeius.	Sextus Apuleius.	766	
16		CLAVDIVS TYBERIVS CAESAR.			
17	523	Drusus Cæsar.	C. Norbanus Flaccus.	767	
18	524	Sisenna Statilius Taurus.	L. Scribonius Libo.	768	
19	525	L. Pomponius Flaccus.	C. Cælius Rufus.	769	199
20	526	Cl. Tyberius Nero Cæs. III.	Germanicus Cæsar. II.	770	
21	527	M. Syllanus.	L. Norbanus Balbus.	771	
22	528	M. Valerius Messala.	M. Aurelius Cotta.	772	200
23	529	Claud. Tyberius Nero Cæsar. IIII.	Drusus Cæsar. II.	773	
24	530	D. Haterius Agrippa.	C. Sulpitius Galba.	774	
25	531	C. Asinius Pollio.	C. Antistius Vetus.	775	
26	532	Sext. Cornelius Cethegus.	L. Visellius Varro.	776	201
27	533	M. Asipius Agrippa.	Cossus Cornelius Lentulus	777	
28	534	Cn. Lentulus Getulicus.	C. Caluisius Sabinus.	778	
29	535	M. Licinius Crassus.	L. Calphurnius Piso.	779	
30	536	App. Iunius Syllanus.	P. Silius Nerua.	780	202
	537	C. Rubellius Geminus.	C. Fusius Geminus.	781	
		His COSS. ad VIII. Kal. April. dei filius IESVS CHRISTVS dominus deus & saluator noster ac redemptor cruci affigitur. si quid Tertulliano credimus. nam alij secus opinantur.			
31	538	M. Vinitius Quartinus.	C. Cassius Longinus Iurisconsl.	782	
32	539	Claud. Tyberius Cæsar. V. & solus. licet postmodum col legam adsumpserit Aelium Seianum.		783	
33	540	Fur. Camil. Arrūtius Scribonianus.	Cn. Domitius Aenobarbus.	784	
34	541	Ser. Sulpitius Galba.	L. Cornelius Sylla.	785	203
35	542	L. Vitellius.	Paulus Fabius Priscus.	786	
36	543	P. Gallus Camerinus.	Q. Nonianus.	787	
37	544	Sext. Papinius Gallienus.	Quintius Plautianus.	788	
38	545	C. Acerronius Proculus.	C. Pontius Nigrinus.	789	204
39		C. CAESAR CALIGVLA.			
40	546	C. Cæsar Caligula. II.	L. Cæsianus.	790	
41	547	M. Aquilius Iulianus.	L. Nonius Asprenas.	791	
42	548	C. Cæsar Caligula. III. & solus.		792	205
	549	C. Cæsar Caligula. IIII.	L. Volusius Saturninus.	793	
43		TIB. CLAVDIVS CAESAR.			
44	550	Tiberius Claudius Cæsar. II.	Longus.	794	
45	551	Tib. Claudius Cæsar. III.	L. Vitellius. II.	795	
46	552	L. Quintius Crispinus. II.	M. Statilius Taurus.	796	
47	553	M. Vinitius Quartinus. II.	A. Cornelius Coruinus.	797	206
48	554	P. Valerius Asiaticus. II.	L. Cornelius Syllanus.	798	
49	555	Tib. Claudius Cæsar. IIII.	L. Vitellius. III.	799	
	556	A. Vitellius.	L. Vipsanius Publicola.	800	

Olymp.	An. urb.			Anni ab eie ctis regib.	An. Christi.
207	801	Q. Verannius.	C. Pompeius Gallus.	557	49
	802	C. Antistius Vetus.	M. Suillius Seruilianus.	558	50
	803	Tib. Claudius Cæsar. V.	Ser. Cornelius Orphitus.	559	51
208	804	Faustus Sylla.	Syluius Otho.	560	52
	805	D. Iunius Syllanus.	Q. Haterius Antoninus.	561	53
	806	M. Asinius Marcellinus.	M. Acilius Auiola.	562	54
		CL. DOMITIVS NERO CAESAR.			55
	807	Claudius Nero Cæsar.	L. Antistius Vetus.	563	56
	808				
209	809	Q. Volusius Saturninus.	P. Cæpio.	564	57
	810	Claud. Nero Cæsar. II.	L. Calphurnius Piso.	565	58
	811	Claud. Nero Cæsar. III.	M. Valerius Messala.	566	59
	812	C. Vipsanius Apronianus.	L. Fonteius Capito.	567	60
210	813	Claud. Nero Cæsar. IIII.	Cossus Cornelius Lentulus.	568	61
	814	Cæsonius Pætus.	Petronius Turpilianus.	569	62
	815	P. Marius.	L. Asinius Gallus.	570	63
	816	L. Memmius Regulus.	Verginius Rufus.	571	64
211	817	Q. Lecanius Bassus.	M. Licinius Crassus Frugi.	572	65
	818	Silius Nerua.	Atticus Vestinus.	573	66
	819	C. Suetonius Paulinus.	L. Telesinus.	574	67
	820	Fonteius Capito.	Iulius Rufus.	575	68
212		Valerius Turpilianus Trachala.	Silius Italicus Poëta.	576	
		SER. SVLPIT. GALBA CAES.			69
	821	Ser. Galba Augustus. II.	T. Iunius.	577	
		Trucidato Galba nouæ tempestates & cædes in rep. extiterũt, donec rerum potiretur Flauius Vespasianus pater, qui reip. sta tũ pristinum, & orbi pacem restituit. nam neq; M. SYLVIS OTHO ultra menses. 3. dies. 5. neq; A. VITELLIVS ultra menses. 8. dies. 10. imperauit.			
		FLAVIVS VESPASIANVS PATER.			70
	822				
	823	Fl. Vespasianus Augustus. II.	T. Vespasianus Cæs.	578	71
	824	Flau. Vespasianus August. III.	Cocceius Nerua.	579	72
113	825	Fl. Vespasianus August. IIII.	T. Vespasianus filius æs Car. II.	580	73
	826	Fl. Domitianus. II.	Valerius Messalinus.	581	74
	827	Fl. Vespasianus Aug. V.	Tit. Vespasianus Cæsar. III.	582	75
214	828	Fl. Vespasianus Aug. VI.	Tit. Vespasianus Cæs. IIII.	583	76
	829	Fl. Vespasianus Aug. VII.	Tit. Vespasianus Cæs. V.	584	77
	830	Fl. Vespasianus Aug. VIII.	Fl. Domitianus. VI.	585	78
	831	Commodus.	Priscus.	586	79
		Fl. Vespasianus, Aug. IX.	Tit. Vespasianus Cæsar. VI.	587	80
		T. VESPASIANVS FILIVS.			
215	832	T. Vespasianus Aug. VII.	Fl. Domitianus. VII.	588	81
	833	Syluanus.	Verus Pollio.	589	82
		FL. DOMITIANVS.			
	834				
	835	Fl. Domitianus Aug. VIII.	Valerius Messalinus. II.	590	83
216	836	Fl. Domitianus Aug. IX.	Verginius Rufus. II.	591	84
	837	Fl. Domitianus Aug. X.	Sabinus.	592	85
	838	Fl. Domitianus Aug. XI.	Furuus.	593	86
	839	Fl. Domitianus Aug. XII.	Ser. Cornelius Dolabella.	594	87
217	840	Fl. Domitianus Aug. XIII.	A. Volusius Saturninus.	595	88
	841	Fl. Domitianus Aug. XIIII.	L. Minutius Rufus.	596	89
	842	Fulvius.	Atratinus.	597	90
	843	Fl. Domitianus Aug. XV.	Cocceius Nerua. II.	598	91
218	844	Glabrio.	Vlp. Traianus Crinitus.	599	92
	845	Fl. Domitianus Aug. XVI.	Volusius Saturninus. II.	600	93
	846	Collega.	Priscinus.	601	94
		Nonius Asprenàs.	Lateranus.	602	
				Fl. Domi-	

An.Chr.	Anni ab eiẽ regib.			An.urb.	Olymp.
96				847	*Valẽs in
97	603	Fl. Domitianus Auguſt. XVII.	Flauius Clemens.	848	Eutropio.
	604	Antiſtius Vetus.	L.* Valerianus.		219
98		COCCEIVS NERVA.		849	
99	605	Cocceius Nerua Auguſt. III.	Verginius Rufus.	850	
	606	Cocceius Nerua. A. IIII.	Vlp. Traianus Crinitus. II.		
100		VLP. TRAIANVS.		851	
101	607	Palma.	Soſſius Senecio. II.	852	
102	608	Vlp. Traianus Auguſt. III.	M. Fronto.	853	120
103	609	Vlp. Traianus. A. IIII.	Articuleius Pætus.	854	
104	610	Soſſius Senecio. III.	Licinius Sura. II.	855	
105	611	Vlp. Traianus. A. V.	Q. Maximus. II.	856	
106	612	Suranus. II.	Seruianus Marcellus. II.	857	121
107	613	Candidus.	Vuidius Quadratus. II.	858	
108	614	Commodus.	Cerealis.	859	
109	615	Soſſius Senecio. IIII.	Licinius Sura. III.	860	
110	616	App. Ann. Trebonius Gallus.	M. Atilius Metilius Bradua.	861	122
111	617	Palma. II.	Caluiſius Tullus.	862	
112	618	Priſcinus. II.	Solenus Orphitus.	863	
113	619	Calphurnius Piſo.	Ruſticus Bolanus.	864	
114	620	Vlp. Traianus A. VI.	Iul. Africanus.	865	123
115	621	Iuuentius Celſus fil. iuriſconſultus.	Criſpinus.	866	
116	622	C. Piſo Vopiſcus.	Seruilius Aſta.	867	
117	623	Valerius Meſſala.	Q. Pedo.	868	
118	624	Aemylius Aelianus.	L. Vetus.	869	124
	625	Quintius niger.	T. Apronianus.		
119		AELIVS HADRIANVS.		870	
120	626	Aelius Hadrianus. A. II.	Salinator.	871	
121	627	Aelius Hadrianus. A. III.	Ruſticus.	872	
122	628	Catilius Seuerus. II.	T. Aurel. Fuluius Antoninus.	873	125
123	629	Annius Verus.	Augur.	874	
124	630	Acilius Auiola.	Corellius Panſa.	875	
125	631	Pætinus.	Caſſius Apronianus.	876	
126	632	M. Atilius Glabrio.	C. Bellicius Torquatus.	877	126
127	633	Aſiaticus. II.	Qu. Aquilinus.	878	
128	634	Aelius Verus. III.	Ambiguus Bibulus.	879	
129	645	Atilius Titianus.	Gallicanus.	880	
130	636	Torquatus Aſprenàs.	Annius Libo.	881	127
131	637	Iuuentius Celſus. II.	Neratius Marcellus.	882	
132	638	Catulinus.	Aper.	883	
133	639	Lenàs Pontianus.	Antonius Rufinus.	884	
134	640	Augurinus.	Sergianus.	885	128
135	641	Tiberius.	Siſenna.	886	
136	642	Sergius Seruianus.	Verus.	887	
137	643	Pompeianus Lupercus.	Atticus Atilianus.	888	
138	644	L. Ceionius Commodus.	Ciuica Pompeianus. II.	889	129
139	645	Lælius Cæſar. II.	Balbinus.	890	
	646	Niger.	Camerinus.		
140		T. AVREL. FVLV. ANTONINVS PIVS.		891	
141	647	T. Antoninus Pius. A. II.	Brutius Præſens	892	
142	658	T. Antoninus Pius. A. III.	Aelius Aurelius Cæſar.	893	130
143	649	Plautius Syluanus.	Iul. Seuerus.	894	
144	650	Rufinus.	Quadratus.	895	
145	651	Torquatus. II.	Herodes Atticus.	896	
146	652	Lollianus Auitus.	Gauius Maximus.	897	161
147	653	T. Antoninus Pius. A. IIII.	Aelius Aurelius Cæſar. II.	898	
	654	Clarus. II.	Seuerus.		

	899	Largus.	Messalinus.	655	148
232	900	Torquatus.III.	Iulianus.	656	149
	901	Orphitus.	Priscus.	657	150
	902	Gallicanus.	Venustus.	658	151
	903	Maximus.	Gordianus.	659	152
233	904	Glabrio.	Hamullus.	660	153
	905	Præsens.	Rufinus.	661	154
	906	Aelius Commodus.	Sextilius Lateranus.	662	155
	907	Sabinus.II.	Seuerus.	663	156
234	908	Syluanus.	M. Vibullius Augurinus.	664	157
	909	Barbatus.	Regulus.	665	158
	910	Tertullus.	Sacerdos.	666	159
	911	Quintillus.	Priscus.	667	160
235	912	Verus.II.	Metilius Bradua.	668	161
		M. AELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS, & L. AELI VS COMMODVS VERVS diui fratres, duo AA. simul.			162
	913	M. Antoninus Philosoph.A.	L. Aelius Verus A.	669	163
	914	Iun. Rusticus.	Aquilinus.	670	164
	915	L. Aelianus.	Pastor.	671	165
236	916	Macrinus.	Aelius Celsus.	672	166
	917	Pudens.	Orphitus.	673	167
	918	Pudens.II.	Pollio.	674	168
	919	Verus.III.	Quadratus.	675	169
237	920	Apronianus.	Paulus.	676	170 *als.Se
	921	Priscus.	Appollinaris.	677	171 uerus.
	922	Erutius Clarus.II.	*Cethegus.	678	
		M. AELIVS ANTONIN. PHILOSOPHVS solus.			172
	923	Seuerus.	Herennianus.	679	173
238	924	Maximus.	Orphitus.	680	174
	925	Seuerus.II.	Claud. Pompeianus.	681	175
	926	Gallus.	Flaccus.	682	176
	927	Piso.	Iulianus.	683	177
	928	Pollio.II.	Aper.	684	
239		M. AELIVS pater, & COMMODVS filius ANTONINI.AA.			178
	929	Antonius Commodus A.	Quintillus.	685	179
	930	Orphitus.	Rufus.	686	180
	931	Antoninus Cõmodus A.II.	Verus.	687	
		ANTONINVS COMMODVS solus.			181
240	932	Arrius Præsens.	Gordianus.	688	182
	933	Antoninus Commodus A.III.	Byrrhus.	689	183
	934	Petronius Mamertinus.	Rufus.	690	184
	935	Antoninus Commodus A.IIII.	Victorinus.	691	185
	936	M. Marullus.	Aelianus.	692	186
241	937	Maternus.	Bradua.	693	187
	938	Antoninus Commodus A.V.	Glabrio.	694	188
	939	Crispinus.	Aelianus.	695	189
	940	Fuscianus.	Silanus.	696	190
242	941	Duo &	Silani.	697	191
	942	Antoninus Commodus A.VI.	Petronius Septimianus.	698	192
	943	Apronianus.	Bradua.	699	193
	944	Antoninus Commodus.VII.	P. Aelius Pertinax.	700	
243		P. AELIVS PERTINAX.			194
	945	Falco.	Clarus.	701	

Pertinace post alterum mensem, & dies XXV. quàm Imperator fa ctus erat, V. Kal. April. occiso: DIDIVS IVLIANVS cædis au- thor, per menses duos & quinq; dies tantummodo Impe- rium

An. Christi	Anni ab eiectis regib.			Anni iur bis cõd.	Olym piad.
		rium tenuit. hunc deinde secutus est			
		L. SEPTIMIVS SEVERVS *cum* M. BASSIANO			
		ANTONINO CARACALLA *filio.*			
195					
196	702	Septimius Seuerus. A. II.	Albinus.	946	
197	703	Tertullus.	Clemens.	947	
198	704	L. Turpilius Dexter.	Priscus.	948	244
199	705	Lateranus.	Rufinus.	949	
200	706	Ti. Saturninus.	C. Gallus.	950	
201	707	P. Cornelius Anulinus.	M. Aufidius Fronto.	951	
202	758	L. Septimius Seuerus. A. III.	C. Aufidius Victorinus.	952	245
203	709	L. Annius Fabianus.	M. Nonius Mutianus.	953	
204	710	L. Septimius Seuerus. A. IIII.	Bassianus Antoninus. A.	954	
205	711	Geta Cæsar.	Plautianus.	955	
206	712	Fabius Chilo.	Libo.	956	246
207	713	Bassianus Antoninus. A. II.	Geta Cæsar. II.	957	
208	714	Clodius Albinus.	Aemilianus.	958	
209	715	Aper.	Maximus.	959	
210	716	Bassianus Antoninus. A. III.	Geta Cæsar. III.	960	247
211	717	Pompeianus.	Lollianus Auitus.	961	
212	718	Faustinus.	Rufinus.	962	
	719	Gentianus.	Bassus.	963	
		M. ANTONINVS CARACALLA *solus.*			
213					
214	720	Duo &	Aspri.	964	248
215	721	Antoninus. A. IIII.	Balbinus.	965	
216	722	Messala.	Sabinus.	966	
217	723	Lætus. II.	Cerealis.	967	
218	724	* Sabinus. II.	Anulinus.	968	249
	725	Præsens.	Extricatus.	969	
		OPILIVS MACRINVS.			
219					
	726	Antoninus Heliogabalus.	Aduentus.	970	
		M. ANTONINVS HELIOGABALVS.			
220					
221	727	Antoninus. A. II.	Sacerdos.	971	
222	728	Antoninus. A. III.	Comazon.	972	250
223	729	Gratus.	Seleucus.	973	
	730	Antoninus. A. IIII.	Aurel. Alexander Seuerus.	974	
		AVRELIVS ALEXANDER SEVERVS.			
224					
225	731	Maximus. II.	Aelianus.	975	
226	732	Iulianus. II.	Crispinus.	976	251
227	733	Fuscus.	Dexter.	977	
228	734	Alexander. A. II.	Quintil. C. Marcellus.	978	
229	735	Albinus.	* Maximus.	979	
230	736	Modestus.	Probus.	980	252
231	737	Alexander. A. III.	ǂ Dion.	981	
232	738	Agricola.	❦ Clementinus.	982	
233	739	Pompeianus.	† Pelignianus.	983	
234	740	Lupus.	Maximus.	984	253
235	741	Maximus. II.	Paternus.	985	
236	742	Maximus. III.	Vrbanus.	986	
	743	Seuerus.	L. Ragonius Vrinatius Largus Quintian.	987	
		IVL. MAXIMINVS *cum filio.*			
237					
238	744	Maximinus. A.	Iul. Africanus.	988	254
239	745	Perpetuus.	Cornelianus.	989	
	746	Pius.	Pontianus.	990	
		GORDIANVS IVNIOR.			
240					
241	747	Gordianus. A.	Auiola.	991	
	748	Sabinus. II.	Venustus.	992	

*als. Aquilinus.

*als. Aemylianus.

ǂals. Dionysius.

❦als. Clemens.

†als. Pelignus.

Olymp.	An. urb.	ANNORVM DIGESTIO		Anni ab eie ctis regib.	An. Chri.	
255	993	Gordianus. A. II.	Pompeianus.	749	242	
	994	Atticus.	Prætextatus.	750	243	
	995	Arrianus.	Papus.	751	244	
256	996	Peregrinus.	Aemilianus.	752	245	
		M. IVL. PHILIPPVS.			246	
	997	Philippus. A.	Titianus.	753	247	
	998	Præsens.	Albinus.	754	248	
	999	Philippus. A. II.	Philippus Cæsar.	755	249	
257	1000	Philippus. A. III.	Philippus Cæsar. II.	756	250	
	1001	Aemilianus.	Aquilinus.	757		
		DECIVS cum filio Cæsare.			251	
	1002	Decius. A. II.	Gratus.	758	252	
	1003	Decius. A. III.	Decius Cæsar.	759		
		GALLVS HOSTILIANVS & VOLVSIANVS fil.			253	
258	1004	Virius Gallus. A. II.	Volusianus. A.	760	254	
	1005	Volusianus. A. II.	Valer. Maximus.	761		
		LICINIVS VALERIANVS & GALLIENVS.			255	
	1006	Valerianus. A. II.	Gallienus. A.	762	256	
	1007	Valerianus. A. III.	Gallienus. A. II.	763	257	
259	1008	Valer. Maximus. II.	Glabrio.	764	258	
	1009	Valerianus. A. IIII.	Gallienus. A. III.	765	259	
	1010	Aurel. * Tuscus.	Pomponius Bassus.	766	260	* al's. Fu
	1011	Aemylianus.	Bassus.	767	261	scus.
260	1012	Corn. Secularis. II.	Iun. Donatus.	768		
		GALLIENVS & VALERIAN. Iun.			262	
	1013	Gallienus. A. IIII.	Patronus Volusianus.	769	263	
	1014	Gallienus. A. V.	Faustinus.	770	264	
	1015	Numius Albinus.	Max. Dexter.	771	265	
261	1016	Gallienus. A. VI.	Saturninus.	772	266	
	1017	Valerianus. A. II.	Lucillus.	773		
		GALLIENVS solus.			267	
	1018	Gallienus. A. VII.	Sabinillus.	774	268	
	1019	Paternus.	Arcesilaus.	775	269	
262	1020	Paternus. II.	Marinianus.	776		
		FL. CLAVDIVS.			270	
	1021	Claudius. A.	Quinius Paternus.	777	271	
	1022	Fl. Antiochianus.	Lurius Orphitus.	778		
		VALER. AVRELIANVS.			272	
	1023	Valer. Aurelianus. A. II.	Ceionius Bassus.	779	273	
263	1024	Quietus.	Voldumianus.	780	274	
	1025	Ann. Tacitus.	Placidianus.	781	275	
	1026	Aurelianus. A. III.	Capitolinus.	782	276	
	1027	Aurelianus. A. IIII.	Marcellinus.	783	277	
	1028	Ann. Tacitus. II.	Aemylianus.	784		
		Occiso per serui sui fraudem Aureliano. A, per sex menses Imperator ex COS. factus Ann. Tacitus, & ipse perit.				
264		quod idem & Floriano Taciti fratri, per menses duos diesq; uiginti arrepto imperio contigit. post hos imperium adeptus est				
		AVRELIVS PROBVS.			278	
	1029	Aurel. Probus. A.	Paulinus.	785	279	
	1030	Aurel. Probus. A. II.	Lurius Lupus.	786	280	
	1031	Aurel. Probus. A. III.	Quinius Paternus. II.	787	281	
265	1032	Iun. Messala.	Gratus.	788	282	
	1033	Aurel. Probus. A. IIII.	Iun. Tyberianus.	789	283	
	1034	Aurel. Probus. A. V.	Pompon. Victorinus.	790		
				Carus		

CARVS, CARINVS, & NVMERIANVS.

284 | 791 | Carus. A. | Carinus. A. | 1035 |

CARINVS & NVMERIANVS.

285 | 792 | Carinus. A. II. | Numerianus. A. | 1036 | 266

DIOCLETIANVS IOVIVS.

286 | 793 | Diocletianns. A. II. | Ariſtobulus. | 1037 |

DIOCLET. IOVIVS & MAXIMIAN. HERCVLIVS.

287 | | | | 1038 |
288 | 794 | Iun. Maximus. II. | Aquilinus. | 1039 |
289 | 795 | Diocletianus. A. III. | Maximianus. A. | 1040 |
290 | 796 | Maximianus. A. II. | Pomponius Ianuarius. | 1041 | 267
*Hoc anno | 797 | Baſſus. II. | Quintianus. | 1042 |
Cæſares aſ | 798 | *Diocletianus. A. IIII. | Maximianus. A. III. | 1043 |
ſumpti Cõ | 799 | Iun. Tyberianus. II. | Caſſius Dion. | 1044 |
ſtãti9 Chlo | 800 | Afranius Annibalianus. | Aſclepiodotus. | 1045 | 268
rus & Ma | 801 | Diocletianus. A. V. | Maximianus. A. IIII. | 1046 |
ximianus | 802 | Conſtantius Cæſ. | Maximianus. Cæſ. | 1047 |
Galerius. | 803 | Numius Tuſcus. | Ann. Anulinus. | 1048 |
ex D. con | 804 | Diocletianus. A. VI. | Conſtantius. Cæſ. II. | 1049 | 269
ſtit. Codicis | 805 | Maximianus. A. V. | Maximianus Cæſ. II. | 1050 |
| 806 | Anicius Fauſtus. II. | Gallus. | 1051 |
| 807 | Diocletianus. A. VII. | Maximianus. A. VI. | 1052 |
| 808 | Conſtantius. Cæſ. III. | Maximianus Cæſ. III. | 1053 | 270
809	Poſtumius Titianus. II.	Nepotianus.	1054
810	Conſtantius Cæſ. IIII.	Maximianus Cæſ. IIII.	1055
811	Diocletianus. A. VIII.	Maximianus. A. VII.	1056
812	Diocletianus. A. IX.	Maximianus. A. VIII.	1057	271
813	Conſtantius Cæſ. V.	Maximianus Cæſ. V.	1058
814	Conſtantius Cæſ. VI.	Maximianus Cæſ. VI.	

Hoc anno Diocletianus & Maximianus Herculius ob ætatis defectum uno die purpura depoſita, ærate iunioribus, nẽpe Cæſaribus adminiſtratione reipubl. & imperio ultro ceſſerũt, poſtea ſeniores AA. dicti, quẽadmodum ueteres inſcriptiões teſtanť. Ergo in eorũ locũ facti ſunt impp. AA.

CONSTANTIVS Chlorus & MAXIMIAN. Galerius.

308 | 815 | Maximian. Herculius. IX. | M. Fl. Conſtantinus. | 1059 |
309 | 816 | Diocletianus. X. | Maximianus. A. VII. | 1060 |

Hoc anno Eboraci in Britannia demortuo Conſtantio, eius filius Conſtantinus ex Helena fauore militũ & Croco Alemanorũ rege illic auxiliũ ferente imperiũ arripuit: cum poſtea in Italia ad imperij faſtigium à Galerio A. ſubueheretur Licinius, eoq; paulo poſt mortuo alterũ par Auguſtorũ, nẽpe Maxentius Auguſti filius, & Maximinus accederet. qui paulatim gliſcente odio, mutuis bellis confecti, conciderunt. longiſſima tamẽ cõcordia inter Conſtantinũ & Liciniũ fuit. 272

MAXIMIAN. Galer. & CONSTANTINVS.

310 | 817 | Poſt conſulatũ Diocletiani. X. & Maximiani. A. ſeptimũ. | 1061 |
311 | 818 | Item poſt conſulat. Dioclet. X. & Maxim. A. VII. anno ſecũdo. | 1062 |
312 | 819 | Maximian. Galer. A. VIII. & ſolus. poſtea tamen Liciniũ collegã adſumpſit, quem Auguſtum creauerat. | 1063 |

CONSTANTINVS, MAXENTIVS, LICINIVS & MAXIMINVS.

313 | 820 | Conſtantinus. A. II. | Licinius. A. II. | 1064 | 273
314 | 821 | Conſtantinus. A. III. | Licinius. A. III. | 1065 |

CONSTANTINVS, LICINIVS & MAXIMINVS.

315 | | | | 1066 |
316 | 822 | Rufius Voluſianus. | Annianus. | 1067 |
| 823 | Conſtantinus. A. IIII. | Licinius. A. IIII. | |

Olymp.	An. urb.	ANNORVM DIGESTIO		Anni ab eie ctis regb.	An. Chri.
274	1068	Sabinus.	Arcadius Rufinus.	824	317
	1069	Ouinius Gallicanus.	Septimius Baſſus.	825	318
		CONSTANTINVS & LICINIVS.			
	1070	Licinius. A. V.	Criſpus Cæſar.	826	319
	1071	Conſtantinus. A. V.	Licinius Cæſar.	827	320
275	1072	Conſtantinus. A. VI.	Conſtantinus Cæſar.	828	321
	1073	Criſpus Cæſar. II.	Conſtantinus Cæſar. II.	829	322
	1074	Patronus Probianus.	Anicius Iulianus.	830	323
	1075	Acilius Seuerus.	Anicius Rufinus.	831	324
246	1076	Criſpus Cæſar. III.	Conſtantinus Cæſar. III.	832	325
	1077	Anicius Paulinus.	Ceionius Iulianus Camœnius.	833	326
		CONSTANTINVS ſolus.			
	1078	Conſtantinus. A. VII.	Conſtantinus Cæſar. IIII.	844	327
	1079	Conſtantinus Cæſar. V.	Valer. Max. Baſilius.	835	328
277	1080	Ianuarius.	Iuſtus.	836	329
	1081	Conſtantinus. A. VIII.	Conſtantinus Cæſar. VI.	837	330
	1082	Gallicanus.	Symmachus.	838	331
	1083	Baſſus.	Ablabius.	839	332
278	1084	Pacatianus.	Mecilius Hilarianus.	840	333
	1085	Dalmatius Cæſar.	Xenophilus.	841	334
	1086	Publilius Optatius.	Anicius Paulinus Iunior.	842	335
	1087	Conſtantius Cæſar.	Rufius Albinus.	843	336
279	1088	Neporianus.	Facundus.	844	337
	1089	Felicianus.	Titianus.	845	338
	1090	Vrſus.	Polemius.	846	339
		His COSS. Conſtantinus cognomẽro Magnus in fata cõceſſit, prius in filios fratris q; filium Dalmatiũ cõcordiæ cõſeruãdæ cauſa diuiſo imperio, quod pleno ad ipſos iure pertinebat, & poſtea quoq; peruenit. Sed Dalmatio protinus à Conſtantini. A. morte à militibus in Thracia trucidato, ſimul regnant			
		CONSTANTINVS, CONSTANTIVS & CONSTANS.			
	1091	Conſtantius. A. II.	Conſtans. A.	847	340
280	1092	Sept. Acyndinus.	Valer. Proculus.	848	341
	1093	Marcellinus.	Cælius Probinus.	849	342
		CONSTANTIVS & CONSTANS.			
	1094	Conſtantius. A. III.	Conſtans. A. II.	850	343
	1095	Placidus.	Romulus.	851	344
281	1096	Leontius.	Salluſtius.	852	345
	1097	Conſtantius. A. IIII.	Conſtans. A. III.	853	346
	1098	Amantius.	Albinus.	854	347
	1099	Poſt conſulatum Amantij & Albini.		855	348
282	1100	Rufinus.	Euſebius.	856	349
	1101	Philippus.	Salia.	857	350
	1102	Limenius.	Aco Catulinus Philomanus.	858	351
	1103	Sergius.	Nigrinianus.	859	352
		CONSTANTIVS ſolus.			
283	1104	Poſt conſulatum Sergij & Nigriniani.		860	353
	1105	Conſtantius. A. V.	Conſtantius Gallus Cæſ.	861	354
	1106	Conſtantius. A. VI.	Conſtantius Gallus Cæſ. II.	862	355
	1107	Conſtantius. A. VII.	Conſtantius Gallus Cæſ. III.	863	356
284	1108	Arbitrio.	Lollianus.	864	357
	1109	Conſtantius. A. VIII.	Cl. Iulianus Cæſar.	865	358
	1110	Conſtantius. A. IX.	Cl. Iulianus Cæſ. II.	866	359
	1111	Fab. Tatianus.	Neratius Cerealis.	867	360
	1112	Euſebius.	Hypatius.	868	361

262				1113	285
963	869	Constantius. A.X.	Cl. Iulianus Cæs.III.	1114	
	870	Taurus.	Florentius.		
364		CLAVDIVS IVLIANVS.		1115	
365	871	Mamertinus.	Neuita.	1116	
	872	Iulianus. A.IIII.	Sallustius.		286
366		IOVINIANVS.		1117	
	873	Iouinianus. A.	Varronianus.		
367		FL. VALENTINIANVS & FL. VALENS.		1118	
368	874	Valentinianus. A.	Valens. A.	1119	
369	875	Gratianus N.P.	Gadalaiphus.	1120	
	876	Lupicinus.	Iouinus.		287
370		FL. VALENTIN. FL. VALENS & FL. GRATIAN.		1121	
371	877	Valentinianus. A.II.	Valens. A.II.	1122	
372	878	Valentinianus. N.P.	Sex. Aurel. Victor.	1123	
373	879	Valentinianus. A.III.	Valens. A.III.	1124	
374	880	Gratianus. A.II.	Probus.	1125	288
375	881	Modestus.	Arintheus.	1126	
376	882	Valentinianus. A.IIII.	Valens. A.IIII.	1127	
377	883	Gratianus. A.III.	Equitius.	1128	
	884	Post consulatum Gratiani. A.III. & Equitij. V.C.			
		FL. VALENS, FL. GRATIANVS & FL. VALENTINIANVS. II.			889
378				1129	
379	885	Valens. A.V.	Valentinianus. A.II.	1130	
380	886	Gratianus. A.IIII.	Merobaudes.	1131	
	887	Valens. A.VI.	Valentinianus. A.III.		
381		GRATIANVS & VALENTINIANVS. II.		1132	
	888	Decius Ausonius Gallus.	Olybrius.		290
382		GRATIAN. VALENT. II. & THEODOSIVS.		1133	
383	889	Gratianus. A.V.	Theodosius. A.	1134	
384	890	Syagrius.	Eucherius.	1135	
385	891	Antonius.	Euagrius.	1136	
386	892	Merobaudes. II.	Saturninus.	1137	291
	893	Richomer.	Clearchus.		
		Hoc anno apud Lugdunum capto & occiso Gratiano, item Valentiniano in triennium per fœderis simulationē à Maximo tyranno ditione Italiæ cæterisq; prouincijs electo, THEODOSIVS solus regnat.			
387	894	Arcadius.	Bauto.	1138	
388		THEODOSIVS & ARCADIVS.		1139	
	895	Honorius nob. P.	Euodius.		
389		VALENTIN. II. THEODOS. & ARCADIVS.		1140	292
390	896	Valentinianus. A.IIII.	Eutropius.	1141	
391	897	Theodosius. A.II.	Cynegius.	1142	
392	898	Fl. Timasius.	Fl. Promotus.	1143	
393	899	Valentinianus. A.V.	Neoterius.	1144	293
394	900	Tatianus.	Symmachus.	1145	
	901	Arcadius. A.II.	Rufinus.		
395		THEODOS. ARCADIVS & HONORIVS.		1146	
396	902	Theodosius. A.III.	Habundantius.	1147	
397	903	Arcadius A.III.	Honorius. A.II.	1148	
	904	Olybrius.	Probinus.		294
398		ARCADIVS & HONORIVS.		1149	
399	905	Arcadius. V.IIII.	Honorius. A.II.	1150	
400	906	Cæsarius.	Atticus.	1151	
401	907	Honorius. A.IIII.	Eutichianus.	1152	
	908	Eutropius.	Theodorus.		

295	1153	Fl.Stillico.	Aurelianus.	909	402
	1154	Vincentius.	* Frauita.	910	403
	1155	Arcadius.A.V.	Honorius. A.V.	911	404
		ARCAD. HONOR. & THEODOSIVS IVN.			405
296	1156	Theodoſius. A.	Rumoridius.	912	406
	1157	Honorius. A.VI.	Ariſtænetus.	913	407
	1158	Fl.Stillico.II.	Anthemius.	914	408
	1159	Arcadius.A.VI.	Probus.	915	409
	1160	Honorius.A.VII.	Theodoſius.A.II.	916	410
297	1161	Baſſus.	Philippus.	917	
		HONORIVS & THEODOSIVS IVN.			411
	1162	Honorius.A.VIII.	Theodoſius.A.III.	918	412
	1163	Fl.Varro.	Tertullus.	919	
		Hoc anno prima Romæ direptio facta à Gotthis, duce Alaricho, qui tamẽ præda contentus, uictoria nimis inſolenter uſus non eſt.			
298	1164	Theodoſius.A.IIII. & ſolus.		920	413
	1165	Honorius. A. IX.	Theodoſius. A.V.	921	414
	1166	Lucius. V. C.	Herodianus. ſed huius deinde memoria ob crimen perduellionis damnata fuit.	922	415
	1167	Conſtans	Conſtantius.	923	416
299	1168	Honorius. A. X.	Theodoſius. A.VI.	924	417
	1169	Theodoſius. A. VII.	Palladius.	925	418
	1170	Honorius. A.XI.	Conſtantius. II.	926	419
	1171	Honorius. A.XII.	Theodoſius. A. VIII.	927	420
300	1172	Maximus.	Plinta.	928	421
	1173	Theodoſius. A.IX.	Conſtantius.III.	929	422
	1174	Euſtachius.	Agricola.	930	423
	1175	Honorius. A. XIII.	Theodoſius.A.X.	931	424
	1176	Aſclepiodotus.	Marinianus.	932	425
301		THEODOSIVS. IVN. ſolus.			
	1177	Caſtinus.	Victor.	933	426
	1178	Theodoſius. A. XI.	Valentinianus Cæſar.	944	427
		THEODOS. IVN. & VALENTINIAN. III.			
	1179	Theodoſius. A.XII.	Valentinianus. A.II.	935	428
302	1180	Hierius.	Ardaburius.	936	429
	1181	Felix.	Taurus.	937	430
	1182	Florentius.	Dionyſius.	938	431
	1183	Theodoſius.A.XIII.	Valentinianus.A.III.	939	432
303	1184	Baſſus.	Antiochus.	940	433
	1185	Aëtius.	Valerius.	941	434
	1186	Theodoſius. A.XIIII.	Maximus.	942	435
	1187	Ariouindus.	Aſper.	943	436
304	1188	Theodoſius. A.XV.	Valentinianus. A.IIII.	944	437
	1189	Iſidorus.	Senator.	945	438
	1190	Aëtius. II.	Sigiſuultus.	946	439
	1191	Theodoſius. A. XVI.	Fauſtus.	947	440
	1192	Theodoſius. A. XVII.	Feſtus.	948	441
305		Hoc anno Carthago à Vandalis duce Genſericho capta, cum iam per annos 585. in ditione Rom. imperij fuiſſet. cuius mentio in C. de off. præf. prætor. Africæ. l.i. in principio.			
	1193	Valentinianus.A.V.	Anatolius.	949	442
	1194	Cyrus V. C. & ſolus.		950	443
	1195	Eudoxius.	Dioſcorus.	951	444
	1196	Maximus.II.	Paterius.	952	445

*als. Fabricius. i act. concil.

446 | 953 | Theodosius. A. XVIII. | Albinus. | 1197 | 306
447 | 954 | Valentinianus. A. VI. | Nonius. | 1198
448 | 955 | Aëtius. III. | Q. Aurel. Symmachus. | 1199
449 | 956 | Callippius. | Ardaburius. | 1200
450 | 957 | Rufius Postumianus. | Zeno. | 1201 | 307
451 | 958 | Protogenes. | Asterius. | 1202
452 | 959 | Valentinianus. A. VII. | Auienus. | 1203

VALENTIN. III. & MARTIANVS.

453 | 960 | Martianus. A. | Adelphius. | 1204
454 | 961 | Herculanus. | Asporatius. | 1205 | 308
455 | 962 | Opilio. | Vincomalus. | 1206
456 | 963 | Aëtius. | * Studius. | 1207 | *al's. Asterius.
457 | 964 | Valentinianus. A. VIII. | Anthemius. | 1208

Iterũ hoc anno caput imperij & gentiũ domina Roma in prædã & direptionẽ fuit exposita, sed Vandalis, qui præter id, quod urbẽ post hoïes natos potentissimã oïbus opibus spoliarunt, imperialia etiã ornamenta & insignia duce Genserico secũ in Africã transtulerunt, scribente id Iustiniano C. de off. PP. Africæ. ut uerũ tandẽ sit, quod M. Varro lib. XVIII. Antiquitatũ apud Censorinũ scriptũ reliquit. Vectiũ se Romæ in augurio nõ ignobilẽ, & ingenio cuiuis doctori in disceptando parẽ, audiuisse dicentẽ. Quoniã CXX. annos incolumis præterijsset pop. Romanus, ad M. & CC. peruenturũ. Quid eñ ab eo tẽpore urbs Roma uel imperij uel maiestatis habuit, quæ (si uetera memoria repetimus) improbissimo cuiq; maxime semp patuit, tot incursiones barbararũ gentium, tot oppressiones tyrannorum, tot calamitates perpessa, donec ad extremum misera in summis malis consenuit? | 309

MARTIANVS solus.

458 | 965 | Ioannes. | Varari. | 1209
459 | 966 | Constantinus. | Rufus. | 1210

LEO & MAIORIANVS.

460 | 967 | Leo. A. | Maiorianus. A. | 1211
461 | 968 | Patricius. | Richomer. | 1212
462 | 969 | Magnus. | Apollonius. | 1213 | 310
463 | 970 | Seuerinus. | Dagalaiphus. | 1214

LEO & SEVERVS.

464 | 971 | Leo. A. II. | Seuerus. A. | 1215
465 | 972 | Basilius. | Viuianus. | 1216
466 | 973 | Rusticius. | Olybrius. | 1217 | 311
467 | 974 | Fl. Basilicus. | Herminerichus. | 1218

LEO & ANTHEMIVS.

468 | 975 | Leo. A. III. & solus. | | 1219
469 | 976 | Buseus. | Ioannes. | 1220
470 | 977 | Anthemius A. II. & solus. | | 1221 | 112
471 | 978 | Martianus. | Zeno Isauricus. | 1222

LEO solus.

472 | 979 | Iordanes. | Seuerus. | 1223
473 | 980 | Leo. A. IIII. | Probianus. | 1224
474 | 981 | Festus. | Martianus. | 1225 | 313
475 | 982 | Leo A. V. & solus. | | 1226

LEO IVNIOR & ZENO ISAVRICVS.

476 | 983 | Leo Iunior. A. & solus. | | 1227

ZENO ISAVRICVS solus.

477 | 984 | Post consulatum Leonis Iunioris. A. | | 1228

Olymp.	An. urb.	ANNORVM DIGESTIO	Anni ab eie ctis regib.	An. Chri.
314	1229	Fl. Basilius. II. Armatius.	985	478
	1230	Post consulatum Basilij. II. & Armatij.	986	479
	1231	Ellus. V. C. & solus.	987	480
315	1232	Zeno. A. II. & solus.	988	481
	1233	Basilius Iunior. V. C. & solus.	989	482
	1234	Placidus. V. C. & solus.	990	483
	1235	Seuerinus. V. C. & solus.	991	484
316	1236	Faustus. V. C. & solus.	992	485
	1237	Theoderichus rex. Venantius.	993	486
	1238	Symmachus. V. C. & solus.	994	487
	1239	Decius. Longinus.	995	488
317	1240	Fl. Boethius. V. C. & solus.	996	489
	1241	Dynamius. Sifidius.	997	490
	1342	Probinus. Eusebius Cronio.	998	491
	1243	Faustus Iunior. V. C. & solus.	999	492
	1244	Olybrius Iunior. V. C. & solus.	1000	493
318		ANASTASIVS.		
	1245	Anastasius. A. Rufinus.	1001	494
	1246	Albinus. V. C. & solus.	1002	495
	1247	Asterius. Præsidius.	1003	496
319	1248	Viator. Aemylius.	1004	497
	1249	Paulus. V. C. & solus.	1005	498
	1250	Anastasius. A. II. & solus.	1006	499
	1251	Ioannes. Paulinus.	1007	500
320	1252	Post consulatum Ioannis & Paulini.	1008	501
	1253	Ioannes. Asclepion.	1009	502
	1254	Patricius. Hypatius.	1010	503
	1255	Fl. Auienus. Pompeius.	1011	504
321	1256	Auienus Iunior. Probus.	1012	505
	1257	Cærheus. V. C. & solus.	1013	506
	1258	Sabinianus. Manlius Theodorus.	1014	507
	1259	Ariouinius. Messala.	1015	508
322	1260	Anastasius. A. III. Venantius.	1016	509
	1261	Anatolius. Agapitus.	1017	510
	1262	Venantius Iunior. Celer.	1018	511
	1263	Importunus. V. C. & solus.	1019	512
323	1264	Boethius. Euthericus.	1020	513
	1265	Felix. Secundinus.	1021	514
	1266	Paulus. Muschianus.	1022	515
	1167	Clementinus. Probus.	1023	516
324	1268	Senator. V. C. & solus.	1024	517
	1269	Aurel. Cassiodorus. V. C. & solus.	1025	518
	1270	Florentinus. Anthemius.	1026	519
	1271	Petrus. V. C. & solus.	1027	520
		IVSTINVS.		521
325	1272	Iustinus. A. Euthericus Cillica.	1028	522
	1273	Rusticus. Vitalis.	1029	523
	1274	Iustinianus. Valerius.	1030	524
	1275	Symmachus. Seuerinus Boethius.	1031	525
326	1276	Maximus. V. C. & solus.	1032	526
	1277	Iustinus. A. II. Opilio.	1033	527
	1278	Probus. Philoxenus.	1034	528
	1279	Olybrius. V. C. & solus.	1035	
		IVSTINIANVS.		529
327	1280	Mauortius. V. C. & solus.	1036	530
	1281	Iustinianus. A. II. & solus.	1037	

Decius

531 1018 Decius. V. C. & ſolus. 1282

Hoc primum anno D. Iuſtinianus A. ex tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano, reiectis inde inutilibus, & ſuperadditis neceſſarijs, ſacrarum conſtitutionum Codicem compoſitum, & ſuo nomine præfulgentem edidit.

532
533 1019 Lampadius. Oreſtes. 1283
534 1020 Poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. VV. CC. 1284 328
535 1021 Itẽ poſt conſulatũ Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecũdo. 1285
1022 Iuſtinianus. A. III. & ſolus. 1286

Hoc anno quinquaginta libri Digeſtorum ſeu Pandectarũ, in quibus tota iuris ciuilis ex uetere iure enucleati & in compendium ac nouũ ordinẽ redacti ratio continetur, à Triboniano excellentis ingenij & doctrinæ uiro mandatu D. Iuſtiniani. A. primũ abſoluti ſunt & editi. his acceſſerunt quatuor inſtitutionum libri, qui fores quodammodo aperiunt ad penetralia iuris ingredi uolentibus.

536 1023 Iuſtinianus. A IIII. Theodotus Paulinus. 1287

Hoc deinde anno repetitam Codicis prælectionẽ D. Iuſtinianus. A. inſtituit & abſoluit, in qua quæcunq; tori cõpoſitioni iuris deeſſe, uel pugnantiam aliquam præ ſe ferre uidebantur, & ſuppleta ſunt, & in concordiam redacta. Inde tam multæ nouæ cõſtitutiones de integro additæ, quæ in priore editione non habebantur, tam multa item ſubtracta, quæ ad id uſq; tempus firmiter in iudicijs obtinuerant. Quæ omnia ex die & COS. pleriſq; conſtitutionibus addito, ſi ad calculum reuocentur, clarius & rectius poterunt cognoſci.

Hæc habui, candidi lectores, quæ de ratione COSS. cum ad alia multa, tum ad examinanda conſtitutionũ tempora maxime neceſſaria, uobiſcum cõmunicarem. Neminem tamen mouerit, ſicubi in authoribus paſſim aliter atq; aliter tempora notata deprehenderit. ſi qua enim in re unquã boni authores deprauati ſunt, tum uero in numeris temporum ita multis & magnis erroribus ſcatent, ut omnẽ fidem ſuperet. quam culpam merito in ſuperiorũ temporum barbariem, & ſupinam librariorum inſcitiam reijcimus. Accedit eò, quòd principia urbis conditæ non ſimiliter & eodem modo ab omnibus ducãtur, alijs uel citius uel tardius incipientibus: nos certe probatiſſimorum authorũ fidem ſecuti, initiũ urbi à primo anno ſeptimæ olympiadis dedimus, eodemq; ordine ad Iuſtiniani uſq; ſeculũ deduximus. Veſtrum igitur fuerit, noſtrum erga uos ſtudium & induſtriam boni conſulere, deq; huiuſmodi, ſi quando incidant, candide ſtatuere. Valete.

AVTHORES, QVIBVS IN COSS. OBSERVA tione & digestione potissimum usus sum.

T. Liuius.
Polybius.
Suet. Tranquillus.
A. Gellius.
Epigrammata urb. Romæ.
Tabulæ urbicariæ fragmentũ uetustum.
Eusebius Chronic.
Ael. Spartianus.
Dion.
Vulc. Gallicanus.
Aurel. Cassiodorus.
M. Tull. Cicero.
Symmachus.
Strabo.
Athenæus.
Digesta seu Pandectæ iuris ciuilis.
C. Sempronius.
Plutarchus.
Ascon. Pædianus.
Lat. Pacatus Drepanius.
Vergilius.
Tibullus.
Lucanus.
Martialis.
Censorinus.
Seruius.
Porphirius.
Ambrosius.
Sacra biblia.
Dionysius Halicarnass.
Velleius Paterculus.
Plyn. Cæcilius.
Macrobius.
Veteres inscriptiones.
Acta conciliorum & Pontificũ.
Ecclesiastica historia.
Lampridius.
Fl. Vopiscus.
Sext. Iul. Rufus.
C. Iul. Cæsar.
Sallustius.
Appianus.
Frontinus.
Libanius sophista.
Institutiones Iustiniani.
M. Cato.
Valer. Maximus.
Mamertinus.
Orosius.
Ouidius.
Catullus.
Statius.
Iuuenalis.
Seneca.
Donatus.
Tertullianus.
Hieronymus.
Lucas euangelista.
Et alij.
Cornel. Tacitus.
C. Plynius auunculus.
Solinus.
Iosephus.
Kalendarium bissextile antiquum.
Prosper Chronic.
Tripertita historia.
Capitolinus.
Trebell. Pollio.
Amm. Marcellinus.
A. Hirtius derelict.
Corn. Nepos.
Vitruuius.
Herodianus.
Aristides rhetor.
Codex Iustiniani.
M. Varro.
Hegesippus.
Nazarius.
Sigebertus Chronic.
Oratius.
Propertius.
Ausonius.
Claudianus.
Quintilianus.
Acron.
Lactantius.
Gregorius Magnus.
Aliquot poëtarum uitæ incert. auth.

IO. PETREIVS EXCVDEBAT
NOREMBERGAE, ANNO
M. D. XXX.

EPITOMAE QVAEDAM
NOVELLARVM CONSTITVTIONVM, QVAS AVTHENticas uulgus appellat, posteriore ætate ab Irnerio, Alberto, Bulgaro, & alijs, Iustinianeo Codici suis locis insertæ.

LIB. I.

1. *De sacrosanct. ecclesijs. l. generali.*

INgressi monasteria ipso ingressu se suaq; dedicãt deo. Nec ergo de his testantur, utpote nec domini rerum. Nouell. 5. §. illud idẽ.

2. *Ibidem.*

SI qua mulier uel uir liberis nõ existantibus monasticam uitam elegerit, & monasterium intrauerit: monasterio, quod intrauit, res eius competere iubemus. Nou. 123. §. si qua.

Sed si psona liberos habẽs, anteq; de rebus suis inter eos disponat, monasteriũ intret: liceat ei postea inter eos diuidere, legitima non deminuta, & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter eos filios diuidere uoluerit: sua persona filijs cõnumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum monasterij moriatur, anteq; inter eos diuidat: filij legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente.

3. *Eo. tit. l. iubemus nulli.*

HOc ius porrectum est ad omnẽ uenerabilem locum, omneq; collegium, quod actio pia cõstituit, ut nec res eorum pignorentur, & perpetuò seruetur in his rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo prædictis locis applicantur. in cæteris eatẽnus excipitur, si debitum urget, quod ex mobilibus solui non possit. Primo res immobiles specialiter dentur pignori, quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortẽ, quàm in usuras usq; ad quartam centesimæ. Quòd si nolit creditor ita accipere: tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absq; dispendio gestis, iuret maiore parte ibidem seruientium cõsentiente, & debitum existere, neq; ex mobilibus solui posse. Quo subsecuto, per uiginti dies rem ecclesiæ uenalem esse publice notũ sit, ut plus offerenti detur, precio modis omnibus pro debito dando. aliter em̃ res emptori non conceditur. & hoc inscribatur, nihil esse factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore uero non inuento, res æstimata districte creditori detur in solutũ, addita in precio uniuersæ æstimationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris & maioris partis ibidẽ seruientium. sit tamen res mediocris inter cæteras, inspecta ipsius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hic intelligat̃, qui quod credidit, probat in utilitatẽ diuinæ domus processisse. Nou. 120. §. nos igitur. Nou. 120. §. hoc etiã sup ipsis. et §. hoc ue ro iubemꝰ.

4. *Ibidem.*

SIcut alienatio rerũ ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioqui onerosa uel fiscalium nomine uel onere. Nou. 7. §. sicut aũt.

5. *Ibidem.*

MVltomagis prohibetur ipsius monasterij alienatio, qua redeat in antiquum statum & secularem usum. Nou. 7. §. quia uero. Nou. 120. §. & quoniam.

6. *Ibidem.*

QVibuscunq; modis hoc ius alijs permittitur, interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, ut œconomo eiusq; cognatis. Alioqui bona eorum & œconomorum, & ordinatorum, quibus coniuncti sunt, post mortem eorum peruenient ad ecclesiã, de qua rem accipiunt. Nou. 120. §. œconomis.

7. *Ibidem.*

QVi res iam dictas nõ gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit: rem quidem cum omni incremento medij temporis restituat. eius autem, quod dedit, nullam actionẽ contra uenerabilem locum, sed aduersus eum, qui alienauit, habet. Donatarius autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud tantundem. Creditor quoq; restituta re pignorata, crediti actionẽ cõtra solum pignoris datorem habeat. Emphyteusis acceptor & ab ea cadat, nec quod dedit, repetat: imò statim soluet, quod soluturus esset in uno quoq; anno, si iure cõtraxisset. sed melius dicitur oñi modo denegãdas esse actiones huiusmodi acceptori. Nou. 7. §. quia uero Leonis.

8. *Ibidem.*

SI quas ruinas habent memoratæ diuinæ domus, quas reædificare non ualent, & hæ in emphyteusin dentur perpetuam, emphyteuta usuro materia habitationis depositæ domus, ut pensio deminuatur in tertiam partem ab ea, quæ stãtibus adhuc ædificijs colligebat̃, aut prius eo reædificante ex additis illis per æstimationem pensionibus medietas detur religiosæ domui- Nou. 120. §. si uero.

mui. Nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pensio.

9. *Ibidem.*

Nou. 7. §. quia uero. & nouell. 120. §. hoc autem.

PEtpetua quoq; emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorũ geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, iurantibus his, quorum interest ex eo contractu, nil ad læsionem diuinæ domus effici: solito reditu ipsius rei, qui fuit, cum diuino iuri dedicaretur, non minuendo, nisi in sextam partem: aut si ob cladem deminuta fuerit, tunc constante nunc pensione in emphyteusin detur. Quod si res preciosa quidem est, tamen parum aut nihil præstat pensionũ: res subtiliter æstimanda est, ut ex hac pensio iusta constituatur. ea tamẽ sola dentur in emphyteusin, quæ ad hæc congrua uidentur œconomo & alijs gubernatoribus.

10. *Ibidem.*

Nou. 7. §. siqui autẽ.

SEd & permutare principi licet, p re maiore, meliore, uel æquali, si res publica hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc procedente.

11. *Ibidem.*

Nou. 54. §. qa igitur.

ITem sibi inuicem recte permutant cum utriusq; indemnitate, eorum scilicet consensu interueniente, qui supra referuntur.

12. *Ibidem.*

Nou. 120. §. si quis uero.

ITem prædium propter onus fiscale inutile alienatur, & gestis (ut supra) conficiendis, eodem iuramento præstito, id est quòd alia de causa non alienetur, nisi ut immunitas eiusdem uenerandæ domus seruetur.

13. *Ibidem.*

Nou. 120. §. si uero qs. & item nou. 7.

QVi rem huiusmodi conductam, uel in emphyteusin acceptam fecerit deteriorẽ, aut emphyteuticum canonem per biẽnium non soluerit, hac lege repelli potest, ut tamen soluat totius temporis pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat, non repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis.

14. *Ibidem.*

Nou. 120. §. si uero quis uoluerit.

HAec usus præstatio locum habet in omni domo religiosa. quo finito res utraq; pleno iure perueniet in domum iam dictã. nec tributis quidem grauata maioribus sit ea res, quæ datur in uicem, & eiusdem reditus sit.

15. *Eo. tit. l. sancimus.*

Nou. 120. §. fi.

PRæterea si habeat ecclesia superflua uasa, cũ debitrix sit, nec aliunde soluere possit: ne quid immobile alienetur uel distrahatẽ: integra ea, gestis habitis corã eo, cuius est loci ordinatio, uel alijs locis uenerabilibus oblata dentur, uel conflata cuilibet alij uendantur, quomagis debitum persoluatur. Qui autem hoc acceperit contra hanc obseruationẽ, ijsdem pœnis subiacet, quæ in rebus immobilibus sunt proditæ.

16. *Eo. tit. l. fin.*

Nou. 131. §. pro temporalibus.

QVas actiones aliàs decennalis, aliàs uicennalis, aliàs tricennalis præscriptio excludit: hæ si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur, usucapione triennij, uel quadriennij præscriptione in suo robore durantibus. sola Romana ecclesia gaudente centũ annorum spacio uel priuilegio.

17. *De Episcop. & cler. l. officiales.*

Nou. 123. §. sed neq; curialem.

SEd neq; curialem aut officialem clericum fieri permittimus, ne ex hoc uenerabili clero fiat iniuria. Si uero tales personæ in clero constituantur: tanq; nec ad ordinationem productæ, propriæ fortunæ restituantur, nisi monasticam forsitan uitam aliquis eorum non minus quin decim annis impleuerit. tales eiñ ordinari præcipimus, quarta propriæ substantiæ sibi retenta, reliquis partibus curiæ & fisco uindicandis, si in clero constituti monasticam & decentem uitam impleuerit. Sed si post clericatus honorem aliquis eorum uxorem aut concubinam acceperit: propriæ fortunæ reddatur, licet tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est & in omnibus alijs monachis, licet nulli fortunæ prius subiecti fuerint. Et generaliter quicunq; in quolibet ecclesiastico gradu constitutus ad secularem uitam redierit: honore nudatus curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.

18. *Eo. tit. l. presbyteri.*

Nou. 123. §. reuerendiß.

PResbyteri, seu diaconi si falsum testimonium perhibuisse conuincantur: siquidem in causa pecuniaria, diuino duntaxat ministerio per tres annos separati, monasterijs p tormẽtis tradantẽ. Sed si in criminali: clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiẽdi sunt. Cæteri uero clerici cõmuni iure, officio ecclesiastico depulsi, sine delectu causæ uerberib9 coërceantẽ.

Nou. 123. §. presbyterum.

19. *Eo. tit. l. nulla.*

PResbyterum minorem trigintaquinq; annis fieri non permittimus. sed neq; diaconũ, uel subdia

ſubdiaconum minorem uiginti quinq; annis. neq; lectorem minorẽ annis decem & octo. Item epiſcopum minorem annis triginta quinq; ordinari prohibemus.

20. *Ibidem.*

DIaconiſſam in ſancta eccleſia non ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis quadraginta, aut ſi ad ſecundas peruenerit nuptias. *Nou.123. §.diaconiſſam uero.*

21. *Eo.tit.l.ſi quis in hoc.*

SEd nouo iure pro tali iniuria uerberatur, aut in exilium mittitur. Sed ſi ſacra miniſteria turbauerit, uel celebrare prohibuerit: capite puniatur. Idem eſt & in litaniis. nam pro iniuria uerberatus, exilio tradatur: ſi eas cõcuſſit, capite plectatur. Laicis facere litanias interdicimus ſine clericis, quæ ſine orationibus & ſine cruce fieri non debent. *Nou. 123. §. ſi qs cũ ſacra.*

22. *Eo.tit.l. quicunq;.*

SI quis epiſcopus ſacerdotio pulſus, præſumpſerit ingredi ciuitatem, ex qua pulſus eſt, relinquens locum, in quo degere iuſſus eſt: iubemus hunc monaſterio in alia regione conſtituto tradi, ut qui in ſacerdotio deliquit, in monaſterio degens corrigat. *Nou.123. §.ſi quis autem epiſcopus.*

23. *Eo.tit.l.parabolani.*

INterdicimus ſanctiſſimis epiſcopis & presbyteris diaconis & ſubdiaconis & lectoribus, & omnibus aliis in uenerabili collegio & cœtu conſtitutis tabulã ludere, aut aliis ludentibus participes eſſe, aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculũ ſpectãdi gratia uenire. Si quis aũt ex his in hoc deliquerit: iubemus hunc tribus annis à uenerabili miniſterio prohiberi, & in monaſterio redigi. ſed & in medio tempore ſi ſe pœnitentem oſtenderit: liceat ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, tempus minuere, & hunc priori rurſus uel proprio miniſterio reddere. *Nou. 123. §.interdicimus.*

24. *Eo.tit.l.cum, qui.*

MVlto magis ergo ceſſant eorũ coniugia. ſoli em̃ cantores lectoresq; nuptias contrahere permittũtur. aliis autem omnibus penitus interdicimus. ueruntamen ſi & ipſi ad ſecundas peruenerint nuptias, nequaq; ad ſacerdotij culmen aſcendant. *Nou.22.§. ſed & ſi qs mter.*

25. *Ibidem.*

EPiſcopo nullam ſecum mulierem habere permittitur. ſed ſi habere probetur, ab epiſcopatu deijciatur, quo ſe fecit indignum. *Nou.6.§. quanta.*

26. *Eo.tit.l.ſi quis presbyter.*

NVnc autem, cum monachus factus eſt, hoc ipſo ſuas res omnes obtuliſſe monaſterio uidetur, ſi prius teſtatus non ſit. & exinde de iudicio eius ceſſante lege diſponitur, ut ſi liberos habeat, in quos aut nihil aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit: ea ténus ſubſtãtiæ monaſterio deſtinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum, ſaluo tamen iure uxoris & aliorum creditorum. *Nouel.5.§. illud quoq;*

27. *Eo.tit.l.ſi qua.*

NVllus epiſcopus inuitus ad ciuilem uel militarem iudicem in qualibet cauſa producaẽ, uel exhibeatur, niſi princeps iubeat. Iudex autem, qui duci uel exhiberi imperauerit: poſt cinguli priuationem, uiginti librarum auri eccleſiæ illi, cuius epiſcopus eſt, perſoluat: exſecutore poſt cinguli priuationem uerberibus ſubdendo, & in exilium deportando. *Nou.123. §. ſed neq; pro qualibet.*

28. *Eo.tit.l.cum clericis.*

SEd hodie nulla perſona in eccleſiaſtico officio conſtituta in qualibet cauſa criminali uel pecuniaria cuiuſcunq; quantitatis, uel diaconiſſa, uel monachus, uel aſcetria, uel monacha amplius quatuor ſiliquis permittantur dare, niſi cum ex iuſſione principis ad alias prouincias uocantur, ubi nõ ultra unum ſolidum accipiet exſecutor. Epiſcopus pro rebus eccleſiæ ſuæ nihil præſtat nomine ſportularum: actiones contra eccleſias propoſitas œconomis ſuſcipientibus, uel illis, qui in ea cauſa ſunt ordinati. Qui contra hoc exegerit: in duplum, quod exactum eſt, reddet, nudatus cingulo, ſi miles eſt. ſi clericus: à conſortio clericorũ remoueatur. *Nou.123. §. ſportularum.*

29. *Ibidem.*

GEneraliter aũt iudex prouideat, libellum pulſato non porrigi, ſportulasũe ab eo nõ exigi, niſi prius in libello actor per ſe aut per tabularios conſcribat, & actis interuenientibus fide iuſſorem periculo cõpetentis officij præſtet, quòd uſq; ad finem lis permaneat, eamq; uel per ſe, uel per procuratorem exerceat. Et ſi conuictus fuerit iniuſte mouiſſe litem: expenſarum ſumptuumq; nomine decimam partem quantitatis in libello compræhenſæ pulſato reſtituat. Aut ſi fideiuſſorem dare non ualet: ſuper iiſdem iuratoriam exponat cautionem, & tactis ſacro ſanctis euangelijs affirmabit ſe fideiuſſorem dare non poſſe: pœna iudici & eius officio imminente, ſi aliter uerſati fuerint, in denis libris auri. Exſecutoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exſiliũ, niſi cauſa moueatur ex conſenſu utriuſq; partis. *Nou.112.§. ad excludẽdas.*

Nou.131. §.si quis autem pro redemptione.

LIcet testator uel donator interdixerit ei aliquid ad hoc participiũ in hac re habere. Idem est in œconomo. Sed si hi,qui facere iussi sunt, neglexerint: semel uel bis ab episcopo uel œconomo admoniti per publicas personas,amittant lucrum,quod eis contingebat ex uoluntate defuncti. Et episcopus habeat licentiam uindicare illud lucrum,& aliud,quod distribui debet,distribuere. Quod si non fecerit,rationem reddere debet.

31. Eo.tit.l.si quem.

Nouel.123. §.præ omnibus.

QVod pro hac causa datum est,& precium, quod expensum est, restituatur ecclesiæ, cuius sacerdotium uoluit comparare.

32. Eo.tit.l.omnes,qui.

Nouell.79. §.i.

CAusa,quæ fit cum monacho uel cũ muliere qualibet in monasterio consistente, nõ apud iudicem ciuilem uentiletur,sed apud episcopum,qui de personæ præsentia,quod conuenit,statuet:siue per abbatem,uel antistitem,uel per alios hoc fieri debeat, qui secundum legem rem disponat,& sacras regulas, salua debita personæ reuerentia. Si uero cõtra fiat: pœnæ,quæ statutæ sunt,imminebũt. Iudex eñ,qui de his sententiã proferre præsumpserit, ab administratione depulsus,& tanctę diuinitati cõtumeliã faciens, pœna decem librarum auri unà cum officio suo multabitur,sacratissimo nostro ærario inferenda. Exsecutoribus autem, qui admonitionem facere præsumpserint,ab ipsis sanctissimis episcopis in locis decanicis detrudendis,de cætero nullam exactionem facere permittendis.

33. Ibidem.

Nou. 83.§. si quis habeat.

CLericus quoq; in lite pulsatus pecuniaria causa, prius apud episcopum conueniat, per quẽ sine damno causa decidatur. Quòd si natura causæ uel alia ratio faciat, ut negocium apud eum decidi non possit:per ciuilem procedat iudicem,obseruatis clericorũ priuilegijs, nec mora circa talia fiat. Sed in ciuili crimine ciuilis præsit iudex, ut lis ultra duos non egrediat menses,nec tamen puniatur,etiam si reus sit inuentus,priusq; per episcopum sacerdotio spolietur. Si uero crimen sit ecclesiasticum:episcopalis erit examinatio & castigatio.

34. Eo.tit.l.sacrosanctæ.

Nou. 81.§. palam.

SEd episcopalis dignitas soluit ius patriæ potestatis,sicut etiã & cõsularis,& præfectura sacrorum prætoriorum,& urbicaria,& magisterium militare,& omnis dignitas ualens liberare à curia,liberat à patria potestate. cum hoc quodcunq; cingulum suæ potestatis præmium honoratis præstet. Ita tamen,ut filij eorum post mortem auorum recidant in potestatem,ac si contigisset eos morte parentum,& non ex præsenti lege suæ potestatis fieri.

35. Ibidem.

Nou.131. §. interdicimus.

LIcentiam habeat episcopus quæcunq; ante episcopatũ probatus fuerit habuisse,& quæcũq; post episcopatũ iure cognatiõis usq; ad quartũ gradũ ad eũ peruenerũt,ad quos uoluerit,ultima uoluntate transmittere: cæteris rebus alio modo adquisitis ab eo,dñio ecclesiæ reseruatis, nisi in utilitatẽ ecclesiæ uel operibus pietatis cõsumptæ sint. eadẽ distinctione habita in administratoribus cuiuscunq; loci religiosi. Itẽ si quis episcopus aut minister ecclesiæ moriatur sine testamẽto & successore legitimo uel legitima:successio cõpetit ecclesiæ, in qua constituti sunt.

36. Ibidem.

Nou.123. §.presbyteros.

PResbyteros,& diaconos,& subdiaconos,cantores,& lectores, quos omnes clericos appellamus,res quolibet modo ad dominium eorum uenientes, habere in sua potestate præcipimus ad similitudinem castrensium peculiorum,& donare cui uolunt secundum leges,& in his testari,licet sub parentum potestate sint:sic tamen,ut horum filij,aut his non exstantibus,parẽtes eorum legitimam ferant partem.

37. Eo.tit.l.iubemus.

Nouel.123. §.adscripticios.

ADscripticios in ipsis possessionibus,in quibus sunt adscripti, clericos etiam præter uoluntatem domini fieri permittimus:ita tamen,ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant subrogato aliquo,quem maluerint.

38 Ibidem.

Nouel.123. §. si seruus

SI seruus sciente domino & non contradicente in clericum ordinatus fuerit ab episcopo: ex hoc ipso quòd constitutus est,liber & ingenuus erit. Si uero ignorante domino ordinatus fuerit:liceat domino intra anni unius spacium & seruilem fortunam probare, & seruum sum accipere. Si uero seruus sciente uel nescient domino(sicut diximus) ideo quòd in clero cõstitutus liber est factus,ministerium ecclesiasticum reliquerit,& ad seculare uitam transierit:suo domino ad seruiendum tradatur.

39. Eo.tit.l.seruis.

EPiscopalis ordo liberat à fortuna seruili, uel adscripticia, sed nõ à curiali seu officiali. nã & post ordinationem durat: ita ut per subiectam uel interpositam personam officium adimpleatur, nisi curiæ uel officio restituatur. *Nou. 123. §. sed hæc quidem.*

40. *Ibidem.*

VErum & si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, euadet iugum seruitutis. Debent em̃ per trienniũ, antec̃ monachi efficiantur, in monasterijs permanere. postea uero, si monachi facti fuerint, liberi erunt. *Nouel. 5. §. hinc aũt.*

41. *Eo. tit. l. si quis ad declin.*

SI captiui alicuius liberi seu cognati redemptionem eius neglexerint: non solum exheredari possunt, sed etiam lege denegatur eis successio. & si fuerint scripti hæredes, tantum ualeat testamentum in alijs capitulis. Hæc ergo successio defertur ecclesiæ ciuitatis eius, expẽdenda scilicet in captiuorum redemptionẽ. multo magis si extraneos instituerit, qui redimere supersedeant. excipitur minor decem & octo annis. Qui autem redimere studeant, si proprias nõ habeant pecunias, super quibuslibet rebus ipsius in eam causam recte cõtrahunt, & etiam si minores uiginti quinq; annis sint, maiores tamen decem & octo, qui tamen pro maioribus uiginti quinq; hic accipiuntur: & captiui, si reuersi fuerint, coguntur habere ratum contractum. Eadem pœna est parentum, si redemptionem neglexerint liberorum. *Nouel. 115. §. si unũ de prædictis.*

42. *Eo. tit. l generaliter.*

PResbyteros, diaconos, aut subdiaconos iure cognationis ad tutelam uel curã uocatos suscipere permittimus. si tamen infra quatuor menses, ex quo uocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declarauerint talem administrationem propria uoluntate suscepisse. Si quis autem sic fecerit: nullum ex hoc præiudicium circa alienam tutelam uel curam patiatur. Episcopos autem uel monachos tutelam alicuius personæ subire nõ permittimus. *Nou. 123. §. deo autẽ amabiles.*

43. *De episcop. audient. l. episcopale.*

SI quis litigantium intra decem dies contradicat his, quæ iudicata sunt: tunc locorum iudex examinet causam. Et si inuenerit iudicium recte factum: etiam per sententiam suam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ iudicata sunt. & nõ liceat uicto iterum in tali causa appellare. Si uero sententia iudicis contraria fuerit: tunc licet à sententia iudicis appellare. Si tamẽ ex imperiali iussione aut iudiciali præcepto episcopus iudicat inter quascunq; personas: appellatio aut ad principem aut ad eum, qui transmittit negocium, transferat̃. *Nou. 123. §. si quis autẽ litigantium.*

44. *Eo. tit. l. iubemus.*

PRæsides gentium per unamquanq; ciuitatem præparent homines non uilissimos, sed nobiliores ciuitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonæ opinionis, cõstitutos nomina defensores per circulum, ut eo expleto rursus ad eandem sollicitudinem reuertantur. decreto facto cũ iureiurãdo oĩm possessorũ in ea ciuitate cõsistentiũ, electione faciẽda à deo amabili episcopo & uenerabili clero, & alijs in ciuitate bonæ opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare. alioqui quinq; librarũ auri pœna coërcebitur, quæ in opera ciuitatis impendetur. & post pœnæ solutionem nihilominus defensoris officium suscipere coget̃, & iurabit omnia secundũ leges & ius agere. Et cõfirmabitur ex præcepto gloriosissimorum præfectorum nostrorum, & in biennio solo administrabit, & iudex potius, quàm defensor esse uideatur. ut etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componãtur, & habeat unum exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio, & iudicet in causis pecuniarijs usq; ad trecentos aureos. Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & unum hominem, qui acta conseruet. *Nou. 15. §. interim.*

45. *Eo. tit. l. tam dementis.*

LIberi furiosi, qui curã ei negligunt præbere, tam exhæredatione digni sunt, quàm alijs pœnis legitimis. Nam si quis alius attestatione ad eos missa, cum adhuc negligãt, in domo sua eum susceperit, & procurauerit: ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus esset etiam in liberos forte, manentibus alijs testamenti capitulis. Eadem pœna parentibus imponenda, siquidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint. *Nouel. 115. §. si quis de parentibus prædictis.*

46. *De hæretic. & manich. l. i.*

ITẽ priuilegiũ dotis, q̃ mulier creditoribus tẽpore prioribus anteponit̃, necnõ de tacitis hypothecis, & alia oĩa mulieribus à lege data claudunt̃ his, q̃ catholicã nõ participãt cõmunionẽ. *Nou. 109. §. quia enĩ dedimus.*

47. *Eo. tit. l. cognouimus.*

IDem de Nestorianis & Acephalis, quia si quis ex his liberos habet ecclesiæ recte cõmunicantes, his solis ex testamento uel ab intestato hæreditatem transmittere potest. Si permisti sunt: etiam portio infidelium interim resideat penes orthodoxos, ipsis si conuersi fuerint, restituenda *Nou. 115. §. & generalem.*

ſtituenda quidem, ſed abſq; ratione fructuum & adminiſtrationis. Permanebit autem apud orthodoxos, ſi ipſi perſeuerant in nequitia. Si liberi ſunt omnes peruerſi: uocentur adgnati rectæ fidei. Quibus non inuentis, ſi clericus fuerit, ab eccleſia intra annum admittatur. Quo tranſacto, ſi non fuerit clericus, ſuccedit fiſcus.

48. *De precib. imper. offerend. l. ſi quis.*

Nou. 119. §. aliud. QVæ ſupplicatio glorioſiſſimis præfectis, uel eorum conſiliarijs, uel cauſas introducentibus intra decem dies poſt ſententiam offerenda eſt. Quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi uictrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit tantum reſtituendi cũ legitimis augmẽtis, quantũ fuerit in condẽnatione, ſi legitima retractatiõe ſentẽtia reſoluat. Niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigat: exſecutio cauſæ ſine fideiuſſione ꝓcedet. Retractatiõis iure illi ſeruãdo, qui ſe grauatũ putauerit, ut infra bienniũ ſupplicare poſſit imperatori.

49. *De off. diuerſ. iudic. l. i.*

Nou. 134. §. neceſſarium. SEd hodie nouo iure pro fiſcalibus uel priuatis debitis nulla mulier debet includi, ſed ad iudicem ueniet per ſe, uel per procuratorem ſuum, uel mittat unum uel alterum, quatẽnus negocium legitime exſequantur. Si cõtra factum fuerit: maiores iudices uiginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo ſpoliabuntur, & pœnis ſubiacebũt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

50. *Vt omnes iud. tam ciuil. l. i.*

Nou. 8. §. neceſſitatiũ. SI uero anteq; compleãtur quinquaginta dies fugiens capiatur: detineatur â prouincialibus, & omne, quod datum fuit ea occaſione, furti actione exigatur, præſente tantum deo amabili epiſcopo, & cauſam ſine ſcripto examinante.

LIB. II.

51. *De edendo. l. procurator.*

Nou. 119. §. & hoc inſuper. SI quis in aliquo documento mentionẽ faciat alterius documenti, nulla ex hac memoria fiat exactio, niſi aliud documentum, cuius memoria in ſecundo facta eſt, proferatur, aut alia ſecundum leges quantitatis debitæ probatio exhibeatur, quia & quantitas, cuius memoria facta eſt, pro ueritate debeatur. hoc eñ & in ueteribus legibus inuenitur.

Nouel. 73. §. i. HOc ius ſtabit uſq; ad illuſtres ſolos. cæteri eñ commune ius amplectuntur.

53. *Si ſe abſtin. hæred. l. i.*

Nou. 119. §. et ad hoc quoq;. SI omnes creditores præſentes ſunt, ubi reſtitutio poſtulatur, â iudice uocentur, ut interſint. cum minor ſe abſtinet. ſed ſi omnes abſunt, uel quidam: ſolenniter â iudice citentur. Quibus intra tres mẽſes nõ apparẽtibus: minor ſine periculo ab hæreditate diſcedat, iudice ꝓuidente, ubi & qualiter res hæreditariæ debeãt cuſtodiri, quantitate earũ rerũ in actis manifeſtanda.

54. *De tempor. in integr. reſtitut. l. ea quæ de.*

Nou. 100. §. generaliter. SI minor uiginti quinq; annis de dote nõ numerata ſtatim nõ querit, reſtituit eatẽnus, ut nõ tranſcẽdat â tempore nuptiarũ duodecimũ annũ. Eo quoq; mortuo intra prædictũ tempus, indulgetur annus hæredi eius. Sed ſi hæres ſit minor maioris ſeu minoris defuncti: quinq; annorum gaudeat ſpacio, non exſpectato exitu ætatis eius.

55. *De receptis arbitr. l. ne in arbitris. §. ſui aũt.*

Nou. 82. §. quia uero. DEcernit ius nouum, nullum ſic fieri poſſe arbitrum, ut cum ſacramenti religione iudicet: ſed pœna ſtatuatur, qua præſtita, liceat â iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum fuerit: iudex, qui male iudicat, ſi dolo facit, pœnam â deo exſpectet. ſi ignorantia: nihil præter ſacramentum ei erit, neq; litigatores rurſus damno afficiantur.

Nou. 50. §. penult. 56. *De iureiur. propt. calumn. dando. l. i.* HOc ſacramẽtũ hodie remittit, cũ in initio iuretur, nihil calũnioſe in toto negocio exigere.

57. *Eo. tit. l. cum & iudices. poſt princip.*

Ibidem. IN iſto iuramento adijciendum eſt, nullam in tota lite exacturum probationẽ, niſi quam pro ueritate putat quis neceſſariò eſſe exhibendam, ne ſæpius iuretur in cauſa.

58. *Ibidem.*

Nou. 124. §. i. PRincipales perſonæ, uel illæ, ad quas negociũ in medio migrauerit, coram iudicibus iurent, quòd nihil penitus cauſa patrocinij dederint iudicibus, uel alicui perſonæ pro hac cauſa uel promiſerint, uel poſtea dabunt, uel per ſe, uel per aliam mediã perſonam: exceptis his, quæ proprijs aduocatis pro patrocinijs præſtant, alijſq; perſonis, quibus noſtræ leges dari diſponunt.

Sed ſi in ſacro conſiſtorio lites uel conſultationes intromittantur: ſub præſentia ſacri ſenatus prædictum iuſiurandum præſtetur. Sed ſi qui litigantium ad iudicem uenire nequeunt, prædictũ

prædictum iusiurandum præstet coram officijs ab administrantibus directis ad eos cum aduersa parte. Mulier honestæ uitæ absente aduersario iuret coram officialibus. Sed si partes in alijs locis abesse contingat,uel una earum absens fuerit:iuret sub gestis monimentorũ apud iudicem prouinciæ,uel apud defensores locorum. Si quis autem litigantium prædictum iusiurandũ noluerit præstare:per sententiã iudicis actor casum actionis, reus cõdemnationẽ sustineat. Tutores & curatores in causis, quas agunt,prædictum iusiurandum præstabunt.

LIB. III.

59. *De iudicijs. l. à iudice.*

AD hæc si administrator sit,& publicis occupationibus impediatur: litem apud se agitandam saltem in contestatione audiat, & rursus in medio semel, & in fine omnia, etiam quæ sunt examinata,consequenter audiat,& sic ferat sententiam,& appellationem(si fiat)suscipiat, cætera licet expediri per consiliarios. Item iudex appellationis rem per se audiat, delegatus autem omni modo per se litem unà cum consiliarijs examinet. Sed si cõtra hoc est factum,graues pœnæ sequentur. nam administratores & delegati uiginti librarum auri mulctam præstent. consiliarij,siquidem aduocati sunt,ab aduocatione expellentur. si uero non sint, & cingulum habeant:cingulo priuabuntur,& uiginti libras auri præstabunt. *Nou. 60. §. illud.*

60. *Eo. tit. l. iudices.*

IVbemus,ut si quando una pars allegationibus suis renunciauerit,alia uero pars se habere aliquid,quod proponat,dixerit:iudex negocij modis omnibus eam partem,quæ utitur dilatione,compellat intra triginta dies,postq; altera pars allegatiõibus renunciauerit, quidquid uelit, sine aliqua intermissione proponere. Quòd si non fecerit:tunc ad eius maliciam superandã alius mensis indulgeatur à iudice. Si uero adhuc distulerit:alterius mensis dilatio præbeatur, ita ut si usq; ad prædictos tres menses suas non proposuerit allegationes:causæ cognitor nõ amplius exspectans,sententiam proferat omnibus modis legibus & moribus consonantem. Vel si noluerit:referat,ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere. *Nouel. 115. §. sed & hoc.*

61. *Eo. tit. l. rem non nouam. §. sic etenim.*

HOdie iurant se facturos,secundum quod eis uisum fuerit iustius & melius, exceptis defensoribus ciuitatum,qui iurant omnia secundum leges & ius se facturos. *Nou. 9. §. penult. & Nou. 15. §. penult.*

62. *Eo. tit. l. sancimus.*

POst iusiurandum delatum & præstitum non licet iudici amplius taxare. Sed & si hodie prius iudex taxauerit.,& ita secundum quantitatem à iudice taxatam iuratum fuerit: non habeat licentiam iudex minus,quàm iuratum fuerit,condemnare. Sed si uiderit iudex neutrũ litigatorum subdi debere rationi sumptuũ propter negocij uarietatẽ:sua sententia hoc declaret. *Nou. 82. §. oportet.*

63. *Eo. tit. l. apertissimi.*

SI uero contigerit aliquem subiectorum nostrorum in dubitationem habere iudicem: iubemus sanctissimũ archiepiscopum uel episcopum locorum audire causam unà cum clarissimo iudice,ut ambo aut per amicabilem compositionem dissoluant,quæ dubia sunt,aut per adnotationem in scriptis factam,aut cognitionaliter iudicent inter litigantes:ne prouinciales recedentes à patria ad longinqua trahantur examina. Si autem iudex episcopo parére noluerit:principi scribat, qui de eo iudice sumat uindictam. *Nou. 86. §. si uero contigerit.*

64. *De lit. contestat. l. i.*

OFferatur ei,qui uocatur ad iudicium,libellus,& exinde præbitis sportulis data fideiussione uiginti dierum gaudeat inducijs,quibus deliberet,cedat'ne,an cõtendat,atq; iudici'ne alium adsociari petat,an recuset eum:nisi sit is,quem ipse alio recusato iam petierit. Deniq; præsens interrogetur, an hoc tempus litis transierit. quod non mox ex ipsius responsione,sed etiam libelli subscriptione manifestatur,quam in initio facere debet. Litis ergo cõtestatio contra hoc priuilegium habita,pro nihilo ducenda est. *Nou. 53. §. sancimus.*

65. *Ibidem.*

LIbellum uero non aliàs actor dirigat,nisi prius & in ipsum, quem dicit obnoxium, & in negocij executorem exponat cautionem, se scilicet intra duos menses litem cõtestaturum, uel omne damnum ei,qui conuenit,contingens restituturum in duplum,cautione tamen non transcendente triginta sex aureos. *Nouel. 96. §. i.*

66. *De dilationib. l. si quando.*

QVod fieri non debet,nisi actor satisfederit, certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exsequatur,aut exsequens non uincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum infra decem dies eo præsente nõ occurrat: dimittatur reus, exacto eo,quod promissum *Nouell. 53. §. i.*

missum est,& si quid circa litem plus impendisse eum taxatione iudicis iurauerit.

67. *Vbi de crimin. agi oport. l. sciens liberum.*

Nouel. 69. §. i. QVa in prouincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit, siue de terra, siue de terminis, siue de possessione, siue de proprietate, siue de hypotheca, aut qualibet occasione, uel qualibet de re fuerit reus: illic etiam iuri subiacet. quod ius perpetuum est.

Si ergo ambo sint in prouincia: illic omni priuilegio cessante res expediatur. Eo autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior: ipsum, qui admisit, uel eius curatorem conueniã, cui datis inducijs licet nunciare domino causæ. Qui si neq; per se ueniat, neq; mittat: is, qui primo conuentus est præsentatus, condemnatur in quo sit obnoxius, insuper & is, qui mittere noluit, si tamẽ omnino appareat obnoxius. nam & de rebus eius satisfiet: si is, qui præsens est, non sit soluendo. Sed si nec ipse, qui dominum præsentare debuit, compareat: præconis uoce uocatus condemnetur, quia contumacia eius pro præsentia est. Quòd si desit actor, cum reus uenerit, siue miserit: absoluendus est, & ei damna resarciantur. Excipitur hic, si forma pragmatica occasione publicæ causæ procedens, præcepit quenq; principali comitatui exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus. InducIarum uero tempus præfinitum est quatuor mensium noua constitutione ex diuersitate locorum, sed si uicina est prouincia, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio prouinciarum cõstitutis. Si uero sit maius spacium: sex. Si uero ex Palæstina, aut Aegypto, aut gentium longinquarum: octo menses sufficiant. Si uero ex Hesperijs gentibus aut septentrionalibus, aut in Libya: sufficiens est tempus nouem mensium.

68. *De inoffic. testam. l. cum quæritur.*

Nou. 18. §. & auget quartam. NOuissima lege cautum est, si quatuor sint filij, uel pauciores: ex substantia deficientis trieus: si plures sint, semis debetur eis, quoquo relicti titulo, ex æquo scilicet diuidenda inter eos, cuius portionis nec usufructu defraudari possunt liberi quidem â parente.

69. *Ibidem.*

Nou. 92. §. dudum. VNde & si parens in quendam liberorum, uel in quosdam fecit donationem immensam: quisq; tantum feret ex hæreditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationẽ deberi. Licet autem ei, qui largitatem meruit, abstinere ab hæreditate: dum modo suppleat ex donatione, si opus sit, cæterorum portionem.

70. *Eo. tit. l. si filiam.*

Nou. 115. §. deinæps. SEd si post uiginti quinq; annos te differente filiam marito copulare, in suum corpus peccauerit, uel sine consensu tuo libero se copulauerit: eam exhæredare non potes.

71. *Fam. l. erciſc. l. fin.*

Nou. 18. §. & qd' spe. SI modo subijciatur huic scripturæ, uel ipsius parentis, uel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

LIB. IIII.

72. *Si cert. petatur. l. fin.*

Nou. 73. §. oportet uero. SEd nouo iure quinq; testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito literarũ contractus in scriptis, & in ciuitate, & excedat libram auri. Nam si quis facere quemlibet contractum ex nõ scripto uoluerit: manifestum est, quia aut per testes, aut per iusiurandum fidem percipiet: actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante, aut referente, sicut iudex disposuerit. In agris autem, quæ hactenus ualuerunt apud eos, & nunc sint firma.

73. *De obligat. & action. l. ob æs alien.*

Nou. 134. §. qa uero. IMò à debito creditor cadat, tantundem dando retento, uel eius parentibus: ipso quoq; creditore corporalibus pœnis subdendo.

74. *Eo. tit. l. fin.*

Nou. 4. §. sed neq; ad res. SEd hodie nouo iure prius conueniẽdi sunt omnes fideiussores, & mandatores, & sponsores, quàm ad pignorum perueniatur possessores.

75. *Ne uxor pro marit. l. fin.*

Nou. 52. §. 1. SEd omnino qui alium pro alio secundũ formam pignerationis exigit, totum idipsum, quid sit, in quadruplũ passo uim reddet, necnon & ab actione, pro qua talia præsumit, cadat.

76. *De constitut. pecun. l. i.*

Nouel. 115. §. ad hæc aliud. SI quando quis pro se uel pro alia persona pecuniam se soluere constituerit aut spoponderit, sic dicens, SATISFACIAM TIBI: tenetur pro quantitate, quam promisit. Sin autem sic dixerit, SATISFIET A ME ET AB ALIO: illo illisũe quidem, quos nominauit, non cõsentientibus, solus pro rata portione tantum persoluet. Sin autem dixerit SATISFIET, uerbo

imper

imperſonaliter prolato:non tenebitur.Sin autem ſic dixerit,ERIT TIBI SATISFACTVM AVT A' ME AVT AB ALIO:illo,quẽ nominauit,non cõſentiente,ſolus in ſolidũ tenebitᷣ.

77. *De probationib.l.rationes*

QVod obtinet omni modo,ſi teſtator non iurauerit. alioquin hæredes neceſſe habent teſtatoris religioni ſtare,aut minime fruẽtur his,quæ relicta ſunt. ſed creditoribus nihil ex hoc præiudicij comparabitur. *Nouel.48. §.fin.*

78. *Eo.tit.l.exceptionem.*

AT qui ſemel produxerit teſtes, aut bis, aut ter, & teſtificata tractauerit, aut ab aduerſario hoc faciente diſputationem acceperit,& ex hoc teſtificata didicerit:non habebit licentiã ulterius uti productione teſtium ex diuina etiam iuſſione. Si uero hoc non egerit: tunc danda eſt quarta productio teſtium,ſacramento ab eo prius dando,quod neq; ſubtraxerit,neq; percontatus eſt ipſe teſtificationes,uel aliquis aduocatorum eius,uel alius pro eo agens,nec per dolum,nec per machinationem,uel artem,quartam productionem teſtiũ petat fieri. *Nou.90.§. quia uero.*

79. *De teſtibus.l.quoniam.*

SI teſtis productus dicatur ſeruilis eſſe fortunæ,& teſtari uoluerit,ipſe uero ſe liberum eſſe affirmet:ſiquidem ex natiuitate impleatur teſtimonium eius,uel ſi is habita diſputatione ſeruus eſſe apparuerit:reſpuatur eius teſtimonium. Si uero libertinum ſe dixerit: prius inſtrumentum ſuæ manumiſſionis oſtendat,quàm teſtificetur:niſi iurauerit ſe alibi probationes habere. Quo facto teſtificatio quidem ſcribatur,ſed niſi inſtrumentum monſtrauerit,reſpuaᷣ teſtimonium eius. Si uero dicatur odioſus ex mota lite criminis inter eos, & hoc probauerit: non antea audiatur, quàm de crimine iudicetur. Si uero ex lite pecuniaria, uel aliter eſt odioſus:procedat quidem teſtatio,tempore aũt diſputationum ſeruentᷣ huiuſmodi qnæſtiones. *Nouel.90. §.ſi uero diatur.*

80. *Eo.tit.l.teſtium.*

ROgati,ut in teſtamentis , nõ fortuiti uel tranſeuntes ueniant.idem eſt,ſi poſt ſolutionem rogati interſint confeſſioni creditoris,dicentis pecuniam ſibi debitam ſolutam fuiſſe. *Nou.90. §.et liæt.*

81. *Eo.tit.l.ſi quando.*

SEd & ſi quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges,aut aliter læſus, aut damnum patiens teſtes apud iudicem producere uoluerit,& eorum teſtimonia publicare: aduerſarius moneaᷣ à iudice,& ſic eo præſente iudex atteſtationes recipiat. Quòd ſi uenire noluerit, etiã eo abſente atteſtationes recipiat,& perinde ualebunt, ac ſi eo præſente receptæ fuiſſent: nec opponere poterit,quòd ex una parte datæ ſunt. *Nou.90. §. et hæc oĩa.*

82. *De fide inſtrument.l.iudices.*

APud eloquẽtiſſimũ aliquẽ iudicẽ uel defẽſorẽ ciuitatis,ſiue à ,puincia in prouinciã, uel ab urbe in urbẽ, ſiue ab urbe in ,puinciã hæc petanᷣ.Sed hoc in ciuilibus tantũmodo cauſis. nã in criminalibus teſtes apud iudices repræſentãdi ſunt,& cũ res exegerit,tormẽtis ſubĳcianᷣ. *Nou.90. §. quoniã. & §.hæc oĩa.*

83. *Eo.tit.l comparationes.*

AT ſi contractus fiat in ciuitate,& unam libram auri exceſſerit: oñimodo collationi adſit augmentum quodlibet,nec credatur ei ſoli. *Nou.73.§. oportetᷣ.*

84. *Ibidem.*

AD hæc ex his literis, quibus aduerſarius tuus utitur,& profert:recte petis examinationem fieri. Item & charta,quæ profertur ex archeio publico,teſtimonium publicum habet. *Nouell.50. §.illud quo qᷣ.*

85. *Ad ſenat.conſult.Velleian.l.iubemus.*

SIue à me,ſiue ab alio pro me fiat donatio,ppter nuptias:quod ea ex cauſa eſt immobile,neq; alienare ualeo,neq; obligare.In hos ergo contractus mulieris conſenſus nihil proficit, quo minus demus mulieri actionem in rem in ſponſalicia largitate ſoluto matrimonio:niſi poſt biennium ſecundò profiteatur,& aliæ res uiro ſint,ex quibus conſuli ei poſſit.Abſq; his enim nec ſi frequenter conſentiat,lædetur.Vir tamẽ obligabitur in rebus ſuis huius obligationis ſeu alienationis occaſione,quæ quantum ad mulierem pro non dicta & pro nõ ſcripta habetur,& multomagis idẽ in dotibus locũ habet, ut aliquid immobile pro ea nõ alieneᷣ uel obligeᷣ. Oñibus tamẽ priuilegĳs datis doti in ſua firmitate durantibus,ſiue agat mulier, ſiue noĩe eius alius. *Nou.61.§. ſi qs igitur*

86. *Eo.tit.l.ſi mulier.*

SI qua mulier crediti inſtrumento conſentiat proprio uiro,aut ſcribat, & propriam ſubſtantiam aut ſeipſam obligatã faciat:iubemus nullatẽnus ualere,ſiue ſemel, ſiue multoties huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat,ſiue priuatum,ſiue publicum ſit debitum:ſed ita eſſe,ac ſi neq; factum quidquam,neq; ſcriptum eſſet:niſi manifeſte probetur,quòd pecuniæ in propriam ipſius mulieris utilitatem expenſæ ſint. *Nou.134. §.illud.*

87. *De non numerat.pec.l.cum fidem.*

Contra

Nou.18.§. ſtudiũ uero

CONtra qui propriam ſcripturam,qua conuenitur,abnegat, uel numerationem inficiatur: cõuictus in duplum condẽnetur,niſi ſacramento illato cõfiteatur. tunc enim non punitur, niſi in expenſas circa probationes factas actoris iuramento declarandas. At ſi poſt numerationis inficiationẽ prætendat ſolutionẽ:omnino ſolidũ exigit̃,nec prodeſt iam facta ſolutio. Contra ſi actor literas ſuas à reo prolatas abneget: eadẽ ſit & pœnæ & iuriſiurãdi forma,ac pœna curatori infligenda,ſi de ſuis literis quæſtionem referat in cauſa eius,quem curat.

88. Eo.tit.l.in contractibus.

Nou.100. §.ſin autẽ.

HAnc autem querelam in ſcriptis fieri oportet,& ſi quis eam in iudicio faciat,oportet eam mulieri,uel omnimodo ei,qui dotem conſcripſit,innoteſcere.

89. De uſuris.l.cum nõ frumentum.

Nou.32.§. hæc ergo

ADhæc qui fructus aridos credidit agricolæ uel pecuniam, in unoquoq; anno pro modio octauam partem modij,pro ſolido ſiliquam unam uſurarum nomine accipiens:terram, ſiue aliquid aliud,quod pignori accepit,omni modo reddat. Si aliquid præter hoc commiſerit:ab actione cadat omni modo.

90. Depoſiti uel contr.l.ſi quis uel pecũ.

Nouel. 88. §.i.

SEd iam cautum eſt, ne quis extrinſecus depoſitario interdicat depoſiti reſtitutionem. qua ſubſecuta, depoſitor poſſidens pulſari poterit ab eo,qui interdixit. Si contra factum fuerit: damnum,quodcunq; acciderit ei,qui uim paſſus eſt,præſtabitur ab eo,qui interdixit, necnon & tertia centeſimæ uſurarum nomine,ex quo facta eſt huiuſmodi conteſtatio. Quibus pœnis ſubiacet,q uel inquilino dationẽ penſionũ,uel publicæ pſonæ panis interdicit adminiſtrationẽ.

91. Sine cenſ.uel reliq.fund.cõpar.l.rei annonariæ.

Nou.17.§. nõ pmittas.

SEd & periculum in ſe recipere poteſt, ſi examinatione ante traditionẽ facta emptor minus idoneus inuentus fuerit. Tunc enim uenditor apud geſta confiteri cogitur, quia periculo ſuo tranſpoſitio fit fiſcalium tributorum.

LIB. V.

92. De donat.ante nupt.l.ſi conſtante.

Nou.97.§. aliud.

SEd iam neceſſe eſt,ſi alia pars augmentũ præſtat,alteram quoq; partem incrementũ celebrare.& ſiquidem uir alieno ære non impediatur, in rebus quibus libet procedat augmentum. At ſi debitor ſit:ne fraudis erga creditorẽ ſuſpitio ſubeſſe poſſit: omnino res immobiles incremento datis proficiant.Si em̃ mulier immobilis ſubſtantiæ domina dederit res mobiles in augmentũ:in hac parte dotis nullo utetur priuilegio aduerſus alios creditores.

93. Eo.tit.l.cũ multæ.§.ideo.

Nouel.61. §.ſi quis.

PErmiſſa eſt & in rem actio pro tali donatione mulieri aduerſus omnes poſſeſſores.

94. Ibidem.§.ſimpliciæ.

Nou.91.§. illud.

DOs data donationem propter nuptias meretur. Præterea ſi pars mulieris dotem ſoluere ſit parata,cũ ex diuerſo recuſetur,& mulier hoc conteſtetur,cumq; ſit res mobilis: ſignaculo impoſito recondatur,aut ingrediens iudicium petat hoc fieri, ut parti uiri denuncietur, & ſic nequaq; declinanda eſt donationis exactio. ac ſi per dilationem dos uiro non detur,& donatio prorſus denegetur.

95. Ibidem.§.fin.

Nouel.119. in princ. Nou.130. §.illud quoq;.

EO' decurſum eſt,ut ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus,nec inſinuationẽ deſideret, etiamſi ab alio detur,licet in uiri perſonam donatio fiat, quatẽnus ipſe in hunc contractũ conſcribat.hoc quantum ad mulierem. At ſi uir uel alius,qui dederit,eam non inſinuet:cum ea ſit quantitas,& pacta dotalium cõcedant parti uiri:nullam ſuper eis habeat uir actionẽ. Pater donationẽ propter nuptias,quam contulit in uxorem,nõ cogitur ſeruare liberis prioris matrimonij,& ſi ad ſecundas nuptias migrauerit. Aliud eſt, ſi apud maritum aliquid ex dote eſt, uel apud mulierem ex donatione reſedit. Illud enim ſeruare liberis prioris matrimonij debet.

96. Ibidem.

Nou.96.§. aliud

NVnc inhibetur deminutio,ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum unicuiq; etiã cui minus datum eſt,dare tantum cogitur,quantũ ſecundæ uxori.ita etiã à parte uxoris.

97. De nuptijs.l.uxorem.

Nou.78.§. ſi qs autẽ.

SEd nouo iure nulla dignitas ,phibet cũ liberta nuptias cõtrahi,dotalib9 inſtrumẽtis cõfectis.

98. Eo.tit.l. imperialis.§.ſed & liberos.

Nouell,51. §.2.

QVod eis permittitur etiam ſi iurauerint ſe in tali profeſſione perſeueraturas:quia legibus expreſſum eſt,illicitæ rei iuſiurandum ſeruari non oportere,& pœna periurij (ſi qua eſt) in eum conuertenda eſt,qui exigit.

Ibidem

99. *Ibidem.§.penult.*

MAximis decorati dignitatibus usq; ad illustres non nisi dotalibus instrumentis conscriptis, rite contrahunt nuptias, licet antea contractas retineãt: exceptis barbaris. reliqui omnes affectu solo recte contrahunt matrimonium. *Nou.117.§.qd uero legem.*

100. *De incest.& inutilib.nupt.l.si quis incesti.*

INcestas nuptias contrahentis pœna est confiscatio bonorum tam cæterorũ, quàm dotis, exsilium etiã, & cinguli (si quo potitur) spoliatio, uerberatio quoq;, si uilis est. Fœmina quoq; talia scienter peccante simili pœnæ subiuganda. substantia sic amissa liberis hoc ipso sui iuris effectis, si quos habet legitimos, applicetur: ut tamen paterab eis alatur. Quibus non exstantibus, fisco defertur. *Nou.12.§.i.*

101. *Ibidem.*

EX complexu nefario aut incesto, seu damnato liberi nec naturales sunt nominãdi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio, ut nec alantur à patre. *Nouel.89.§.fin.*

102. *De secund.nupt.l.i.*

EIsdem pœnis subijcitur etiam ea, quæ parit intra luctus tẽpus, si modo indubitatum sit, sobolem hanc ex defuncto non existere. nam & usufructu antenuptialis donationis priuatur. Itẽ & ea, quæ suscepta liberorũ tutela cõtra sacramentũ secundo nubit, nõ prius tutorẽ petens, & rationem reddens, & exsoluẽs omne, quidquid debet. Sed hodie ulteriore iure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptijs à tutela repellitur. *Nou.24.§.sin aũt tutelam. Nouel.39.§.i.*

103. *Eo.tit.l.fœminæ.*

IN donatione propter nuptias, etiam si alius pro uiro dederit, deserit eam proprietas. *Nou.24.§.si uero exspectet.*

104. *Ibidem.*

LVcrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, nõ arbitrio parentis permittitur. *Ibidem.*

105. *Ibidem.*

EX testamento quidem succedit mater liberis suis, quæ conuolauit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet. Ab intestato quoq; uocatur, siue ante mortem filij, siue postea in eat secundas nuptias. sed ab intestato eorum solum usumfructum percipiet, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt. Quantum uero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter, ut in residuis: omnino ingratitudine & hoc contra matrẽ fratresq; inspecta. *Nou.24.§.hinc nobis. & Nou.2.§.cũ igitur.*

106. *Ibidem.*

SEd & si quis ex eis præmoriatur absq; progenie, redit ad matrem dominium, quantũ adquiritur ex pacto nõ existentium liberorum. residuum autem conceditur quibuslibet defuncti hæredibus. Si quid ergo ex his alienauerit: pro suprascripta portione confirmatur alienatio. Quare si sola hæres exstiterit: in solidum ad ipsam redit, uel alienationem sequitur. *Nouel.2.§.hinc inde aũt.et nou.24.§.quoniam infirmas.*

107. *Eo. tit.l. generaliter.§. in his.*

HAe res lucro cedunt liberis, licet hæredes nõ fuerint patris aut matris, aut utriusq;, nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo. *Nou.24.§.si uero ex. et §.quoni.*

108. *Ibidem.§.fin.*

VXore mortua quod uir ex dote lucratur, filijs cõmunibus omnimodo reseruatur, quantum ad proprietatẽ usufructu patri concesso. Idem ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalicia largitate. Idemq; si aliter matrimonium soluatur. *Nou.98.§.nuptialib.*

109. *Ibidem.*

SI tamen abstineat mater à secũdis nuptijs, habebit & ipsa proprietatis portionem pro numero liberorũ. Idẽ in patre obtinet, & in omnibus ascendẽtibus à secũdis nuptijs abstinẽtibus. *Nou.130.§.quia uero*

110. *Eo.tit.l.hac edictali.§. erit itaq;.*

SEd si aurum fuerit in donatione propter nuptias scriptum: cautio usurarum exponitur, non autem exigitur aurum, nisi forte uiri substantia habeat aurum, & cætera, quæ scripta fuere. *Nou.2.§.illud.& nouel.24.§.& quia.*

111. *Eo.tit.l.si quis prioris.§.certũ.*

NVnc autem nisi expressim transponat in alios, præsumitur ipsis conseruare talia lucra. *Nou.24.§.deinceps.*

112. *Eo.tit.l.quoniã §.fi.*

AD eos solos etiam nunc pertinet. & si quis præmoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur. *et §.soluto. Nou.24.§.i. et §.opti.*

113. *Si secundo nupt.mul.cui.l.i.*

HOc locũ habet, si datus, uel relictus fuerit ea lege, ut ex secundis nuptijs interiret. Alioqui perseuerat, siue relictus esset, siue donatus, quibus casibus licuit. Sed ususfructus in dote, siue ante nuptias donatione, lege permissus, non potest à testatore derogari. *Nou.24.§.si uero solum.*

114. *De iure dotium.l.ubi adhuc.*

Nou.97.§. illud. DOnationem quoq; propter nuptias in hoc casu constante matrimonio uindicare potest.

115. *De rei uxor. action. l.i.§.& hoc ex rei.*

Nou.97.§. quia uero. SEd quamuis dos potestatis siue pactionis iure ad patrem redeat: non tamen licet ei, filia denuo nubente, deminuere priorem dotis mensuram: nisi forte substantia sua decrescat aliqua fortuita clade. tunc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantum facultates eius patiuntur.

116. *De pact. conuent. tam super dot. l. c x morte.*

Nouel.97.§.i. AEqualitas omnimodo seruanda est in dote & in donatione antenuptiali, non tantum ex lucris exinde prouenturis, sed etiam in præstatione utriusq; & constitutione. Augmẽtum quoq; uel prorsus non fiat, uel ab utraq; parte celebretur: pari scilicet quantitate, ne uel eo modo subuertatur æqualitas.

117. *Ibidem.*

Nou. 91. §. illud quoq; SEd quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino uiro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minus, quàm professa est, dedit, pro quantitate præstita & lucrũ sentiat.

118. *De dote cauta non numer. l. fin.*

Nou.100.§. generaliter. QVod locum habet, si intra biẽnium soluat̃ matrimoniũ. si ultra biennĩ usq; ad decimum annum extendatur: & ipsi marito, & hæredi eius intra tres menses querela permittitur. Sed si decennium transcurrerit: oñino querela denegatur, permissa restitutione in integrũ præfinita, & specialiter si minor ætas interueniat.

119. *De don. inter uir. & uxor. l. res uxoris.*

Nou.24.§. quod autẽ. SEd hodie nemo bene nat9 à principio ex supplicio fit seru9, & ideo matrimoniũ nõ dissoluit̃.

120. *De repudijs & iud. morum sublat. l. dißentientis*

Nou.24.§. est quoq;. EContra si filij familiarum distrahunt parente nolente, exprimit noua constitutio de ijs, qui nuptias iterant, ne matrimonia distrahantur in læsionem parentũ, qui dotem uel ante nuptias donationem obtulerint aut susceperint soli, aut cum filijs: quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita & in dissoluendo.

121. *Eo. tit. l. uxor quæ.*

Nou.117. §. quod autem. HOdie quantiscunq; annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neq; literas, neq; responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit: nõ prius nubat, quàm per se, uel per alium eum, sub quo militabat, adiens interrogauerit, si pro ueritate mortuus est, ut apud gesta deponatur cum iureiurando, si mortuus sit. quo subsecuto, post annum nubat.

Si uero præter hæc nupserit: tam ea, quàm qui eam duxerit, uelut adulteri puniantur. Sed qui iurauerit, si falsò iurasse conuincatur: militia nudatus, decem libras auri soluet illi, quem mortuum fuisse mentitus est: eo licentiam habente, si uoluerit, suam uxorem recipere.

122. *Eo. tit. l. consensu. §. si qua.*

Nou.117. §. qa uero quædã i fi. SEd nouo iure uir, q sine causa hoc fecerit, ex alia substãtia sua cõstante matrimonio tantũ dabit uxori, quantũ tertia pars faciat ante nuptias largitatis, sed matrimoniũ ob id nõ soluit̃.

123. *Eo. tit. l. si constante.*

Nou.117. §. qa uero ex cõsensu. QVod hodie non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat: tam dote, quàm ante nuptias donatione filijs conseruatis. Quæ si alias postea nuptias contrahere, uel luxuriose uiuere inueniant̃: liberis tradendæ sunt earum facultates, delinquentibus earum proprietatẽ amittẽti bus. Filijs aũt nõ exstãtibus fisco applicant̃. Et qui talia deliquerint, legitimis subijciant̃ pœnis.

124. *Eo. tit. l. in causis.*

Nou.24.§. per occasionem. SEd hodie non bienniũ solũ, sed trienniũ enumerari uolumus, ex ipso tempore copulationis computandum.

125. *Diuort. facto apud quem. l. i.*

Nou.117. §. illud. SI pater causam diuortij præstiterit, apud matrem ad secundas nuptias non uenientem liberi nutriantur patris expensis. Si uero contra: tunc apud patrem matris locupletis expensis, nisi pater minus idoneus sit. tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Nam quemadmodũ & locupletes filij matrem alere coguntur egentem, ita iustum decernimus & à matre filios pasci. Quod de matre & filijs decernimus indigentibus, hoc quoq; in omnibus ascendentibus & descendentibus personis utriusq; naturæ decernimus obseruari.

126. *De natural. liberis & matrib. l. i.*

Nouel.117. §. qa uero. SEd nouo iure huiusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum prædictis magnis dignitatibus: dum tamen dotalia instrumenta super hoc confiantur ab illustribus. reliqui uero citra eos, qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo affectu nuptias contrahere possunt: dum tamen liberæ sint, cum quibus licet nuptias celebrare.

Eo. tit

127. Eo.tit.l.matre.

NVnc soli liberi naturales & legitimi ad hunc modum coartant,non etiam mater. Nou.89. §. nec igitur.

128. Eo tit.l.humanitatis.

LIcet patri sine legitima prole,seu parente,cui relinqui necesse est,decedenti naturalibus to tam substantiam suam uel inter uiuos largiri,uel in testamento transmittere. Quòd si parentes duntaxat ei supersint:legitima parẽtibus relicta,reliquum inter naturales distribui permittitur. Ab intestato uero,cum desit soboles ciuilis, nec supersit coniunx legitima, si naturales ex concubina exstant,quæ sola fuerit ei indubitato affectu cõiuncta:in duas paternæ substantiæ uncias succedant,ut matri inter eos uirilis portio(si supereſt) detur.huiusmodi enim naturales filios pasci boni uiri arbitrio est necesse,siue legitimi exstant & succedunt,uel cõiuge uiua quilibet alij sunt hæredes. Hi ergo & parentibus parem præstent(si opus sit)pietatem. Sed qui ex condemnato sunt coitu,omni prorsus beneficio secludantur. Nou.89. §. si uero filios.

129. Eo. tit.l.nuper legem.

QVod ius locum habet,& si ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, à qua separatus sit legitime,uel ea mortua. Nou. 12. §. dubitatum.

130. Ibidem.

SEd noua constitutio non permittit hoc in ancilla,nisi ei,qui sine legitimis alijs reperitur. Nou.18. §. penult.

131. Ibidem.

NOua alia cõstitutio hoc generaliter inducere uidet & in his,qui ex ancilla sunt, & ipsa dotis inscriptio simul & libertatem tribuit,& ius suorum,alijs legitimis non existentibus. Nouel. 78. §. si qs aũt.

132. Ibidem.

PRæterea qui legitimã non habet prolem,sed ex huiusmodi consuetudine duntaxat naturalem: potest ab eo precibus principi datis legitimos sibi constituere,& sine matrimonio, si mulier iam defũcta sit,uel deliquerit,uel occultet,uel aliàs uenire prohibeat,uel quoquo modo matrimonium impediatur,ut sacerdotio. Nou.74.§. sed et aliud & nou.89. §.si uero is, qui.

133. Ibidem.

ITem sine legitimis decedens in testamẽto scribens uelle se naturales filios fore legitimos successores, licentiã habeat, ut post mortem eius filij principi supplicent, testamentum ostendẽtes,& principis ac legis dono fiant hæredes. si tamen filij uoluntatem patris amplectãtur, quod generaliter obseruatur.Sed si alij quidem uolunt legitimi fieri, alij non: uolentes fiant, cæteri in iure naturali remaneant. Nou.89.§. illud aũt.

134. Ibidem.

SI quis liberos habens naturales ex muliere libera, quæ & uxor ei poterat esse, dicat in instrumento,siue publice,siue propria manu cõscripto, habenti subscriptionẽ trium testium fide dignorum,siue in testamento,siue in gestis monumẽtorum,hos suos esse,nec adiecerit naturales:huiusmodi filij ei legitimi successores erunt. Et si uni ex multis filijs testimonium quodlibet ex prædictis modis præbuerit,cæteris ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet. Nou.117. §.ad hoc autem.

135. De legitim.tutela.l.i.

SIcut hæreditas adgnatione non inspecta defertur proximis, sic & tutelæ onus comitatur emolumentũ,si masculi & perfectæ sint ætatis,& nulla lege prohibeantur suscipere. Quòd si plures sint eiusdem gradus,& ad tutelam uocantur:iubemus cõmuniter apud iudicem cõuenientibus unum uel plures eligi, & eum uel eos administrare,ut magis idoneo uel idoneis committatur tutela,periculo tutelæ omnibus imminente,qui ad tutelam uocantur,& substãtia eorum minoribus tacite subiacente pro huiusmodi gubernatione. Nou.118.§. ex his.

136. Qui dare tutores uel cur.l.creditorem.

MInoris debitor,uel is,cui minor tenetur,aut qui minoris res tenet,à curatione prohibet. Nam & ante curator,si minoris creditor efficiatur,nõ sine adiuncto curatore administrabit. Hic autẽ ab initio uel probet,uel iuret se credere minorem obligatum,uel rem eius habere.nam si taceat,accusationis sustinebit iacturam. Item si debitor taceat,nec redhibitiõe,nec alia tempore curationis solutione iuuabitur. Sed si actionis cessionem aduersus minorem suscipiat:nec post curam depositam ea permittitur uti:nec is,qui cesserit,agere debet,cũ in legẽ cõmiserit,licet cessio pro iustis causis facta sit,sed minor lucrabit. his ualentibus in oñi cura, p digorũ forte,aut furiosorũ,aut dementiũ,& oĩm, quibus rerũ admnistrationẽ interdicũt leges. Nou.72.§. sed et siqs.

137. Quando mul.tut.offi.l.matres.

MAtri & auiæ secundum ordinem tutelam subire,etiam ante adgnatos,permittimus,si inter gesta nuptijs alijs & auxilio SEN.consulti Velleiani renunciauerit, solis testamentarijs præcedentibus eas, legitimis & datiuis postpositis. Defuncti nanq; uolũtatem præponi uo- Nou.118.§. ex his.

lumus. Præter has autem alijs mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.

138. *Ibidem.*

Nou. 94. §. præterea. SAcramentum quidem non exigitur, sed contractis nuptijs expelli eam à tutela conuenit, salua minoribus omni alia (prout iuris est) cautela.

139. *Ibidem.*

Ibidem. ADhæc & si debitũ inter ipsam & filios quoquomodo uertitur, tutela materna nõ ideo minus admittitur, debito in sua natura durante. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia agens, quæcunq; in legitimis definita sunt filijs.

140. *De administrat. tut. in princip.*

Nou. 72. §. quoniã. NOuissime cautum est à curatore pecuniam pupillarẽ non esse fœnerandam. Quòd si fecerit: mutui subiacebit periculo, nisi sit mobilis eius substantia, cuius cura administratã. tunc enim curator illud solum mutuare cogatur, quod ad dispensationẽ sufficiet adolescentis, eiusq; rebus. Quod uero plus est, caute recondatur, uel nisi ex necessitate hoc fecerit, ueluti propter expensas in pupillum faciendas.

141. *De curat. furiosi. l. cum furiosus. §. & prius de.*

Nou. 72. §. penult. QVod nunc generale est circa omnes curatores, ut iurent quidem, non tamen à ratiocinijs sint exempti. Idem est in tutore.

LIB. VI.

142. *De seru. fugitiu. l. si fugitiui.*

Nou. 134. §. qa uero. SEd nouo iure si criminis qualitas membri abscissionem exigat: una sola manus abscindetur sed pro furto nec morietur, nec aliquod membrũ abscindetur, sed aliter castigabitur. Fures aũt uocantur, qui occulto & sine armis huiusmodi delinquũt. Qui aũt uiolenter aggrediuntur, aut cũ armis, aut sine armis, aut in domibus, aut itineribus, aut in mari: pœnis legalibꝰ subijciantur.

143. *De iure aureor. anul. l. fin.*

Nou. 78. §. i. & §. illud SEd hodie, quia manumittentes ciues denunciant Romanos (non em̃ aliter licet) ex ipsa manumissione aureorum anulorum & regenerationis ius habent: ut sint quidem liberi & ingenui, iure tamen patronatus illæso.

144. *Vnde uir & uxor. l. i.*

Nou. 53. §. quoniã uero. et Nou. 117. §. quia uero ij. PRæterea si matrimonium sit absq; dote, coniux autem præmoriens locuples sit, superstes uero laboret inopia: succedit unà cum liberis cõmunibus alteriusue matrimonij in quartam, si sunt tres uel pauciores. Quòd si plures sint: in uirilem portionem, ut tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet, si exstiterint. his uero non exstantibus, uel simulos habuerit: potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

145. *De collationib. l. i.*

Nou. 18. §. illud quoq; bene. EX testamento & ab intestato cessat dotis & aliorum datorum collatio, ita demum si parẽs hoc designauit expressim: alijs, quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus.

146. *Eo. tit. l. dotis quidem.*

Nou. 97. §. illud quoq; QVod locum habet, siue pars uiri sit idonea, siue mulieri possit imputari, quare marito ad inopiã uergente ex lege Iustiniani etiã constante matrimonio nõ exegerit dotẽ. Quòd ei licet & cum sui iuris sit, & legitimæ ætatis, & cum mater obtulerit dotem, & cum pater ei cõsentit agẽti. his cessantibus, solam actionem (licet inanẽ) conferens, partem ex hæreditate feret. hoc cum dos parua sit. Sed dotem magnam, quæ conferri speratur, inuito patre, filia exigere potest. Hæc obseruantur, ubicunq; collationis ratio emergit, etiamsi auita sit successio.

147. *Eo. tit. l. illam merito..*

Nou. 18. §. neq; illo. QVæ tertiæ portionis deminutio correctionem nouo iure capit, ad æqualitatis iusticiam redacta in omnibus talibus personis.

148. *De testam. & quemad in. l. hac consultiß. §. ex imperfecto.*

Nou. 107. §. nos igitur oĩa. QVod sine subscriptione ita procedit, si parens literas edoctus manu propria, non signis, sed literarum consequentia declaret, & tempus, & liberorum nomina, item & unciarum numerũ, seu signa rerũ specialiũ, in quo & alijs legari, & fideicõmitti, & libertas relinqui potest.

149. *Ibidem.*

Nou. 107. §. & si quidem. HOc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens septem testibus adhibitis, declaret se nolle tale testamentum ualere, & aliam disponat uoluntatem, uel in testamento perfecto, uel in non scripta perfecta uoluntate.

Nou. 119. §. penult. ET nõ obseruato eo subuenit tastamẽtis, siue p se, siue per aliũ quis inscribat nomẽ hæredis.

De libe-

151. *De lib. præte. uel exhæred. l. fin.*

NOn licet parenti aliquem ex liberis exhæredare, uel præterire, nisi probetur ingratus, uel ingratitudinis causas nominatim inserat testamento. Causæ uero ingratitudinis noua constitutione expressæ sunt. *Nou. 115. §. aliud.*

152. *Ibidem.* *Nou. 115. §. aliud. & §. seq. & §. sed hic. & §. si igitur.*

EX causa exhæredationis uel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad institutiones. cætera nanq; firma permanent.

153. *De indicta uiduit. l. ambiguitates.*

CVi relictum quid fuerit à coniuge, uel à qualibet persona, ne secundas ineat nuptias: infra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat. post annum uero capiat præstita cautione rei cum fructibus restituendæ, si contra fecerit. Pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis: pro mobili, si persona sit idonea, eadē sit cautio. alioqui fideiussor exigitur, si præstari potest. Contractis nuptijs etiam res data uindicari potest. Quod sic admittitur, ac si ei relictum uel ordinatum non esset. *Nou. 22. §. quia uero.*

154. *De fideicōmiß. l. fin.*

HOc amplius qui iudicium defuncti lege repræsentatum monitus à iudice infra annum nō implet: excluditur eo, quod præter debitū naturale perceperit ex eodem iudicio. Hæc autem cum onere suo (danda super hoc cautione) defertur primo substitutis, mox ordine seruato cohæredibus adeuntibus, uel generali fideicōmissario, uel legatario soli, uel ex pluribus in parte potiori, uel speciali fideicōmissario uel legatario maioris emolumenti, uel omnibus, uel uolentibus, uel libertate donatis in testamento, prout quisq; eorum prior nominatus est. Exhæredatis ne hic quidem respectis. postremo defertur extraneo uel fisco. *Nou. i. §. si qs igitur nō implens.*

155. *Comm. de legat. & fidicōmiß. l. fin. §. Sin autem sub.*

REs, quæ subiacent restituтioni, prohibentur alienari uel obligari. Sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis, siue donationis propter nuptias obligationē: permittitur res prædictas in eam causam alienare uel obligare pro modo honestati personarum cōgruo. Ea enim, quæ cōmuniter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus. *Nou. 39. §. quamobrē.*

156. *De senat. cons. Trebelliano. l. iubemus.*

NIsi rogati restituere datum dotis causa, uel propter nuptias donationis, uel relictū sub cōditione nuptiarum, uel liberorum, monasterium uel alium locum uenerabilem ingrediantur: siue restitutio, siue substitutio fiat sub prædictis conditionibus, seu in redemptionem captiuorum, seu in egentium alimenta. *Nouel. 123. §. sed hoc præsenti.*

157. *Ibidem.*

COntra cum rogatus fuerit quis, ut sine liberis decedens, quod tunc ex hæreditate supererit, restituat, uel alijs huiusmodi fideicōmissi uerbis: grauatus quartam institutionis fideicommissario cogit̄ reseruare. Super hoc igitur cautionē, nisi à defuncto remissa sit, exponere. Quód si contingat eam deminui: aut ex substantia eius suppletur, aut ea deficiente, in rem actio & hypothecaria fideicōmissario uti permittitur aduersus rerum acceptores. Ex causa tamen dotis seu propter nuptias donationis, seu captiuorum redemptionis, uel si non habeat, unde faciat expensas, huius quartæ permittitur deminutio. *Nou. 108. §. nobis ergo recte.*

158. *Ad l. Falcidiam. l. in testamento.*

SEd cum testator hoc expresse uetuit, non ignarus quis modus sit sui patrimonij, cessat Falcidia. Et si hæres in hoc defuncto non pareat: defertur hæreditas personis supra enumeratis. *Noudl. i. §. hinc nobis & §. seq.*

Item si hæres quædam legata substantiæ suæ mensuram subtiliter agnoscens, præstat in solidum, neq; ex his repetitio, nec ex alijs permittitur retentio: nisi inopinatum quid emergat. his cessantibus locus est Falcidiæ, si fiat inuentarium secundum modum, tempusq; statutum in aditione. Hac quoq; adhibita obseruatione, ut in præsentia omnium ipsius ciuitatis, in qua fiat, legatariorum, aut pro eis agentium, si personæ ratio sit habēda, perficiatur: uel si quis absit ex ipsis, aut interesse noluerit, succedat præsentia trium testinm, uidelicet ipsius ciuitatis locupletum & bonæ opinionis, absq; præiudicio tamen ueritatis inquirendæ per seruorum quæstionem, & hæredis testium iusiurandum. Quo non obseruato, solida legata præstet, & si fines hæreditarios excedant. Nulla autem quæstionum talium, uel litium excedat annum. anno enim culpa hæredis transacto, cadit à relictis.

159. *Ibidem.*

SEd in ea re cessat Falcidia, quæ ita relicta est, ne alienetur, sed permaneat apud successores eius, cui relicta est. *Nou. 119. §. si quando*

160. *Ibidem.*

Nou.131. §.si qs aũt.

SImiliter Falcidia ceſſat in his,quæ ad pias cauſas relicta ſunt.

161. *De legitimis liber.& ex fil.l.fin.*

Nouel.118. §.i.

IN ſucceſſiõe mortui patriſſamilias,ſiue filij familias,liberi eius, ſi ſunt, oñibus alijs prælati, ſuccedunt. Primi quidem gradus æqualiter ſuccedunt nepotes,& ulteriores in ſtirpes,nõ diſtinguendo ſexum, uel iura poteſtatis,ſed ſola naturali cauſa inſpecta.

Nou.24.§. quoniã mater.

162. *Ad ſenat.conſult.Tertul.l.fin.*

ET cũ ſolis fratribus & cũ ſolis ſororibus,& cũ permiſtis uocant matres in uirilẽ portionẽ.

163 *Ibidem.*

Nouel.115. §. ſancimꝰ itaq;.& §. ſin aũthoc.

IN teſtamento quoq; non licet liberis parentes excludere,niſi iuſta cauſa inſeratur exhæredationis,quæ ſeptenario numero diſtribuitur noua conſtitutione.alioqui reſcinditur teſtamẽtum circa inſtitutiones.nam in cæteris perſeuerat.

164. *Ibidem.*

Nouel.118. §. cõſequẽs & §. ſeq.

DEfuncto ſine liberis parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt:ſalua gradus ſui prærogatiua. ſi pari gradu ſunt:pariter ſuccedunt,paternis quidẽ dimidia,maternis alia dimidia delata,licet ſit diſpar eorum numerus. ſed ſi cum parentibus fratres & ſorores utrinq; defuncto cõiuncti ſuperſint: uocantur cum aſcendentibus gradu proximis, ita ut uiriles portiones, fiant excluſa prorſus omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis,ubi nulla ſecundarum nuptiarũ fit mentio.

165. *De legitim.hæredib.l.conſanguinitatis.*

Nou.118.§. reliquũ.& Nouel.130. §.i.

CEſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis,& eius,quæ ſola ſit,aſcendentis, uocant primo fratres,fratriſq; præmortui filij in ſtirpes. Dico autẽ de fratre eiuſq; fratris filijs,qui ex utroq; parente contingunt eum,de cuius hæreditate nunc agitur. Quæ perſonæ ueniunt etiam ſine defunctæ nunc perſonæ parẽtibus,& cum proximis gradu aſcendentibus. Et quidem prædicti fratris filius,& ſi tertio gradu ſit, præfertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati erant In hac ſucceſſione omnis differentia ſexus & emancipationis ceſſat.

166. *Ibidem.*

Nou.118.§. is aũt non. & §.illud.

POſt fratres autem ex utroq; parẽte & eorum filios,admittuntur ex uno latere fratres ſororesũe,cumq; his & filij eorum, ſi qui iam deceſſerint ex eis.hi autem fratrum filij,cũ pares ſint defuncti fratribus:præferunt proculdubio eiuſdem defuncti patruis & alijs ſimilibus. Et in his ſucceſſionibus omnino ceſſat ſexus & adgnationis ratio.

167. *Ibidem.*

Nou.118.§. ſi uero neq;

POſt fratres fratrumq; filios uocantur,quicunq; gradu ſunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur,ſublata differentia maſculorũ & fœminarum.ſola nanq; cognatio ſpectatur in talibus.Fiat autem diuiſio in capita,& non in ſtirpes.

168. *Cõmunia de ſucceſſionib.l.fin.*

Nouel.84. §.i.

ITaq; mortuo patrefamilias, ſi filius decedat inteſtatus ſine liberis,relictis fratribus,& alijs cõſanguineis,& alijs uterinis, quibuſdam etiam ex utroq; parente cõiunctis:in eos ſolos tranſmittatur hæreditas,qui utroq; latere cõnexi ſunt.

169. *De bonis matern.& mat.l.i.*

Nou.24.§. ſi uero exſpectet. uer. interminatur.

NIſi tricẽnale tranſeat tempus,quo poſſeſſor dominus fit,& detentatio dominos accipientes faciat,uel conſtituat:tempore incipiente filijs currere,ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint:niſi tamen aliquem impuberem ætas adiuuet.

170. *De bonis,quæ liberis.l.cum oportet.§.exceptis.*

Nou.117. in princip.

EXcipitur,quod eis datur,uel relinquitur ab aliquo parentũ conditione hac adiecta,ne patri perueniat uſuſfructus.

171. *Ibidem.*

Nou.118.§. ſi uero cũ.

ITem hæreditas fratris ſororisue,ad quam unà cum patre admittetur,& forſan ſi aliũde quæratur lege prædicta.

172. *Ibidem.*

Nou.134. §. qa uero.

IDem eſt in his,quæ ex lege deferuntur liberis,parentibus præſumentibus ſoluere matrimonium ſine cauſis lege definitis.

LIB. VII.

173. *De latina libert.tollend.l.i.§.ſed & ſi quis.*

Nou.24.§. ſi uero ab initio.& §. adſcriptꝰ cio.

AD hoc qui ſuam ancillam credenti tradidit in matrimonium tanq; liberam,ſiue confecerit dotalia inſtrumenta,ſiue non,aut ſciens eam duci tacuit ex ſtudio:dominium eius amittit,eaq; ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de ſeruo. Si uero nec domini uolũtas,nec taciturnitas ſtudioſa interueniat,& quis credidit liberæ ſe iungi perſonæ, illa uero famula exiſtere

ſtere declaretur:ipſo iure matrimonium non tenet. Adſcripticio aũt alieno nubere liberam non licet,ignorante uel ſciente nec cõſentiente domino. imò datur licentia domino per ſe uel per præſidem abſtrahere adſcripticium ſuum,& plagis mediocribus eum caſtigare.

174. *Qui manumitt.non poſſunt.l.ſi minor.*

SEd hodie ex quo teſtari poſſunt,& libertates poſſunt relinquere,antiqua lege ceſſante. *Nou.119.§. et hæc quo q;.*

175. *De præſcript.longi tempor.l.1.*

MAlæ fidei poſſeſſore alienante ceſſat longi temporis præſcriptio,ſi uerus dominus ignorat ſuum ius & alienationem factam.Spectatur ergo triginta annorum deſenſio. Si uero is,q putabat eaſdẽ res ſibi cõpetere,hoc agnoſcẽs,intra decẽ annos inter p̃ſentes,& uiginti inter abſentes litem nõ fuerit cõteſtatus:poſſeſſor præſcriptione munitus, firmiter eas habebit. *Nou.119.§. rurſus.*

176 *Ibidem*

QVòd ſi quis quibuſdam annis præſens ſit,quibuſdam abſens: adijciuntur ei ſupra decennium tot anni,quot annis ex decennio fuerit abſens. *Nou.119.§. de præſcriptione.*

177. *Quomodo & quando iudex ſentent.l.conſentaneum.*

QVi ſemel actionem proponit, ſiue conuentione iudiciaria,ſeu precibus imperatori oblatis,iudiciq; inſinuatis,& per eum aduerſario cognitis: neceſſe habet uſq; ad finem litem exercere. Qui ſi cauſam perſequi differat:reo poſtulante,tribus edictis citetur per interualla triginta dierum,quia uox præconia paucis innoteſcit. Quæ citatio & per principem delegatis permittitur.quod & locum habet,& ſi lis cœpta non ſit. Quòd ſi uocatus litem detrectet: ei aliud anni ſpacium indulgetur,intra quod ſi ceſſat,iudex auditis allegationibus præſentis,& perquiſita uaritate,pronunciet. Sed nec intra annum ueniens auditur,niſi prius reo litis expenſas,quas ſuſtinuerit,inferat.His quoq; præſtitis,ſi interrupto dũtaxat anno,denuo litem deſerit,poſt edictorum trium & anni unius ſpacij obſeruationem ab omni cadat actione. *Nou.112.§. omnem.*

178. *De ſententijs ex breuiculo recitand.l.fin.*

NIſi breues ſint lites,& maxime uiliũ perſonarũ uel cauſarũ. tunc eñ ſine ſcriptis & ſine aliqua expẽſa cognoſcere præſidẽ oportet.Et niſi epiſcopus cognoſcat inter ſuos ſubditos. *Nou. 17.§. ſit tibi.& Nou.82. §.i.*

179. *De ſentent.et interlocut.l.cum Papinianus.*

ET cõſequenter ego ab aliquo cõuentus, ſi uiciſſim ipſum pulſare uelim : ſtatim quidẽ hoc non licet,niſi apud eundem iudicem.qui ſi diſpliceat:intra uiginti dies recuſari poteſt, aliumq; mereri,apud quem rurſus utrunq; negociũ uentiletur. Alioqui lite contra me mota prius uentilata & terminata,tunc demum & ego admittar. *Nou.96.§. fin.*

180. *De pœna iud.qui male iudic.l.i.*

NOuo iure qui dicit ſe dediſſe alicui uel promiſiſſe,& perſonam declarauerit,& hoc probauerit:ueniam meretur. Sed qui accepit,uel promiſſionem ſuſceperit, ſi cauſa pecuniaria ſit:dati triplum,promiſſi duplum à comite rerum priuatarum exigatur,dignitate ſeu cingulo amiſſo.Si uero criminalis cauſa fuit,confiſcatis omnibus bonis, in exſiliũ mittat̃. Sed ſi datum uel promiſſum probare litigator nequiuerit:perſona,quæ dicit̃ ſuſcepiſſe,iuret, quòd neq; per ſe,neq; per aliam perſonam acceperit,aut promiſſionem habuit,& ſic libera ſit. Sed litigator,qui oſtendere non potuit,in cauſa pecuniaria æſtimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur,lite ſuſtinente proprium euentum.In criminali bonis omnibus confiſcatis, cauſis apud competentem iudicem legitime terminandis. Sed ſi perſona à litigatore manifeſtata prædictum iuſiurandum refutauerit,memoratis ſubiaceat pœnis. Sed ſi quis litiganti um iurauerit ſe non dediſſe uel promiſiſſe, ſi intra decem menſes poſt ſentẽtiam memoratam oſtendat dediſſe uel promiſiſſe:memoratis pœnis dantes & accipientes ſubiacebunt. *Nou.124. §.ſi quis autem.*

181. *De relationib.l.i.*

NOuo iure cauſa perfecte examinata, ſententia terminetur, quæ exſecutioni legitime demandatur,niſi ab ea fuerit appellatum. *Nou.125. §.i.*

182. *De appellat.& cõſultat.l.eos qui de.§. ſi autem.*

HOdie autem cuilibet tribuitur ſpacium decẽ dierum à ſentẽtiæ reuocatione numerandũ. *Nouel.99. §.i.*

183. *De temporib.& reparat.appell.l.tempora.*

ET,qui appellat,impertitur annus,intra quem ſecundum ſe cõmuniterũe cum aduerſario litem exſequatur:aut ſi iuſta cauſa interceſſerit, alius annus indulgeatur. quo tranſacto, lite non completa,rata manet ſententia. Appellatore ceſſante,cum unus menſis ſupereſt ex biennio,licet uictori ingredi,ut reus quæratur. quo ſiue inuento, ſiue non, ſuas adferat allegationes,& uel confirmet̃,uel reſcindatur ſententia,omni caſu abſente expenſis cõdemnando ſecundum tẽpora fataliũ dierũ.Neutro uero occurrente,poſt ſecundũ fatalẽ permanet ſentẽtia rata. *Non. 50. §. ad hoc ſancimus.*

184. *Ibidem.*

Si tamen

Nou.93. §. secundo. SI tamen in medio cauſæ apud iudicem appellationis uel motæ, uel non motæ, aliqui eligun tur arbitri, & propterea biennium tranſeat, intra quod oporteat appellationem finiri, & per quamlibet occaſionem ad iudicem appellationis cauſa reuertatur: non lædatur ex curſu tem= poris, ſed exerceatur, & terminum legitimum ſuſcipiat, & ſi decies milies pluſq; biennij tempus tranſierit: niſi biennium ceſſerit, poſtq; arbitrium fuerit deſertum.

185. *Ibidem.*

Nou.93. §. ad hoc ſan cimus. SEd & lis, quæ ſperatur in conſiſtorium principis inferri, abſq; damno moræ maneat intacta, donec ipſe faciat eam introduci, & à proceribus ſecundum morem dirimi.

186. *Ibidem.*

Nou.119. §. hoc quo q;. SI appellatione ſecuta nouiſſima induciarum die, aut pars utraq;, aut ſolus, qui appellatione uſus eſt, occurrerit, & ſuam præſentiã manifeſtauerit iudici futuro appellationis examinan di negocium, uel eius cõſiliarijs, uel his, qui lites intromittũt, & iudex indefinitis diebus eũ ſuſci pere differat: nullum præiudicium partibus, aut uni earũ, ex hoc penitus uolumus fieri, ſed poſt hoc examinari appellationes huiuſmodi, & legitima ſententia terminari.

187. *De bonis. authorit. iudic. poſſid. l. cum proponas.*

Nou.53. §. ſi uero. ET qui iurat ſe uenturum ad iudicem, ſi ſe ſubtraxerit: iudex ipſe, ſi adminiſtrator ſit, uel is, qui iudicem dedit, iubet eum exhiberi. Si uero omnino abſit: examinet iudex, ubi ſit, inducijs datis, inter quas ſi non occurrat, ſecundum unam partem examinato negocio, mittet a ctorẽ in poſſeſſionẽ rerũ eius iuxta mẽſurã declarati debiti. Quòd ſi redeat, antecq; proſequat c auſam: reſarciat actori oĩne damnũ, p̃ſtabitq; fideiuſſorẽ de lite, pſequẽda, & res ſuas ſuſcipiet.

LIB. VIII.

188. *De pignorib. & hypothec. l. diſtractis.*

Nou.112. §. ad hoc aũt. HOc ita ſi debitor ei nõ ſatiſfaciat ex precio rei uenditæ. q̃d ut fiat, permittit̃ ei uindicare.

189. *Ibidem. l. perſecutione.*

Nou. 4. §. ſed neq; ad res. HOc ſi debitor poſſideat. alio uero poſſidente inhibetur hypothecaria, donec perſonaliter actum ſit cũ reo & interceſſore. Et ſi nec ex hypothecis debitoris ſatiſfiat: tunc demũ interceſſoris hypothecæ, ſi quæ ſunt, petantur. Quod ius & in hæredibus locum habet.

190. *Eo. tit. l. fin.*

Nou.53. §. quia uero. QVod obtinet, ſi ad hoc mutuauerit pecuniã, ut militia emeret̃. Alioqui filij aut uxor defũ cti oĩbus præponent̃. Sed ſi nullus prædictorũ fuerit: tũc alijs creditoribus hoc damus.

191. *Qui pot. in pign. habean. l. licet iiſdem.*

Nou.18. §. illud quoq; ITem poſſeſſor pignoris negans rem eius, cuius actor eam eſſe adſeuerat, ſi probata ea inten= tione nitatur rem tenere, dicens ex hypotheca uel alia cauſa in eandem perſonã delata ſe pro pinquiorẽ eſſe, quàm qui mouet cauſam: prius träſferat poſſeſſionẽ, quàm ius ſuũ eſſe ,pponat.

192. *Eo. tit. l. ſcripturas.*

Nou.73. §. ſi qs igitur & §. ſed et ſi quis. SI quis uult caute deponere, non ſoli credat accipientis ſcripturæ, ſed aduocet etiã teſtes ido= neos & fidedignos non pauciores tribus. Sed & ſi quis aut mutui inſtrumẽtum, aut alterius cuiuſpiã contractus fecerit, & noluerit hoc ſpecialiter in publico confiteri: nõ ex ipſo uideatur credibile, quod ſcribatur ſuper mutuo documentum, niſi etiam trium teſtium adhibeatur præ ſentia fide dignorum: ut ſiue ueniant, & ſubſcriptionibus proprijs atteſtẽtur, ſiue alij quidam te ſtificentur, quòd eis præſentibus cõfectum eſt documentum: fidem eandem ex utraq; cauſa per cipiat. Si tamen quiſq; aut deponens, aut mutuans, aut aliàs contrahens, contentus ſit ſola ſcriptura eius, cum quo contrahit: ſciat ſcripturam non ſufficere ad probationem.

193. *Eo. tit. l. fin.*

Nou. 97. §. his cõſe= quẽs. & §. ſeq. QVo iure utatur & aduerſus eos, qui perſonali priuilegio muniunt̃, ueluti quorũ pecunia res emptæ ſunt, ſiue refectæ: niſi qui noua conſtitutione ſunt excepti, ſicut qui emendæ militiæ cauſa marito in ſcriptis mutuarunt.

194. *Ibidem.*

Nou. 91. §. his igitur. SI quid ex rebus ipſius dotis appareat mulieri, cui & in rem actio competit, uel filijs eius ſerue tur. alioqui ſiue ſuperſint ambæ mulieres, ſiue defecerint, ſiue altera dũtaxat exſtet: prior o= mnino, ſeu quælibet ſoboles eius ſuperior habeatur. quod noua cõſtitutione factũ eſt apertius.

195. *De litigioſis. l. i.*

Nouel. 112. §. i. LItigioſa res eſt, de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorẽ & petitorẽ, iudiciaria cõ= uentione, uel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis.

Nou. 112. §. et hoc præ ſenti. 196. *Eo. tit. l. fin.*

NVnc ſi hæres in lite uictor exſtiterit, rem ipſam, cuius dominus eſſe apparet, legatario præſtet.

præstet. qui nihil consequitur, si uictus fuerit hæres, cum litis euentus ei uideatur relictus. Igitur liti adesse potest, ne colludatur.

197. De *duobus reis stipul. l. i.*

HOc ita, si pactum fuerit speciale, unumquenq; teneri in solidum. & si alter inops sit in solidum uel in partem, ut id saltem ab altero petatur, uel absens sit. Cum enim ambo adsunt per iudicem producuntur, negocium q; cõmuniter examinatur, & sententia cõmuniter infert. quod fiet per administratorem, si iudex sit delegatus. Sin autem non conuenit specialiter, ex æquo sustinebunt onus. Sed & si conuenerint, ut uterq; eorum sit obligatus: si ambo præsentes sint & idonei, simul cogendi sunt ad solutionem. Nou. 99. *in princip. & §. seq.*

198. De *fideiusor. & mandat. l. non recte.*

PRæsente tamen utroq;, non permittitur intercessorem conueniri prius, quàm reus inuentus est minus idoneus, siue in totum, siue in partem. Absente autem reo, præsens intercessor iure quidem conuenitur, ipso tamen desiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primo conueniendum, ipso in subsidium reseruando. Nam transacto tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus absq; distinctione contractus siue intercessionis. Nou. 4. §. *si qs igitur. et §. nõ solũ.*

199. De *solutionib. & liberat. l. eum, à quo.*

HOc nisi debitor in pecunia uel alia re mobili soluere nequeat. tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, solui potest, facta per iudicem subtili eius causæ æstimatione, ut rem prædictam & debitori soluere, & creditori liceat petere: præstanda creditori cautela de euictione, quæ creditori possibilis sit. quod est in omni actione. Nou. 4. §. *quod aũt.*

200. De *infantib. expositis. l. fin.*

ANtiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera & altera adscripticia natos adscripticiam sequi conditionem. quod per Iustinianum ad ius commune liberi uentris redactum est. Nouell. 54. §. i.

201. De *donationib. l. sancimus. §. i.*

ITem & à priuatis in principem, etiam cessantibus actis, fiat donatio. Nou. 52. §. *illud quoq;*

202. De *reuocand. donat. l. his solis.*

QVod mater filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, postq; transit ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis. Prima, si uitæ eius insidiatur. item si manus impias in eam intulerit. tertia, si totius substantiæ molitus est iacturam. Nou. 24. §. *mater.*

LIB. IX.

203. De *custodia reorum. l. quoniã unum.*

HOdie nouo iure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu priuata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut priuato debito pulsetur: per uirum suum, aut quem alium legitime respondeat. Quòd si noluerit uel respondere, uel persequi litem suam: legitime in rebus suis exsecutio procedat. Si uero tale sit crimen, ut necesse sit eam custodiri: si quidem fideiussorem dare potest, ipsi credatur. si uero iurauerit fideiussorem dare non posse: iuratoriam cautionẽ præstet de iudicij obseruatione. Sed si crimen grauissimum sit, de quo accusatur: in monasterium uel asceteriũ mittatur, uel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Iudices autem, qui hoc non seruãt, si maiores sunt, uiginti librarum auri pœnã: si minores, decem soluent. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo, dentur in exilium. Nou. 134. §. *necessarium.*

204. Ad *l. Iul. de adulte. l. crimen.*

SEd nouo iure potest. & si accusatio uera esse ostendatur: tunc repudium mittere debet, & inscriptis eam accusare debet. Si uero illatam adulterij accusationem maritus non probauerit: illis subijciatur supplicijs, quæ esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset. Nou. 117. §. *qa uero plurimas.*

205. Eo. *tit. l. si quondam.*

SI uero criminis commissi occasione latuerit, aut prouinciã illam reliquerit, in qua deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice uocari eum. & si nõ audiat: illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si uero cognoscatur, quòd in alia prouincia degat: iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua crimen commissum est, epistola publica uti ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens degit. Ille uero, qui publicas suscepit literas, periculo suo & officij sui compræhendet eum. & ad iudicem prouinciæ transmittet, in qua peccauit, supplicijs legitimis subijciendum. Si uero qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Sin autem iudex aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non compræhenderit, aut cõpræhendens non transmiserit: qui hoc fecisse conuincatur, spolietur Nou. 134. §. *si uero quis.*

cingulo,& exsilio tradatur.

206. *Eo.tit.l.quamuis.*

Nou.134. §.si uero quando. SEd hodie adultera uerberata in monasteriũ mittatur, quam intra biennium uiro recipere licet. Biennio transacto,uel uiro,priusq; reduceret eam,mortuo: adultera tonsa, monastico habitu susceptο,ibi dum uiuit,permaneat: duabus partibus propriæ substantiæ liberis (si habet)applicandis,tertia monasterio. Sed si liberos non habet: parentibus exstantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur, duæ monasterio. Quibus prædictis non exstantibus,omnis eius substantia monasterio quæretur. Pactis dotalium instrumentorum in omni casu uiro seruandis.

207. *Ibidem.*

Nou.117. §.his quoq; SI quis ei,quem suspectum habet de sua uxore,ter in scriptis denunciauerit sub præsentia triũ testium fide dignorum,& post inuenit eum conuenientem uxori suæ in domo sua,uel uxoris,uel adulteri,uel in popina,siue in prouincia, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat.

Si alibi inueniat:tribus testibus conuocatis,tradat eum iudici,qui nulla alia ratione quæsita,habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inueniantur post tres (ut dictum est)denũciationes:liceat marito utraq; personas defensori ecclesiæ tradere,aut alijs clericis,ut ad eorum periculum diuisim isti seruentur,donec iudex cognoscens hoc, mittat episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant subire tormentum,ut nuncietur per eum ad præsidem prouinciæ,qui secundum leges pœnam imponat legitimam.

208. *De sepulchro uiolato.l.fin.*

Nou.60. §. sancimꝰ ergo. & §.si uero. ITem qui domũ moribundi accedit,ipsum aliosue,qui eius sunt,molestans, aut in rebus eius non seruato legali officio signacula imponit:ab actione post mortem illius cadat,& alterum tantundem exigitur ab hæredibus iniuriati,publicanda tertia parte bonorũ,ipsoq; infamia notato. eisdem pœnis subiaceat, qui eo moriente circa funus peccat,cũ prohibeat exequias.

209. *Ibidem.*

Nou.115.§. meminimꝰ. SEd neq; ante nouem dies ab obitu numerandos ulla prorsus fiat molestia aduersus quemlibet ex persona defuncti.si qua enim cautio,si quid simile fiat:inutile erit,ex hoc nullo præiudicio creditori generando.

210. *De bonis proscript.seu damnat.l.fin.*

Nou.134. §.fin. BOna damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucrum iudicibus,aut eorum officijs, neq; secundum ueteres leges fisco applicantur:sed uel ascendentibus & descendentibus,& ex latere usq; ad tertium gradum,si supersint. Vxores uero eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant.Si uero sine dote sint:de substantia mariti accipiant partem legibus definitam,siue filios habeant,siue non. Sed si neminẽ prædictorum habent,qui deliquerunt:eorũ bona fisco sociantur. In maiestatis uero crimine condẽnatis ueteres leges seruari iubemus.

CONSTITVTIONES ET

EXCERPTA CONSTITVTIONVM, FRIDERICHI IMPERAtoris,prout postea Codici D. Iustiniani suis locis inserta sunt.

I. *De sacros.eccl.l.priuilegia.*

CAssa & irrita esse denunciari per totã Italiã præcepimus oñia statuta & cõsuetudines cõtra libertates ecclesiæ earũq; psonas inductas aduersus canonicas uel imperiales sanctiones.& ea de capitularibus penitus aboleri mandat noua cõstitutio,& de cætero similia attentata ipso iure nulla esse decernit.si quid contra fiat, pœnæ, quæ statutæ sunt,imminebunt. Sed si per annum huiusmodi nouellæ constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores:bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

II. *De epis.& cler l.omnis à cler.*

ITem nulla cõmunitas uel persona publica,uel priuata collectas,uel exactiones,angarias, uel parangarias ecclesijs uel alijs pijs locis,aut ecclesiasticis personis imponant, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant. Quod si fecerint,& requisiti ab ecclesia uel imperio,emendare cõtẽpserint:triplũ refundãt, & nihilominus bona imperiali banno subiaceãt.quod absq; satisfactione debita nullatenus remittatur.

Eo.tit.

III. Eo.tit.l.si ecclesiæ.

ITem quæcunq; communitas uel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ fractam & uiolatã persteuerauerit:ipso iure imperiali banno subiaceat. à quo nullatenus extrahatur,nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

IIII. Eo.tit.l.omnes qui.

STatuimus,ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione uel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales & canonicas sanctiones. Quòd si actor fecerit:à suo iure cadat,iudicatum non teneat, & iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur. Sancimus etiam,ut si quis clericis uel ecclesiasticis personis iusticiam denegare præsumpserit:tertio requisitus iurisdictionem suam amittat.

V. De episcop.audient.l.iubemus.

STatuimus hoc edicto in perpetuum ualituro ,ut potestates,consules,siue rectores,quibuscũq; fungantur officijs,pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis uniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro uiribus suis exterminare studebunt:ita ut am modo,quandocũq; quis fuerit in potestatẽ seu perpetuam seu temporalẽ assumptus,hoc teneatur capitulũ firmare iuramento. Alioqui neq; pro potestatibus neq; pro cõsulibus,neq; p rectoribus habeant̃,eorum'q; sentẽtias ex tunc irritas iudicamus & inanes.

VI. De hæretic. & manich.l.manichæos.

SI dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia,terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate:post annũ à tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam,qui eam exterminatis hæreticis absq; ulla contradictione possideant,& in fidei puritate cõseruent,saluo iure domini principalis. dummodo super hoc nullum præstet obstaculum,nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lege obseruata cõtra eos,qui non habent domos principales.

VII. Ibidem.

CRedentes præterea,receptatores,defẽsores, & fautores hæreticorũ dãnamus. firmiter statuentes,ut si postq; quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contẽpserit intra annũ:ex tunc ipso iure sit infamis,nec ad publica officia,seu cõsilia,uel ad eligendũ aliquos adhibeatur,neq; ad testimonium admittatur.sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem,nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunq; negocio,sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex exstiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem,nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si uero fuerit aduocatus:eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio:instrumẽta confecta per ipsum nullius penitus momenti censeantur.

VIII. Ibidem.

GAzaros,Patarenos,Leonistas,Sphæronistas,Arnoldistas,circuncisos,& omẽs hæreticos utriusq; sexus quocunq; nomine censeantur,perpetua damnamus infamia,diffidamus,atq; bannimus:censentes,ut omnia bona talium confiscentur,nec ad eos ulterius reuertantur,ita quòd filij eorum ad successionem per uenire nõ possint,cum longe grauius sit æternam, quàm temporalẽ offendere maiestatẽ. Qui autẽ inuenti fuerint sola suspicione notabiles,nisi ad mandatum ecclesiæ iuxta consideratione suspicionis,qualitatem'q; personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint:tanq; infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd si sic per annum permanserint,ex tunc omnes tanq; hæreticos condemnamus.

IX. Si aduers.uenditionẽ.l.i.

SAcramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inuiolabiliter custodiãtur. Per uim autem uel per iustum metum extorta etiam à maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum cõmissorum faciant,nullius esse momẽti iubemus.

X. Ne filius pro patre.l.fin.

HAbita quidem super hoc diligenti inquisitione episcoporum, abbatum, ducum, omniũ iudicum, & aliorum procerum sacri nostri palatij examinatione,omnibus,qui causa studiorum peregrinantur,scholaribus,& maxime diuinarum atq; sacrarum legum professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca,in quibus literarum exercentur studia tam ipsi,quàm eorum nuncij ueniant,& cum eis secure habitent. Dignum nanq; existimamus, ut cum omnes bona faciẽtes nostram laudem & protectionem mereantur,quorum scientia totus illuminatur mundus ad obediendum deo,& nobis eius ministris,ita subiectorum informatur,quadam speciali dilectione ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum nõ misereatur, qui amore scientiæ exules facti ,de diuitibus pauperes,semetipsos exinaniunt, uitam suam multis pericu

tis periculis exponunt, & à uiliſſimis ſæpe hominibus (quod grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt. Hac igitur generali & in perpetuum ualitura lege decernimus, ut nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam ſcholaribus iniuriam inferre præſumat nec ob alterius eiuſdem prouinciæ delictum aut debitum (quod aliquando ex peruerſa conſuetudine factum audiuimus) aliquod damnum eis inferat. Sciturisque huiuſmodi conſtitutionis temeratoribus, & etiam ipſis locorum rectoribus, qui hoc uindicare neglexerint, reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum, notaq; infamiæ ipſo iure eis irrogata, dignitate ſua careant in perpetuum. Veruntamẽ ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negocio mouere uoluerit: huiuſmodi rei optione data ſcholaribus eos coram domino, uel magiſtro ſuo, uel ipſius ciuitatis epiſcopo, quibus hanc iuriſdictionem dedimus, conueniant. Qui uero ad alium iudicem eos trahere tentauerint: etiamſi cauſa iuſtiſſima fuerit, pro tali conamine cadant. Hanc autem legem inter imperiales conſtitutiones ſcilicet ſub titulo, ne filius p patre, inſeri iuſſimus. DAT. apud Roncalias. anno domini M. C. LVIII. menſe Nouembr.

LIB. VI.

XI. *De furtis & ſeruo corrupt. l. in eum, qui.*

NAuigia quocunq; locorum peruenerint, ſi quo caſu contingente rupta fuerint, uel alias ad terram peruenerint: tam ipſa nauigia, quàm nauigãtium bona ipſis integra reſeruentur, ad quos ſpectabãt, anteq; nauigia huiuſmodi periculum incurriſſent: ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exercẽt prauitatem, ſiue nobis, ſiue Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores autem huius noſtræ conſtitutionis bonorum publicatione multentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis omnibus compeſcatur.

XII. *Cõmunia de ſucceſſionib. l. nutritoribus.*

OMnes peregrini & aduenæ libere hoſpitentur, ubi uoluerint. Et hoſpitati ſi teſtari uoluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio incõcuſſa ſeruetur. Si uero inteſtati deceſſerint: ad hoſpitem nihil perueniet, ſed bona ipſorum per manus epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, hæredibus tradantur, uel in pias cauſas erogentur. Hoſpes uero, ſi aliquid ex talium bonis contra hanc conſtitutionem noſtram habuit: epiſcopo triplum reſtituat, quibus uiſum ei fuerit, adſignandum: non obſtante ſtatuto aliquo, uel conſuetudine, uel priuilegio, quæ hactẽnus contrariũ inducebant. Si qui autem contra hanc noſtram conſtitutionẽ uenire præſumpſerint: eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

LIB. VIII.

XIII. *Quæ res pignor. oblig. l. pignorũ.*

AGricultores circa rem ruſticam occupati, dum uillis inſident, dũ agros colunt, ſecuri ſint in quacunq; parte terrarum: ita, ut nullus inueniatur tam audax, ut perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, in uadere aut capere, aut uiolenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario uiolare præſumpſerit: in quadruplum ablata reſtituat, infamiæ notam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.

INDEX AVTHENTICARVM (VT VOCANT) ET FRIderichi conſtitutionum ſecundum ordinem literarum.

A.

Ad eos ſolos. 112.
Ad hæc & ſi debitum. 118.
Ad hæc ex his literis. 84.
Ad hæc qui fructus. 89.
Ad hæc ſi adminiſtrator. 59
Ad hoc qui ſuã ancillam. 93.
Adſcripticios in. 37.
Aequaliter omnimodo. 116.
Agricultores. XIII.
Antiqua lex. 200.
Apud eloquentiſs. 82.
At qui ſemel produx. 78.
At ſi contractus. 83.

B

Bona damnatorum. 210.

C

Caſſa & irrita. 1.
Cauſa, quæ fit. 32.
Ceſſante ſucceſſione. 165.
Clericus quoq;. 33.
Contrà cum rogatus. 157.
Contrà qui propriam. 87.
Credentes præterea. VII.
Cui relictum quid fuerit. 153.

D.

Decernit ius nouum. 55.

Defuncto

Defuncto ſine. 164
Diaconiſſam. 20
Donationē quoq;. 114
Dos data. 94
E
E cōtra ſi filiſfam. 120
Ei,qui appellat. 183
Eiſdem pœnis. 102
Eò decurſum eſt. 95
Epiſcopo nullam. 25
Epiſcopalis ordo. 39
Et conſequenter. 179
Et cū ſolis. 162
Et non obſeruato. 150
Et qui iurat. 187
Ex cauſa. 152
Excipitur. 170
Ex complexu. 101
Ex teſtamēto quidē. 105
Ex teſtamēto & ab. 145
G
Gazaros. VIII.
Generaliter. 29
H
Habita quidem X.
Hæc uſus præſtatio. 14
Hanc aūt querelā. 88
Hæres lucro. 107
Hoc amplius. 154
Hoc inter liberos. 149
Hoc ita,ſi pactum. 197
Hoc ius porrectum. 3
Hoc locum habet. 113
Hoc ita ſi debitor. 198
Hoc ſi debitor. 199
Hoc ſacramentū. 56
Hoc ſi debitor. 183
Hodie aūt cuilibet. 182
Hodie iurant. 61
Hodie nouo iure. 203
Hodie quantiſcūq; 121
I
Idē de Neſtorianis. 47
Idem eſt in his. 172
Imò à debito. 73
Inceſtas nuptias. 100
In donatione. 103
Ingreſſi. 1
In iſto iuramento. 57
In ſucceſſione. 161
Interdicimus. 23
In teſtamento. 163
Itaq; mortuo. 168
Item & à priuatis. 201
Item hæreditas. 171
Item nulla. II.
Item poſſeſſor. 191
Item prædium. 12
Item priuilegium. 46
Item quæcunq;. III.
Item qui domum. 208
Item ſibi inuicem. 11
Item ſine legitimis. 133
Iubemus. 60
L
Libellum uero. 65
Liberi furioſi. 45
Licentiam habeat. 35
Licet patri. 128
Licet teſtator. 30
Litigioſa. 195
Lucrū hoc æqual. 104
M
Malæ fidei poſſeſ. 175
Matri & auiæ. 137
Maximis decorati. 99
Minoris debitor. 136
Multo magis ꝓhibeī. 5
Multo magis ergo. 24
N
Nauigia. XI.
Niſi breues ſint. 178
Niſi rogati. 156
Niſi tricennale. 169
Non licet. 151
Noua alia conſtō. 131
Nouiſſima lege. 68
Nouiſſime cautū. 140
Nouo iure cauſa. 181
Nouo iure qui. 180
Nullus epiſcopus. 27
Nunc autē cū. 26
Nunc aūt niſi. 111
Nunc inhibetur. 96
Nunc ſi hæres. 196
Nunc ſoli liberi. 127
O
Offeratur ei. 64
Omnes peregrini. XII.
P
Pater donationē. 95
Permiſſa eſt. 93
Perpetua quoq;. 9
Poſt fratres aūt. 166
Poſt fratres fatrū. 167
Poſt iuſiurandū. 62
Presbyteri ſeu. 18
Presbyteros & diac. 36
Presbyteros,diaco. 42
Presbyterū. 19
Præſente tamen. 198
Præſides gentiū. 44
Præterea q legit. 132
Præterea ſi habeat. 15
Præterea ſi matr. 144
Principales. 58
Q
Quæ ſupplicatio. 48
Quæ tertiæ. 147
Qua in prouincia. 67
Quas actiones. 16
Quibuſcūq; modis. 6
Qui res huiuſmōi. 13
Qui rem iam. 7
Qui ſemel actionē. 177
Quod eis permittiī. 98
Quod fieri nō deb. 66
Quod hodie nō. 123
Quod ius locū. 129
Quod locū habet. 118
Quod locū hab. ſiu. 146
Quod mater filio. 202
Quod nūc generali. 141
Quod obtinet oīm. 77
Quod obtinet,ſi. 190
Quod pro hac. 31
Quod ſine ſubſcri. 148
Quod ſi qs gbuſd. 176
Quo iure utatur. 193
R
Res quæ ſubiacent. 155
Rogati,ut. 80
S
Sacramenta. IX.
Sacramentū quidē. 138
Sed cū teſtator. 158
Sed epiſcopalis. 34
Sed & lis,quæ. 185
Sed & periculū. 91
Sed & permutare. 10
Sed & ſi qs ab aliq. 81
Sed & ſi qs ex eis. 106
Sed hodie adultera. 206
Sed hodie ex quo. 174
Sed hodie nemo. 119
Sed hodie non. 124
Sed hod.no.iu.ꝓ fiſ. 149
Sed hod.no.iu.pri 9. 74
Sed hodie nullē. 28
Sed hodie quia. 143
Sed iam cautū eſt. 90
Sed iam neceſſe eſt. 92
Sed in ea re. 159
Sed neq; ante. 209
Sed neq; curialem. 17
Sed noua cōſtitut. 130
Sed no.iu.huiuſm. 126
Sed no.iure nulla. 97
Sed no.iure poteſt. 204
Sed no.iure ꝓ tali. 21
Sed no.iure quinq;. 72
Sed no.iu.ſi crimis. 142
Sed nouo iure uir. 122
Sed oīno q aliū. 75
Sed quæ nihil. 117
Sed quamuis dos. 115
Sed ſi aurū fuerit. 110
Sed ſi poſt uig.qnq;. 70
Si appellatione. 186
Si captiui. 41
Sicut alienatio. 4
Sicut hæreditas. 135
Si dñs temporalis. VI.
Similiter Falcidia. 160
Si minor ui.quinq;. 54
Si modo ſubijciaī. 71
Si oīes creditores. 53
Si pater cauſam. 125
Si qua mulier uel. 2
Si q̄ mulier crediti. 86
Si quādo qs ꝓ ſe. 78
Si quas ruinas. 8
Si quid ex rebus 194
Si quis ei. 207
Si quis in aliquo. 51
Si quis liberos. 134
Si quis litigantiū. 43
Si qs ſacerdotio. 22
Si quis uult caute. 192
Si ſeruus ſciente. 38
Si tamē abſtineat. 109
Si tamē in medio. 184
Si teſtis productus. 79
Siue à me. 85
Si uero anteq;. 50
Si uero contigerit. 63
Si uero criminis. 205
Statuimus,ut. IIII.
Statuimus hoc V.
V
Verū & ſi legitimo. 40
Vnde & ſi parens. 69
Vxore mortua. 108

FINIS.

LITERARVM NOTAE,

QVAE PER XII. LIBROS CODICIS VEL IN CONstitutionum inscriptionibus, uel temporum denotationibus hinc uisuntur, ne cui forte caliginem obijciant, ad hunc modũ legi debent.

A.	Augustus.
AA.	Augusti.
A.&C.	Augustus & Cæsar.
AA. & CC.	Augusti & Cæsares.
Accept.	Accepta.
C.	Cæsar. uel Clarissimus.
CC.	Cæsares uel Clarissimi.
CC. COSS.	Clarissimis consulibus.
Cæs.	Cæsar.
Cæss.	Cæsaribus.
Ciuitat.	Ciuitatis.
Cl. Cæs.	Clarissimus Cæsar.
Com.	Comes.
Com. R. P. uel rer. priu.	Comes rerũ priuatarum.
Com. S. L. uel Sacr. larg.	Comes sacrarũ largitionũ.
COS.	Consule.
COSS. uel conss.	Consulibus.
Cons.	Consularis.
Const. uel C.P. uel Cõst. p. uel Constantinop.	Constantinopoli.
Correct.	Correctori.
D.	Data. uel Dicta.
Dat.	Data.
D. S.	Data subscripta.
D. PP.	Data proposita.
DN.	Domino. uel dño nostro.
Dix.	Dixerunt.
Emiss.	Emissa.
Fl.	Flauius.
G.	Gesta.
Gen. PP.	Gennadio præfecto prætorio.
Id.	Idus. uel Idibus.
Imp.	Imperator.
Impp.	Imperatores.
In for. Tr.	In foro Traiani.
IV.	Quarto.
Kal.	Kalendas.
L. Iul.	Legem Iuliam.
Lect.	Lecta. s. apud acta.
Mag.	Magistro.
Magist. mil.	Magistro militum.
Mag. off.	Magistro officiorũ.
N.	Nobilissimo.
N. Cæs.	Nobilis. Cæsare.
NN. Cæss.	Nobilissimis Cæsaribus.
Non.	Nonas uel Nonis.
N. P. uel Nob. P.	Nobili uel Nobilissimo puero.
Off.	Officiorum.
Quæst.	Quæstori.
R. P.	Rerum priuatarum.
R. P. orient.	Rerũ priuatarũ orientis.
P. uel Pr.	Præsidi.
Præs. prou.	Præsidi prouinciæ.
PP.	Proposita. uel Patri patriæ. præfecto prætorio.
PF.	Præfecto.
PP. G.	Proposita gesta.
P. V.	Præfecto urbi, uel uigilum.
P. Vig.	Præfecto uigilum.
P. V. R.	Præfecto urbis Romæ.
P. uel PF. Aug.	Præfecto Augustali.
PP. emiss.	Proposita emissa.
P. P. Gall.	Præfecto prætoriorũ Gallianorũ.
Pet.	Petita.
Pleb.	Plebis.
Præf. ann.	Præfecto annonæ.
Præt.	Prætoribus.
Pr. uel Prid.	Pridie.
Prop. uel PROPST. uel Propos.	Proposita.
Procons.	Proconsuli.
Procons.	Proconsules.
Publ. iudic.	Publicis iudicijs.
S.	Salutem. uel Scripta. uel Subscripta. uel Suppositа.
S.D.	Salutem dicit. uel dicunt. uel Subscripta data.
Subscr.	Subscripta.
S. L.	Sacrarum largitionum. uel sacrarum literarum.
Sacr. liter.	Sacrarum literarum.
S. P.	Subscripta petita.
SP.	Suppositа.
S. PP.	Subscripta proposita.
Supp. uel Suppos. uel Suppositа.	Suppositа.
S. petit.	Subscripta petita.
Tit.	Titulo.
Trib. pl.	Tribunis plebis.
V.	Viro.
V.C.	Viro clarissimo.
VV. CC.	Viris clarissimis.
Vic. uel Vicar.	Vicario.

CANDIDIS LECTORIB. S.

QVoniam poſt impreſſos duodecim Codicis libros denuo ex ultima exemplarium collatione (ut fieri plerunq; ſolet) uariantes alicubi lectiones deprehendimus, quarũ uel utraq; tolerabilis, uel altera melior, aut certe diuerſa exiſteret, ſimul & additũ aliquid & inuerſum notauimus, neq; nõ in recognoſcendo opere locis aliquot in paucula quædã errata culpa eorũ, qui excuſſorios typos componunt, admiſſa incidimus: ne quid earũ rerum uos, opt. lectores, lateret, néue (quantũ in nobis eſt) diligẽtiæ aliquid prætermiſiſſe uideremur: de illis hoc loco uos admonere, & breuiter enotata ſubijcere, non utile tantũ, ſed propè neceſſarium fore exiſtimauimus. Sunt ſanè, qui ſuæ imbecillitatis humanæq; ſortis immemores, & neſcio quid diuinitatis ſomnianteis, dum omnia ſcire, omnia cognouiſſe uideri uolunt, perpetua ſe nota infamiæ aduri, & piaculare facinus admitti putant, ſi quando uſus ferat, ut quod imprudentia forte uel caſu peccatum eſt, cõperta rei ueritate, emendari & in melius reformari debeat. Quid autem in omnibus mortaliũ rebus ex omni parte abſolutũ & perfectum, quodq; per ſingula temporum momenta mutationem nõ recipiat, emendationẽ nõ mereatur? Sed nos ex illorũ numero non ſumus. Quale enim illud eſt, quod Iulianus apud Pomponium dixiſſe fertur, κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ ὁρῷ ἔχω, πεσομαθεῖν ἃ βουλοίμην, quodq; Iuſtinianus Imp. in cõſtitutionibus ſuis iterum atq; iterum profitetur, malle ſe perperam initio conſtituta ſua ſponte ad rectitudinem deducere, quàm exſpectare, dum ab alijs de meliore ſententia admoneretur: niſi nullũ mortalibus tempus ad meliora perſcrutanda perdiſcendaq; ſerum eſſe, neq; ullius exiſtimationẽ ex errato agnito & emendato ſuggillari oblædiq;? Deinde peruulgatũ eſt hoc, quod uetus poëta dicebat, τοῖς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ δίδοασιν ἄμεινον. Atq; utinã Deus Opt. Max. faceret, ut quẽadmodũ illius beneficio nõ peſſimos codices nactus, hanc operam in ius ciuile repoſui, ita mihi aliquando contingat, ſi in codices planè integros incidã, uniuerſum hoc profeſſionis & facultatis genus ſarctũ uobis & tectum exhibere. Daturus eſſem profecto operã, ut labore, ſtudio, uigilijsq; noſtris omnes hi libri prorſus ad unguem facti, & quodammodo renati uiderentur. Nunc ſi quid minus fiat: æquum eſt, pro benignitate ueſtra ignoſcere, & uoluntatem potius noſtram & propenſum erga uos ſtudium æſtimare, quàm perficiẽdi hoc tempore difficultatem in contrarium rapere, & ad calumniam uocare, quæ cum omnes omnino mortales maxime dedecet, tum uero iuſtitiæ alumnos & (ut ille appellat) ſacerdotes penitus dehoneſtat. Sunt autem, quæ diximus, ferme huiusmodi.

In titulo operis nonnulli codices adijcium poſt uerbũ principis, *hæc* ex omni uetere iure enucleati. *ſed crediderim ex inſcriptione* Pandectarũ *huc adpoſitũ.* Quod ad epiſtolã INTER CLARAS *attinet, in recentioribus aliquot manu ſcriptis codicibus hæc uerba in margine adſcripta notaui.* Hæc epiſtola *in aliquibus non habetur, & propterea non gloſſatur.* Azo. Quæ *uerba quid ſibi uelint, & an aliquid authoritatis obtinere debeant, alij dijudicent. mihi certe quid de ea ſentiam, hoc loco pronunciare nõ libet.* Columna. 3. *uerſu.* 31. *libentius legerem. decreuit, & confirmamus.* Col. 4. *uer* 55. Imp. Theod. A. Iſidoro P. P. Illyrici. Col. 5. *uer.* 30. *quæ contra can.* 40. *monachio.* 52. *iure facto.* Col. 6. *uer.* 13. *alijs quibuſcunq;.* C. 8. *u.* 16. *rectius haud dubie leg. orphanotrophis, xenodochis, ptochotrophis, aſcetrijs.* C. 9. *u.* 9. *al's. qui eorum.* 11. *ſub nomine.* 14. *al's. ſi occultæ inueniantur in crimine.* 34. *uniuſcuiuſq;.* 44. *al's.* Hadriano P. P. C. 10. *u* 28. *al's. nihil fieri criminis exiſtimare. rurſ. illas etiam non relinqui, charitatis. melius utriunq;.* 30. *ſua.* 34. *dedita.* 39. *monachi, cuiuſcunq;.* C. 11. *u* 20. *uel ipſi proc* 31. *commonitione. rurſ. uoluerint.* 40. *quæ uel ad.* 42. *ſanctorũ martyrũ.* 49. *maluerit & elegerit.* C. 12. *u.* 12. *pio relictas arbitrio.* 15. *aliàs. tam piæ. item. ut religioſiſſ. antiſtites gratis & ſ. u. diſp. præd. g. conficiant.* 18. *nationis, & de.* 35. *quid deniq;.* 37. *itaq;.* 38. *nec prec.* 42. *ad inſtar.* 53. *earũ uel.* C. 13. *u.* 7 *cuiuſcunq; gradus ſint, monachi.* 9. *pertrah.* 12. *in quibus locis.* 38. *al's. eos cõmonuerit.* 44. *clericos ullos.* 53. *impudens.* C. 14 *u.* 4. Idem AA. Eutr. 27. *ad inſtar.* 28. *adipiſc. rurſ. perpetuò notari.* 32. *ſunt, euidens conſ.* 41. *adſtricti.* 43. *ante* §. *omnes. inſere ſeq.* Seruos ſanè ſociari clericorum conſortijs, uolentibus atq; conſentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cum liceat eorum dominis, data prius ſeruis libertate, licitum eis ad ſuſcipiendos honores clericorũ iter (ſi hoc uoluerint) aperire. Omnes &c. 51. *aliã quamlibet.* 56. *præmonẽdos.* Col. 15. *u.* 17. *indiſtincte.* 28. *adſignari ſancimus. rurſ. uiro reuerẽdiſſ.* 32. *mendicantibus. egentibus.* C. 16. *uer.* 18. *al's. excælſi* 30. *monaſterio uel aſcæterio.* 35. *uoluiſſet.* C. 17. *u.* 4. *clero.* 45. *cogatur exp.* C. 18. *u.* 2. *ſemper exſp.* 33. *deferri.* 34. *iudicũ.* C. 19. *u.* 8. *ipſum ſolum. rurſ. uel quenunq; alt.* 35. *ſub geſtorũ.*

C.20.u.36.desideret.37.licentia sit.49.Imppp. Cõstantin. Constantius & Constans ad Gracilianũ P.V. C.21.u.1.al's. quod non.29.al's.Apoll. Nouatiani,siue. C.23.u.22.omni modo ab ijs deseri. 46.al's.perscrib. C.24.u.18. Septembr. post cõsulat.Lamp.& Oreſt.VV.CC.anno secundo. Ann.u.444.Constantius.49.uel ad sacr.52.al's.Merobaude.II.et Saturnino.rectius.55.testamenti. C.25.u.20.testamentisq;.32.melius al's.Valent.A.VIII. & Anthemio.37.numinis. 52.Constantino A.VIII.& Constantino. Cæs.VI. C.26.inuersæ ll.nemo exterus. & Iudæi. & utraq; est Arcad. & Hon.AA. tantum sine Theodos. A.26.Iidem AA.& Theodos.A.31.al's. adsimulatã. C.27.u.34.Const.A.VIII. et Const.Cæs.VI.45.Imp.Theod.A.Cyn.55.Iidem AA. & Theodos.A. C.29.u.40. prouidentia.46.decreuimus. C. 30.u.7.& æquitati conuenientia dilig.37.al's.per consultationẽ.46.Iidem AA.47. æquabiliter. C.31.u.1.Valent. A.5. alijs indicamus.38.al's.ubiq;.43.al's. Aëtio & Studio.rectius.54.al's.uim obtinere,aperte dil. C.32.u.7.procedit.8. al's. nisi is,cui soli legislat.10.al's.quia & eis hoc.26.Grat. Valent.& Theod.28. quisquã.54.nobis difficill. C.33.u.26.al's legis uicem. C.34.u.29.al's.consonantiam:ut. C.36.u.43.æuo in usu uert. C.39.u.49.add.& Arcad.A.55.tantum asi bus,in quib. C.40.u.3.licet,uel non.7.al's.cæde.38.Constant.A.VII.& Constantino Cæs. IIII.50.AA. V. C.41.u. 3.licet imperatori supplic.39.& si nimia ment.45.modis omnibus. C.43.u.25.oneribus grauati ad pr.51.al's. quæ ca pta Rom.54.al's.omnipotentis dei. C.44.u.21.iuuante per nos lumẽ.48.disponimus. C.45.u.8.& fines antea.39.te neant.53.contra inimicos iud. C.46.u.12.non posse bene.38.quæ ibi ag.34.septem. Item uiro clariſſ.duci Byza cenæ & hominibus eius similiter.34.similiter.Item uiro clariſſ. duci Mauritaniæ prouinciæ & ho minibus eius similiter. C.47.u.3.al's & melius.Imppp.Valens Grat.& Valentin.24.Hon. & Theod.37. al's. protinus.rursi.indicantes.47.magnitudinem.add.quæ nobis ex ante gestis optime cõmendata est, idoneã ad talem fore dignitatem confidentes.48.legend.ex Nouel.31.in hunc modum. gentes Anzetenam uidelicet,Astheaënam,Balabethenam,Ophenam,& Zophenam,& primam &c. C.48.u.48. aliàs. Imp. Iustinianus.A.Tatian.& magis acedit ad fidẽ historiæ.50.aliàs.melius.præceptionibus. C.49.u.34. Honor.& Theod.48.urgebatur. C.51.u.16.aliàs.dignitatem.item aliàs.melius.ex uenturæ deleg.37.aliàs.illicitéue. Post l.nulli iudicũ.in nonnullis cod.adijcitur alia l.in hunc modum,quæ in uetustioribus non legitur,tametsi titulus tale quid præ se fe rat.Idem.A.Nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur. C.52.u. 24.al's.in.deest.23.al's non male. excipiant. C.53.u.37.gubernauerant. 46.al's.uiusq;cunq; artis astutia cuiusq;cunq; oc casionis excogitata calliditas. C.54.u.16.al's.add.uel præsidis.41.Tyberiano & Dione.rectius al's. C.55.u.20.al's.faci litas.45.Datum ad græcam constitutionem Zenonis A.pertinet,quæ deesse notatur. C.57.u.26.al's.exeratur.39.quidam contra fidem exemplarium legendum magis œnsent,uel minusculis uel minutulis. C.58.u.1.superexigendi.12.quiq; & districtus.defensores adsint.21.aliàs sic.Defensores ciuitatum ita iudicamus ord.37.aliàs exeratur. C.59.u.20. Seu. & Ant.AA.24.Iidem.AA.25.demostrat.40.iudicem præbendam,aliquid. C.60.u.16.Seuer.& Ant. C.61.u.34. Impp. Dioclet.& Maximi.AA.39.& 43.Iidem AA.46.Dioclet.III. C.62.u.27.aliàs.Pacto succesſorum debitoris ex L. XII.tab.æs alienum hæreditarium pro portionibus quæsitis singulis ipso iure diuisum.30.cõmunibus exhibend.48. iudices nostri hoc in. C.66.in quibusdam inuersæ sunt ll.eum donationis.& si pro fundo.30.res ipsas apud.38.conue niuntur.48.aliàs.recedere. C.67.u.2.aliàs.nomine,eo auth.6.aliàs.inferentes,salutem. C.68.u.54. permittatur. itẽ aliàs deest.eis. C.69.u.37.urbic.perfecturæ,siue.46.creabatur. Col.71.u.19.rectius aliàs.tam aduoc.ampl. præfori anæ per orientem,quàm magnificæ urbicariæ præfect.24.post patroni.add.fungi officio. C.72.u.20.aliàs.add.& so cru,necnõ.36.litigare.56.pedites. Col.74.u.36.leg.Dioclet.V.& Maxim.IIII.40.aliàs.aliqui irrogatur.42.Seu.& Anto.45.Iidem AA. C.75.u.7.aliàs.publicũ dati. C.76.u.1.dele.CARVS.19.aliàs.add.an ei negoc.30.aliàs.se cuturus.55.aliàs.gerere. C.77.u.39.aliàs.tuum esse.40.leg.desiderantis.46.aliàs.ultra.47.itaq;. C.78.u.3.aliàs.irru ant,& conuent.9.persequendi.10.aliàs.etiam inuitis.11.Cæs.V.utrisq;.20.Antonio & Syagrio.aliàs.Eucherio.23.ali às.urbicariæ.25.quod ab eo.27.iudicijs.aliàs iudicij sese iurgijs ingess. rursi. eius.56.aliàs.Honor.XIII.& Theodos. X.neq; in cõstitutionis inscriptione adijcitur nomẽ Arcadij A. C.79.u.14.aliàs.nõ male.inferendũ.26.aliàs.deputand. 36.aliàs.aliquid,contra fas,contraq;.42.aliàs.imprimere rebus,quas alius detinet.53.leg.procurationẽ. C.80.u.21.Seu. & Ant.31.feciſſe te alleg.56.Imp.Anton.Heliogab.A. C.81.u.6.aliàs.negociũ.utiliter.8.aliàs.Alexand.A.COS.& solo.30.aliàs.sumptũ.52.leuẽ. C.82.u.35.utpote. C.83.u.21.aliàs.mediocri.47.aliàs.de dolo tibi. 55.es immodiæ,lib. C.84.u.3.aliàs.AA.& COSS.10.ex eo die. C.85.u.11.aliàs.postulare potest.sublata.s.negatione.26.si dolo.46.CC. Isidoro. C.86.u.45.Imppp.Constantin.Constantius & Constans AAA. C.91.u.28.sæpe rescriptum. C.92.u.48.su pra memorau.aliàs.enumerauimus. C.94.u.55.restitutionis. C.95.u.11.aliàs.defensor.44.& 47.dele.& CC. C.96.u. 43.instituere actionẽ.49.rebus iudicatis. C.97.u.18.aliàs.dies proximos.19.esse amplect.56.Constantius. C.99.u.1. rem dominũ habiturũ. Col.100.uer.14.scriptæ.aliàs.non male deest. Col.101.uer.34.iudicum. Col.104.u.56.Imppp. Valens Grat.& Valentin. Col.105.u.3.aliàs.Valente V.& Valentin.AA. Col.106.u.4.aliàs.causam.utrunq; recte. 48.Max.P.V. 53.Petr.Vic.Africæ. Col.107.uer.46.totius Christian.54.Tatiano.P.P. Col.108.u.4.aliàs.nec. Col. 109.u.35.perhibentur criminis. Col.113.u.25.oportere.54.Licinio.*.COSS. Col.114.u.8.sine aliqua.9.aliàs.prouin cialem.29.aliàs.uestram. C.116.u.56.Sirmij.Constantino A.V.& Licinio Cæs.COSS. Col.117.uer.1.prouinc.Da ciæ. Col.118.u.11.aliàs.Si quis in[illegible].test.31.item.49.Iuliano.P.P. Col.120.uer.34.post cõsulat.Lampadij & Oreſtis VV.CC.an.secundo. Col.121.u.51.M.Aelius. Col.122.u.50.Iuliano.53.alios tram. Col.124.u.24.PP.G. Col.127.u. 51.nec ipsum usumfr.56.uindicaret. C.133.u.8.aliàs.Gallus & Volusianus AA. C.133.u.32.item.AA.& CC. C.138.

uer.34.

uer.34.37.& 42.AA.& CC. Col.139.uer.20.aliàs.rerum. Col.141.uer.10.aliàs usuram.58.aliàs.si testimonio tr.te. pr.op.p.c.subscri.idem chir.uires capiat. Col.142.uer.6.aliàs.explicare.neq; ma le.14. alias. dum solo commonitorio suffr.item aliàs.de suffrag.30.Imp.Anton.A. Col.143.uer.37.post matrimoniũ.aliàs add.hæc uerba.nullam de dote actionẽ habet,& propterea peaniã,quam eo nomine acepisti.sed procaldubio subditicia sunt.nam neq; omnes ea cod. habent. Col.145.uer.49.qui nomẽ emerit. Col.146.uer.6.aliàs.dedit tuus,ac tr.20.quod dederas. Col.148.u.24.aliàs. exigere.39.aliàs.nisi patuerit princip. Col.150.l.proprietatis.& l.ex persona transpositæ. Col.153.uer.27.datione. C.154.u.36.inspectio rat. C.155.u.22.aliàs.non est necess. C.157.uer.53.aliàs.manus.rationibus. C.158.uer.16.& 21. add.& CC. C.160.u.55.contractus. C.164.u.50.aliàs.nec penitus scripta. C.165.uer.1.aliàs.siue post serui promissionem. C.165.uer.53.aliàs. aditus rector uel præses prouinciæ. C.166.uer.11.aliàs.scriptis. 13. aliàs. suis confessionibus.24.adiuuabantur. C.168.uer.13.add.& CC. C.169.uer.36.al's.uberiore sorte. C.171.uer 3.al's.ante eam defluxit leg.26.licitum modũ. C.174.u.31.subijt.53.aliquam contra.55.adsimulauerit. C.176.u.12.distractas esse. C.178. uer.6.aliàs.fusc andæ.21.aliàs.capitis.37.aliàs.fisco addic. C.179.u.21.aliàs uenundatũ.46.alias.uenditum. C.180. u.3.aliàs.quem si.36.ut alienis bonis sub. C.183.u.6.aliàs.æstimabit. C.184.u.48.restituere tibi empt C.185.u.1.si hæc ex p.44.licet nullum instr. C.187.u.32.Idem A.Seuero P.P.46.l.si Patroclus.aliàs rectius legitur sic.Si postea,quàm te patroclus Hermiæ etc.rursf. Romanus esses,temp.peracto(si modo Patrocl.nõ cõtr.uol.fuerit, aut si iam decesserit)ad lib.etc.rursf.pertinere,nec te pot.etc.rursf.uendere:& ideo nõ de præst.etc.48.aut etiam si iam. C.190.u.4.aliàs.præstationi uel pensitationi,aliàs alterutrũ solum.43.aliàs ditione. C.191.u.33 aliàs.ultra Nisib.Call.& Art.emendi.36.earum rerũ. C.193.u.21.onus tuum. C.194.u.31.impleftis fidem:eiusdem. C.196.u. 49.al's.desponsata. C.197.u.2. Marinianũ P.P. 8.add. D.III.Non.Nou.Hon.XIII.& Theod.X.AA.COSS.22. turpem,uel prodigã,uel impud. C.198.u.10.Gordian. A.Marcello.56.al's.parẽs e.s.fil.noluerit. C.201.u.46.Imppp. Valentin.Valens & c. C.202.u.23.per quos.30.al's.iniustũ sit.& rursf.34.nullã.utrũq; nõ male.48.al's. ex testamento C.203.uer.22.iustos eos,& 27.uel nõ extenuand. Col.204.uer.38.iudicis iubemus,& 48.com. R.Pr. C.205.u.26. tabernariam,tabernarij.44.al's corroboretur. C.206.u.12.Valer.& Gallien.AA.54. Theodoro. P.P. C.207.u.33. al's.paruũ tempus.al's.parũ temporis.38.Theodoro. C.208.u.30.debuerant. C.209.u.1.memoratis modis transf.24.debet.al's.cauere debent. C.210.u.3.ad patrẽ uel ad matrem eius.45.secundo matrim. C.211 u.33.al's.si pro dote C.212. uer.12.hoc casu.25.competit act.40.al's.pertinere. C.213.u.32.dationẽ. C.215.u.20.ex eo tempore. C.216.u.20. reseruantes. C.217.u.3.contra ux.rursf.contra eas. C.218.u.47.ante nupt.49.delc.& CC. C.219.u.32.utrum. C.220.uer. 6.eorum.13.eas.44.ad finẽ uitæ. C.222.u.8.al's(neq; male)sic.liberalitate maritũ & c.rursf.potuit, dominiũ mortis tempore tibi esse addictum. C.224.u.41.aut alio simili. C.225.u.10.plagis.36.aliàs.affectione. C.227.u.47 mulieri. C. 230.u.1.priore contubernio.27.A.IIII.al's.Anatolio & Agap. C 231.u.31.quocunq; legitimo modo. C.232.u. 2.posteritatis priorem quasi.5.non habuisse. C.234.u.17.al's.gradus.30.al's.libertinorum.non malc. C.235.u.3.al's. secius, quàm. C.238 u.24.peania pupillari fœn.37.al's.a tut.uel curatoribus. C.240.u.16.aliquid.rursf.al's.cæteraq; supellectili.32.robur omne. C.241.u.15.preiudiciũ parari.50.tutorũ uel curatorũ. C.242.u.4. hoc specialiter expresserint. 13.Alexander.26.al's.absumptæ.53.Kal.Iul. C.243.u.37. uel curatore,qui satis nõ dedit. 48. alios idoneos subst. C. 244 u.11.Maximiano. C.247.u.44.al's.longi temporis. C 248.u.26.al's.postea perpetua.39.al's.facta necdum fuerit. C.251.u.49.al's.pubescere iudic. C.252.u.6.curatorum,& de temporibus earũ.14.al's.factum.29. illud eis. C.254 u. 3.Syrmij.Tusco & Anulino COSS. C.255.u.56.tabularum. C.257.u.51.al's.& Aphrodiseo. C.258.u.48.AA.& CC.Zenophilæ. C.260.u.11.donata res est.17.al's.add.sine decreto rat.21.tui non interp.56.al's. repetituros. C.261. u.30.aliàs.fideiussorem. C.262.u.42.aliàs.seruis tuis C.264.u.7.aliàs.domini sui subrip.32.sed & quas. C.265.u. 5.aliàs.increbuit.19.furem quidem furti. C.267.u.8.& iure patronatus.18.colonis ue nostris. C.272.u.4.Theod.Arcad.& Hon.AAA. C 275.u.42.aliàs.constitutus. C.277.u.12. post cons.Lamp & Oreft.VV.CC.anno secundo. C. 278.u.14.tenor eorũ. C.279.u.8.Septembr. C 280.u.52.aliàs.quod in nostris. C.281.u.35. aliàs.ac nõ signatum. C. 282.u.14.aliàs.euersionis quidq.29.aliàs.obseruationẽ. C.283.u.28.Ioanni. C.284.u.2.aliàs. ostendi. 42. aliàs.M. Aelius. al's.T.Aurelius.recte,utrũ utrũ malis. C.285.u.50.nobis usum.52.sibi scripsisset. C.286.u.4.al's.in locũ partem'ue. C.287.u 47.uenire curauit.56.M.Aelius. C.288.u.51.nullus uero. C.291.u.48.aliàs.emancipatus haberet. C.292.u.17.& 29.Ioanni. C.296.u.18.aliàs.quas ipse hæres.53.aliàs.largitate. C.298.u.9.CC.anno secundo. C.301. uer.32.Constantinus. C.303.u.32.add.Constantius & Constans AA. C.304.u.6.cuiunq;. C.305.u.10.aliàs.instit.uel legatũ,uel fid.nõ male.15.admittantur.aliàs.36.Illyricianæ. C.307.u.1.aliàs.uetcrũ legũ. C.308.u. 39.defuncti aliàs deest. C.310.u.13.indubitata fide rel. C.311.u.21.solidis.28.aliàs delatã. C.312.u.18.debetur. C.316.u.43.debuisse contendis. C.317.u.29 ut & substit. C.318.u.49.aliàs.abire. C.320.u.28.Quando dies. C.321 u.38.aliàs.nõ fit.39.aliàs petere.alterutrum recte legitur.52.aliàs. De suis & legitimis lib.& c. Col.323.u.5.aliàs.supersint. C.325.u 23.ad te cõsang. C.327.u.40.emancipatæ sororis.48.cæteris omnibus succss. C.328.u.38.aliàs.cõiunctionem.46.exstantib9. C.330.u.26 sint.aliàs.idem in sacris sit.33. iure hæreditatis,non ad patres iure peculii. C.331 u.4.Nepotia no Mag.27.aliàs.constitutus sit.37.ad instar C.332.u.25.spectandũ. C.335.u.49.soluẽdo est.sublata negatione. C.337. uer.26.aliàs.tollenda.55. ingenuos. C.339.u.29.& 38.quidam contendunt libertinitate potius leg.46.colonijs.aliàs.colonias. C.340.uer.22.fuerit fato suo conc.aliàs.36.Rom.homines produc.46.si quis homini libero. C.341.uer.25.per quam.54.solidis.aliàs.in uiginti solidos. C.342.u.4.ad septuaginta. C.344.u.39.aliàs. simpliciter Antoninus. aliàs.

nullus A.

nullus A. ſcribitur. 51. uenire. C. 345. u. 33. tuam ut ancillã manumiſſ. C. 346. u. 28. aliàs. et de libertate cadere. 38. [illegible]us fruct. legitimo. ſine negatione. al's. alio legit. 44. uel uſusfructus cõſt. C. 347. u. 37. dari tibi. C. 352. u. 4. al's. dño tuo. 39. ſtatũ ſuũ rurſ. al's. Numiano. C. 353. u. 5. poſt manumiſſionẽ ut ciuis Rom. 30. & nõ aduerſ. C. 354. u. 48 longi tẽporis. C. 355. u. 39. aliàs. magis obtinuit. C. 357. u. 4. mutare. 8. agrũ tuũ. 26. al's. licet poſſeſſionẽ corp. 41. al's. circa eã poſſeſſ. 45. al's. cũ dñs de damno. C. 359. u. 16. & 22. alias. longi tẽporis. 33. potes. C. 361. u. 7. uiro. 50. per donationis. 51. cõfir mat. 53. quid ſi legas? fortuna prærogatiuã? C. 362. u. 4. aliàs. præſcriptione. C. 363. u. 17. ſupradictis. C. 364. u. 33. aliàs. eodẽ debito. C. 365. u. 4. exceptiõe munitus eſt. 8. ad inſtar. aliàs. ad ſimilitudinẽ. 25. cursum. 35. add. earũ. C. 366. u. 11. aliàs. patribus ſuis. 21. eas res. rurſ. præſidẽ puinciæ. C. 367. u. 38. M. Aelius. 45. aliàs. proferri. 48. aliàs dicitis. 52. aliàs. ferri ſententiã. C. 368. u. 7. aliàs curatoris. C. 370. u. 15. aliàs. præſtare. C. 371. u. 1. hanc cõſtitutionẽ uidetur Vlpianus Alexãdro ad Caſ. Sabinũ adſcribere &. de calũniat. l. 1. §. 1. C. 375. u. 34 alias. præmiſſa. C. 378. u. 40. al's. urbicariæ. C. 381. u. 26. Iuſtiniano. C. 384. u. 30. al's. argenti. C. 385. u. 16. al's. p metũ. 37. aliàs. te quoq; qui nõ puocaſti, per tin. C. 386. u. 10. ſolidũ. C. 393 u. 3. poſſidetis. C. 394. u. 43. a. 5. cõſtruẽda. C. 395. u. 34. Imp. Iulian. A. C 397. u. 8. ſine ali qua. C. 398. u. 3. præſes puinciæ. 34. denũciationibus. C. 402. u. 33. aliàs pignoris in iis, quæ. C. 408. u. 31. quondam hæc. C 409. u. 18. aliàs. tibi eundẽ creditorẽ iubebit. C. 411 u. 24. reddi debitori. C. 416. u. 6. aliàs uestra Septimio et Euſt. C. 418. u. 29. aliàs. pignoris obligata iure. C. 419. u. 6. fuerit. C. 420. u. 35. aliàs. feretur. non male. C 431. u. 12. Imppp. Grat. Valentin. & Theod. AAA. C. 434. u. 23. recipiantur. C. 435. u. 51. liberalitatem. C. 437. u. 51. aliàs. Si rerum tua rum propr. C. 439. u. 17. ſuis ingerat, quæ. C. 440. u. 8. Imppp. Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans AAA. 14. legen dũ. Conſtantio II. & Conſtante AA. COSS. C. 442 u. 55. ideſt accuſatus. uidetur ſubditicĩũ. quẽ admodũ & hoc. id eſt accuſatori. c. 444. u. 9. C. 447. u. 1. debebantur. 21. tale crimen. 25. in fin. add. in uet. cod. dies & conſul conſtit. græcæ, cui hæc iuriſconſ. reſponſa ſubijciuntur, ſed ita corrupte, ut cũ ſenſu aliquo deſcribi nequiuerint. C. 448. l. propter. præ cedere debet l. cæſtitati. u. 19. Reos. 51. aliàs. ſtatuendi huiuſmodi accuſationes. C. 450. u. 53 mariti'ne. C 451. uer. 1. huie examini. C. 453 u. 32. comes. C. 454 u. 5. aliàs. mulierũ. 37. atrocitas facti ius domeſticæ. C. 455. u. 51. Idem. A. ad. C. 456. u. 34. Imp. Conſtantius. C. 461 u. 50. aliàs. ſuſpectam de cuſ. C. 463. u. 50. aliàs. affectus. C. 465. u. 53 aliàs filiorũ. C. 467. u. 27. leg Grat. A. III. & Equitio COSS. C. 469. u. 24. aliàs. ſcientiam & memoriam. C. 471. u. 15. alias. ſtatuti. C. 474. u. 27. Nulli iudicum. C. 476. u. 16 rectius. oblatusq; eſſet ei. & c. rurſus. deportatus: tunc. C. 478. u 48. dicitis. C. 482. u. 4. aliàs. in caſum. C. 483. u. 14. aliàs. ut ſuperfluũ. neq; male. 20. aliàs. terram alienam colendo. C. 487. u. 40. aliàs. add. poſt pæquatorumq;. puincialiũ iudicum. ſed ſubrepticiũ ex indocti alicuius gloſ. C. 488 u. 6 referentur. C. 490 u. 36. aliàs honoratiſſimæ munerũ quieti don. C. 491. u. 14 perpetua infamia. 33. aliàs. reſcriptis noſtris. C. 498. uer. 52 aliàs. munijs. C. 494. u. 19. & 23. aliàs onere. C. 495. u. 55. aliàs. uenditionis. C. 497. u. 23. curialis modis omnibus uel C. 499. u. 32. aliàs. munera denuo uocantur. C. 502. u 29. aliàs. æſtimatas perpetua penſit. 56. ſuæſſorem'ue. C. 503. uer. 47. aliàs ſpei ueſtræ. C. 505. u 26. aliàs numerũ ſtatim uenat. nõ male. C. 509. u. 21. aliàs. definitione legum. C. 514. u. 9. aliàs. nolumus. & clementior erit ſententia. 39. aliàs. cætero modo. nõ male. 45. aliàs. deuotiõe. C 515. uer. 6. 20. & 37. baſtagarijs. 20. aliàs. reparatione. C. 516. u. 54. Omnibus fabricis. C. 517. u. 3. aliàs. per biennũ. C. 518. u. 4. aliàs noſtræ maieſtatis. 10. aliàs. Iuſtinianus. 17. matronalibus. 24 ſubdendum. C. 519. u. 20. aliàs. auditorium. C. 521. u. 14. aliàs. ſatis claruit. C. 524. u. 14. aliàs. qui id munus adm. C. 525. u. 24. ſerenitas. 52. reuocabitur. C. 526. u. 25. ciuibꝰ C. 529. u. 18. quidam ſic legendum putat. ius unus pendend. C. 534. u. 33. aliàs qui forte. C. 537. uer. 46. aliàs. paſtui. C. 538. u. 3. alias repræſentare. C. 541. u. 32. aliàs. quæſtionẽ mouere. C. 543. u. 25. eiſdem ciuit. C. 546. u. 43. aliàs. indagationem. C. 547. u. 7. aliàs Zeno. A. 12. aliàs. Anaſtaſ. A. 32. functione ſublata. 54. leg. Imp. Martianus A. teſtimonio No uellæ conſt. 105, quæ de COSS. ſcripta eſt. C. 548. u. 46. legendũ puto. cum loco uelimus. C. 550. u. 46. honorariorum. C. 557. u. 12. ijdem adiutores. C. 566. u. 30. promeritis. C. 569. u. 26. abeſſe. C. 570. u. 9. negociũ. u. 49. aliàs. credendũ. C. 573. u. 33. aliàs. capituum. neq; ipſum male. C. 592. u. 56. quæ ſpecialiter. Sexto anno Diocletiani aliquoties legas in antiq. monumẽtis COSS. ſic adſcribi, Tyberio et Maximo. ſed parũ probe. Item Cõſtantio et Maximiano Galerio AA. deprehẽdas ſæpe etiã Cæſares Seuerũ et Maximinũ adijci. Obſerues quoq; cũ in fragmento tabulæ urbicariæ, quod penes me habeo, tum ex datis aliquot conſtit. Codicis Liciniũ Conſtantini Magni collegam non Auguſti nomine honorari, ſed ſimpliciter Cæſarẽ appellari. tametſi aliàs ſecundũ hiſtoriæ fidẽ contra. Sed eum errorẽ credi derim natum ex eo, quòd duo Licinij fuerint, alter Auguſt. alter Cæſ. Anno 30. Conſtantini Magni ſcribe. Vrſus Lupulus. Anno ſecundo & tertio Grat. Valent. & Theod Auguſtorum magna eſt inter COSS. uarietas: cum Syagrius pro Euagrio nunc in tertiũ, nunc uiciſſim Euagrius pro Syagrio in ſecundũ annum reponatur. Anno duodecimo Theod. & Valent. AA. in Cod. Sigisbuldus ſcribitur. Anno quarto Zenonis A. aliàs. Illus V. C. legitur. Anno decimo ſeptimo Anaſtaſij A. aliàs. COSS. memorantur. Anaſtaſius A. IIII. et Agapitus.

Atq; hæc ſunt, quæ uel uariantia à noſtra editione, uel deprauata, partim in recognitione operis, partim collatiõe plurimorũ exẽplariũ iam olim ſimul & hoc tẽpore deprehenſa, hoc loco ueſtri cauſa adnotare uolui. Quòd ſi quæ uel nos fefellere, uel nõ adſcripſimus: ea credimus eiuſmodi eſſe, ut quilibet per ſe ſine negocio & abſq; diſpẽdio genuinæ ſententiæ uel mediocriter erudítus recognoſcat. Quorſum enim attinebat, minutiſſima quæq; puta uel punctũ nõ ſuo loco poſitũ, uel literam omiſſam, ſingulatim perſequi? In qua re tamẽ ea moderatiõe uſi ſumus, ne qd prætermiſiſſe uideremur, quod ſententiã diuerſam induceret. Vos ſtudiũ erga uos nr̃m bene cõſulite, & Valete.

FINIS.

a ß a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x
y z A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh
Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy
Zz aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll.

Omnes sunt duerniones, exceptis a hhh & lll, qui sunt terniones.

Norimbergæ apud Io. Petreium
typographum & bibliopo-
lam, ann. M. D. XXX.
Mense Septemb.

OCLC 1410723627

5444?

